pendet ex voluntate ſubiectorũ / ſed ex ſtatuto
ſtatuẽtis. Sed ex ſtatuto eccleſie eſt ꝙ cogna-
tio ſpũalis trãſeat ab vno cõiugum in alterum
conſummato mĩmonio: ⁊ ꝙ cõpaternitas ac-
quiratur patri carnali per hoc ꝙ aliquis leuat
filiũ eius de ſacro fonte: ergo ⁊c. Itẽ poſita cau
ſa ſufficienti cognatiõis ſpiritualis opꝫ pone-
re cognationẽ ſpiritualẽ. Cauſa eñ eſt ad quã
ſequiž effectus. Sed paternitas ſpũalis quã
conſequiž per actum ꝓpꝛium vnius cõiugum
eſt cauſa ſufficiens alteri coniugũ cognatiõis

ſpiritualis poſtꝗ eſt matrimoniũ cõſummatũ:
ergo ⁊c. Et nota ꝙ regulariter vnꝰ debet tene
re ad baptiſmũ ſeu leuare de fonte: vt de cõſe.
diſt. iiij. c. non plures. Et ſi neceſſitas cogeret:
vnus ⁊ idem poteſt tenere in baptiſmo et cõfir
matione. ſm Ray. Si aũt plures tenent dicit
Alber. in. iiij. ꝙ hec potius eſt permiſſio ꝗ ſta-
tutum qđ debeat approbari. Permittiž autẽ
ratione amicitie que contrahiž inter eos. hec
ille. Ubi ergo duo vel tres ex more patrie cõi-
ter tenẽt: videž tolerandũ et ſine peccato fieri.
Tutius tñ eſſet habere ſuper hoc diſpenſatio-
nem ab epõ: ſi pater vult plures habere tenen
tes ad baptiſmũ. Et cũ plures tenẽt / cũ omni-
bus contrahiž cognatio ſpiritualis: que impe
dit et dirimit ſm Hoſt. Sed diligẽter aduerte
ꝙ opꝫ ꝙ teneant ſiue tangãt ipſum baptizãdũ
cum baptizaž: vel cum de fonte leuaž a ſacer-
dote immediate ſi volunt eſſe cõpatres: aliter
ex eo ꝙ extiterint ibi ſolũ non tangẽdo: ⁊ reſpõ
derint ꝓ puero abrenuncio ⁊c. nõ eſſent cõpa-
tres. Pe. de pal. In aliquibus tñ locis ſacer-
dos aquã effundit baptizando: ⁊ qui volũt eſſe
cõpatres ſpirituales tenẽt baptizãdũ: in alijs
tenet puerum ipſe ſacerdos cũ baptizat: quod
precipue fit cũ ſit baptiſmus per immerſionẽ.
Et tunc pꝛimo recipientes baptizatũ de ſacro
fonte a ſacerdote in pãno vel nudũ ſunt patres
ſpirituales: vt notat Hug. in decreṫ. Et ſimili-
ter per ꝓcuratorẽ non poteſt cõtrahi cõpater-
nitas ꝗtũ ad cognationẽ ſpiritualẽ: vt ponit
Arcħ. per. l. poſt mortẽ. ff. de adop. Idẽ Jo. an.
Si aũt aliquis teneat ſiue tãgat ad baptiſmũ
quis nichil reſpõdeat: tñ efficitur patrinus et
cõtrahiž cognatio ſpiritualis. Illi aũt plures
ꝗ ſimul tenent ad baptiſmũ: nõ ꝓhibenž adin-
uicẽ cõtrahere: vt Inno. ponit. Itẽ nota ꝙ lai-
cus etiã qui baptizauit aliquẽ ſiue in caſu ne-
ceſſitatis ſiue extra: nõ poteſt cõtrahere cũ illa
quam baptizauit. extra. e. nedũ. lib. vj. Notat
etiã Tho. in. iiij. ſen. di. xlij. q. j. ar. j. in corpoꝛe
q. ꝙ ſi mulier vel vir baptizat vel tenet ad ba-
ptiſmũ filiũ ꝓpꝛiũ: ſi hoc facit in articulo ne-
ceſſitatis ſeu ꝑ errorẽ / nõ impediž exigere vel
reddere debitũ. extra eo. c. ſi vir. Si vero facit
per fraudem / impediž exigere: ſed tenež red-
dere: ꝙ ſi vterqꝫ fuit vel fecit in fraudẽ / neuter
poteſt exigere: ⁊ vterqꝫ tenež exactus reddere:
vt dicit Hoſt. Et addit ꝙ melius eſſet ſi cõtine
rent. Eodem etiã modo ſi vir tenet aliquẽ filiũ
vxoris ſue / vel vxoꝛ filium mariti ſui: ſi ex igno
rãtia hoc facit excuſaž: ſi ex malicia nõ põt exi
gere debitum. Idem Ricħ. Credo tñ ꝙ ſuper
hoc poſſit epõs diſpenſare: ſcꝫ quo ad exactionẽ
debiti: per ſimilitudinẽ de eo qui cognouit con
ſanguineã vxoris: cũ quo poteſt epõs diſpẽſare

In ter- quo ad debiti exactionē ſm Pe. de pal. vt ha
tio no- bes.§.de impedimēto affinitatis.ibi vide. Itē
tabili. nota ꝙ ſi vxor puta iohanna vxor petri/ tenuit
ad baptiſmū filiū berte anteꝙ cōmiſceret̄ ſeu
cōtraheret matrimoniū cū ipſo petro: ipa mor
tua poterit petrus habere in vxorē ipſam ber-
tam:ꝛ ſic ſucceſſiue iſto modo poteſt quis ha-
bere duas commatres in vxores.Sed ſi petr⁹
cognouit iohannā anteꝙ teneret ad baptiſmū
filiū berte : nō poterit poſtea vnꝙ bertā hr̄e in
vxorē. Itē ille q̄ tenet ad baptiſmū vel cōfirma
tionē filiū alicuius:puta petri ex muliere con-
cubina vel vxore alia ſuſceptū ꝙ ex ea quā nūc
habet in vxorē:nō efficitur cōpater iſtius vxo-
ris quam nunc habet ipſe petrus. Et idem de
filijs vxoris alicuius ex alio viro genitis. Itē
nota ꝙ non baptizatus: ꝗuis aliū non debeat
tenere ad baptiſmū: tamē ſi de facto vel in ne-
ceſſitate tenet vel leuat vel baptizat nō cōtra-
In.iiij. hit aliquā cognationē ſpiritualem. ſm Tho.
diſ. xlij. Pe.et Rich.Et addit Alb. ꝙ ſi alter coniugū
q.iij.ar. eſt baptizatus:per eum tranſit cognatio ad eū
j.ad.ij. qui nō eſt baptizatus. Idem de cōfirmatione.
Sed ſi baptizatus tenet filiū non baptizati be
ne contrahit cōpaternitatē. Itē nota ꝙ nō de-
bet quis tenere ad baptiſmū vel ad confirma-
tionē fratrē vel ſororē:q2 ſufficit inter tales vin
culū carnale. Omnia autē que dicta ſunt de te
nente ad baptiſmū ſeu de fonte leuante erga ſu
ſceptū vel leuatū:ꝛ parētes ei⁹ quo ad cōtrahē
dā cognationē ſpūalē : intelligas ſilr̄ de bapti-
zāte erga baptizatū: et parētes ei⁹ quo ad pre
dictā cognationē.Et oia q̄ dicta ſunt de baptiſ
mo quantū ad tenentē ꝛ baptizantē in cōtrahē
da cognatiōe ſpirituali cū baptizato:itelligas
pariformiter in cōfirmato ꝛ tenēte ad cōfirma
tionē in cōtrahendo cognationē ſpūalē cū con
firmāte et parentib⁹ eius.Et dicit Hoſt.ꝙ iſta
cognatio ſpūalis ſicut legalis nō habet ramos
vnde ꝑſonas cū qb⁹ cōtracte ſunt nō egrediūt̄.
Nota igitur ꝙ quicūꝙ in aliquo iſtoꝝ impedi
mentoꝝ detentus ſcienter ꝯtrahit: mortaliter
peccat.Et in quattuor ex his impedimētis eſt
excōmunicat⁹ ſciēter ꝯtrahēs: nec talis debet
abſolui : nec poſſet : niſi ceſſet a tali mr̄imonio
ſic cōtracto:vel petat diſpenſationē a papa vbi
poteſt:et interim abſtineat ab vſu matrimonij
ſic impediti. Et nota ꝙ in nullo predictoꝝ de-
cē ꝛ ſeptē impedimētoꝝ poteſt diſpēſare aliqs
citra papā:ſed ꝛ ipſe papa in aliqb⁹ hoꝝ nō pōt
diſpēſare. ſ. in impedimēto ligaminis:cū.ſ.qs
eſt alteri alligat⁹ per vba de pſenti : talis eni
nō poſſet cū alia cōtrahere etiā diſpēſante pa-
pa. Itē in impedimēto erroris ꝑſone: ꝛ in im-
pedimēto violētie vbi nullo modo eſt cōſenſus
et in impedimēto coeūdi oīmodo ex frigidi-
tate naturali:vel caſtratione:vel maleficio:vel
ex alia indiſpoſitiōe proueniente:q2 in hmōi oī
bus nullū eſt matrimoniū:nec poteſt facere pa
pa vt ſit matrimoniū. De impedimēto coeūdi
videtur dicere Pe. de pal.ꝙ ſit ex ſtatuto ec-
cleſie : q2 id nō ꝑtinet ad ſubſtantiā mr̄imonij.
Et inde eſt ꝙ ſi ſciuerit alter tale impedimētū
et nichilomin⁹ contrahit:eſt verū matrimoniū
qḋ nō eſſet ſi deeſſet aliqd de eſſentia matrimo
nij. Cū eni principalis finis matrimonij ſit ꝓ-
les:non vitatio fornicatiōis:ſi poſſet coire eſſet
de ſubſtātia matrimonij:multomagis poſſe ge
nerare:ꝛ ſic ſenes nō poſſent cōtrahere : qḋ eſt
falſum. De impedimēto erroris cōditionis vi
det̄ dubiū ſm Hug.tn̄ iſtud eſt de ſtatuto eccle
ſie. Idē dicit Pe.de pal. ſ. ꝙ eſt de iure poſiti
uo:qḋ etiā videt̄ ſentire Rich.in.iiij.di. xxxvj.
Dicit ei ꝙ error deterioris cōditionis:etſi non
tollat cōſenſum in perſonā:tn̄ multū minuit iꝰ
q2 rōnabile eſt vt deceptis iura ſubueniant: et
maxime qn̄ eſt deceptio in re graui: ideo natu
rali equitate ſtatutū eſt perſonā cōditionis ſer
uilis eſſe illegitimā ad cōtrahendū cū ꝑſona li
bera ꝗdiu liberā eſſe credit ipſe liber contra-
hens cū ſerua : ledit̄ ei enormiter in bonis ma
trimonij. In bono prolis:q2 non habebit eā in
ſua poteſtate. In bono fidei:q2 non poterit ita
libere reddere debitū dn̄o occupāte ſeruā. In
bono ſacri id eſt cohabitatiōis inſeparabilita-
te:q2 dn̄s poſſet eā vēdere.hec ille. De impedi
mēto voti ſolēnis in religiōe/ Alb. ꝛ Tho.ij. ij.
q.lxxxviij.ar.v.in corpe ar. ꝛ ar.vlt̄.ad.ij.tenēt
ꝙ nō poteſt. Hug.car.hoſt. Inn̄. ꝛ Rich.in.iiij.
tenēt ꝙ poteſt ex magna cauſa: vt ex reforma-
tiōe vni⁹ regni ꝛ hmōi. ꝛ Io. in ſumma cōfeſſo- Sꝫ tho.
rū dicit de facto vidiſſe talē diſpēſationē factā. corri-
Hanc etiā opi.ꝙ papa poſſit diſpēſare:tenere git ſuū
videt̄ idē Tho.in.iiij.ſen.di.xxxviij.q.j.ar.iiij. dictū. ꝗ
in corpore.q.Et Io. neapo. in quol. dicit hāc ij.vbi.ꝫ
opi.eſſe ꝓbabiliorē. In ipedimēto ordinis te- in ſolu.
nēt fere oēs ꝙ pōt ꝗuis nō ꝯſueuerit. In im- prima
pedimento criminis abſꝙ dubio pōt ſm Pe.de arg.
pal. Et in impedimēto ſpūalis vel legalis co-
gnatiōis abſꝙ dubio pōt ſm Pe.de pa. De i-
pedimēto etiā qḋ eſt publice honeſtatis iuſti-
cia:certū eſt ꝙ poſſit:cū ſit ex cōſtitutiōe eccl'ie
Vn̄ Pe.de pa. ſic dicit. Papa pōt diſpēſare i
oīb⁹ gradib⁹ publice honeſtatis iuſticie: q̄ ſu-
mūt̄ ſm grad⁹ ꝯſanguinitatis:ꝛ hoc ꝑꝫ:q2 nō
eſt ꝓhibitū lege naturali nec diuia. Vn̄ pōt di
ſpēſare ꝙ qs ꝯheret cū ſpōſa vel vxore nō cogni
ta fr̄is vel pr̄is.Et nota ꝙ qn̄ aliq̄ ꝯhūt mr̄imo
niū de fctō qḋ de iure nullū eſt:ſi poſtea obtine
ant diſpēſationē a papa ſup impedimēto:nō ꝓ
pterea ratificat̄ ꝑdictū mr̄imoniū quo ad deū
etiā ſi ante diſpenſationem ſecuta erat copula

carnalis:ſʒ oportet ꝙ de nouo interueniat mu tuus cõſenſus interior in alterutrũ. ⁊ ſi cũ hoc ſequit copula carnalis: nõ eſt neceſſaria noua expreſſio ꝟboꝝ. ⁊ hoc in fauorẽ mr̃imonij. Hoc videt dicere Rich. in. iiij. di. xl. i quodã ſit. tu tius tamẽ eſſet ⁊ clarius: vt etiã de nouo fieret ipſa expꝰſſio ꝟborũ cõſenſum exprimẽtiũ. Dicit etiã Rich. ꝙ cũ carnalis vſus mulieris extra matrimoniũ ſit cõtra ius naturale: ideo ibi lo cũ nõ habet pſcriptio: vt ſcʒ ex hoc ꝙ tenuit ali quã cõcubinã p. xxx. ãnos facta ſit ei licita ta lis cõmixtio: ſed ſemp mortalr̃ peccat. Ipſum etiã mr̃imoniũ qꝛ eſt de iure diuino ⁊ naturali ideo pſcriptio facere nõ poteſt vt valeat matri moniũ qð a pncipio fuit nullũ: vel ꝙ efficiatur nullũ qð a pncipio fuit verũ. ex de cõſan. ⁊ affi. nõ debet. partim in textu ⁊ partim in glo. Itẽ nota ſm Hoſt. qñ doc. diſcordãt circa impedi mẽtũ mr̃imonij: vbicũqꝫ doc. p gloſas ſuas di cũt ſolũ mr̃imoniũ: ſʒ nõ inducũt ius expꝰſſum cõtrariũ dicens adhereas. extra de teſti. lʒ ex quadã. in fi. Itẽ nota ꝙ cũ eccl'ia pcipit alicui cõiugũ cohabitare cũ altera: ⁊ ille cui pcipitur ſciat eſſe impedimẽtũ: ſm Hug. i hoc caſu quã tũ ad reddẽdũ debitũ nõ tenet obedire: tñ i co habitatiõe ⁊ neceſſarioꝝ exhibitione obedire debet ⁊ nõ negare ei cui ſe de facto copulauit. Itẽ nota ꝙ q̃ audit impedimẽtũ eſſe inter ſe et vxorẽ ſm Guil. ſi audit a fidedignis ⁊ nõ ſuſpe ctis: cũ nõ debeat eſſe negligẽs ſue ſalutis: te net inq̃rere veritatẽ: al's eſſet affectata ignorã tia q̃ nõ excuſat. Et ſi cõcipiat pbabilẽ opinio nẽ de dicto alicuiꝰ: nõ dʒ exigere debitũ: lʒ te neat reddere. Secꝰ ſi ita inueniret ꝟitatẽ ꝙ eſ ſet impedimẽtũ inter eos qð haberet p cõſtã ti: tũc nec exigere nec reddere deberet. Porro q̃ tale impedimẽtũ audit a viro fidedigno etiã iurato aut cõpfe ſuo aut pprio ſacerdote: aut etiã publica fama: nõ ita tenet credere ꝙ pec cet mortalr̃ ſi nõ reddat: ſʒ venialiter. Guil.

¶ De impedimẽtis pluribꝰ nõ tamẽ dirimẽti bꝰ mr̃imoniũ: vt voto ſimplici ⁊ hmõi. Cap. xvj.

ESt aliud genus impedimẽti: quod eſt impediẽs quidẽ matrimoniũ cõ trahendũ: ſed nõ dirimẽs cõtractũ. Et iſtud eſt multiplex. Et pmo q̃dẽ cõtractꝰ clãdeſtinꝰ ipſiꝰ mr̃imonij.

De clã-deſtina deſpon ſatione

extra de mr̃imo. ꝯc. ꝯ. iterdi. ec. per totũ. Qui ergo ꝯhũt clãdeſtine mr̃imoniũ: mortalr̃ pec cãt. Et tale mr̃imoniũ dꝛ ꝯtra interdictũ eccle ſie: qꝛ cõtra phibitionẽ eius eſt. Ubi nota ſm Pe. de pa. in. iiij. ꝙ hoc poteſt eſſe duplr̃. Uno modo qꝛ cõtra ſtatutũ iuris: vt qꝛ tribꝰ ꝑibus anni interdictis: de quibus in. c. ſeq. vel qꝛ eſt clãdeſtina deſpõſatio. Prohibet ei ne mr̃imo nia fiãt clã et ſine bãnis. extra de clã. deſpõ. cũ inhibitio. Ibi dꝛ ꝙ cũ debet fieri aliqð matri moniũ debent in eccl'ia bãna publice p ſacer dotes pponi: vt infra cõpetentẽ terminũ q̃ ſcit impedimentũ pponat: et ſi apparuerit pbabi lis cõiectura contra copulã futurã: interdicat expꝰſſe donec cõſtet q̃d fieri debeat: al's ſi cõtra herẽt ſine bãnis vbi. ſ. talia ſeruant: aut poſt p hibitionẽ ſi extiterit impedimẽtũ: puta gradꝰ phibitꝰ: tũc filij dicent illegitimi: nec excuſa bũtur ppter ignorãtiã parentũ. Et ſacerdos q̃ tales coniũctiões inhibere cõtẽpſerit: vel regu laris q̃ intereſſet hmõi punit vt patet in dicta decretali. In aliq̃bꝰ tamẽ locis nõ fiũt hec ban na ſed ſolũ cõtrahũtur ſpõſalia ſolẽniter et pu blice multũ ante matrimoniũ: ⁊ interim poteſt manifeſtari an ſit impedimẽtũ. Uñ in talibꝰ lo cis rõne contrarie cõſuetudinis omiſſionẽ bã noꝝ puto non eſſe pctm̃: ſed vbi ſeruant eſſet mortale omittere. Alio modo dꝛ mr̃imoniũ cõ tra interdictũ eccl'ie: qꝛ eſt ꝯtra preceptũ hoĩs miniſtri iuris et eccl'ie. Et iſte miniſter vel eſt parrochialis ſacerdos q̃ poteſt matrimonium diſpẽſare: etſi nõ iudicare. Ipe eñi habet inq̃ rere de impedimẽto ⁊ inhibere. Aut eſt officia lis ep̃i non ſacerdos qui ſolũ benedicit nuben tes: vel archidiaconꝰ aut abbas habẽtes hoc ex cõſuetudine vel priuilegio: et habẽt iudica re: etſi nõ diſpẽſare ſi nõ ſunt ſacerdotes. Aut eſt ep̃s vel ſuperior eo: et hic habet iudicare ⁊ diſpẽſare. Iudicare rõne iuriſditiõis. Diſpen ſare rõne ordinis cũ cura. Contrahere ergo cõ tra phibitionẽ eccl'ie vel miniſtri eſt mortale: niſi fuerit diſpẽſatũ ab eo qui poteſt. Et ſiqui dẽ facta fuerit inhibitio ab inferiori a papa vt ep̃o vel parrochiali: q̃uis ſit pctm̃: tamẽ ſi non eſt aliud impedimẽtũ: tenet. idẽ ſi a papa facta eſt ſimplex inhibitio: qꝛ nõ ppter hoc annulla tur: ſed ſi hoc phibuerit decernẽs irritũ ⁊ ina ne ſi ſecus factũ fuerit: tunc mr̃imoniũ eſt nul lũ: qꝛ per hoc reddit eos inhabiles. Plꝰ eſt eñi reddere multos inhabiles q̃ paucos: ſed ipſe phibens matrimoniũ ppter cognationẽ lega lẽ: ſpiritualẽ vel carnalẽ in gradu non phibito lege diuina: reddit huiuſmodi inhabiles. ergo ⁊c. Hec Pe. de palu.

¶ Secundo votum ſimplex §. I.

quod quidẽ impedit contrahendum matrimo nium: ſed non dirimit cõtractum. di. xxvij. per totum in tex. ⁊ gl. Idẽ Ray. ⁊ Tho. in. iiij. Ta lis ergo qui habens votum ſimplex caſtitatis contrahit: mortaliter peccat. et nichilominus adhuc tenetur implere votum: ſi nondum co gnouit vxorem ſuam cum qua contraxit / etiã per verba de preſenti: quia adhuc implere po teſt ſcilicet intrãdo religionẽ etiã vxore inuita

et ſic nō poterit cōſummare matrimoniū abſqꝫ pctō mortali. Poſtq̄ aūt cōſummauerit/religionē intrare nō poterit vxore inuita: ⁊ debitū quidē tenet reddere vxori petēti: ſiue expreſſe ſiue interpretatiue ſ3 Tho. ⁊ Rich. an. iiii. Sibi aūt petere nō licet: al's ſm quoſdā: vt Rich. peccat mortaliter quotiēs debitum exigit: qꝛ adhuc pōt ⁊ debet ſeruare votū q̄tū in ipo eſt. Et dicit Hoſti. q̄ ſi quis habēs tale votū petat ab aliquo cōſiliū vtrū ſi cōtraheret teneret matrimoniū: nō debꝫ ſibi reſpōdere clare. ſ. q̄ teneat: ne ex hoc det ſibi occaſio frangēdi votū: ſed in hmōi debemus prudēter eludere tales querētes: vt docet Auge. di. xliii. in mādatis.

¶ Tertio ſponſalitiū factū cū altera: niſi mutuo partes ſe abſoluāt: vel ex altera partiū ſit aliquid ex his p̄ que licite ſponſalia poſſunt frangi: talis etiā mortalr̄ peccat. §. II.

¶ Quarto tenere vel ſuſcipe aliquē vel aliquā ad cathecismū qui precedit baptiſmū. extra de cog. ſpi. p̄ cathecismū. li. vi. §. III.

¶ Quinto quedā crimina vcꝫ inceſtus poſt cōtractū matrimonii cū affinibus cōmiſſus. xxxii. q. vii. ſi quis viduā. et. c. cōcubuiſti. cū. ſ. quis cognoſcit cōſanguineam vxoris ſue: vel cū cognoſcit ſi mulier eſt a conſanguineo mariti ſui. Propter hmōi inceſtuꝫ delinquēs amittit ius petēdi debitū: nō ſolum ab vxore vel viro attinēti illi cum quo cōmiſit inceſtū: ſed etiā illa vxore vel viro mortuo ſi cōtraxit cū altera p̄ſona (qđ facere nō debet ſine diſpenſatiōe ep̄i) ab ea exigere nō pōt. vt extra de eo qui cog. cōſan. vxo. tranſmiſſe. In vtroqꝫ tñ caſu reddere tenet ſ3 Rich. in. iiii. di. xxxiiii. Poteſt tñ ep̄s diſpenſare: vt. ſ. talis priuatus iure exigēdi poſſit exigere abſqꝫ pctō ſm Pe. de pa. in. iiii. ſen. Cognoſcendo autē cōſanguineas p̄prias vl̄ p̄mittēdo ſe cognoſci: q̄uis nō minus peccet: immo magis: non tñ reperit in iure q̄ priuet exactione debiti vel q̄ impediat a cōtrahēdo. Rich. etiā hoc dicit. ſ. q̄ inceſtus cū cōſanguineis nō impedit matrimoniū contrahendū: nec priuat exactiōe debiti: ſicut inceſtus cū affinibus. Itē interfectio p̄prie vxoris xxxiii. q. ii. admonere. ⁊. c. interfectores. qđ intelligit cū occidit: vel in vindictā p̄pter adulteriū ab ea cōmiſſum: vel qꝛ al's eā exoſam hꝫ p̄pter aliquē defectū: ⁊ non p̄pter hoc vt contrahat cū alia: qꝛ tunc dirimeret illud ſequēs. Et idē ſm Pe. de muliere que dat venenū viro: vel alio modo occidit eū. Item raptus ſponſe alterius. xxvii. q. ii. ſtatutū. Itē ſuſceptio p̄prii filii de fonte vel ad confirmationē: qñ. ſ. q̄s hoc facit inſidiādo matrimonio vt poſſit priuare alterū debito cōiugali. xxx. q. i. de eo. Item interfectio ſacerdotis. ex̄ de pe. ⁊ re. q̄ preſbyterū. Itē ſolennis penitētia. xxxiii. q. ii. de his. Itē ſi quis monialē ſcienter in vxorē accipiat. xxvii. q. i. hi qui. Omnes p̄dictos caſus ponūt Ray. Alber. Tho. ⁊ Pe. et etiam Hoſt. preter vltimū quē ſolus Hoſti. addit. Licet aūt hec ⁊ forte alia impediāt cōtrahendū: ſi tñ timet de incōtinentia/ debet eis ep̄s cōcedere licētiam nubēdi. ar. xxxiii. q. ii. antiqui. ⁊. c. in adoleſcētia. extra de eo q̄ cog. cōſan. vxo. ſue. c. ex lr̄is. Et ſm q̄ addit Guil̄. ſufficit licentia p̄prii ſacerdotis: immo q̄ de cōſuetudine nō ſeruatur iſte rigor petēdi licentiā. Rich. aūt dicit in. iiii. de interfectore vxoris: q̄ ſi cōtrahit matrimoniū: q̄uis nō ſit dirimendū cū non obſtat aliqđ impedimentū: peccat tñ cōtrahēdo cōtra eccleſie ſtatutū: niſi prius fuerit cū eo diſpēſatū. Et idem videt dicēdū de aliis caſib⁹ ſupradictis. Pe. de pa. i. iiii. ponit vtrāqꝫ opinionē: ſꝫ declinat ad ſecūdā dicēs: q̄ ſine diſpēſatiōe nō licet inuoluto in aliquo p̄dictoꝝ criminū ꝯtrahere vel debitū petere ſine diſpēſatiōe: ⁊ q̄ non niſi ep̄s diſpenſat: nec valet cōſuetudo in cōtrariū niſi cōſtaret q̄ ep̄i longo t̄p̄e hoc ſcientes diſſimularēt: al's cōtrariū faciēs peccat mortalr̄.

¶ Nota ſm Pe. de pal̄. in. iiii. q̄ clandeſtina deſpōſatio dicit fieri ſex modis ſm Hoſtiē. §. V. ¶ Primo vcꝫ qñ fit ſine teſtibus. ¶ Scđo qñ cōueniūt clandeſtine: anteq̄ recipiāt benedictionē nuptialem p̄ loco ⁊ t̄p̄e quo petere poſſunt. ¶ Tertio qñ ſpōſalib⁹ nō ſolutis ſed ſoluēdis ſolū auctoritate iudicis ſine licētia eius cōtrahit aliud m̄rimoniū. ¶ Quarto qñ cōtrahūt matrimoniū ante pubertatem ſine iuſta cauſa abſqꝫ licentia ep̄i: contra p̄hibitionē que fit extra de deſpō. impu. c. ii. et hoc eſt peccatū amicorū qui hoc p̄curāt. ¶ Quinto contra interdictū ſpeciale: ſicut ſi alicui interdicit ne cōtrahat cum aliqua p̄pter impedimētū ⁊ hmōi. ¶ Sexto qñ fit hoc amiſſis bānis: qđ intelligit vbi non eſt cōſuetudo in contrariū. Et quocūqꝫ iſtorū modorū cōtrahat/eſt culpa mortalis p̄pter inobediētiam eccleſie. Sed in ſex caſibus pōt iuſte diſpēſari. Primo cū magnatib⁹: qꝛ eorū matrimonia cū magna deliberatiōe ſolēt tractari p̄ amicos. Scđo qñ valde nobilis ignobilē ducit. Tertio cū diues pauperē. Quarto cū ſenex iuuenē. Quinto cū timent parētes q̄ iā cōtraxit. Sexto cum diu ſic fuerint: ⁊ hoc p̄pter verecūdiam. Diſpēſat autē in hoc ep̄s de cōſuetudine per papā ſcita: ⁊ diſſimulando approbata: al's cū ſit ſtatutum generalis cōcilii/ ſol⁹ papa diſpēſat. hec Pet.

¶ De impedimento feriarū: quando ſcꝫ non poſſunt fieri nuptie. Cap̄. xvii.

ESt aliud gen⁹ impedimēti tēpora-
lis:ſiue ad tēpus matrimonij: qḋ hꝫ
impedire/ſed nō dirimere matrimo
niū: qḋ dicit̄ impedimentū feriarū:
qḋ quidē impedit ſolū celebrationē
nuptiarꝫ/ ⁊ bn̄dictionē nuptialē/ ⁊ traductionē
vxoris in domū. Nō aūt impedit cōtractū ma-
trimonij vel de futuro vel etiā de p̄ſenti: qḋ fit
ſolo cōſenſu ꝑ verba expreſſa ſm Ray. ⁊ Hoſt. ⁊
glo.ſup.c.capellan⁹. extra de fer.niſi repugna
ret huic patrie cōſuetudo. Hoſt.tn̄ videt̄ dice-
re ꝙ nec etiā iſtud licet:ſed primū cōius tenet̄.
Pet.de pal.in.iiij.dicit:cōtrahere ꝑ verba de
futuro nō eſt ꝓhibitū.Et lꝫ ſm quoſdā nec etiā
ꝑverba de preſenti:iſtud tn̄ vltimū non videt̄:
qꝛ iſte cōtractus nō debet fieri clandeſtine/ſed
in facie eccleſie. In facie aūt eccleſie non videt̄
faciendū:ſicut nec bn̄dictio nuptialis.hec ille.
Credo in hoc ſtandū eſſe conſuetudini patrie.
Sciēdū igit̄ ꝙ in his tꝑib⁹ non poſſunt nuptie
celebrari:vcꝫ ab aduētu vſqꝫ ad epħiā:nec in-
cludit̄ octaua epħie cū de ipa nō ſit expreſſum
in iure. Itē a.lxx.vſqꝫ ad oct.paſche incluſiue.
Itē a tribus dieb⁹ ante aſcenſionē vſqꝫ ad oct.
pēte.excludēdo tn̄ ipaꝫ dn̄icam que eſt octaua
dies a pentecoſte: qꝛ ipſum feſtū nō hꝫ octauā
diē. Vn̄ in ipſa poſſunt nuptie celebrari. extra
de fer.c.capellanus. in fi.xxxiij.q.iiij.non opꝫ.
⁊ trib⁹ ca.ſeq. Qui autē nuptias facit in hmōi
tꝑibus/mortal̄r peccat: qꝛ cōtra generale ſta-
tutū eccleſie facit. extra de matri.cōtra.cō.in-
terdi.eccle.ꝑ totū. Pe.de pal.ſup.iiij.di.xxxij
dicit: ꝙ celebritas nuptiarꝫ eſt interdicta ab
aduētu vſqꝫ ad oct.epħie icluſiue.de alijs duo-
bus tꝑibus cōcordat cū predictis. Itē de ter-
tio tꝑe.ſ.a triduo ante aſcē.vſqꝫ ad oct.pente.
dicit ꝙ nuptie ſuſpēdunt̄ vſqꝫ ad feſtū trinita-
tis:ita tn̄ ꝙ nō a primis veſpis trinitatis licet
cōtrahere: ſed a principio noctis vel media no
cte: vel (ſicut verius puto) a mane in antea. Et
licꝫ ita ſit de iuris ſubtilitate: qꝛ tn̄ cōſuetudo
eſt optima legū interpres/ideo ſequēda eſt ter
re cōſuetudo a prelatis diu ſcita ⁊ diſſimulata
ſiue de celebrādo nuptias in diebus illis extre
mis:ſiue de abſtinēdo. ¶ Itē nota ꝙ feſta ſm
nouā ⁊ veterē legem a veſpera vſqꝫ ad veſperā
celebrāt̄: tn̄ in ſeptuageſima officiū ſibi ꝓpriū
qḋ abdicat cantica letitie: nō incipit in veſpis
ſed in cōpletorio:qn̄ primo intermittitur allā.
Vnde vſqꝫ ad cōpletoriū excluſiue licet cōtra-
here. Sed officiū aduētus ꝓpriū perfecte inci-
pit a veſperis ſabbati precedētis. Vnde extūc
nō licet cōtrahere. In diebus vero vltimis nō
ſolū veſpere/immo cōpletoriū ſunt de tꝑe pre-
cedenti ꝑ ſe loquendo:lꝫ per accidēs ſupueniē
te maiori feſto nichil fiat de illo in cōpletorio:
vel ſolū memoria in veſperis: ſicut apud illos
qui faciunt feſtū trinitatis in oct.pēte. perdit
veſperas et cōpletoriū. Et ſimiliter qn̄ celebre
feſtū venit in oct.paſche. Non tn̄ ꝓpter hoc li-
cet in iſta veſpera: ſed ſicut dictū eſt.ſ.in tali-
bus eſt cōſuetudo ſeruanda. Vn̄ in multis ter
ris etiam de nocte ꝓfunda in vigilia aduētus
⁊ ſeptuageſima nuptias faciūt: ſed ſi poſt me-
diā nocteꝫ facerent eſſet corruptela: qꝛ media
nocte more romano nox incipit: vt dicit̄.ff.de
ferijs.l.more. Unde ſicut nulla cōſuetudo ex-
cuſaret celebrare ī mane diei / ſic nec poſt me-
diam noctē:ſed certū eſſet qꝛ cōtra ſanctorū pa
trū canōes eſt. Contrahētes aūt nuptias iſtis
tꝑibus ꝓhibitis debēt puniri in quo delique-
runt:vt ſcꝫ ad tēpus ſeparent̄: ſed ſi ſit pericu-
lum incōtinētie alia penitentia imponat̄: et in
iſta diſpenſet̄. Sacerdos autē qui dedit bene-
dictionem hmōi tꝑibus graui pena licet arbi
traria puniēdus eſt: non aūt eſſet mortale exi-
gere talibus tꝑibus ab vxore pri⁹ rite benedi-
cta debitum. Pe.de pal. Itēꝫ etſi mortale ſit
conſummare matrimoniū tꝑe tali:tn̄ poſt pri-
mā copulam iterū cognoſcendo nō peccat mor
taliter: niſi hoc faceret in cōtemptū eccleſie or
dinantis. Petrus de palude.

¶ De ſponſalibus. Cap.xviij.

CIrca cōtractū matrimonij Nota
ꝙ matrimoniꝫ primo initiat̄.ſ.ꝑ
ſpōſalia/ſiue per verba de futuro.
Secūdo ratificat̄ per v̄ba de pre-
ſenti: vel alia ſigna exprimētia cō
ſenſum. Tertio cōſummat̄ per car
nalem copulam:et hoc cōiter obſeruat̄. Nō eſt
tn̄ neceſſariū ꝙ ſponſalia precedāt:qꝛ abſqꝫ ꝓ-
miſſiōe facta de futuro pōt qs ſubito cōtrahe-
re ꝑ verba de p̄nti. Silr̄ etiaꝫ ad eſſentiā mr̄i-
monij nō eſt neceſſariū ꝙ ſequat̄ copula carna
lis. Vn̄ inter Mariā ⁊ Ioſeph dr̄ fuiſſe perfe-
ctū mr̄imoniū.ſ.quo ad ei⁹ eſſentiā:etſi nō quo
ad ei⁹ ſignificationē cōpletā:cū tn̄ vterqꝫ remā
ſerit virgo.xxvij.q.ij.ſufficiat.§.cū ergo.qꝛ cō-
traxerant ꝑverba de p̄nti. Fuerat eni reuelatū
virgini Marie ꝙ Ioſeph nunꝙ exigeret ab ea
debitū: ſed ſi exegiſſet fuerat diuina auctorita
te diſpēſatum vt reddere nō teneret̄. Et vna ex
cauſis q̄re fuit v̄go Maria deſpōſata: ſm Ori
ge.xxvij.q.ij.inuēta.fuit vt partus v̄ginis dia
bolo celaret̄:q̄uis ei corda hoīm nō cognoſcat
ꝑ ſe:etſi corpa quo ad exteriora ſciat:nō tn̄ ſci-
re valuit vtrū ex Ioſeph vel ſine viro ꝯcepiſſet
nec ſi v̄go pepiſſet vel nō virgo: ⁊ hoc qꝛ ꝓpter
nimiā ſanctitatē virginis nō ꝑmittebat̄ appro
ximare ei vel hoc cognoſcere. Rich.iiij. ¶ No
ta ergo ꝙ mr̄imoniū initiat̄ ꝑ ſponſalia q̄ ſunt

futurarꝝ nuptiarꝝ ꝓmiſſio.xxx.q.v.noſtrates. Que fiũt multipliciter.aliqñ.ſ.nuda ꝓmiſſiõe vt cum dicit vir.accipiã vel ducã te in meã vxorẽ.⁊ illa reſpõdeat accipiã vel ducã te in virũ ⁊ hmõi. Itẽ aliqñ nõ ſolũ ꝓmiſſione: ſed etiã appoſitiõe iuramẽti fiũt ſpõſalia. Itẽ aliqñ fiunt datis arris ſponſalitijs. Nõ poſſunt aũt cõtrahi ſponſalia ex altera parte tñ nec claudicare ſꝫm Gui. Et ſi aliqͣs accipiat manũ mulieris ⁊ dicat ipſi mulieri. Do tibi fidẽ meã de accipiẽdo te in vxorẽ:⁊ illa nichil reſpondeat nec aliquo modo oſtẽdit ſe acceptare: nõ ſunt ſponſalia. Ille tñ ꝗ taliter dedit fidẽ:tenetꝛ eã ducere ſi illa voluerit:ſi nõ voluerit nõ eſt cõpellẽda:et hoc verꝝ niſi oſtẽderit aliquo mõ mulier illa acceptare qꝺ agebatꝛ. Vñ ſi ante fidẽ ſic datã tractabatꝛ de ſpõſalibꝰ vel matrimonio inter eos: et ipſa reqͣſita ſpõte manũ dedit ad fidẽ recipiẽdã ⁊ hmõi:tũc eſſent ꝯtracta ſpõſalia. Itẽ ſi qͣs ante pubertatẽ cõtrahit matrimoniũ per ṽba de preſenti:intelligunꝛ eſſe ſpõſalia: ⁊ hoc niſi eſſent proximi pubertati: et malicia ſuppleret etatẽ:qꝛ tũc eſſet mr̃imoniũ. eꝛ de deſpõ. ipu. duo. ¶ Itẽ nota ꝙ poſt ſepteniũ cõtrahi poſſunt ſpõſalia de futuro.eꝛ de deſpõ.impu. ſi infantes.li.vj.⁊ ex tũc valẽt. Si aũt alter vel ambo minor eſt ſeptẽnio:⁊ cõtrahũt ſponſalia ipſi vel parẽtes ꝓ eis:nichil agitꝛ niſi poſtea ratificẽt. Si aũt multũ appropiquarẽt ad tp̃s ſeptẽniũ:ꝗuis nõ impleuerint ſeptẽ ãnos:tenẽt ſpõſalia ſꝫm Tho.in.iiij.ſcꝫ diſt.xxvij.q.ij.ar.ij. ad vltꝛ. Qꝛ ſꝫm pħm in.ij.phyſicorꝝ.qꝺ parũ deeſt quaſi nichil deeſſe videtꝛ. Hec aũt appropiquatio determinãda eſt ſꝫm cõditionẽ cõtrahentiũ cũ in quibuſdã citiꝰ:in qͣbuſdã tardiꝰ ꝓueniat intẽtio ſeu cõplacentia nuptiarũ. Tho.⁊ hoſt. Tamẽ expreſſe de iure nõ habetꝛ ꝙ tp̃s ſeptenniĳ poſſit ꝓueniri. Ille tamẽ ꝗ maior eſt ſeptennio ſi cõtrahit ſpõſalia cũ minori ſeptennio: lꝫ nõ teneuerit etiã ex parte maioris: qꝛ claudicare nõ debẽt:qꝛ tamen iuſte maior fidẽ dedit:tenetur maior minorẽ expectare:ſi forte velit ſtare in eodẽ propoſito:alś peccaret ꝓpter fidem mẽtitã:et tenetur penitẽtiã agere de fide mentita. Itẽ inter abſentes poſſunt cõtrahi ſponſalia per nũciũ vel per litteras ſiue ꝑ ꝓcuratorẽ ſuper hoc ſi abſens hoc ſciat: vt qꝛ miſit nũciũ vel de conſenſu ſuo fit vel poſtea ratum habet. xxxij.q.ij.honorantꝛ. Hoſt. Itẽ ſi ꝗ ante pubertatẽ cõtrahũt matrimoniũ ſpõſalia eſſe intelliganꝛ. Itẽ nota qꝰ ſi abſens miſit nunciũ vel ꝓcuratorẽ ad cõtrahẽdũ ſpõſalia:⁊ poſtea reuocat nõ ſolũ ſi reuocatio perueniat ad ꝓcuratorẽ anteꝙ̃ puella conſentiat:nichil agitur.arg. extra de ꝓcu.in noſtra.⁊.c.mãdato.immo etiã ſi reuocatio ꝑueniat ad ꝓcuratorẽ poſtꝙ̃ puella cõſenſit: ſi tamẽ procurator reuocatꝰ fuerat anteꝙ̃ conſentiret puella:nichil eſt actum.hec Hoſt. ¶ Itẽ ꝗ cõtraxerũt ſpõſalia ꝗ tenuerũt: vt qꝛ in etate debita fuerũt cõtracta: tenentur cõtrahere matrimoniũ ſimul. nec poteſt alter eorꝝ cõtrahere cũ altera ꝑſona:ſi tamẽ cõtraxerint per ṽba de p̃ſenti:tenet ſcꝺm matrimonium.eꝛ.c.Sicut. Sed tenetꝛ agere penitẽtiã de fide mẽtita: ⁊ multo magis ſi primo interuenerit iuramẽtũ eꝛ.c.ex lr̃is. Sed ſi qͣs iurat alteri vnã de filiabꝰ ſuis dare in cõiugẽ:nõ nominãdo aliquã determinate. Rñdet hoſt.dare tenetur:ſꝫ quãcũqꝫ det liberatꝛ: qꝛ ꝓmiſſoris eſt electio:ſicut ⁊ in alijs ꝓmiſſionibꝰ.extra de regu.iu.li.vj.c. In alternatiuis. Et ſi oẽs moriãtur preter vnã ad illã dandã tenetꝛ.ar. ff.eo qꝺ certo loco.l.ij. Sed ſi vnã ex ipſis offerat ⁊ ille nõ acceptet cui ꝓmiſſum eſt:liberatꝰ eſt ꝓmiſſor etiã a iuramẽto.ff.de cõdi.inde. Cũ is. Qꝺ ſi vnã ex illis carnaliter cognouerit:nullã aliã habere poterit ꝓpter affinitatẽ cõtractã. Immo quod plus eſt ſi cõtemplatione precedẽtis cõtractꝰ cõmixtio facta eſt:eſſet mr̃imoniũ.extra de eo ꝗ du.in ma.ſiguit. Sed quid ſi qͣs iurat alteri ſibi dare vnã ex filiabꝰ ſuis et determinat quã:⁊ ſi illã habere nõ poſſit: ꝓmittit ſibi aliã. Rñdet hoſt.ꝙ tenetꝛ ei dare primã:⁊ ad hoc laborare bona fide. extra de ſpõ. Ad audientiã. Qꝺ ſi nõ poteſt:tũc diſtinguẽdũ qꝛ ſi prima cõſenſit ſpõſalibꝰ exp̃ſſe vel tacite: vtputa qꝛ ipſa preſente et nõ cõtradicẽte fuerũt cõtracta ſpõſalia:vel poſtea ipſa ratificãte ſororẽ illiꝰ habere nõ poteſt:qꝛ cũ prima cõtraxit ſponſalia ꝓpter impedimẽtũ publice honeſtatis iuſticie:vt in dicto.c. Ad audiẽtiã. etiã ſi illa prima ſpõſalia forte ꝓpter ꝯſanguinitatẽ aliquã cũ prima nõ tenuiſſent. Si vero prima nullatenus cõſenſit ſpõſalibꝰ:tenetur ei de ſcꝺa.extra de ſpõ.ex lr̃is. Sed queritur qͣd iuris de penis que ponũtꝛ aliqñ in ſpõſalibꝰ. Rñdeo ſꝫm Ray. lꝫ ſpõſalia poſſint cõtrahi ſub cõditiõe ꝓmiſſe pecunie:nõ tñ põt pecunia ꝓmitti ꝑ modũ pene. Et ſi ꝓmiſſa fuerit nõ tenet promiſſio: nec põt peti. vt ſi dicatꝛ niſi tecũ ꝯtraxero dabo tibi cẽtũ marchas: nã cõiugia debẽt eſſe libera. eꝛ.c.reqͣſiuit.et.c.gẽma. Idẽ tho. in. iiij.diſt. xxvij. q.ij.ar.j ad.ij. Nota tñ ꝙ arre ſpõſalitie ab ea ꝑte que cauſam p̃ſtat vt nuptie nõ ſequanꝛ amittunꝛ: recepte ṽo reſtituunꝛ in duplũ.C.de ſpõ.l. arris. Quinetiã ſi qͣs vellet ſpõſalia firmiter alligare:põt ſic facere ſꝫ hoſt.ſ. vt det magnã quãtitatẽ ꝓ arris et ſtipuletꝛ eas ĩ qͣdruplũ: qꝛ tñ poteſt ſtipulari ⁊ nõ ampliꝰ. Et tũc ſi ſteterit ꝑ recipientẽ quo minꝰ matrimoniũ ſequatꝛ: reſtituet eas ĩ quadruplũ.C.eo.l.ſi. Ceſſat tñ pena arrarũ in qͣbuſdã caſibus: vt ſi tp̃s appoſitum

ad hoc infra.c.ix.

lapſum ſit:tũc enĩ is ꝑ quẽ nõ ſtetit: nubat impune. Itẽ ceſſat ſi ſpõſus impeditꝰ fuerit:dũ tñ cauſam impedimẽti nõ prebuerit. ¶ Ceſſat etiã ꝓpter cauſaʒ legibꝰ interdictã: puta ſi de iure mrĩmoniũ ſeq̃ nõ põt. C.eo.l.vi. Nota igit̃ ꝙ ſi i ſpõſalibꝰ appoſitũ eſt tps ĩfra qð fieri debeat mrĩmoniũ:ille ꝑ quẽ nõ ſtetit impune nubit:ſʒ alij dat̃ penitẽtia de fide mentita.ex̃.e.Sicut.

¶ Inſuper notãdũ ꝙ in nouẽ §.I. caſibꝰ ſoluũtur ſpõſalia de iure et ſine pctõ ſʒ Ray. ¶ Primꝰ ſi alter ſponſoꝝ trãſit ad religionẽ:qð etiã facere poteſt cõtracto matrimonio de preſenti:ꝛ nondũ cõſummato:etiã altero inuito. ꝛ ſic ille q̃ remanet in ſeculo ſoluit̃ a ſpõſalibꝰ:ꝛ etiã a matrimonio. ¶ Scðs eſt qñ ſponſus nõ inuenitur:q꞉ trãſtulit ſe ad aliã regionẽ.et ſi terminꝰ in ſpõſalibꝰ nõ fuit appoſitus de cõtrahẽdo:tũc ſm leges preſens nõ tenetur expectare abſentẽ niſi per bienniũ. Tamẽ ſm hoſt.iudex poterit ꝓlõgare vel abbreuiare tps inſpecta qualitate ꝑſonarũ. ¶ Tertius eſt ſi alter ſponſoꝝ poſt ꝯtracta ſponſalia incurrat leprã vel paralyſim:amittat oculũ vel naſum ſeu q̃cq̃ ei turpius eueniat. ex̃ de cõiu. lep.c.vlt̃.ꝛ extra de iureiurã.c.quẽadmodum. Ubi innuit̃ ꝙ ſi etiã iurauit nõ tenet̃. ¶ Quartus ſi ſupuenit affinitas:puta q꞉ ſpõſus cognouit cõſanguineã ſponſe:vel econuerſo. xxvij.q. ij.quidã deſponſauit. Et ad hoc probandũ ſufficit ſola fama. Et ſm Hoſtien. ſufficit vnus teſtis. ¶ Quintꝰ ſi mutuo ſe abſoluãt:ſicut qui ſocietatẽ fide interpoſita cõtrahũt: ꝛ poſtea ſibi eã remittunt.ex̃.e.preterea.ꝛ hoc ſm Ray. goff.ꝛ alb.tho.pe.ꝛ ricb. ¶ Sextꝰ ſi alter eorũ fuerit fornicatꝰ poſt ſponſalia:in quo caſu licet alteri repellere fornicãtẽ. extra de iureiuran. quẽadmodũ. Et hoc de fornicatiõe carnali: et multo magis de ſpũali.ſ. de hereſi vel infidelitate. Pro fornicatiõe vero nõ volũtarie cõmiſſa:puta ſi ſpõſa violenter ab alio cognita fuit. ſm Hoſt.nõ debet repelli ſpõſa.vir etiam cogi nõ debet ducere talẽ.Sed ꝓ fornicatiõe cõmiſſa ante ſpõſalia:nõ debet dimitti ſpõſa niſi ſm Hug.ſi tpe deſpõſationis credebat eã eſſe virginẽ ꝛ poſtea cõſtitit eſſe corruptã anteq̃ haberet per vba de preſenti. ¶ Septimꝰ qñ ſpõſus vel ſponſa contrahit cũ altero viro per vba de preſenti:vel etiã ꝑ vba de futuro꞉ ꝛ ſequit̃ carnalis copula. Peccauit talis tamẽ mortalr̃ q̃ fidẽ fregit.Si aũt cõtrahit cũ vno vel vna ſponſalia de futuro ſine interpoſitiõe iuramẽti:ꝛ cũ ſcða ſilr̃ de futuro ſʒ cũ iuramẽto:debet remanere cũ prima ſm Ray.ꝛ Hoſt.ꝛ ricb.in.iiij.et xxij.q.iiij.in malis ꝓmiſſis.ꝛ peccauit tñ mortaliter cũ ſcða cõtrahẽdo. ¶ Octauꝰ qñ impubes q̃ contrahit ſpõſalia venit ad etatẽ adultã: et petijt abſolui a vinculo ſponſaliũ:ꝛ dari ſibi licẽtiã nubẽdi.ex̃ de deſpõ.impu.de illĩ.j. Oẽs predictos caſus ponit Ray.et Hoſt. ¶ Nonꝰ ſm Hoſt. ſi fama habeat ꝙ inter eos ſit aliqð impedimẽtũ:ꝛ de fama doceat̃.ex̃ de ſen. ꝛ re. iu.Cũ inter. Addit Ricb.in.iiij.ꝑdictis caſibꝰ decimũ ſm quoſdã.ſ.cũ ſponſalibꝰ ſupuenit votũ ſimplex cõtinẽtie. ¶ Sed vtrũ teneãt ſponſalia iuramẽto firmata ꝑ metũ facta q̃ cadit in conſtãtẽ virũ:dubiũ eſt ꝓpter iuramẽtũ additũ.ꝛ Ricb.in.iiij.ſup hec ponit duplicẽ opinionẽ. Aliq̃ enĩ dicũt ꝙ ꝑdicta ſponſalia nõ tenẽt ipſo iure:nec in foro exteriori:nec in foro ꝯſciẽtie: q꞉ nec deꝰ nec eccl̃ia tale iuramẽtũ voluerũt eſſe obligatoriũ reſpectu eoꝝ in q̃bꝰ maxime req̃rit̃ libertas:de quoꝝ numero eſt cõtractus ſpõſaliũ: ꝛ in religiõe ꝓfeſſio.xv.q.j.non eſt. Alij vo dicũt ꝙ talia ſpõſalia tenent ꝛ obligãt ꝯtrahẽtẽ in foro cõſciẽtie:q̃uis in foro exteriori nõ reputet̃ obligatꝰ: eo ꝙ eccl̃ia ꝑſumeret conſenſum interiorẽ nõ affuiſſe. Et ratio eſt ſm eos:q꞉ q̃ per iuramẽtũ ꝓmiſit ſe aliquã ducturũ in vxorẽ:ſi qð iurauit nõ implet : peierat ad qð ſeq̃tur ꝙ mortaliter peccat: ſed quilibet obligat̃ ad vitãdũ mortale pctm̃ : ergo ꝛc. hec ille. Tutior via eſſet vt peteret̃ a ſuꝑiori diſpẽſatio a tali iuramẽto Pe. Guil̃.ꝛ Hug. Et notãdũ ꝙ in tribꝰ predictis caſibꝰ ſoluũtur ſponſalia ipſo iure.ſ.qñ trãſit ad religionẽ alter : et qñ cõtrahit cũ alia per vba de preſenti: et per fornicationẽ ſi eſt notoriũ. In ceteris vero caſibus ſoluẽda ſunt autoritate epi.ar.extra de deſpon.impu.acceſſit ſm Hoſt. Et hoc vltimũ intelligit Ricb.in.iiij.quãdo ipſa ſponſalia ſunt celebrata in facie eccleſie vel corã teſtibꝰ. Nã ſi omnino eſſent clãdeſtina: etiã ſine iudicio eccleſie poſſunt diſſolui in dictis caſibus.

¶ Item nota ꝙ ſponſalia ·§.II. poſſunt cõtrahi ſm ricb.in.iiij.ſex modis. Primo modo nuda promiſſione:cũ dicit vir. Accipiã te in meã. Et mulier. Accipiã te in meum. Scðo datis arris ſponſalitijs : vt pecunia iocalibꝰ et hmõi. Et ſi ex defectu vnius frãgũtur ſponſalia ſine defectu alterius:ille qui cõmiſit defectum frangẽdo : idẽ perdit arras ſi dedit: et reſtituit duplicatas ſi recepit. Tertio anuli ſubarratione. Alicubi tamẽ datur anulus qñ cõtrahitur per verba de preſenti: ꝛ tũc nõ ſunt ſpõſalia:ſed perfectũ matrimonium. Quarto qñ ꝓmiſſio de cõtrahendo matrimonio firmatur iuramẽto. Quinto qñ dat̃ fides ab alterutro:qð pertinere videt̃ ad iuramẽtũ. Et vtrum ſpõſalia iuramẽto vallata facta ꝑ metũ q̃ cadit in conſtantem virũ teneant et obligent. ponit idem Ricb.in.iiij.diſt. xxix. duplicem opinionem vt ſupra dictũ eſt.§.precedenti. Quidam

Idem tho.in iiij. diſ. xxvij.q. ij.ar.j.

dicũt ꝙ obligant in foro cõſcientie: non in foro
eccleſie. Alij ꝙ nec in foro eccleſie nec cõſcien-
tie. Ponit rationes ⁊ reſponſiones pro vtraqꝫ
parte. Sexto fiũt ſponſalia ſub cõditione. Ubi
nota ꝙ cũ ſponſalia fiũt ſub cõditione: ſi ꝯditio
eſt honeſta vel vtilis: vt cũ dr̃. Accipiã te ſi pa-
rentib⁹ placet: vel ſi dabis centũ: exiſtente ꝯdi-
tione tũc ſtat ꝓmiſſum firmũ. Si vo cõditio ſit
inhoneſta et cõtraria bonis mrĩmonij: vt acci-
piã te ſi veneno ſterilitatẽ ꝓcuras: tũc ſponſa-
lia nõ ꝯtrahunt. Si furtis meis ꝯſentias: tunc
extat ꝓmiſſio: ſed tollẽda eſt cõditio ſm̃ Tho.
Ubi. ß. et Rich. in. iiij. ¶ Utrũ aũt votũ ſimplex impe
diat ſponſalia: Henricus boych ſup cap̃. Rur-
ſus. ex̃ qui cle. vel vo. circa hoc primo dat duas
regulas / quaꝝ prima eſt. Quotiens ꝯtrahunt
duo vincula equalis potẽtie incõpaſſibilia: pri
mũ preiudicat ſcdo. Scda regula eſt: ſi duo vin
cula diſparis potẽtie incõpaſſibilia ꝯtrahunt:
fortius repellit minus forte: vt ꝓbat extra de
De vo- ſpon. ca. Si inter. Cũ ergo querit an votũ ſim-
to ſim- plex diſſoluat ſpõſalia de futuro. Diſtingue: qꝛ
plici. aut votũ ſimplex p̃cedit ſponſalia ipſa: aut ſe-
quit. Si precedit votũ ſponſalia: tũc impedit ⁊
dirimit etiam ſponſalia de futuro iurata vt in
iſto ca. Rurſus / qꝛ hoc caſu iuramentũ eſt illi-
citũ cum iuret facere ꝯtra id qđ vouerat. vnde
non eſt obſeruandũ. xxij. q. iiij. inter cetera. Si-
cut alr̃ in ſponſalibus priora ſponſalia ſunt cõ
ſummanda. vt ex̃ de ſpon. ſicut ex litteris. Qđ
eſt verũ: etiã ſi in primis nõ interuenerit iura-
mẽtũ: ⁊ in ſcdis interuenerit. ſm̃ Inno. ⁊ Hoſt.
Abba. ⁊ Joh. an. Aut ſponſalia precedũt votũ
ſimplex: ⁊ tũc votũ nõ impedit vel dirimit ſpon
ſalia. Sed eo caſu cogi debet vel votuꝫ ſolẽni-
zare ſcꝫ ꝓfitendo in religione: ⁊ ſic eſſent ſolu-
ta ſponſalia: vel ſponſalia profiteri. i. ꝯtrahere
matrimonium. vt ex̃ de cõuer. cõiu. ex parte. ij.
ſm̃ Inno. ⁊ Hoſt. Adde ꝙ hoc videt intelligen
dũ qñ alter coniugũ hoc petit: ſcꝫ illũ cogi. Nã
ſi vellet votũ implere etiã in ſclo remanẽdo. i.
ꝯtinere ⁊ mutuo ſe volũtarie abſoluerẽt ab ob-
ligatione ſponſaliũ autoritate eccleſie fieri po-
teſt: quinimo cũ adhuc poſſit votũ ſuũ implere:
etiã ſi alter non abſoluit a talib⁹ ſponſalib⁹: qꝛ
poteſt religionẽ intrare: tenet votũ quo ad deũ
et hoc ſi votũ eſſet fortius vinculũ ꝙ iuramẽtũ
vel ꝓmiſſio ſponſaliũ: vt videt: ſed vt in dire-
ctorio iuris dr̃: ſm̃ Inno. Hoſti. ⁊ Goff. vident
eſſe vincula equalis potẽtie. et ideo dicũt ꝙ pri
mũ p̃ualet: ſicut prima ſponſalia p̃ualent ſcdis
nuptijs: ⁊ prima ſunt cõſummãda nõ ſcda. Sic
in ſponſalib⁹ ⁊ voto ſimplici meli⁹ eſſet ſeruare
votũ ꝙ cõſummare ſponſalia: ſed hoc nõ niſi p
ꝓfeſſionẽ in religione. Qđ etiã dictũ eſt in pri
mo caſu ſcꝫ ꝙ votũ precedẽs ſponſalia impedit

et dirimit: intelligit quo ad deũ: qꝛ talis nõ po Ad hoc
teſt licite ꝯtrahere: ⁊ ſi cõtrahit etiã mrĩmoniũ vide qđ
p verba de preſenti: nõ poteſt licite ꝯſummare dicit. ß.
ipm̃: ſꝫ tenet religionẽ intrare: ſi tamẽ de facto c. xvi. ß.
cõtrahat tenet matrimoniũ. ¶ De voto ſolẽni l. c. iiij.
quomodo ipediat vel dirimat dictũ eſt ſupra. ⁊
de cõtracto p verba de p̃ſenti quomodo poſſet
diſſolui etiã ibi. Itẽ nota ꝙ ille q̃ ꝯtraxit ſpon-
ſalia ſi vult recedere ab eis extra caſus predi-
ctos: debet moneri prius ad obſeruãdũ. ex̃ eo.
req̃ſiuit. Tandẽ poteſt cogi p cenſurã. ex̃ eo. ex
litteris. ij. Tamẽ cogendus nõ eſt vbi probabi
liter timet difficilis exitus: puta vxoricidiũ / et In. iiij.
hmõi: vt in dicto. c. requiſiuit. Peccat tamen di. xxvij
mortaliter ſm̃ Tho. recedens ab ipſis: etiaꝫ ſi q. ij. ar. j
non cogatur per eccleſiam. ad. ß.

¶ De contractu matrimonij de preſenti. Capl̃m. xix.

Matrimoniũ ratificat ſiue cõtrahit p
verba de p̃ſenti exprimẽtia mutuuꝫ
ꝯſenſum: vel etiã p litteras abſentũ
ſignificantes mutuũ ꝯſenſum: vel p
alia ſigna manifeſta in illis qui non
poſſunt loqui vel audire. Requirit ergo primo Ad con
et principaliter ꝯſenſus animi ſeu intẽtio con- trahen-
trahẽdi ex vtraqꝫ parte. Unde ſi aliq̃s ꝯtrahit dũ req̃-
ſponſalia: vel etiã ꝯtrahit p verba de p̃ſenti nõ ſita.
habẽs intẽtionẽ ꝯtrahẽdi: ſed extorquẽdi car-
nalẽ copulã: ⁊ ſic cognoſcat illã: p̃ſumi debet ꝓ
matrimonio. vt ex̃ de ſpon. tua. et ita iudicaret
in foro iudiciali. eccleſia etiã ſi de verbis illorũ
ꝯtrahentiũ conſtiterit cõpellet illũ ſtare cũ illa
cũ de intẽtione ipſi eccleſie conſtare non poſſit.
Unde nõ crederet eis etiã ſi ambo dicerent ſe
non intẽdiſſe ꝯtrahere: qꝛ quilibet ſic poſſet di
cere: ⁊ ſic dimittere vxorẽ ad placitũ: ⁊ hoc niſi
ſignis euidentib⁹ appareat ſe illud non inten-
diſſe / ſed ſimulaſſe: tũc eccl̃ia iudicabit nõ eſſe ma
trimoniũ: alr̃ verbis eoꝝ ſtabit vt dictũ eſt quaſi
vere ⁊ cũ intẽtione dicta ſint. In foro tamẽ pe-
nitẽtie ſi ille q̃ ſic ꝯtraxit ſimulate: nõ ꝓpoſuit
eã ducere: nec vnq̃ ꝯſenſit in eã: nõ debet ex il-
lo facto iudicari mrĩmoniũ ꝯtraxiſſe: qñ ex al-
tera parte dolus affuit: ⁊ defuit oino cõſenſus:
ſine quo nequeũt fedus efficere cõiugale: vt in
dicto. c. tua. Idẽ Pe. Tho. ⁊ Alb. Et addũt ꝙ In. iiij.
illa ex parte cui⁹ non eſt dolus excuſat a pctõ: di. xx-
ſed deceptor ſi verã vult facere penitentiã: ne- viij. q. ij
ceſſe habet illã ſine fictione ducere quãtũ in eo p totũ.
eſt: vel dare ſibi virũ ꝯuenientẽ: aut aliter ſatiſ
facere. Addit tñ Tho. ꝙ ad hoc tenet ſi vir ſit
equalis ꝯditiõis cũ illa. Nã ſi ſit multo meli-o-
ris cõditionis ꝙ illa: vel ſi aliud ſignũ euidens
fraudis apparuit: poteſt probabiliter p̃ſumi ꝙ
ſponſa nõ fuit decepta: ſed decipi finxerit: ⁊ tũc

nō tenetur ad p̄dicta ſm quoſdā. Itē nota ſm Rich.in.iiij. q̄ cū q̄s cognoſcit eā cū q̄ cōtraxit ſolū p verba de futuro: q̄uis ſit ibi mr̄imoniū p̄ſumptū ſm iudiciū eccl̄ie: tn̄ ſm iudiciū dei nō eſt ibi mr̄imoniū: q: mr̄imoniū ſm rei veritatē ſine reali cōſenſu de p̄ſenti ꝯtrahi nō pōt. Vn̄ ſi talis ꝯtraheret cū alia p verba de p̄ſenti: cū ipſa ſcḋa remanere debet: ⁊ licet eccl̄ia iudicaret ꝓ prima ⁊ cogeret ſcḋam dimittere ⁊ ad p̄mā redire: ipſe tn̄ qui ſcit factū ſuū: nullo modo dꝫ dimittere ſcḋam ⁊ ſtare cū p̄ma: q: adulteriū cōmitteret: ⁊ poti⁹ debet pati excōicationē. Et licet p̄lat⁹ eccl̄ie nō peccet in iudicādo ſic: q: iudicare habet ſm ꝓbatiōes exteriores: iſte etiā nō peccabit ꝓ illo tp̄e quo abſtinet a diuinis ⁊ ſacramētis ꝓpter talē excōicationē. Q: ergo ꝯſenſus animi principaliter req̄rit̄ in mr̄imonio: hinc eſt q̄ furioſus vel inſan⁹ dicēdo verba exprimētia ꝯſenſum mr̄imonii: nō propter hoc ꝯtrahit: q: ſcꝫ talis ꝯſentire nō pōt.xxxii.q.vii. neq̄ furioſus. qḋ intelligēdū eſt dū eſt i furore.
Qui cō trahere poſſunt et q̄ñ. Nā ſi habeat dilucida interualla: tūc ꝯ̄here pōt. Tho.⁊ Rich. Itē ebrius ſi ita ebri⁹ eſt q̄ neſcit q̄d agat: nō pōt ꝯtrahere: niſi qḋ fecit in ebrietate poſtea ratū haberet: ſed ſi nō auferat̄ vſus rōnis ꝓpter ebrietatē ꝯ̄here pōt. Tho.⁊ Rich. in.iiij. Itē inter abſentes non pōt ꝯtrahi niſi p l'ras exprimētes ꝯſenſum vel p ꝓcuratorē: qui ſup hoc habeat ſpeciale mandatū: nec pōt aliū ſubſtituere: niſi ſit ei ſpecialiter cōmiſſum: qui ꝓcurator ſi fuerit reuocat⁹ anteq̄ ꝯtrahāt: nō tenet mr̄imoniū poſtea ꝯtractū p ip̄m ꝓcuratorē: q̄uis ignorauerat reuocatiōeꝫ. ex̄ de ꝓcu. ꝓcurator. lib.vi. Hoſt. Cū aūt mr̄imoniū inter abſentes ꝯtrahit̄ p litteras ſolū: dicit Ray. ſi illa vel cui mittunt̄ littere nulli exprimit cōſenſum ſuū: credo ſine p̄iudicio quantūcūq̄ ꝯſentiat nō eſſe mr̄imoniū: ſed tn̄ demū erit q̄ñ notificauerit ſiue ſignificādo illi q̄ miſit l'ras ſiue aliū dicēdo. ¶ Item ante quartūdecimū annū maſcul⁹: ⁊ ante.xii. femina ꝯtrahere nō poteſt. ex̄ de deſpō. impu. puberes. Et ſi ante ꝯtrahūt non eſt mr̄imoniū: ſed erūt ſponſalia: niſi eſſent proximi pubertati: et ita q̄ malicia ſuppleret etatē. ex̄ de deſpon. impu. de illis.ii. Dicit autē
Ad hoc Ec.18. Pet. de pal. q̄ ſi nō diſtent plus q̄ p ſex mēſes vel malicia ſuppleat etatē: ⁊ poſſint carnaliter cōmiſceri: tenet matrimoniū ꝯtractū. extra de deſpon. impu. c. puberes. Ray. aūt dicit q̄ non debet diſtare a pubertate vltra ſex mēſes: licet alia cōcurrāt. ar. ex̄ de deſpō. impu. cōtinebat̄. qḋ dicūt pleriq̄ doct. Hoc veruꝫ eſt niſi carnaliter copulati: tūc enī credo tutius: dicit Jo. in ſumma cōfeſ. ꝓ matrimonio iudicandū: etiā ſi vltra ſex menſes a legitima etate diſtarent. ex̄ de deſpō. impu. c. a nobis. Cōcor. Inno. in glo. ſup. c. cōtinebat̄. Sed Alb. in. iiij. ſic dicit. Michi videt̄ de diſtantia potius in plus q̄ minus determinandū ſm diuerſam diſpoſitionē mēbrox ⁊ ſagacitatis. Quia ego vidi puellam de qua teſtimoniū p̄hibebat̄ q̄ erat nonē annorū: que cōcepit ⁊ peperit: cū decimū implere inceperit. Et p̄hi dicūt q̄ quidā naſcunt̄ dentati lanuginoſi ⁊ piloſi in genitalib⁹: qui citius alijs ſunt apti ad coitū. Et puto q̄ variant̄ hec in locis calidis ⁊ frigidis ſicut ⁊ ipſa impregnatio et corporis incrementū. Goff. dicit q̄ p aſpectū corporis: ⁊ eius qualitatē pubertas ꝓbari debet. Et quāto tēpore anni determinati p̄ueniri poſſunt: dicit arbitrio iudicis relinquendū: vt ipſe qualitatē pſone: prudentiā ⁊ maliciā metiatur. Nā et pubertas pleruq̄ annos anticipat ⁊ potētia coeūdi. ex̄ eo. puberes. et. c. a nobis. Hoſtiē. vero dicit q̄ nunq̄ dicit̄ potens: niſi probet̄ p euidentiā: quantūcunq̄ ſit proximus pubertati. Unde nō poteſt p̄ueniri tēpus duodecim annox in femina: ⁊ quattuordecim in viro: niſi forte dies adiuuendo. ¶ Et q: ſcḋm qḋ requirit̄ in matrimonio ꝯtrahendo eſt expreſſio cōſenſus p verba vel p equipollentia: ideo nota q̄ ſi in ipſa expreſſione verbox ponat̄ pactum vel cōditio cōtra ſubſtantiā et bona matrimonij: nil agit̄. vt ſi dicat aliquis. Cōtraho tecū: ſiue accipiā te in meā vxorē ſi generationē prolis euites: vel donec inueniā aliā digniorē: vel ſi ꝓ queſtu te adulterandā tradas. Nā prima ꝯditio eſt ꝯtra primū bonū matrimonij: qḋ dicit̄ proles. Secūda cōditio cōtra ſcḋm bonū matrimonij: qḋ dicit̄ ſacramentū. Tertia cōditio eſt cōtra tertiū bonū matrimonij: qḋ dicit̄ fides. Iſta tria ſcꝫ fidē/ prolē/ ⁊ ſacramētū ponit Aug. eſſe bona matrimonij. xxvii. q. ii. c. omne. Et in ꝓle intelligit̄ vt amanter ſuſcipiat̄ ⁊ religioſe educetur. In fide/ ne cum alia vel alio miſceat̄. In ſacramento vt matrimoniū poſtq̄ cōſummatū fuerit nō ſeparet̄ vſq̄ ad mortē: licet quo ad actū poſſit ſeparari: vel ex cōi cōſenſu: vel ꝓpter fornicationē. Quādo ergo aliqua cōditio ponit̄ ꝯtra aliqḋ p̄dictox: nō tenet matrimoniū. ex̄ de cōdi. appo. c. ſi. Sed ſi ꝯtrahēs intēdit nō ſeruare fidē ſed adulterari: nichilominus tenet ſi hoc non ducat̄ in pactū. Siliter intentio prolē vitādi maxime ſi ducat̄ in pactū ſm Pe. excludit matrimoniū: ſed intentio nō educādi prolē nō excludit: nec etiā deſperatio prolis. Itē intentio nunq̄ exigendi debitū ſm Guil. non vitiat ꝯtractū: immo etiā intētio negandi: dūmodo non ducat̄ in pactū. Itē intentio ducendi aliā vxorē dimiſſa illa cū qua contrahit vitiat cōtractū: ſed ipſa retēta tenet matrimoniū. Si autē in expreſſione verborū ponatur cōditio inhoneſta vel impoſſibilis: nō ta

De expreſſione cōſenſus.

men contra bona matrimonij:tenet matrimo‑ nium ⁊ illa conditio habetur pro non adiecta. extra de condi.appo.c.ſi.

¶ Pro maiori declaratiõe ei⁹ §.I.

qꝺ iam dictũ eſt de expreſſione cõſenſus ꝑ exte riora ſigna. Dicit Pet.in.iiij.diſt.xxvij.ꝙ non ſufficit actus interior ad eſſe ſacramẽti:ſed re‑ quirit ſignũ exterius expreſſum. Et q̃uis iſta expreſſio cõuenientius fiat ꝑ ꝟba: poteſt tamẽ fieri ꝑ aliũ modũ ꝓcipue in matrimonio:vt per lr̃as abſentiũ: vel ꝑ euidentia ſigna ꝯſentiũ nõ valentiũ loqui vt mutoꝝ:vel etiã loquentiũ vt dicit Tho.⁊ Inno. Dicit idẽ Pe.xxix.diſ.ꝙ in his q̃ ſunt ſui iuris requirit ꝯſenſus ꝑ eos ex‑ preſſus:ſed in his q̃ ſunt iuris alieni: vt in filijſ familias ſufficit tacitus cũ expreſſione eoꝝ in quoꝝ ſunt ptãte:vt patet.xxxij.q.ij.honorant. Idẽ Tho.in.iiij.diſ.xxvij.q.ij.art.ij.ad.ij.⁊.iij. et Inno.⁊ Guil.qui etiã ponit talẽ caſuȝ ſeu.q. Quid ſi vir dicat mulieri : accipiam te in meã vxorẽ: ⁊ illa nichil r̃ndeat. Dico ꝙ ſi mulier cõ ſentiat aio:ſed ex verecũdia taceat:ꝑmittit ta‑ mẽ ſe ſubarrari ꝑ anuli imiſſionẽ volũtarie vel dotari: ipſa taciturnitate ⁊ patientia cõſenſus eius exprimitur:etiaȝ ſi lingua taceat:vt notat Hug.xxvij. q.ij.c.vlti. Uerba eñi in mr̃imonio nõ ſunt ita de ſubſtãtia ſacramẽti vt in baptiſ‑ mo ⁊ euchariſtia. Sed verba et nutus vel alia indicia ſunt neceſſaria ad hoc vt cõſtet eccleſie de ꝯſenſu mr̃imoniali. ꝯcor.Tho.dicẽs i hmõi caſu ꝙ ſufficit ꝙ nõ ꝯdicat. Si aũt nulla eſſent indicia de ꝯſenſu ei⁹ niſi ꝙ alter ꝓtulit ꝟba:nõ credo ait Guil.ꝓſumendũ ꝓ mr̃imonio. Hoſti. etiã dicit in ſumma et in glo.ꝙ ꝟba requirunt vt ꝓbetur cõſenſus:q̃ ſi deficiãt ſufficere debẽt ſigna etiã in loquẽte. Uñ ⁊ ſi ſcribat voluntatẽ ſuã ſine verbis etiã ſufficit. Itẽ no.ſm Guil. ꝙ cũ quis ꝓteſtat corã pluribus ꝙ quicq̃d faciet vel dicet:nõ faciet aio ꝯtrahendi : ⁊ poſtea con trahat cũ illa dicẽs.Cõſentio i te ⁊ hmõi:ſi hoc cõſtat iudici.ſ.iudicialiter iudicabit ꝓ mr̃imo nio : quia recurrendũ eſt ad cõmunẽ intellectũ verboꝝ. Et interpretatio eſt facienda ꝯtra eũ q̃ dolũ adhibuit:⁊ q̃uis ꝓteſtationẽ ꝓbet:potuit tamẽ poſtea recedere ab ea ⁊ ꝯſentire in illã.

¶ Eſt autẽ effect⁹ matrimo‑ §.II.

nij cõtracti ꝑ verba de ꝓſenti inter fideles mul tiplex ſm Ray. In primis quidẽ:qꝛ marit⁹ nõ poteſt dimittere vxorẽ nec vxor virũ : ſiue effi‑ ciatur cecus ſiue leproſus vel hereticus.xxxij. q.v.horrendus.niſi tñ cauſa fornicationis : et tũc ſi dimittat maneat ſine ꝯiuge vel recõcilietur ei.xxxij.q.iiij. dixit. et i alijs.c. Poteſt tñ alter eoꝝ ante ꝯſummationẽ mr̃imonij intrare reli‑ gionẽ altero inuito: ⁊ ille q̃ remanet in ſeculo: neceſſe habet illũ expectare vſq; ad ꝓfeſſionẽ: poſtea ſolutus eſt. Nã ſi ille reuertat ad ſeculũ ante ꝓfeſſionẽ durat mr̃imoniũ:⁊ ſi remanens in ſeculo ꝯtraxiſſet cũ alia ꝑſona: ⁊ etiã ꝯſum‑ maſſet matrimoniũ:cogeretur illũ dimittere ⁊ ſuſcipere egreſſum de religione. ſi aũt talis pol lueret vxorẽ extra clauſtra pudoris : nõ impe‑ ditur ꝑ hoc ab ingreſſu religionis: qꝛ nõ ꝯſum mauit ꝑ hoc matrimoniũ ſm Arch. ad hoc.ꝫ. ca.xj. Si ꝟo vxorẽ volentẽ ingredi religionem vel iã ingreſſam:ſed nouiciã cũ qua ꝯtraxerat per verba de preſenti : cognouit etiã ꝑ violen‑ tiam:tunc non poteſt ingredi religionẽ:vel re‑ manere ſi iam intrauit contra voluntatẽ alte‑ rius cõiugis.ſm Rich.et Hoſtieñ.

¶ Secũdus effectus eſt ꝙ §.III.

mulier poteſtatẽ ſui corporis nõ habet:ſed vir: et ecõuerſo.j.Coꝛ.vij. Unde nõ poteſt ꝯtinẽtiã vouere altero inuito.xxxiij.q.v.ꝑ totũ.qꝺ videt intelligendũ quantũ ad redditionẽ debiti : ſe‑ cus quo ad exactionẽ. Itē qꝛ cõpellendus eſt reddere debituȝ vxori : licet nunq̃ cognouerit eã ⁊ ecõuerſo : nõ obſtante ſuꝑueniente affini‑ tate.ex̃ de eo q̃ cog.ꝯſan.vxo.ſue.c.diſcretionẽ. Ille tamẽ cõiunx q̃ eſt innocẽs admonẽdus eſt vt ꝯtineat:ꝙ ſi nolit : tũc nocẽs tenet ei debitũ penitus reddere: ſed exigere nunq̃ debet : niſi ſecũ diſpenſet : et poteſt in hoc diſpenſare epũs ſm Pe.de pal. Qꝺ ſi dicat alter velle ingredi religionẽ:arbitrio iudicis puta epi:aſſignabit cõueniens tẽpus infra qꝺ aut intret aut ꝯſum met matrimoniũ:al's excõicabit:⁊ tali caſu nõ obediendo eccl'ie peccat mortaliter:nec ſuffice ret ꝙ intraret aliqꝺ heremitoriuȝ: vel ſumeret tertiũ habitũ ordinis predicatoꝝ vel minoꝝ: ſed oportet ꝙ intret in vnã de religionibus ap probatis ⁊ obligantibus ad tria vota.

¶ Tertius effectus eſt ꝙ §.IIII.

cū ſcȝ vnus vouet continentiā de licentia alterius loquendo de voto ſolēni religionis. Dicit Petrus de pal'. ꝙ circa hoc eſt duplex opinio. Quidā enim dicūt ꝙ licet intrando religionē iſtud debeat obſeruari: ꝙ ſi ille de cuius licentia alter intrat religionē eſt ſenex ⁊ nō persona ſuſpecta de incōtinentia: poteſt in ſeculo remanere vouendo cōtinentiā: ſed ſi eſt iuuenis vel ꝑſona ſuſpecta: non poteſt remanere in ſeculo: ſed debet intrare religionē: vt habet̃ ex̄ de cōuer. ꝯiuga. c. cū ſis. et. c. vxoratus. tamen iſtud nō obſeruat̃. Alij dicūt ꝙ ſicut viro cōſentiente vxori in voto abſtinētie idē vir poteſt reuocare poſtea: licet peccet reuocando ſine iuſta cauſa: illa tamē tenetur obedire. Ita ⁊ in voto caſtitatis quo ad vtrūqꝫ: q2 ſcȝ vno vouente ꝯtinentiā de licentia alterius: ſi poſtea licentians reuocet: licet peccet: tamē licētiatus tenet̃ reddere debitū. Et ſubdit idem Pe. ꝙ poſſet ſic diſtingui: q2 aut licentians ad religionē nō eſt ꝑſona ſuſpecta: de qua timet̃ de incōtinentia: et vult ſimiliter ꝯtinere ⁊ vouere: ⁊ tūc licet re integra. i. anteq̄ ꝯiunx eius ꝓfiteatur poſſit reuocare licentiā: ſicut ⁊ mandatū re adhuc integra reuocari poteſt: tamē poſt votū ſolēne emiſſum a licentiato nō poteſt reuocare ipſum. et ſic intelligitur cap̄. agathoſa. xxvij. q. ij. ⁊. xxxiij. q. v. qui vxorē. Aut licētians eſt ꝑſona ſuſpecta: de cuꝰ incōtinentia timet̃ / et talis que nō poterat licentiare de intrando: ⁊ tunc licet peccet reuocando poſt votū ſolēne: tamen q2 illud fuit temere emiſſum: tenet̃ licētians debitū reddere. Hec Pe. Dicit tamē hāc cōcluſionē dubiā. Et eandē diſtinctionēȝ facit Pe. de voto ſimplici emiſſo de licētia alterius. ſ. ꝙ poſſit reuocari a persona licētiante ſi eſt ſuſpecta de incōtinētia. Et argumentū ad hoc ſumit a fortiori per. c. ſ. de cōuer. ꝯiu. Sed doc. multi ⁊ precipue Tho. in. iiij. et Joħ. neapol'. in quodli. viij. dicūt ꝙ votum cōtinentie emiſſum ab vno ꝯiugū de licentia alterius: ſeu ſine licentia ſed poſtea ratificata: licentians nō poteſt ipm̄ reuocare. Unde ſi ille qui ſic vouet peteret debitū: nō ſolū licentians nō tenet̃ reddere: imo nec debet: al's peccaret mortaliter ſm̄ Jo. neapo. quia cooperat̃ ei in crimine mortali. ar. ad hoc. xxxiij. q. v. manifeſtū. §. ſi continentie vota. Nec cōiter tenet̃ qđ dictū eſt. ſ. a quibuſdā ꝙ ita poſſit reuocari votū ꝯtinentie ſemel conceſſum ab altero ſicut votū abſtinentie. Oēs tamē in hoc cōcordāt: ꝙ ex hoc ꝙ vnus vouit ſimpliciter de licentia alterius non impedit̃ quin ipſe poſſit ad placitū exigere debitū a vouente dū ipſe ſimiliter nō vouerit. De voto aūt ſolēni ꝑ ſuſceptionē ordinis ſacri / dicit Pet. de pal'. ꝙ ſi ſciente vxore ⁊ cognoſcēte ſe teneri ad ꝯtinentiā ex ordinatione viri ipſa cōſentiat ipſum ordinari: q̄uis vir eiꝰ nō debuiſſet ordinari ſi erat ſuſpecta: non propterea poterit reuocari votū viri ordinati: nec tenet̃ ipſe ꝓpter hoc ei reddere debitū petētia nec ipſo mortuo poterit cum alio ꝯtrahere: al's matrimoniū eſſet nullū. Nec eſt ſimile de profeſſione ⁊ ordinatione: quia prohibitio eccleſie poteſt facere ꝓfeſſionē nullā: non autē ordinē. Pet. Sed ſi inſcia vxore vel ſciente ⁊ cōtradicente recepit vir ordinē ſacrū: ipſe quidē deponetur ⁊ reſtituet̃ vxori ſi vxor hoc petierit: ⁊ ſic reddere tenetur debitū: ſed nō poteſt exigere: nec poſt mortem vxoris cum alia contrahere: al's nullū erit matrimonium.

¶ Quātū ad tertiū modū §. IIII.

cum ſcȝ vterqꝫ pari cōſenſu vouerit cōtinentiā: nullus eoꝝ poteſt vel debet exigere debitū vel reddere: niſi cū pctō mortali ſm̄ Joħ. neapol'. ⁊ alios. Et ſi vnus eoꝝ frangeret votū: puta aliā cognoſcēdo: alter nichilominus tenet̃ ſeruare. arg. xxxiij. q. v. c. qđ deo. Sed vbi eſſet periculū incōtinentie q2 ꝑſone ſuſpecte: forte bonū eſſet diſpenſationes querere ſuper tali voto. Et ſm̄ Guil. videtur ꝙ epūs poſſet diſpēſare. Item ſm̄ Pe. de pal'. quādo alter cōiugū intrat religionem ⁊ profitet̃ altero inuito: poteſt reuocari ad petitionē ipſius: ⁊ reuocatꝰ tenet̃ reddere debitū: ſed nō poteſt exigere ratione voti. Mortuo eo qui reuocauerat: is qui ꝓfeſſus fuerat inducendus eſt vt redeat ad monaſteriū: nō tamen cogendus. Cuius ratio eſt: quia profeſſio eius nō tenuit: ex quo non intrauit de licentia ꝯiugis ſue. Et q̄uis nō poſſit poſt mortē reuocantis cōtrahere cū alio: tamen ſi cōtraxit matrimoniū tenebit: ſȝ exigere nō poterit debitū.

Item cū vnus ꝯiugum de licentia alterius intrat religionē: ſed anteꝗ̄ ꝓfiteatur reuocatur ab eo: mortuo reuocante poterit etiā cum alia pſona cōtrahere: nec tenet redire ad monaſteriū: nec prohibetur exigere debitū. Et hoc totū verū eſt niſi aliud obſiſtat: puta ſi votum emiſiſſet. Qui autē de licentia cōiugis ꝓfitetur: nō poteſt de iure redire ad vxorē: ꝙ ſi de facto ad vxorē reuertit: cogendus eſt (non ſolū ea mortua: ſed etiā viuente) redire ad monaſteriū. et ſic videtur dicere illud. c. ex parte. ex̄ de cōuer. cōiug. Et ſi mortua vxore cōtraheret cum alia: matrimoniū nullum eſſet. Pe.

De dotibus et donationibus propter nuptias. Capl̄m. xxiij.

Dos eſt que datur viro a muliere ꝓ onere quod de matrimonio ſuſtinet. Unde tādiu durat ꝗ̄diu durat matrimoniū ſed eo ſoluto ſoluit: q2 ſine eo eſſe non poteſt. ff. de iure do. l. iij. Et eſt dos quaſi propriū patrimoniū mulieris. ff. de minori. l. denicꝗ. §. ſed vtrū. in fi. Sed ꝗ̄diu ſtat matrimoniū: dominiū dotaliū eſt penes virum. vnde cōtra voluntatē viri nō poteſt inde elemoſynaꝫ facere. Nota ꝙ due ſunt ſpecies dotis: nā alia eſt ꝓfectitia: alia aduētitia. Profectitia dos eſt que a patre ꝓ filia: vel ab auo ꝓ nepte: vel ab alio nomine eoꝝ: ſeu de bonis eoꝝ datur vel proficiſcitur. vt. ff. de iu. do. l. profectitia. Aduētitia dos eſt quam ipſa mulier dat ꝓ ſe vel ꝓ alio/ſiue ſit frater ſiue alius quiuis. Item dos alia eſtimata: alia ineſtimata. Sed ſi eſtimata datur: tam lucrum ꝗ̄ damnum pertinet ad maritum: ſicut ad rei emptorem. Si vo ineſtimata: damnū et lucrum pertinet ad mulierem. ff. de iure do. l. pleruꝗ. Fructus tamen pertinet ad maritū propter onera matrimonij. Unde fetus dotalium pecoꝝ ad maritum pertinent/ q2 in fructu cōputantur: ſic tamen vt ſuppleat inde mortua capita ex tā natis fetibus: vt in dicta. l. pleruꝗ. Pactū patri factū a filia dū nuptui traderet ꝙ dote contenta nullū ad bona paterna regreſſuꝫ haberet improbat lex ciuilis. Si tamen iuramento nec vi nec dolo preſtito firmatū fuerit: debet ſeruari. ex̄ de pac. ꝗ̄uis. lib. vj. Dos et donatio ꝓpter nuptias donari nō poteſt etiā cōſentiente vxore. ff. de fūdo do. l. lex iulia. nec valet alienatio niſi vxor iurauerit non ꝯtrauenire. ex̄ de iureiurā. Cum cōtingat. et. c. Licet. lib. vj. Sed iſtā materiā cū ſcꝫ iuratur ſup hmōi vide diffuſe. S. in. ij. parte in titu. de iuramento.

In quibus caſibus maritus §. I.

lucratur dotem. Reſpōdeo: lucratur ex pacto: vt ſi paciſcatur de tota dote: vel ei9 parte poſt mortem vxoris lucranda. vt. C. de pactis conuentis. l. ex morte. in principio. et in auten. ibi poſita. Itē lucratur ex lege: vt ſi propter adulterium mulieris fiat diuortium: mulier dotem amittit. extra de dona. inter virum et vxo. plerūꝗ. Item mortua vxore inteſtata et deficientibus liberis et propinquis: vir ſuccedit vxori et lucratur dotem. et ecōuerſo eſt. C. vnde vir et vxor. l. j. In alijs autē caſibus dos ad mulierē: et donatio ꝓpter nuptias redit ad virum: niſi ſecus obtineat de cōſuetudine. ex̄ de dona. inter vi. et vxo. donatio. §. ſane.

Pone ꝙ propter adulte- §. II.

rium vxoris facta ſeparatiōe thori mulier dotem amiſit: nunc autē probata cōſanguinitate ſeparantur omnino: nūquid poterit mulier dotē repetere? Reſpondeo non. Nā licet modo appareat ꝙ nō fuit matrimoniū: mulier nichilominus punienda eſt propter intentionem cum ope ſubſecuto. extra de biga. c. nuper. et. c. vlti. et etiam vt per hec ceteris delinquendi materia auferatur: et ne cogitetur falſa probatio cōtra matrimoniū. Hec Hoſt. Lauſ. Goff. Berſi. et Iohā. Et nota ꝙ quia ad penas legum quis non tenetur: niſi poſtꝗ̄ quis fuerit adiudicatus: ſcꝫ per iudicem cōdemnatus. ſm Tho. et Ray. ideo ſi mulier cōmittat adulteriū nō ipſo facto amittit dotē: ſed poſtꝗ̄ in iudicio ſup hoc fuerit iudicata: ſcꝫ de adulterio.

Cui reſtituenda ſit dos §. III.

Reſpondeo ſi dos fuerit a patre profecta: tunc ſi in matrimonio filia premoriatur: debet dos reddi patri. vt. C. ſolu. matrimo. l. dos a patre. niſi ſi mulier reliquerit liberos: quia tunc licet de iure deberetur patri: tamen de conſuetudine remanet penes liberos. vt nota. in dicta. l. dos. Si vero vir premoriatur: tunc talis dos patri et filie reddenda eſt: ita tamen ꝙ nec pater aliter ꝗ̄ voluntate filie eam petere poteſt. ff. ſolu. matrimo. l. ij. ꝙ ſi pater non viuat vxori reddenda eſt. vt ibi. Si vero dos fuerit a quocūꝗ alio: tunc ſi premoriatur vxor: ad heredes eius ꝑtinebit dos. Si vo premoritur vir: dos ad vxorem redibit. Intellige hoc niſi ille qui dedit fuerit ſtipulatus doteꝫ ſibi reddi. C. de rei vxo. actio. l. vnica. et. ff. ſolu. matrimo. l. quotiens. §. j.

Quando reſtituenda ſit §. IIII.

dos. Rndeo ſi dos cōſiſtit in rebus immobilibus: debet reſtitui ſtatim ſoluto matrimonio. Si vo in mobilibus debet reſtitui infra annū. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. cū autē. Sn ſemp

ex iiij

maritus in caſu reſtituēde dotis cōpellaꝫ red
dere in totū? Rñdeo. marit⁹ in reddēda dote
nō cōdemnaꝫ niſi inquātū facere pōt: ſcȝ habi
ta ratiōe ne egeat ſi nō dolo verſatus eſt: vt. C.
de rei vxo. act. l. vnica. ⁊ dȝ cautionē exponere
ꝙ ſi ad meliorē fortunā peruenerit / ſoluet reſi
duū. Hoc etiā priuilegiū trāſit ad filios eiuſdē
matrimonij. vt. ff. ſo. ma. l. maritū. ſȝ hoc here-
di extraneo nō eſt preſtādum: q2 tale beneficiū
perſonale eſt / ⁊ cum perſona extinguitur.

¶ Utrū maritus vel ei⁹ heres §. V.
in reddenda dote poſſit detrahere impenſas?
Reſpōdeo: expenſas vtputa ꝙ domū refecit: ⁊
hmōi retinere pōt. vt. C. de impē. in re. do. l. j.
Expēſas ṽo volūtarias ſiue voluptuoſas ꝑdit
etiā ſi voluntate mulieris facte ſunt. ff. ſo. ma.
in volūtarijs. Quid ſi maritus teneꝫ de dote:
et alia debita hȝ? Reſpōdeo. mulier ꝓ dote hȝ
obligata oīa bona viri intantū ꝙ preferꝫ omni-
bus creditoribus nō habētibus expreſſam hy
pothecā. Et hoc niſi ali⁹ ſit in ſiſci iure: vt q2 pe
tit dotē precedētem. C. q̄ po. in pi. l. ſi. ver. pria
reſtitui. et. §. ſed in donatione ꝓpter nuptias:
non preferꝫ mulier creditorib⁹ niſi poſteriori-
bus. Etiā conſtante matrimonio vxor recupe-
rare pōt dotē: vt qñ vir vergit ad inopiā. C. de
iur. do. l. vbi. Pro delicto viri non debet vxor
dotē amittere. extra de pigno. ex litteris. Etiā
ſi cōmiſit crimen leſe maieſtatis. C. ad. l. iuliā
ma. l. quiſquis. Poſſeſſiōe pignorata genero
ꝓ dote fructus non debēt cōputari in ſortem:
ſi gener ſuſtinet onera matrimonij. ex̄ de vſur.
c. ſalubriter. vide. ſ. in parte. ij. tit. j. de vſuris.
Qui hȝ cognoſcere de matrimonio / hȝ ⁊ de do
te tanꝙ de acceſſorio. extra de dona. inter virū
⁊ vxorem. c. j. ⁊. c. iij. ff. de iure do. l. ij. ⁊. iij.

¶ Donatio propter nuptias §. VI.
eſt qđ ſponſus ſponſe donat: quādo ipſe ab ea
dotem accepit. extra de dona. inter vi. ⁊ vxo. c.
nuper. Huius autē donatiōis ꝓpriū eſt ꝙ ſi
paciſcaꝫ marit⁹ de dote vel parte dotis lucrā-
da vxore premortua: talem partē debet lucra-
ri mulier de donatiōe ꝓpter nuptias premor-
tuo viro. extra de dona. inter vi. ⁊ vxo. donatio
§. ſane. et. C. de pac. conuentis. l. ex morte. In
hmōi autem dotibus et donationibus ſunt di
uerſa ſtatuta in diuerſis locis. Naȝ alicubi vt
Florentie ſi vxor premoriaꝫ conſummato ma-
trimonio / vir lucratur totam dotem ſi non ex-
tant filij ex ea: nā ſi filios relinquit illis rema-
net. Alibi lucratur partem: et alia pars reſti-
tuitur ei vnde ꝓfecta eſt dos. Si vir premoria
tur: reſtituitur ei tota dos ⁊ donatio ꝓpter nu
ptias. Et in hoc ſtatur magis legi municipali
ſeu ſtatuto ꝙ̄ iuri cōmuni.

¶ Dos cōſtante etiā matri- §. VII.
monio ab vxore pōt repeti viro in inſulā depor
tato cuius affectionē mulier non mutauit ſm
Pe. de pal. in. iiij. di. xlij. Et idē de viro de re-
gno bannito. C. de iure do. l. vbi et in reb⁹. Itē
vergēte viro ad inopiā pōt peti dos cōſtāte ma
trimonio: non ꝓpter paupertatē eius / q2 tunc
ſub tali cautione quam preſtare pōt cōmitten-
da ⁊ dimittēda eſt dos: ſed ꝓpter paupertatē
mētis: vt qñ incipit eſſe ꝓdigus ⁊ dilapidator
q2 tunc cautio parū valeret: ⁊ ſic intelligiꝫ illa
lex: vbi ⁊ in rebus. Pe. Itē ꝙ lȝ ſm ius ciuile
mulier ſecūdo nubēs lucrareꝫ legatū ſibi factū
ſub conditiōe ꝙ permaneret vidua fauore ma
trimonij: dū tñ non nuberet infra annū a mor-
te viri: tñ q2 iura canonica ⁊ diuina plus fauēt
viduitati ꝙ̄ matrimonio: vt ſtatui perfectiori:
ideo nubens cōtra conditionem legati non lu
cratur ſed amittit ipſum. Pet. de pal. vbi. ſ.

¶ Item ſciendū ꝙ qñ vxor §. VIII.
ꝓpter diuortium factū ꝓpter adulteriū ſuum
perdit dotem: ſi ipſa erat filiafamilias. i. in pa
tris poteſtate cōſtituta: ⁊ dos erat ꝓfectitia. i.
de bonis pr̄is ꝓfecta: vel alr̄s qñcūqȝ dos erat
ad patrē recaſura: pater nō perdit eam ꝓpter
delictū filie / q2 nō debȝ pater portare iniquita
tē filij. Si ṽo nō erat recaſura ad patrē: ꝙ̄uis
ab eo ꝓfecta eſſet: q2 ea mortua eam rehabitu
rus nō erat: tunc maritus eā lucraꝫ: ⁊ ſic intel-
ligit Hoſti. C. de adul. l. vlt. ad fi. ⁊ extra de do.
inter vi. ⁊ vxo. c. plerūqȝ. Sed qñ dos erat redi
tura ad patrē / pater eā perdit ꝙ̄diu filia adul-
tera viuit: ſicut etiā nō potuiſſet eam repetere
ipſa nō adulterante: nec debet ipſe ex delicto fi
lie lucrari: ſed tenebit eam vir adultera viuēte
poſt eius mortē redibit dos ad patrem: ſicut ſi
prelatus eccleſie cōmittat felloniam. i. cōiuret
cōtra dñm: ꝙ̄diu ipe viuit eccleſia feudū ꝑdet:
ſed ipſo mortuo ad eccleſiā feudū redibit: nec
delictū perſone redūdat in damnū eccleſie. Ex
his ſequiꝫ ꝙ ſi vir cōmittit crimē leſe maieſta-
tis ꝓpter qđ bona eius cōfiſcenꝫ ⁊ ipe nudus
exulet: vxor perdit dotē ꝙ̄diu viuit vir ei⁹: ne
per eius delictū lucreꝫ vxor qđ prius nō habe
bat: interim tñ fiſcus ei ꝓuidere teneꝫ neceſſa
ria loco viri: ſed viro mortuo rehabebit inte-
gre dotem ⁊ dotarium ſuū: vt dicunt de conſue
tudine. Hec Pet. de pal. in. iiij. diſt. xlij.

¶ Item ſciendū de expenſis §. IX.
factis ab vxore extra domū: q2 vir ꝓ oneribus
matrimonij hȝ dotē: ideo a tēpore cōtracti ma
trimonij intus et extra dȝ ſibi facere expenſas
vir ſm quantitatē dotis. ff. familie herciſcūde
l. ſi marit⁹. immo etiā ſi dotē non hȝ vel ꝑdidit
culpa ſua / teneꝫ ei neceſſaria ꝓuidere ſm fa-

cultates ſuas: immo vbi maritus diſſipat bona ſua vergēs ad inopiā etiā cōſtante matri-
§.vij. monio: mulier recuperat dotē: vt dictū eſt. Sȝ qñ mulier ſpōte receſſit nō recuperat expēſas niſi a tpe quo rediēs nō eſt admiſſa: et hoc niſi opponat᷑ de adulterio: qꝛ adultere nichil tenetur preſtare: niſi ipſa replicet de cōſimili. Dico autē ꝙ ſpontevaganti non tenet᷑ ad expenſas: ſed ſolum qñ iuſta de cauſa: puta ꝓpter nimiā ſeuitiā viri vel aliquid hmōi. Vel qꝛ vadat ad longinquas partes / ⁊ eam mittit ad cōſanguineos ipſi⁹ vxoris ꝓ maiori honeſtate ⁊ hmōi.

¶ De diuerſis vicijs coniugatorū in genere. Capitulum.xxiiij.

Ex notatis in precedētibus cap.⁊.§. Nota ſummatim vicia tam virorū ꝙ̄ mulierū coniugatorū: que cōcernunt coniugiū ⁊ que mortalia ſunt. ¶ Primo ſi quis cōtrahit ſciēs in ſe eſſe vel habere aliquod predictoꝝ.xij. impedimentoꝝ que impediūt ⁊ dirimūt matrimoniū nō habita diſpēſatione a papa in his in quib⁹ a papa pōt diſpenſari. ¶ Secūdo cū habēs votum ſimplex religiōis vel caſtitatis: vel qui ſuſcepit habitū religionis approbate cum firmo ꝓpoſito remanēdi: ante ꝓfeſſionē tacitam vel expreſſam egreſſus eſt ⁊ cōtrahit matrimoniū ſine diſpēſatione pape. ¶ Tertio cū talis contrahēs matrimoniū ⁊ cōſummans exigit debitum: nō habens ſup hoc diſpēſationē: reddere aūt tenet᷑. ¶ Quarto cū quis cōtrahit matrimoniū clandeſtine ſine preſentia ſaltē teſtiū: et quouſq; manifeſtū faciat ſufficienter ſemp eſt in mortali. ¶ Quinto cum cōtrahit cōtra interdictū eccleſie: vt qꝛ ordinari⁹ audiēs aliqđ impedimentū circa aliqđ matrimoniū fiendū: ꝓ̄cipit ne fiat cōtract⁹ talis: niſi prius diſcuſſo negocio. ¶ Sexto qñ quis cōtrahit de futuro vel de preſenti nō intēdens cōtrahere ſed decipere ⁊ copulā extorquere. ¶ Septimo cuȝ ꝗs cogit aliquē vel aliquā ad contrahendū de futuro vel de p̄ſenti: etiāȝ ſi ſint pater vel mater: [illegible] debȝ eſſe in hmōi animi libertas [illegible]cus ſi pſuadeat tm̄. ¶ Octauo qñ ſponſalia [illegible]ā de futuro tm̄ frangit extra illos nouē caſus qui ſupra ſignāt᷑ ca.xviij.§.j. alius autē cui frangūt᷑ excuſat᷑. ¶ Nono qñ cōtractū p verba [de] p̄ſenti hoc negat: ⁊ ꝗuis alter ꝯtrariū ꝓbare nō poſſit vel nō ꝓbet / tñ neuter cū alio contrahere poteſt: alꝛs eſſet in cōtinuo adulterio ⁊ ſeparari deberet. ¶ Decimo qñ poſt cōtractū p verba de p̄ſenti nō vult cōſummare alio requirēte cōgruo tpe: nec religionē vult ingredi [v]t poſt ꝓfeſſionē alter ſit liber hoc facit: puta [q]uia vidit illum pauperē vel iniquū: vel qꝛ indignati ſunt adinuicē ⁊ hmōi: ⁊ ſil'r peccāt parentes ꝗ hoc non ꝑmittunt ſine ratiōabili cauſa: vt qꝛ ſine voluntate eoꝝ cōtraxerūt ⁊ hmōi. ¶ Undecimo qñ cōſummāt matrimoniū ante benedictionē nuptiarū cū benedici debeāt: vt qꝛ primū matrimoniū. ¶ Duodecimo qñ conſummāt matrimoniū ſeu celebrāt nuptias tpe ꝓhibito ab eccleſia: vt ab aduētu vſq; ad octauā epiphanie a.lxx. vſq; ad oct᷑.paſche: ⁊ a diebus rogationū vſq; ad oct᷑.pente. ⁊ hoc ſiue ſit virgo ſiue vidua / ſiue fiat cū ſolenni apparatu / ſiue pauperrime. ¶ Tertiodecimo qñ ꝗs cognouit cōſanguineā vxoris ſue vſq; ad quartū gradū: nam tūc non pōt exigere debitū ab vxore: vel vxor a viro ſuo ſi fuit cognita a cōſanguineo viri ſui: niſi habita diſpenſatione ſup hoc: reddere tñ debitum tenet᷑ cōiugi exactus: ſiue expreſſe ſiue interpretatiue: ⁊ hoc qñ iſtud fuit perpetratū poſt cōſummatū matrimoniū: vel in cōtractu p verba de p̄ſenti: nā ſi ante fuiſſet eſſet impedimētū dirimēs mr̄imoniū. ¶ Decimoquarto qñ alter alteri denegaret debitū nō habens aliquā cauſam rationabilē: etiāȝ ſi faceret cauſa deuotiōis vbi alter omnino petat ſibi reddi. ¶ Decimoquinto qñ in actu cōiugij reperit᷑ aliquis de illis octo caſibus ꝗ notant᷑.ꝯ̄.in.c.de actu coniugij. Nā vel eſt mor- Ca.xx.
tale vel dubiū de mortali. ibi vide: vbi etiā habes qñ eſt veniale in vſu cōiugij: ⁊ qñ nullū peccatū. ¶ Decimoſexto qñ vir ſine cauſa ratiōabili grauiter verberat vxorē ſuā vel contumeliat᷑ ei turpibus ꝟbis multū: vel cū nō ꝓuidet de neceſſarijs cum poſſit. ¶ Decimoſeptimo qñ vxor habens niſi dotem ſi det de bonis domus ⁊ viri ſine licētia eius expreſſa vel interpretatiua: et multo magis contra ꝓhibitionē eius cōſanguineis vel amicis: vel expendat in rebus malis vel vanis: vt ludo et pompis: vel etiā notabiliter ī elemoſynis: peccat grauiter qꝛ furtum cōmittit: niſi habeat artē multū lucroſam vltra gubernationē domus. ¶ Decimooctauo cum vnus coniugū aſſentit alteri in adulterio: vel vir expōit vxorē alijs cauſa temporalis ſubſidij: vel alia de cauſa: vel vxor permittit virū vicium ſodomie perpetrare cū poſſit obſtare. ¶ Decimonono qñ vxor non vult ſequi virū in cohabitando vel mutādo domicilium: niſi timeret ꝓbabiliter mortē vel mutilationem: vel ꝙ exponat eā alijs: vel ꝙ trahat eā ad hereſim vel aliud mortale: vel ꝙ nō poſſet eā ſuſtentare vel familiā cū inter ſuos ſubueniat᷑ eis. ¶ Viceſimo qñ de cōſenſu vtriuſq; vterq; vouit cōtinentiā ⁊ non ſeruant: tunc eñ ⁊ exigens et reddens ſine aliqua diſpenſatiōe peccaret mortaliter niſi diſpēſet᷑. ¶ Viceſimoprimo de negligentia in gubernando familiā-

in admonẽdo filios ⁊ ſeruos ad mãdata dei et eccleſie ⁊ ſacramẽta ſumendo: in correctiõe viciorũ et hmõi: in ꝓuidendo neceſſaria domui: in exceſſu amoris alteriꝰ ad alterũ in põpis ⁊ vanitatibus precipue mulierũ: eſt difficile dare regulã qñ ſit mortale vel veniale: nec de facili in hmõi debꝫ precipitari ſentẽtia. ¶ Uiceſimoſecũdo qñ ꝓcurat̃ aborſus ſiue a viro/ ſiue ab vxore/ ſiue etiã ex negligẽtia et a caſu: vt ꝓpter verberationẽ/ vel nimiũ laborẽ/ vel multam laſciuiã cõiugalis actus. ¶ Uiceſimotertio eſt in mulieribus qñ ex negligentia opprimũt paruulos in lecto ſecũ eos tenẽtes: ⁊ multo magis qñ ex incuria et tarditate eorũ decedunt paruuli ſine baptiſmo. ¶ Uiceſimoquarto qñ vxor concepit per adulterium/ ⁊ illũ nutrit de bonis viri tanq̃ ſit ſuus: q: furtum facit de illa ſubſtãtia qua illi ſubuenit. Et idẽ de ea que ſibi ſupponit partũ alienũ tanq̃ ſit ſuꝰ. ¶ Uiceſimoquinto de blaſphemijs / de mẽdacijs ⁊ piurijs/ de cõtumelijs ⁊ detractiõibus q̃ continue ꝓferunt̃ cum ſunt in locutionibus.

¶ De diuerſis vitijs mulierum per alphabetũ. Capitm. xxv.

Ecce ego in iniquitatibus cõceptus ſum: et in peccatis pepit me mater mea. ps. l. Loquit̃ pſalmiſta in pſona cuiuſlibet cõcepti ⁊ cõcepte ex viro ⁊ muliere. ſm Hiero. Uñ excipit̃ ſolus xp̃s qui nõ ex virili ſemine cõceptus eſt/ ſed myſtico ſpiramine ex Maria virgine. Oĩs alius vel alia ſub hac ſententia includit̃: vt dicit Aug. de conſe. diſt. iiij. firmiſſime. Et cõceptus fit in vtero mulieris: partus eſt egreſſus ex vtero. Et conceptus quidẽ ex voluptate: ſed partus cum maxima mulieris penalitate. In plurali dicit in iniquitatibus ⁊ in peccatis: q: etſi originale de quo loquit̃ eſt vnum in eſſentia: tñ multiplex in efficientia ſm Tho. in pᷓa ſecunde. q. lxxxij. ar. j. Nã inficit plures potentias anime: ⁊ inclinatiões facit ad multa: immo omnia peccata ⁊ mala cõmiſſionis que dici poſſunt iniquitates: ⁊ defectꝰ omiſſiõis que peccata dicunt̃ ⁊ ſunt. Lꝫ aũt in cõceptu creature adhuc ibi nõ ſint iniquitates: q: nec potẽtie infecte/ nec habitus viciorũ/ nec qui actus ſunt potentiarũ: cũ ibi nondũ ſit anima ſubiectum omniũ horũ. Nã in capite. xl. dierũ a principio cõceptionis maſculi dicitur anima de nouo tunc creata infundi: et in capite. lxxx. dierũ a conceptu anima femine infundit̃: ⁊ tunc peccatum originale cõtrahit̃ non prius. Dicit̃ tñ concipi in iniquitatibus/ cũ caro infecta ex vicioſa origine primoꝝ parentũ concipit̃ ex qua anima poſtea maculat̃. Et q: hmõi originalis tranſfuſionis pᷓa cauſa fuit trãſgreſſio mulieris: que etiã induxit Adã ad idẽ ſuaſiõe: ideo de muliere fit potius mentio: ꝓpter qḋ Eccleſ. vij. ca. Salomon filius Dauid dicit de muliere. Inueni amariorẽ morte mulierem: que laqueus eſt venatorum: ſagena cor eius: vincula ſunt manus eius: qui placet deo fugiet illam: qui autẽ peccator eſt capiet̃ ab ea. Ideo dicit̃ mulier amarior morte/ q: mors naturalis interimit corpus: ſed culpa que pᷓo habuit ortum a muliere Eua occidit animaꝫ priuando gratia: et cauſa prima fuit mortis corporalis. Amarior eſt morte que etiã denominat diabolum. Apocal. vj. Nomẽ illi mors/ q: diabolus induxit Euã ad peccandũ: ſed Eua Adam. ſed peccatũ Eue ſolum nõ induxiſſet nobis mortẽ anime et corporis: niſi ſubſecuta fuiſſet culpa Adam ad quã induxit Eua. In eo em̃ cõpleta eſt infectio totius humani generis. Ideo etiã q: mors corporalis eſt inimicus manifeſtus ⁊ terribilis: ſed mulier eſt inimicus blandus et occultus: ⁊ ideo amarior ⁊ piculoſior laqueus dicit̃ venatorũ. ſ. demonũ quibus capiũt aues ⁊ feras ſiluestres. i. contẽplatiuos ⁊ ſolitarios per viſum/ vt Dauid et plures heremitas: vel per auditũ/ vt Eua Adam. Bern. dicit ꝙ vox mulieris eſt ſerpẽtis ſibilus. Et ꝓpheta Abachuc. j. c. Facies eorũ ventus vrens. Per viſum ergo ⁊ auditum ad mulieres venator diabolus capit ſanctos viros. Sagena dicit̃ cor eius. i. affectio ad mulierem: hac capiũtur piſces homines natãtes in aquis delitiaꝝ. Abachuc. j. Totum in hamo ſubleuauit ſcꝫ diabolus. Affectio nimia Amon ad germanã ſuam Thamar induxit ad ſtuprãdam eam inuitam. ij. Reg. xiij. Manus eius ſunt vincula ad detinendum. Manus ſunt munuſcula vel ipſa commixtionis opera: que ita detinent homines alligatos/ vt vix valeãt dimittere. Et vt clare pateat amaritudo. i. malicia mulieris: formabit̃ vnum alphabetũ quod ipſe docent ſuos ſcholares: in quo tãgunt̃ earum ꝓprietates et nequitie ſm Ioh. do. ſuper Eccleſiaſten.

¶ Eſt enim mulier

Auidum animal	Beſtiale baratrum.
Cõcupiſcẽtia carnis	Damnoſum duellum.
Eſtuans eſtus	Falſa fides.
Garrulum guttur	Heryinnis armata.
Inuidioſus ignis	Kalumniarium chaos.
Lepida lues	Mõſtruoſum mẽdaciũ.
Naufragiũ nutrix	Opifex odiũ.
Prima peccatrix	Quietis quaſſatio.
Ruina regnorum	Silua ſuperbie.
Truculẽta tyrãnis	Uanitas vanitatum.
Xanxia xerxis	Ymago idolorum.
Zelus zelotipus.	

¶ Primo ergo eſt auidū aial.i. auaricie dedi
tū. Unde Sen.in. lib. declama. dicit q auari-
cia eſt muliebre vitium. Sunt puſillo animo et
inutiles vt minus lucrari ſcientes. vn̄ ⁊ nimis
timētes ne neceſſaria ſibi deficiāt. ſicut ſaphy-
ra q̄ timēs ne deficerēt ſibi ⁊ viro victui neceſſa
ria: occultauit partē precij habiti ex agro vēdi
to. Act.v. Et Ouidi⁹ in.iiij.meta. narrat Da-
naē filiā acriſij auro fuiſſe corruptā. q2 ad om̄e
malū eas auaricia ducit. ¶ Scd'a lr̄a alphabe
ti q̄ eſt.b. ſignificat q eſt beſtiale baratrū inſi-
pidū. Quid eſt mulier. dr̄ enī Prouerb.xj. cir-
culus aure⁹ in narib⁹ ſuis mulier pulchra ⁊ fa
tua. Et Terenti⁹ ait q mulieres ferme vt pue
ri leui ſententia ſunt. Et Lactātius.iij.inſtitu.
dicit nūq̄ aliquā mulierē philoſophiā ſciuiſſe:
niſi temeſtes. Et ratio naturalis eſt: q2 mulier
plus carnalis viro exiſtēs min⁹ ad ſpiritū ſeu
ſpūalia attēdere poteſt. Qd̄ etiā patet de mu-
lierib⁹ q̄ cū viris cōuerſant: q̄ videntur quaſi al
terius ſpeciei a viris quātum ad intellectum.
¶ Tertia littera eſt.c. ſignificās carnalē cōcu
piſcētiā: q̄ in eis videtur inſatiabilis. ſm̄ illud
Prouer.pen̄. Tria ſunt inſatiabilia ⁊c. ⁊ quar
tū qd̄ nūq̄ dicit ſufficit. ſ.os vulue. vnde Ecc̄i.
xxxvj. dr̄. Om̄em maſculū excipiet mulier. Et cū
naturalr̄ videret debere eſſe cōtrariū ex eo q
di. Ariſt.in.xiiij.de aialib⁹: q femina eſt frigi-
dior maſculo: vnde deberet eſſe magis caſta:
tamē eſt oppoſitū vt de facto videt. Cu⁹ ratio
poteſt eſſe q2 femina eſt imp̄fecta: ⁊ appetit vi-
rū ſicut materia formā: vt habet.j. phyſi. quia
vnūquodq3 appetit ſuā p̄fectionē: materia aūt
perficit per formā. Eſt enī in ḡnatiōe mulier vt
principiū materiale. ⁊ vir vt principiū formale
Naturale ergo deſideriū mulieris eſt eſſe cū vi
Ouidi⁹ de amo re. ro. Illa caſta eſt (ait quidā) quā nemo rogauit.
At niſi pudeat ipſa rogabit: ſ3 pudor eis inna
tus refrenat eas: quo dimiſſo nemo pōt auerte
re eas. Exēpliū in vxore phutifaris: que mulier
moleſta erat adoleſcenti ioſeph ſollicitans ad
adulteriū. Gen̄.xxxix. ſ3 relicto pallio aufugit:
nec eſt enī alius modus euadēdi niſi fugere ab
eis. Btūs Ber. clamando latrones / ſic euaſit
manus hoſpite eū ad nefas incitantis. Adeo
inſatiabilis luxurie eſt vt de cleopatra regina
alexādrie dicat: q in publico p̄ſtibulo oībus
ſe exponēs recedebat laſſata: ſ3 nō ſatiata. Et
Semiramis q̄ regnauit poſt ninū virū eius re
gē aſſyriorū: ita exarſit in libidinē vt filiū eius
duceret in maritū: a quo poſtea occiſa eſt. Sed
et (vt dicit apoſtolus) femine relicto naturalē
vſu: femine in feminas exarſerūt in ſe turpitu-
dinē operātes. vt ait ap̄ls ad Ro.j. Nec cōten
ta humana ſpecie aliq̄n etiā ad bruta cōuertit
Ob qd̄ ſcel⁹ dn̄s mandauit in lege: mulier que
ſuccubuerit iumēto morte moriat: ⁊ aial occi-
dat ad tollēdā memoriā ſceleris. Leuit.xviij. ⁊
xx. ¶ Quarta littera eſt.d. innuēs doloroſum
duelliū. ſ. inter virū et vxorē: q2 cōtrariat viro:
vnde de coſta curua formata eſt mlier. i. de co-
ſta pectoris q̄ eſt torta et quaſi cōtraria viro.
Legit de quodā cui⁹ vxor ſubmerſa erat in flu
uio. q cū q̄reret cadauer ei⁹ ad educēdū de aq̄
ibat per fluuiū cōtra aquā. Et interrogat⁹ cau
ſam: cū res graues deſcēdāt infra nō ſupra con
tra aquā. R̄ndit: mulier iſta i vita ſemp fuit cō
traria dictis ⁊ mādatis meis: ideo q̄ro ꝯtrario
mō: ſi forte ēt mortua ꝯriā volūtatē vltra ꝯſue-
tū tenuiſſet. Socrates ph̄s interrogat⁹: ſi ducē
da eſſet vxor. R̄ndit ſi nō capies ſolitudo orbi-
tās excipiet hic generis iterit⁹: hic heres alie
nus. Sed ſi ceperis illic p̄petua ſollicitudo: cō
queſtus q̄relaꝝ: dotis exprobratio: affinū gra
ue ſup̄ciliū: garrula ſocr⁹ ligua: ſucceſſor alieni
m̄rimonij incert⁹ liberoꝝ euēt⁹. hec locut⁹ eſt
expert⁹. Nā vt ait beatiſſim⁹ doctor Hiero. in
li. ꝯtra Iouinianū: hic Socrates habuit duas
vxores: quas ingēti patiētia ſuſtinēs nō potuit
tn̄ ab earū cōtumelijs clamorib⁹ ⁊ vituperationi
bus liberari. Et cū quadā die ipſis q̄rulantib⁹
cōtra eū domū ille egreſſus vt earū moleſtias
euitaret: et āte domū ſederet p̄iecerūt ille mu
lieres ſup eū aquā immūdā. ſup quo ipſe nō p̄-
turbat⁹ ait. Sciebā q poſt tonitrua pluuie ſeq̄
bāt. ¶ Quinta littera eſt.e. in qua itelligit q
eſt eſtuās eſt⁹ per irā ⁊ impatientiā: ſicut ei ma
ris eſt⁹ ſemp bullit ⁊ currit: ſic mulier tota eſt
impatiēs ⁊ maxime cū odit quē amauit. vt pa
tet in muliere q̄ falſo accuſauit Ioſeph ⁊ incar
cerare fecit q2 noluit ſibi i ſcel⁹ ꝯſētire adulte
rij. Gen̄.xxxix. Nō ē ira ſup irā mlieris. Eccl̄i.
xxv. Et Sen̄. tragedia.viij. Nulla vis flāme tu
midi q3 vēti tāta: nec celi metuēda torti: quāta
cū ꝯiūx viduata tedis ardet ⁊ odit. Nō vbi hy
bernos nebuloſos imbres auſter aduexit propat
q3 torrēs ⁊c. ¶ Sexta lr̄a eſt.f. vbi innuit falſa
fides: forſan ip̄a nois ethymologia hoc oſtēdit
femina femeno.i.min⁹ fide. P3 in prima mu
liere eua q̄ dixit ſp̄eti iterrogāti quare nō ede
rēt de om̄i ligno paradiſi. Reſpōdit de oi ⁊c. ne
forte moriamur: et ſic oſtendit dubitare non fi
dē habere ad verba dei. hec quātūcula fides re
manſerit in petro: vt ſubuerteret operā dedit:
dū bis ancilla ad negandū chriſtū eū induxit.
Lu.xxij. ⁊ Matth.xxvj. Hoc quaſi ex cōditiōe
ſua naturali procedit. Cū enim ſit imperfectū
animal ſemper credit ſe decipi: propter quod
ſemper decipit. Cato. Inſtruit inſidias lachry-
mis dum femina plorat. Ut patet in vxore ſam
ſonis que multum infeſtans eum ad declaran-
dum ſibi probleuma p̄poſitum ſodalib⁹ ab e-

expoſitū eis reuelauit.⁊ ſic decepit. Judi. xvj.
¶ Septima lr̄a eſt.g.garrulū guttur inſinuās
Prouer.xix.Tecta iugiter diſtillantia litigio
ſa mulier.Sic due mulieres meretrices cōten
debāt corā rege Salo.iij.Regū.iij.Theophra
ſtus philoſophꝰ loquēs de vxore quō eſt mole-
ſta viro ait.Per totas noctes garrule q̄ſtiōes
illa ornatior ꝓcedit in publicū:ego in cōuētu
feminaꝝ miſella deſpicior ⁊c.Et ꝑfidi iudei cō
citauerūt religioſas mulieres cōtra Paulū et
Barnabā predicātes.ſ.que eloquerent̄ de eis.
Et per hoc eiecerūt eos de finibꝰ ſuis. vt habe
tur in actibꝰ apl'oꝝ. xiij. ¶ Octaua littera eſt
h.deſignās eſſe herynnis armata. Herynnis a
poetis dicebat̄ dea diſcordie:⁊ eſt quedā furia
infernalis.Seneca in tragedia.viij.Quā ſup-
ba vincis herynnis:tu nudas ſemꝑ domos co-
mitas.Chriſ.in ſermone qui incipit. Heu me
ait. Ego cū eſtimo nullā eſſe in hoc mundo be
ſtiā cōparabilē male mulieri.Quid inter qua
drupedia animalia leone ſeuiꝰ: aut in ſerpenti
bus dracōe atrocius? ſed leo et draco in malo
inferiores ſunt. Danielē in lacu leones veriti
ſunt. Daniel' vlti. Juſtū naboth crudeliſſima
iezabel interfecit.iij.Reg.xxj.Cete ionā in vē-
tre cuſtodiuit.Jone.ij.Dalila ſamſonē circūue
nit illecebris ⁊ raſo capite deformatū alienige
nis tradidit.Judic.xiiij.xv.⁊.xvj. ca. Johānē
baptiſtā in deſerto viuētēꝫ dracones ⁊ aſpides
cornute ſubdita feritate tremuerūt.Herodias
vero eidē caput abſcidit: et tanti viri mortem
in preciū ſaltantis accepit. Mar. vj. ¶ Nona
littera eſt.i.ideſt inuidioſus ignis.hoc de ſan-
ctis mulieribꝰ crede et de ceteris magis. Ui-
des ei in Gen. quāta fuit inuidia ſare ad agar
poſtq̄ concepit.Gen.xxj.Quāta rachel ad lyā
quia filios nō habebat rachel vt lya.Gen.xxx.
Quanta anne ad Fenennā fecundā ipſa ſteri
li exiſtēte.j.Reg.j. Quanta marie ad moyſen
propter ethiopiſſam. Num.xij.c.Ubi murmu-
rauit et detraxit moyſi. Quanta marthe ad
magdalenā: cū ſedens ad pedes dn̄i audiebat
verbū illiꝰ ipſa martha miniſtrāte.Luc.x. Un
de etiā dr̄ Eccli.xxxvij. tracta cum muliere de
his q̄ emulat̄.q.d.nō eſt tractādū cū ea:qr ſem
per emulatio.i.inuidia eſt in mala muliere.Et
ꝓpterea ꝓcurāt aliquādo fieri maleficia his
quos emulant̄. ¶ Decima littera eſt.k.i. kalū
niarū chaos. Eſt eñi cōfuſio murmurationū et
infamationū.Dicit phs ꝙ ſi mulier ſit eloquēs
non eſt virtuti aſcribendū ſed loquacitati. ij.
Poli. q. d. ꝙ de ſui natura eſt aīal loquax. Et
apl's.j.ad Timo. v. dicit de mulieribꝰ que ha
bent apparētiā ſanctitatis : ꝙ diſcunt circūire
per domos non ſolū ocioſe: ſed et verboſe ⁊ cu
rioſe loquētes q̄ non oportet, Ubi cōe ꝓuerbiū
eſt ꝙ q̄ vult aliq̄d eſſe publicū dicat vni mulieri
nā ſubito ex loquacitate oībꝰ dicet. ¶ Undeci
ma littera eſt.l. ideſt lepida lues:nā pūgit ⁊ tñ
delectat.Unde aſſimilat̄ vox earū cātui ſirena
rū:q̄ dulci melodia tranſeūtes attrahebant:et
tādē occidebāt:qr marſupia euacuāt:vires au
ferunt:et deū perdere cogūt.Valeriꝰ ad ruffi-
nū hec loquēs.Placet delectatio ⁊ pungit de-
lectum:flos veneris roſa eſt:qr ſub eius purpu
ra multi latitāt aculei.Prouerb. v. Nitidius
oleo guttur eiꝰ.i. locutio:nouiſſima eiꝰ amara
quaſi abſinthiū. Per hāc q̄ſierūt cōſanguinei
ſcti thome de aq̄no peruertere mentē eiꝰ a ꝓ-
poſito religiōis:mittētes ad eū in camerā ſtri-
ctam puellā pulchrā ſuggeſtricē libidinis: ſed
puer ſctūs a deo ꝯfortatꝰ viriliter reſtitit:titio
ne ignis in camera exiſtentis aſſumpto in ma
nu eā de camera expulit. ¶ Duodecima litte-
ra eſt.m.⁊ ſignificat mōſtruoſuꝫ mēdaciū. Idē
ſcꝫ Valeriꝰ ad Ruffinū. Chimerā mulierē eſſe
neſcis: ſed ſcire debes ꝙ mōſtrū iſtud triforme
inſigni venuſtet̄ facie leonis : olentis maculet̄
vētre capre: virulente armetur cauda vipere.
Uult dicere ꝙ aſpectꝰ eſt pulcher: tactus feti-
dus:cōuerſatio mortifera.Et ſicut eſt mendax
in natura:ſic in loquela mulier eſt mēdax. Nec
homo ſcit ita bene inuenire et colorare mēda-
cia ſicut mulier:⁊ ita in prōptu habet:ſicut Sa
ra dixit mendaciū angelo.ſ. ſe non riſiſſe.Gen.
xviij.c.Obſtetrices hebreoꝝ ſephora ⁊ Phua
Pharaoni.Exo.j.Raab hiereccontinis. Joſue
ij.c. Michol ſauli patri ſuo querēti dauid occi
dere.j. Regū. xix. Saphyra petro. Act.v.Et
quotidie mēdacia dicūt.⁊ qđ peius eſt:nō cre-
dūt ſe offendere:cū ad ſcādalū remouendū hoc
faciūt.Cū tamen dicat Iſid. Omne mendaciū
pctm̄ eſt. ¶ Tredecima littera eſt.n.⁊ indicat
ꝙ eſt naufragiū vite.Unde ait ſcōs phs. Mu-
lier eſt hominis cōfuſio:inſatiabilis beſtia:cō-
tinua ſollicitudo:indeficiens pugna:viri incō-
tinentis naufragium:humanum mancipium.
Et de ipſo narrat Uincentius in ſpeculo hiſto
riali:ꝙ reuertens a ſtudio in ciuitatē ſuam : cū
audiſſet multa de incōtinentia mulierū: voluit
hoc experiri de matre ſua: vnde in habitu trāſ
formato vt peregrinꝰ acceſſit ad domū matris
q̄ hoſpita erat : et cū ꝓmiſiſſet ſibi certā pecu-
niā vt dormiret cū ea: ⁊ illa acquieuiſſet:de no
cte cū illa prouocaret eum ad opus nefarium:
ille manifeſtauit ſe filium ſuum: ex quo illa ita
erubuit vt mortua ſit pre cōfuſione.Et Orige.
ſuper illud.Matth.xv.Ecce mulier chananea
ait.Mulier arma diaboli : caput peccati:ma-
ter delicti : tranſgreſſio legis diuine : expulſio
paradiſi. ¶ Decimaquarta littera eſt. o. ideſt
odij opifex.Theophraſtus. Non amicum ha-

habere poſſumus:nō ſodalem:alterius amorē
ſuū odiū ſuſpicat̄ mulier.Et qualia odia ſunt
hec:certe inuincibilia et patientia multa.Uñ
et Uale.ad Ruffinū.Experimentū cape ꝙ au
dax eſt ad oīa que amat ⁊ odit femina et artifi
cioſa cū nocere vult:qđ ſemꝑ eſt: vt ptȝ in He
rodia.que inſidiabat̄ Johāni:et ex odio ad eū
ꝓcurauit mortē ei⁹.Mar.vj. ¶ Decimaquin
ta lr̄a eſt.p.ideſt pria peccatrix.Petr⁹ rauen
nas in ſermōe reſurrectiōis ait.Mulier pecca
ti cauſa/mali actrix/via mortis/ſepulchri titu
lus/inferni ianua/lamēti neceſſitas . Ideo ad
eā tentandā acceſſit diabolus poti⁹ ꝙ ad virū:
q2 cognouit min⁹ vigoroſam rationē habentē:
ſed nō cōtenta ſui ruina indu xit virū. ¶ Deci
maſexta lr̄a eſt.q.et intelligit̄ ꝙ eſt q̄ctis quaſ
ſatio. Narrat Ualeri⁹ ꝙ Forone⁹ rex grecorū
die qua mortu⁹ eſt dixit Leōtio fratri ſuo. Ad
ſummā felicitatē nichil michi deeſſet: ſi michi
vxor ſemꝑ defuiſſet. Cui Leontius:⁊ quō vxor
obſtat:⁊ ille.mariti hoc omnes ſciūt.Et Cato
vticēſis dixit.Si abſq3 femina poſſet eſſe mun
dus:cōuerſatio noſtra non eſſet abſq3 diis. Et
Cicero queſit⁹ quare vxorē repudiaſſet:reſpō
dit ſe nō poſſe vxori ⁊ phie vacare.Uñ ⁊ Plato
qui mulierē non cognouit: ſed ⁊ virgo ꝑmāſit:
inter alios ethnicos phos pl⁹ de diuinis ſcri
pſit. ¶ Decimaſeptima lr̄a eſt.r.q2 mulier eſt
regnoꝝ ruina:qñ.ſ.eſt mala. Si eſt ex hominū
memoria queramus: inuenimus fere oīa mū
di regna ꝓpter mulieres fuiſſe ſubuerſa.Pri
mū qđ fuit regnū felix.ſ.troie ꝓpter raptū vni⁹
femine.ſ.Helene deſtructuȝ eſt:et multa milia
grecoꝝ occiſa. Regnum iudeoꝝ multa mala ⁊
extermi[n]ia habuit ꝓpter peſſimā reginā Je
zabel ⁊ filiā eius Athaliā reginā in regno iu
dee: q̄ occidi fecerat oēs filios filij eo mortuo.
vt ipſa regnaret : ſed vtraq3 occiſa eſt. Regnū
romanoꝝ multa mala ſuſtinuit ꝓpter Cleopa
tram reginam egypti peſſimā mulierē:⁊ ſic de
alijs. ¶ Decimaoctaua lr̄a eſt.s. que ſignifi
cat ꝙ eſt ſuꝑbie ſilua. vñ Chryſo. O malū om̄i
malo pei⁹ mulier mala:ſiue illa pauper ſit ſiue
diues:ſiue vxor ſit nō ceſſat nocte ⁊ die virum
callidis ſtimulare ſermōibus: blāda nequiter
⁊ importuna violēter.Si vero pauperē virū hȝ.
ipm̄ quoq3 ad iracūdiā ⁊ rixas incitare nō de
ſinit: ⁊ ſi vidua ſit ipſa ꝑ ſemetipſam oēs deſpi
cit paſſim:⁊ ad oēm audaciā ſpū ſuꝑbie inflat̄.
¶ Decimanona lr̄a eſt.t.ſcȝ truculēta tyrānis
eſt mulier.Uñ Theophraſtus.Si totaȝ domū
ei cōmiſeris ſeruiendū eſt.Si aliquid tuo arbi
trio reſeruaueris etiam minimū vel magnū/fi
dem ſibi adhiberi nō putabit: ⁊ iurgia cōcitat
et niſi cito cōſulueris parat venena:aruſpices
et arioloſ cōſulit. Sed quale ſit dominiū mu
lierum audi Tullium in paradoxis . Nūquid
ille liber eſt cui mulier impat/leges imponit/
preſcribit/iubet/vetat qđ ei videt̄:nec ille im
peranti aliquid negare poteſt vel audet? Ego
iſtū non modo ſeruū/ſed nequiſſimū ſeruoꝝ ap
pellādū puto: lȝ ampliſſima familia natus ſit.
¶ Uigeſima lr̄a eſt.v.q2 mulier eſt vanitas va
nitatū:hoc ſatis notum eſt om̄ibus: fere nō eſt
homo in mūdo q̄ tantū ſtudeat placere deo be
nigno/quantū mulier etiā mediocris ſuis va
nitatibus ſtudet hominibus placere . De hoc
exemplū in vita beate Pelagie qñ dedita mū
do diſcurrebat ꝑ antiochiā ornata nimis: quā
vidēs quidā ſanctus pater Nōnus noīe/cepit
flere ⁊ dicere ſocijs ꝙ toto tēpore vite ſue nūꝙ
adhibuerat tantā diligentiā deo placere ⁊c. q̄
demū orationibus ei⁹ cōuerſa eſt. ¶ Uigeſima
prima lr̄a eſt.x. denotans ꝙ eſt xātia xerxis.i.
tumor ⁊ impet⁹ xerxis.Hic xerxes (vt ait Oro
ſius in lib.de ormeſta) cū multitudine fere in
numerabili in ꝑſiā veniēs multa tētauit:⁊ cō
fuſibiliter ſuo cōſilio ꝓcedēs /ſuperat⁹ eſt etiā
a pauciſſimis grecis dño grecoꝝ Leonida exi
ſtente.Hoc viciū eſt mulierū nolle regi/ſed fu
rioſe agere : et ſequi impet⁹ ſuos ſine quacūq3
pietate.Ait Sene.in perſona furioſe Medee.
Quid aie ceſſas ſequere felicem impetū pars
iſta vltiōis qua gaudes quotta eſt ⁊c.Ubi mul
ta ponit oſtēdens ꝙ mulier nō vult regi/ſȝ ſuo
impetu ꝓcedere etiā in dānū ſuū: ſicut de mul
tis legit̄ mulieribus q̄ vel ob amorē vel dolo
rē q2 vindictas facere nō potuerūt ſeipſas occi
derunt. ¶ Uigeſimaſecūda lr̄a eſt.y.q̄ notat ꝙ
eſt ymago idoloꝝ:ſic ei ſe pingit ⁊ ornat vt ido
la:immo nec eccleſia dei ita ornat̄ auro et lapi
de ꝑcioſo ſicut miſera mulier. Eſt etiā ymago
idoloꝝ/ q2 pl⁹ idola colit ꝙ alia creatura ⁊ fa
ſcinatiōes facit : quid de potētia mulierū dicā
ꝑ ſuas incantatiōes ⁊ artes magicas? Ait enī
Apulei⁹ de aſino aureo de quadā maga Me
roes noīe ꝙ potēs eſt celū deponere/ terrā ſu
ſpendere/fontes haurire/deos infirmare/ma
nes ſublimare/ſydera extinguere/⁊ tartarum
ipȝ illuminare. Sȝ et in.j.Reg.xxviij.c.habet̄
de Phitoniſſa: q̄ ſuſcitare fecit Samueleȝ ad
inſtātiam Saulis.Et de maga circe legitur ꝙ
quadā potiōe faciebat hoīes cōuerti i beſtias.
Uñ Lucanus.Mēs hauſti nulla ſanie polluta
veneni incātata ꝑit.xxvj.q.v.nec mirū. Et pl⁹
diabolus decipit ꝑ hec ſortilegia mulieres ꝙ
viros. ¶ Uigeſimatertia et vltima lr̄a eſt.ȝ.et
inſinuat ꝙ eſt zelus zelotip⁹ et tota zelat: ſicut
de Loadice narrat Hiero. ſuꝑ Dañ. q̄ exiſtēs
vxor Antiochi regis ſyrie zelās ne pl⁹ amaret
Beronicem quā etiā habebat vxorē: ſeipſaȝ ve
neno occidit.Beronicem xo ⁊ filiū ei⁹ ex dicto

Antiocho etiã fecit occidi. Hoc igiẽ alphabetũ eſt de malis mulierib⁹: de qb⁹ ⁊ eax doctrina dicit Eccl'i.ix. Nõ zeles mulierẽ ſinus tui: ne addat ſup te maliciã doctrine nequã. Nam vt dicit ibidẽ.xxv.c. Oĩs malicia breuis reſpectu malicie mulieris. Et qꝛ Salomõ nimis ardenti amore adheſit mulieribus: didicit malã doctrinã ab eis: ⁊ ex ſapiẽtiſſimo infatuat⁹ eſt amore illarũ vſqꝫ ad colenda idola earũ. Sed mulier timẽs deũ ipſa laudabiẽ: de cuius laudibus legitur ꝓuer. vlti. per totũ illud. c. Sed oẽs non ſolũ mulieres: ſed et viros et angelos excelſit in ſanctitate Vgo glorioſa Maria. Et ideo ſibi dictũ eſt Benedicta tu in mulierib⁹. Et vt ait Hieron. Totũ quod intulit mali maledictio Eue/ cauſa huius alphabeti: totũ abſtulit benedictio Marie: inſuper et gratiã nobis contulit xp̃s ortus: quam nõ habuit prius omnis mundus. Et ideo ibi in veteri teſtamẽto ſcripture mala loquũtur de mulierib⁹ propter primã ⁊ imitatrices eius. In nouo teſtamento ꝓpter Mariam multa bona dicũtur: vt patet in euangelio. Et primo xp̃s matri eius: ⁊ poſtea Magdalene que plus amabat: reſurgens ſe manifeſtauit.

De multiplici filiatõe. Cap̃. xxvi.

Ego dixi dij eſtis ⁊ filij excelſi oẽs. p̃s. lxxxi. Dij quidẽ ſunt hics boni: non eſſentia ſed participatiõe: ſed oẽs taꝫ boni q̃ mali ſunt filij excelſi creatiõe. Et qꝛ a deo p̃re oĩs paternitas in celo et in terra nõiatur: vt ait ap̃ls ad Eph. iij. Ideo eſt ſciendũ ꝙ multiplex eſt filiatio ſꝫ ꝙ multiplex eſt paternitas: ſunt ẽi correlatiua pater ⁊ fili⁹: ⁊ qꝛ finis p̃ncipalis m̃rimonij eſt filiatio/ ideo poſt m̃rimoniũ de h̃ agiẽ.

Eſt filiatio eterna ⁊ ineffabilis.

Filiatio diuina ⁊ cõmunicabilis.

Filiatio humana ⁊ variabilis.

Prima a nobis adorãda. Secũda a nobis ꝓcuranda. Tertia a nobis indaganda. Et qꝛ vt dicitur Johã. xvj. Ip̃e pater amat vos: debent ⁊ filij diligere econuerſo patrem bonum.

De prima breuiter expedio §. I.

qꝛ nõ eſt p̃ntis opis. Ait p̃s. in perſona filij loquẽtis de p̃re eterno. Dñs dixit ad me Filius meus es tu: ego hodie genui te. p̃s. ij. Dñs. ſ. de⁹ pater dixit nõ voce: qꝛ ſp̃us eſt de⁹: ſꝫ mẽte ad me. ſ. filiũ ſuũ vnicũ et cõſubſtãtialẽ. Et hoc ſuũ dicere nõ eſt aliud q̃ vbũ ſuũ ꝓducere ſeu filiũ gignere: ſicut ⁊ nos cũ aliq̃d intelligimus vbũ in mẽte formamus: ſed qꝛ trãſitoria mẽs mutabilis et tp̃alis ac determinate virtutis: ideo verbũ noſtrũ mentale tranſitoriũ eſt ⁊ mutabile habẽs principiũ et determinatã virtutẽ. Sꝫ mẽs paterna eſt eterna incõmutabilis ⁊ infinite vtutis: ⁊ ideo vbũ ſuũ eternũ p̃manẽs et ſubſiſtẽs ac infinite vtutiſ. p̃s. cxviij. In eternũ do. perma. ver. tuũ. Dicere ergo ei⁹ Filius me⁹ es tu/ eſt filium ſuũ ſibi coequalẽ ⁊ cõſubſtantialẽ generare. Vñ ⁊ ipſe pater de eo incarnato teſtimoniũ p̃hibens in baptiſmo ait. Hic eſt filius me⁹ dilectus in quo michi bene complacui. Mat. iij. Quãuis eñ noſtrã naturã aſſumpſerit/ nõ tñ eſt in xp̃o aliud ſuppoſitum q̃ ip̃a p̃ſona diuina in duab⁹ naturis: nõ in duabus p̃ſonis ſubſiſtens. Perfectionẽ aũt ip̃ius filiatiõis ſeu generatiõis notat cũ ſubdit Ego hodie genui te. i. eternaliter. Eternitati eñ totum eſt preſens: et ſic ſemp ibi eſt hodie. genui te eſt tẽporis preteriti p̃fecti/ ⁊ ſignificat eius p̃fectionẽ: non tp̃alitatẽ. Sed generationẽ ei⁹ quis enarrabit? Eſa. liij. ⁊ Act. viij. q. d. null⁹: qꝛ ineffabilis et a nobis incõprehenſibilis eſt. Vñ Amb. Tu digitũ ori admoue: ſcrutari non licet diuina myſteria. ſ. curioſe: credere licet ꝙ natus ſit: ſed non licet inueſtigare quõ natus ſit: ſed debemus adorare. Nã et angelis diciẽ de filio dei incarnato. Adorẽt eum oẽs angeli dei: ⁊ eccl'ia. Adoram⁹ te xp̃e ⁊ b̃ndicim⁹ tibi.

De filiatione diuina et cõmunicabili §. II.

dicitur Johã. j. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Et iſta filiatio eſt triplex.

Filiatio per creationem.

Filiatio per glorificationem.

Filiatio per iuſtificationem.

Per creationem vtiqꝫ omnes ſum⁹ filij dei qꝛ creati ab eo. Deuẽ. xxxij. Nũquid nõ ip̃e eſt pater tu⁹ qui poſſedit/ ⁊ fecit/ ⁊ creauit te? Sꝫ ꝓ maiori parte ſunt ingrati et mali filij. Unde ibi diciẽ Generatio eñ p̃uerſa eſt ⁊ infideles filij. Et qꝛ oẽs amat gubernãdo. Sap̃. xj. Diligis eñ oĩa q̃ ſunt: ⁊ nichil odiſti eox: ⁊ nos diligamus deũ. Per glorificationẽ ſunt filij oẽs beati ⁊ ſancti et angeli. Ro. viij. Creatura liberabiẽ a ſeruitute corruptiõis in libertatẽ glĩe filiorũ dei. Et de angelis dicitur Job. xxxviij. Ubi eras cũ me laudarẽt aſtra matutina/ ⁊ iubilarẽt oẽs filij dei? Filij dei diciẽ qui ſimiles ei ſunt. i. glorioſi ⁊ impeccabiles: ⁊ eis data eſt paterna hereditas: ſm illud p̃s. cxxvj. Cũ dederit dilectis ſuis ſomnũ: ecce hereditas dñi ſcꝫ gloria filij: merces. ſ. operis boni hic facti: fructus vẽtris Marie matris: ⁊ certũ eſt ꝙ pater amat tales et ip̃i eum. Per iuſtificationẽ ſunt filij dei in mũdo aliqui tripliciter ſꝫ Gratia. de peni. di. iiij. hanc ſocietatẽ. §. hoc modo. Aliqui eñ ſunt predeſtinatiõe tñ: de quibus dicitur Johan. xj. Jeſus moriturus erat vt filios qui diſperſi erãt ſcꝫ per varios ritus gens

filiū cōgregaret in vnū. Predeſtinati quidem erant ad gratiā et gloriā: ſed nondū adhuc habuerāt ipſam. Aliqui tātū filij ſunt ſm preſentem iuſticiā: qui ſcꝫ ꝓ aliquo tpe habēt gratiā ſed nō perſeuerāt in ea. De quibus poteſt intelligi illō qō dñs dicit Eſa. j. Filios enutriui et exaltaui. ſ. per fidē et gratiā: ipſi autē ſpreuerunt me. Alij ſunt filij dei per predeſtinationē et preſentē iuſticiā. qui. ſ. ſunt in gratia ⁊ pmanent in ea: vt demū ad gloriā perueniāt. Et de hoc dicit chriſtꝰ diſcipulis ſuis. Filioli adhuc modicū vobiſcū ſum: ⁊ nūc mando vobis vt diligatis inuicē. Joh. xiij. Per hanc vt ſignū efficaciſſimū diſcernit̄ ⁊ cognoſcit̄ iſta filiatio dei Gal. iiij. Miſit deꝰ in corda noſtra ſpiritū adoptionis: in quo clamamus abba pater. Et ſic per hanc filij excelſi omnes habentes eā filiationē et pater amat vos talibꝰ donis remunerādo. Et vos diligatis eū qm̄ prior dilexit vos.

¶ De filiatione humana §. III.

dicit ſpirituſſanctus. pš. iiij. Filij ho. vſqꝫquo gra. cor. Et eſt triplex.

¶ Filiatio ſpiritualis.
¶ Filiatio legalis.
¶ Filiatio naturalis.

¶ Filiatio ſpiritualis §. IIII.

que fit per homines etiam tripliciter contrahitur. ⁊ diſtinguenda videtur: quia ⁊ ſacramēto fit: ⁊ doctrine verbo: imitatione ſeu morum exēplo. ¶ In ſacramento enim baptiſmi et cōfirmationis: is qui baptizatur ſeu cōfirmatur eſt filius ſpiritualis eius qui baptizat vel confirmat: ac etiam eius qui tenet ad baptiſmum vel confirmationem qui dicitur patrinus. et ſicut inter patrem et filiam non poteſt contrahi matrimoniū: ſic nec inter patrem ſpiritualē et filiā ſpiritualē. Et de hac diffuſe. š. c. xv. de impedimēto cognatiōis ſpiritualis. Similiter ꝗ audit aliquē in cōfeſſione ſacerdos dicit̄ pater eius ſpūalis: ⁊ cōfitēs dicit̄ filius ipſiꝰ. Vñ dic̄ Symmachꝰ papa. Oēs quos in penitētia ſuſcipimꝰ: ita noſtri ſpūales ſunt filij vt ipſi quos vel nobis ſuſcipiētibꝰ: vel ſub trine immerſionis vocabulo mergētibꝰ vnda ſacri baptiſmatis regenerauit. xxx. q. j. oēs. Ubi etiā ponitur grauis pena ſacerdoti cognoſcēti filiā ſuā ſpiritualē: quā ſcꝫ audiuit in cōfeſſiōe. ⁊ in duobꝰ capitulis ſequētibꝰ imponit̄ tali penitētia. xv. vel. xij. annorū: ⁊ ei qui carnaliter cognoſcit cō matrē ſuam: penitētia octo annorū imponitur xxx. q. iiij. ſi pater. Hodie tamen ſunt he penitentie arbitrarie vt de alijs peccatis. Tales ergo patres ſpirituales qui tenent homines in baptiſmo: cum promittunt pro eis credere et abrenunciare diabolo et pompis eius: debent operam dare: vt cum filij eorum ſpirituales venerint ad vſum rationis: admoneāt eos circa ea que ſunt fidei et bonos mores: ⁊ illi debent libēter audire. Prouerb. j. Audi fili mi diſciplinā patris tui: et ne dimittas legem matris tue. i. eccleſie. Qui aūt ſunt patres ex auditione cōfeſſionis: debēt aduertere vt nutriāt non occidāt filios ſuos: quod faciunt dū abſoluunt quos nō debēt: vel dant eis ꝓpter ignorantiā mala cōſilia. ¶ Dicitur ſcdo pater ſpiritualis alicuiꝰ qui inducit eū ad ꝯuerſionē fidei vel bonorum morum per doctrinā predicationis vel admonitionis que fit a prelatis. Unde apoſtolus. j. ad Corinth. iiij. ait. Et ſi decem milia pedagogorū habeatis in chriſto: ſꝫ nō multos patres. Nam in chriſto ieſu per euangelium ego vos genui. ⁊ ad Gal. iiij. c. Filioli mei quos iterum parturio donec chriſtꝰ formet̄ in vobis. Et Greg. ait de rectoribꝰ eccleſiarū qui habēt populis et ſacramēta et monitiōes pbere. Quis dubitat ſacerdotes chriſti regū pricipū et oim fideliū patres ⁊ magiſtros cēſeri. Nōne miſerabilis inſanie eſſe dinoſcit̄: ſi filius patrē: ⁊ diſcipulꝰ magiſtrū ſibi conet̄ ſubiugare. di. xcvj. c. quis dubitet. Et Anacletꝰ papa inquit. Sententia chā filij noe / damnātur qui ſuorū doctorū vel prepoſitorū culpā ꝓdunt: ceu chā qui verēda patris nō operuit: ſed ridēs monſtrauit. Gen. ix. c. ⁊. ij. q. vij. c. ſentētia. Significat enim chā filios ſpirituales ꝗ derident ⁊ publicāt crimina ſuoꝝ patrū. ſ. doctoꝝ ⁊ prelatorū: ⁊ hi patres etiā debent cauere. ſ. prelati et predicatores: ne quos gignūt verbo occidāt malorū operum exēplo: ſicut in figura illa mulier que cōtēdebat corā Salomone: ꝙ filiꝰ eius viueret: que tamē nocte dormiēdo eū oppreſſerat. iij. Reg. iij. ¶ Exēplo et imitatione dicit̄ quis filꝰ alicuius qui. ſ. imitat̄ opera eiꝰ. vt eñi dicit Gratianus de pe. diſt. j. Porro. §. Si anteq̄. Cuiꝰ opera quiſqꝫ facit eius filius eſſe perhibetur. Unde et zacheus publicanus cōuerſus ad penitentiā: dicitur filiꝰ abrae. Lu. xix. Et Hiero. dicit. Nō ſunt filij ſanctoꝝ qui tenent loca eorū: ſed qui exercēt opera eoꝝ. di. xl. nō eſt. ſicut ecōtra chriſtꝰ ait iudeis: vos ex patre diabolo eſtis. ſ. per imitationē. Jo. viij. Et Amb. Oēs qui dicunt mēdaciū filij ſunt diaboli. xxij. q. v. cauete. qꝛ ipſe eſt mendax et pater eius. ſ. mendacij. ſic et cuſtodes ſaulis dormientis dicunt̄ filij mortis. j. Reg. xxvj. qꝛ faciebāt opa digna morte negligenter cuſtodientes regem. ⁊ chriſtus dicitur filius dei / Eſa. v. qꝛ faciebat opera miſericordie vel ſpirituſſancti. Sicut quilibet querit habere bonum patrem et honorabilem: ita quilibet debet bonos et virtuoſos imitari: non malos: et tales filij excelſi omnes.

¶ De filiatiõe legali dicitur. §.V.

Inter eos qui natura ⁊ eos qui adoptiõe ſunt
filij: venerãde leges romane non ꝑmittunt eſſe
matrimoniũ. xxx. q. iij. ita diligere. De hoc tñ
quõ impediat matrimoniũ talis filiatio vide
s. c. xiij. de cognatiõe legali: ⁊ poteſt etiã iſta fi
liatio legalis triplex aſſignari.

¶ Primo per legem moſaicam.

¶ Secundo per legem canonicam.

¶ Tertio per legem imperiacam.

¶ In veteri lege mandauit dñs Deut. xxv. ꝙ
vir accepta vxore ſi moriebat ſine liberis: pro
pinquior ei⁹ german⁹ vel ali⁹ deberet relictã
illã mulierẽ accipere ſibi in vxorẽ ad ſuſcitãdũ
ſemen fratri ſuo. Unde prim⁹ fili⁹ q̃ ei naſceba
tur ex illa: dicebat fili⁹ defuncti ẜm legẽ: q̃uis
aliũ patrẽ naturalẽ haberet: q̃. ſ. eũ genuerat: q̃
tamẽ lex hodie ſeruari nõ poteſt. In lege cano
nica extra de ꝓba. c. in ꝑſentia. qđ tñ trahit ex
autẽtica: ꝙ ingreſſo religionẽ. i. ꝓfeſſo mona
ſteriũ habet loco filij fictiõe iuris. vñ cũ mouit
ſiue ciuiliter ꝑ ꝓfeſſionẽ: ſiue naturalr̃ ꝑ aie a
corpore ſeparationẽ: nõ dr̃ mori ſine filijs: pro
pter qđ ſi hereditas vl̃ legatũ fuerit illi dimiſ
ſa cũ ſubſtitutiõe: vt in caſu quo moreret ſine li
beris hereditas illa vel legatũ deuolueret ad
aliũ: euaneſcit ſubſtitutio: q2 nõ intelligit mo
ri ſine filijs: cũ in hoc caſu monaſteriũ habeat
loco filij: qđ monaſteriũ non mouit. De hoc in
Titu. x. fra in titulo de decedentib⁹. c. de teſtamentis.
cap. iij. Per legẽ autẽ ciuilẽ vel imperialẽ eſt introdu
cta filiatio que dicitur adoptio vel arrogatio.
Circa quod tria videnda ſunt.

¶ Primo quid ſit et quomodo fiat.

¶ Secundo quis poteſt vel non poteſt talem
filiationem facere.

¶ Tertio quis ſit effectus eius.

¶ Et quãtũ ad primũ ſic diffinit. Adoptio eſt
extranee ꝑſone in filiũ vel nepotẽ ſiue deincep
aſſumptio legitima. q2 ſcʒ ꝑ adoptionẽ q̃ filius
nõ eſt habet ꝓ filio. Et hmõi ſunt due ſpecies.
Una dr̃ arrogatio: ⁊ eſt qñ ille q̃ non habet pa
trẽ: ſeu etiã q̃ emancipat⁹ eſt: trãſit cũ reb⁹ ſuis
in poteſtatẽ arrogãtis: ⁊ habet fieri autoritate
principis. Alia ſpecies eſt q̃ vocat cõi noĩe. ſ.
adoptio: cũ ſcʒ adoptat q̃ eſt in poteſtate pr̃is
nec trãſit in poteſtatẽ adoptãtis. ⁊ hoc fit im
perio magiſtrat⁹. ff. e. l. ij. ⁊. l. ſi patri. Qꝫ autẽ
aliq̃s in domo per ſe vel corã hoĩbus aliquib⁹
aliquẽ recipit in filiũ vel filiã: nulla eſt adoptio
C. de ꝓba. l. nõnullis. ⁊ extra de cogna. le. c. j. i
glo. verũ qđ ei ꝓmittit ſeruare debet: cũ ex nu
da ꝓmiſſiõe oriatur actio ẜm canones. vt. xij.
q. ij. quicũq;. ij. ⁊. xxij. q. v. iuramẽti. Qđ aũt di
ctũ eſt. s. in diffinitiõe: ꝙ eſt aſſumptio perſone
extranee, intelligit q̃. ſ. nõ eſt in poteſtate ado
ptantis: q̃uis al's eſſet cõſanguine⁹: nã nepos
poteſt adoptari in filiũ. Sumit etiã aliqñ ado
ptio large prout cõprehendit arrogationẽ. Ali
quãdo ſtricte prout diſtinguit cõtra eã: et tunc
differt ab ea vt dictũ eſt. ¶ Quãtum ad ſcdm
ſciendũ ꝙ poteſt adoptare paterfamilias q̃ ſui
iuris eſt: et q̃ gñare poſſunt. qui eñi gñare non
poſſunt: ſi hoc eſt ꝓpter impedimẽtũ naturale
nõ poterũt adoptare: ſed ſi hoc eſt ꝓpter impe
dimẽtũ accidẽtale: vt ſpado ſiue bello caſtrat⁹
poſſunt. ff. e. l. ij. Itẽ nõ poteſt adoptare minor
lx. annis: niſi iuſta cauſa interueniẽte. ff. e. l. ſi
pater. Itẽ mulier adoptare nõ poteſt niſi ex re
ſcripto principis in ſolaciũ liberoꝝ amiſſoꝝ in
bello. C. eo. l. mulierẽ. Adoptari aũt poteſt q̃li
bet tã maſcul⁹ q̃ femina: dũmodo ſit minor pa
tre adoptãte ꝙ ei⁹ fili⁹ naturalis eſſe poſſet. ff.
e. l. adoptio. Adoptat aũt preſens et volũtari⁹
tñ: vt. ff. e. l. neq; abſens. ¶ Quãtũ ad tertiũ/
effect⁹ adoptiõis eſt vt habeat ꝑ oĩa vt fili⁹ ei⁹
q̃ eſt adoptat⁹. ita vt ab inteſtato ſuccedat. C.
e. l. ſi. Itẽ ſi ſit arrogat⁹ ei⁹ filij ⁊ nepotes trãſ
eunt in poteſtatẽ arrogãtis: ſec⁹ ſi ſolũ adopta
tur. Itẽ arrogator tenetur dimittere arrogato
quartã partẽ oĩm bonoꝝ q̃ habet. ⁊ hoc ſiue in
teſtamẽto: ſiue velit eum emancipare: ſed ado
ptator nil tenetur relinquere filio adoptiuo: ni
ſi velit. C. e. l. j. ⁊. ij. Sed ab inteſtato ſuccedit di. xiij.
etiã adoptiuus adoptãti. Ric. l. iiij. ⁊ Tho. ibi q. iiij.

¶ De filiatione naturali §.VI.

De qua dicitur Gen. iiij. Adam cognouit Euã
vxorem ſuam et genuit cayn et poſtea abel. Et
hec eſt triplex.

¶ Filiatio legitima.

¶ Filiatio illegitima.

¶ Filiatio legitimata.

¶ Filiatio legitima eſt qua q̃s ex legitimo ma
trimonio. i. vxore ſuſcipit filiũ: vt patet in ge
nealogia xp̃i Mat. j. vbi dr̃ Abraã genuit Iſa
ac filiũ ex Sara vxore ſua. et Iſaac iacob filiũ
ex rebecca vxore ſua ⁊c. Nec nõ ſolũ q̃ generãt
ab aliquo dicunt filij ei⁹: ſʒ etiã nepotes et oẽs
deſcẽdentes ab eo. vnde oẽs dicunt filij adam
Eccli. xl. ca. Graue iugũ ſuper filios adã a die
exit⁹ de vẽtre matris eoꝝ ⁊c. Et ex hoc xp̃s dr̃
filius dauid in euãgelijs: q2 deſcendit a dauid
ẜm corporalẽ ſubſtantiã quã traxit de virgine
ſine virili ſemine. Qꝫ autẽ dicat ioſeph pater
eius. Lu. ij. Ego ⁊ pater tu⁹ ſcʒ ioſeph querebã
mus te. dictũ eſt q2 nutriti⁹ eius. vt dicit Ori
ge. vel ſic a vulgo eſtimabatur. Unde iudei et
phariſei vilipendentes eum dicebant. Nonne
hic eſt fabri filius ſcilicet Ioſeph. Matth. xiij.
Et de his dicit Eccli. vij. c. Filij ſunt tibi: eru
di illos. Illegitimus eſt qui natus non eſt de
legitimo matrimonio: ſed per fornicationem

adulteriū:ſiue inceſtū. Et qui naſcunt̄ ex cōcubinis indubitato effectu retētis:nō aūt ex meretricibꝰ ⁊ ſcortis:hi illegitimi ſuccedūt parentibus ab inteſtato cū matribꝰ ſuis in duabꝰ vncijs.i.ſexta parte:vt dicit Pe.de pa.in.iiij. Dicunt̄ aūt illegitimi q̄ cōtra legē mr̄imonij nati ſunt. Nati aūt per adulteriū vel inceſtū dicunt̄ ſpurij ⁊ in nullo ſuccedūt: ⁊ dicunt̄ etiā innaturales : q: naturalis ratio talē copulā damnat. Qui autē naſcunt̄ de mr̄imonio ſed celebrato diuortio quo ad thoꝝ per religionē vel ordinis ſacri ſuſceptionē:ſicut accidit ſctō Genebaldo: qui factꝰ ep̄s Laudoñ. viſitans vxorē ſuā neptē ſancti Remigij factā ſctimonialē inſtigāte diabolo cognouit eā: ⁊ cōcipiens peperit filiū quē vocauit latronē:q̄ poſtea ob ſctitatē poſt mortē patris factus eſt ibi ep̄s. Utrū talis filius cenſendus ſit illegitimus ſunt opiniones. Aliqui dicūt legitimū eſſe quo ad ſpūalia: non quo ad ciuilia. Sed dicit idē Pe. ꝙ poteſt dici ꝙ ſit legitimus ſimpliciter:q: de legitimo mr̄imonio. Tales illegitimi cōiter ſunt maloꝝ moꝝ. vt dr̄ Sap̄.iiij.et diſt.lvj.c. ſi gens angloꝝ. et ab honoribꝰ ⁊ dignitatibꝰ ciuilibꝰ ⁊ eccleſiaſticis ac ordine repelluntur. diſt.lvj.in prin. Uerū vt ait Aug.c.vndecūqꝫ naſcant̄ hoīes ſi parētū vitia non ſectant̄ honeſti ⁊ ſalui erūt. Et Joh.chryſ. Ex meretrice natus ⁊ adultera:ſi ꝓpria autoritate decoret̄: parentū ſuoꝝ nō dedecorat̄ opprobrijs. diſt.lvj. Nunq̄. Legitimatus eſt qui natus illegitimus ꝑ modū datū a lege fit legitimus de quo videndū infra. De oībus his exceptis filijs diaboli qui ſcꝫ imitantur maliciaꝫ eius:dici poteſt illud. Dij eſtis per gloriā participatā: et filij excelſi oēs/per gratiā cōmunicatā a chriſto vnico et dei primo filio nominato:vt ſit ipſe primogenitꝰ in multis fratribꝰ.i. principalis ⁊ maximus dignitate.

De legitimatione illegitimoꝝ. Cap̄.xxvij.

De legitimatione illegitimorum. Nota ſm̄ Pe.de pal.in.iiij.diſt.xlj.q.iij. Primo de legitimatiōe que fit ſeu inſtituta eſt per ius ciuile. Sciendūꝫ igit̄ ꝙ quantū ad legitimationē iuris tres ſunt cōcluſiones.

Prima de legitimatione iuris ciuilis in ſex caſibꝰ. §.I.

Primus modus ſm̄ iura ciuilia eſt qñ pater filiū naturalē ex cōcubina ſuſceptuꝫ tradit curie ciuitatis ſue vel curie metropolitane: ⁊ fit officialis in ea qđ fit ꝑ honorē curie. Secundus eſt qñ pater filiū naturalē iungit officiali curie ſue ciuitatis vel metropolitane. Tertius eſt qñ filius naturalis offert ſeipſum deficiente prole legitima: nā al'r non liceret ſe offerre:ꝗuis patri liceret offerre ip̄m. Quartus eſt qñ deficiente ꝓle legitima pater cū cōcubina offert pro eo legitimādo preces principi ⁊ pñceps eas admittit. Quintus eſt qñ pater in ſuo teſtamento ſolenniter facto eum vocat naturalem legitimū. Sextꝰ eſt ſi pater in inſtrumēto publico vel ꝓpria manu cōfecto habēte ſubſcriptionē triū teſtium fidedignoꝝ dixerit eū filiū legitimū:et hoc caſu ſi in hoc pater teſtimoniū ꝑhibuit vni ex filijs naturalibus ſufficit ad legitimationē. Et de his habent̄ expreſſe iura ciuilia in varijs locis. Sed iſtud non tenet hodie propter duo. Primo quia nō ſunt leges canonizate. In rebus enim nō eccleſiaſticis nec ſpūalibus ligāt leges impatoꝝ: niſi ſint ꝑ papā reprobate:al's non: quia leges nō dedignant̄ ſacros canones imitari:ſed in eccleſiaſticis ⁊ ſpūalibus nō habent efficaciaꝫ: niſi ſint ꝑ canones approbate: ꝗuis al's ſint rōnabiles ⁊ honeſte:ſicut in rebꝰ eccleſie nō alienādis. De hereticis nulle leges valent: niſi inquantū ſunt per canones approbate:etiā ſi nō eſſent ſpecialiter reprobate. Uñ cū cauſa matrimonialis ⁊ legitimatiōis ſit eccleſiaſtica : nec incidēter etiā pertineat ad iudiciū ſeculare.ergo quicquid de legitimatione leges cauent nō valet:niſi inquantū eſt ꝑ papā approbatū. Non ſunt autē alicubi illi ſex modi ꝑ canones approbati : imo illi modi receſſerūt ab aula:q: nec in curijs impatoꝝ:nec ciuitatū: nec principū tenent. Nā viſum eſt ꝙ in ſpurijs de domo regis ita volebat rex habere ſucceſſionē ſicut in alijs.ergo ꝓpter dedicationē curie impatoris nō reputat eos legitimos.

Secunda concluſio eſt de §.II.

legitimatione ꝓpria iuris:que eſt ꝑ ingreſſum religionis q̄ eos legitimat quantū ad oēs ordines ⁊ nullā dignitatē ꝓprie dictā : vt ꝙ ſit prelatus ꝑ electionē.ex̄ de fi.preſby.c.j. Naꝫ curā animarū iure ordinario/ſiue ꝑ electionē ſiue ꝑ cōmiſſionē habere nō poteſt. Et ꝙ aliqui dicūt ꝙ cum ſpurio religioſo ep̄s diſpēſare poſſit ad curā et abbatiā nō legi. Siſr̄ ꝙ poſſit ex hoc ſuccedere : vel ordo ꝓ eo qui ſuccederet ſi ipſe eſſet legitimus.C.de ſacroſanc.eccle.l.deo nobis. nō legi nec credo quia hoc eſt ſtricti iuris. Uñ ſi eſt legitimatꝰ quo ad ordines: nō ꝓpter hoc quo ad ſucceſſionē. Intelligit̄ aūt īgreſſus cū effectu.ſ.per ꝓfeſſionē tacitā vel expreſſam.

Tertia cōcluſio eſt de legitimatione cōi iure canonico vel ciuili. §.III.

vnde eſt tertius modus vtriuſqꝫ iuris qñ cōcubinaꝫ ex qua nati ſunt filij prius ducimus in mr̄imonium. per ſequēs enim matrimoniū filij prius ſuſcepti ex illa fiunt legitimi quo ad oīa ſi tpe

ff

conceptionis poterat eſſe vxor legitima: q̄uis al's meretrix cōis / ſiue mediate / ſiue imediate ducta fuerit / aliter nunq̄. Ubi vertitur queſtio dn̄icalis Bartholomei: ſuppoſito ꝙ primogenitus legitimus debeat habere regnū: q̄s debeat habere an primogenitus naturalis ex cōcubina ante mortē ducta in cōiugiū: an ſcd̄o genitus ſemꝑ legitim⁹. Et q̄uis multa dicta ſint pro ⁊ ꝯtra. tamē iſtud videt̄ verius ꝙ ſi ius primogeniture ſit tale ꝙ cedat ante mortē patris vt qꝛ poſt moriens trāſmittat ius ſuccedēdi in regno pr̄is ad nepotes excluſo ſcd̄o genito: tūc nō ſufficit cōcurrere ante mortē primogenitu rā ⁊ legitimitatē: niſi iſtud ius naſcendo acquiratur. Unde cū ſcd̄o genitus naſcendo hoc ius acquiſierit: qꝛ ante ſe aliū legitimū nō habuit: legitimatio ꝯſequēs legitimū ius queſitū non tollit. Si autē ius primogeniture eſt talis nature ꝙ ante mortē patris nō cedit: quia tēpore mortis verū eſt dicere iſtum primogenitū ⁊ legitimū: videtur ꝙ debeat preferri.

¶ Quātū ad tertiū de legitimatiōe hoīs ſunt tres cōcluſiones. §.IIII. Prima eſt de legitimatione ep̄i. Et q̄dē quātū ad ep̄m certuȝ eſt ꝙ poteſt legitimare quo ad minores ordines: ⁊ ſimplicia bn̄ficia. i. que nō ſunt cure animarū nec dignitates. ex̄ de fi. pr̄ſby. c. j. Hoc autē intelligendū eſt de ſubditis: qꝛ nō ſubditū nemo poteſt ſoluere nec abſoluere ſicut nec ligare. Unde cū legitimare ſit a pena iuris abſoluere nullus poteſt nō ſubditum legitimare: ꝓpter qd̄ nō ſubdito ſpurio ep̄s nō poteſt dare beneficium nec minorū ordinū executionē: niſi prius a ſuo ep̄o fuerit legitimatus: qd̄ ſi factū fuerit tunc poteſt a quocūq̄ bn̄ficiari ſeu ordinari cū lr̄is dimiſſorijs: ſicut ⁊ legitim⁹. Unde ſi ep̄s ſcienter ſubdito ſuo illegitimo ꝯferat ordines vel bn̄ficiū: eo ipſo diſpēſare videt̄. Nullus aūt prelat⁹ papa inferior poteſt legitimare ad ſucceſſionē hereditatis: qꝛ nō eſt ei ꝑmiſſuȝ: ad ſequētia autē videt̄ legitimatus: ex quo eſt ad antecedētia. Unde qꝛ canonici maxime cathedraliū eccl̄iarū in iudices impetrant̄: videt̄ ꝙ ſi al's illegitimi iudices eſſe nō poſſent: quia de hoc ſunt opiniones: tamen eoipſo ꝙ canonici ſunt: in iudices ſicut ⁊ ceteri ipetrari poſſunt: quia non debet cui quod maius eſt licet: quod minus eſt non licere.

¶ Secunda concluſio eſt de §.V. legitimatione pape: quia papa certū eſt ꝙ ad omnē ordinē beneficiū ⁊ dignitatē eccleſiaſticā legitimare poteſt: qꝛ ad hoc legitimare non eſt aliud q̄ impedimenta iuris canonici amouere ſibi: et a penis canonū quib⁹ ligatus eſt ipſum ſoluere: ſed papa poteſt ab omni pena canonis abſoluere ⁊ oē impedimētū poſitiuū amouere. ergo ⁊c̄. Papa ergo legitimat ⁊ ad actus ſeculares ⁊ ad actus ſp̄ūales: ⁊ ad ſucceſſionē hereditariā in terra ſibi ſubdita. Sed vtrū hec legitimatio valeat quo ad ſucceſſionē in terris pape nō ſubditis dubiū eſt. Quidā enī dicūt ꝙ ex quo aliq̄s legitimat̄ a papa i ſp̄ūalib⁹: videt̄ legitimatus ꝑ cōſequētiā quandā ⁊ in tꝑalibus: ne ſit abſurdū et quaſi monſtruoſum vt legitimatus ad ſp̄ūalia: illegitimatus ad tꝑalia cenſeatur: multa enī ꝑ ꝯſequētiā obtinent̄. Et hāc opi. tenet Hoſt. in ſumma et cōcor. cū illo. c. per venerabilē. Alij dicūt ꝙ in terris non ſubditis tꝑali iuriſditioni pape: legitimatio facta ꝑ euȝ nō valet quo ad ſucceſſionē: q̄ eſſet p̄iudicialis legitimatio heredi: licet valeat quo ad actus ſp̄ūales in dignitates ſeculares. Et hoc tenuit de facto in regno frācie: qꝛ primogenit⁹ comitiſſe flādrie legitimatus ꝑ papā nō ſucceſſit in comitatu: ſed alius minor qui erat legitim⁹. Uerius aūt videt̄ ꝙ in terra eccl̄ie nō ſubdita tꝑaliter: papa poteſt legitimare quātū ad officia publica: in q̄bus nulli parat̄ p̄iudiciū: vt qꝛ ſit iudex ordinarius vel delegat⁹: ad qd̄ nō requirit̄ ꝙ ſit dn̄s tꝑaliū cū hoc non ſit alicui ius tꝑale auferre. Itē etiā ꝙ ſuccedat in bonis tēporalib⁹ in terris laicoꝝ nō ſibi ſubiectis: dato ꝙ nō habeat dn̄ium tēporale tale quale imperator: qꝛ ſi iſte nō ꝑdit ſucceſſionē niſi ꝑ hoc ꝙ eſt illegitimus: ⁊ illegitimitas eſt poſitiua ⁊ humana: vt qꝛ parentes eius ꝯtraxerūt in gradu ꝑ ſolū ſtatutū eccl̄ie ꝓhibito: vel alio impedimento pure poſitiuo: et iſtud eſt mere canonicū: qꝛ ius ciuile nō poteſt facere ꝑſonas inhabiles ad matrimoniū: ſed omē impedimentū a iure canonico impoſitū papa poteſt amouere. ergo ⁊c̄. Si dicat̄ ꝙ papa pōt amouere a principio nō ex poſtfacto: dicendū ꝙ imo: nō ꝙ ipſe faciat ꝙ fuerit natus de legitimo mr̄imonio q̄ nō fuit: ſed qꝛ nō repellit̄ a ſucceſſiōe niſi ꝑ hoc ꝙ cenſet̄ illegitimus: ille cōditor legis q̄ iudicat cū illegitimū poteſt euȝ iudicare legitimū. Si aūt ſit illegitimus lege diuina vel naturali: idē eſt ꝑ id qd̄ tactū eſt modo: qꝛ cū nō priuet̄ ꝑ hoc ꝙ natus eſt illegitime: qꝛ tūc a quocūq̄ legitimatus priuaret̄: ſed ꝑ hoc ꝙ nūc iudicatur illegitimus eccleſia cui⁹ eſt iudicare an ſit illegitimus: etiā ad hoc ꝙ ſuccedat: ipſa poteſt eū facere haberi ꝓ legitimo: ſi aliq̄s hoc poſſit facere: nō ꝙ quicūq̄ poteſt iudicare de legitimitate / poſſit legitimare. Sed ſuppoſito ꝙ aliq̄s legitimare poſſit qui nō poſſit de legitimitate cognoſcere: ⁊ iura punientia illegitimitatē tollere: poteſt eam efficere. Hoc aūt intelligendū eſt reſpectu iuris querendi: vt q̄n filius legitimatur patre viuente: q̄n etiā conſtat de menſe

pape ꝗ exprimit quaſi ad ſucceſſionē: al's ⁊ ad
oia ipſuȝ legitimat et reſtituit. Nā ſi exprimat
aliqua ad que legitimat: nō ꝓpter hoc ad alia
intelligit legitimare: niſi qn̄ ſunt minoꝛa ⁊ non
ſunt in alterius ꝑiudiciuȝ: ſicut ſi legitimat ad
dignitates: ⁊ ꝑ ꝯſequēs ꝙ poſſit eſſe ꝯſeruatoꝛ
vel hmōi: ſed nō ꝓpter hoc ꝙ parentibꝰ ſucce-
dat: etiā ſi ſimpliciter ⁊ quo ad oia legitimaret
niſi ſucceſſionē exprimeret: adhuc intelligeret
ſaluo iure alterius: ⁊ ꝑ ꝯſequēs nō extenderet
ad ſucceſſionē. Si autē queraꝛ de iure queſito:
vtputa de legitimando filiū poſt moꝛtē patris
ad ſuccedendū illi qn̄ legitimis eſt iā ius que-
ſitū: aliud eſt: qꝛ hic obſtat nō ſolū impedimētū
iuris poſitiui dicētis ipm̄ nō debere ſuccedere
ſed impedimentū iuris naturalis dicētis rem
iuſte queſitam ſine culpa ⁊ facto ſuo nō debere
ꝑdere: qđ nō poteſt facere papa niſi ſit dn̄s tpa
lium in caſu in quo princeps hoc poſſet.

¶ Tertia ꝯcluſio eſt de le- §.VI.
gitimatione principis ſecularis. Ubi de prin-
cipe ſeculari eſt ſciendū ꝙ nō poteſt legitimare
ad aliqđ ſpūale: nec plus tollere vinculū illegi
timitatis quo ad ſpūalia: ꝙ abſoluere ab excō-
municatione: qꝛ nō poteſt directe amouere ipe
dimentū eccleſiaſticū niſi iudex eccleſiaſticus:
poteſt tamen legitimare oēm ſuū ſubditū qui-
cūq in tpalibus nō habet ſuperioꝛē dn̄m tpalē
ſiue ſit imperatoꝛ ſiue rex francie ſiue alius: qꝛ
ex quo in tpalibꝰ non habet ſuperioꝛē reſpectu
tpaliū: poteſt ipſe penas tpales ſuoꝝ ſubditoꝝ
ſtatuere vel deſtituere ſicut vult: nec alius eis
nō ſuperioꝛ poteſt ſubditis īponere penas niſi
inquātū appꝛobat ſm̄ illud Roꝫ.xiiij. Tu quis
es qui iudicas alienū ſeruum. Si ergo lex ciui
lis dicit ſpuriū non ſuccedere vel iudicare: non
ligat ſpuriū frācie niſi inquātū placet regi frā
cie. Unde quantuȝ ad hoc poteſt legitimare. i.
quantū ad hanc penam non imputare illegiti-
mitatem: ⁊ hoc ſimpliciter reſpectu iuris que-
rendi vel pꝛopter vniuerſitatē dominij: ſed nō
reſpectu iuris iam acquiſiti.

¶ De legitimatione quo- §.VII.
modo poſſit fieri ꝑ papā/imperatoꝛē vel alios.
Bern.ſup.c.per venerabilē.extra qui fi.ſint le.
notat per Anto.de but.ſic ſummatim de papa
loquendo de legitimatione que fit per eū: aut
fit hoc circa pꝛolē futurā: aut circa pꝛolē illegi
time natā. Et circa pꝛolē futurā poteſt legiti-
mare ⁊ in terris eccleſie: et in terris imperij: et
generaliter valet remouēdo aliquē gradū con
ſanguinitatis vel affinitatis de his que ſunt de
iure poſitiuo. ſicut Grego.ix. remouit quintū ⁊
ſextū gradū generaliter. vt ex̄ de ꝯſan. ⁊ affini.
non debet. vel diſpenſando particulariter cum
aliquibꝰ vt ꝯtrahāt in tertio vel quarto gradu
attinentes: ⁊ ſic legitimare dicit quo ad pꝛolē
futurā vt habeant legitimi qui al's eſſent ille-
gitimi: ⁊ in ſpūalibus ⁊ tēpoꝛalibꝰ ſimpliciter
tales erūt legitimi. In gradibus autē qui ſunt
de iure diuino vel naturali: papa ꝑ hunc modū
legitimare nō poſſet. Loquēdo autē de pꝛole il
legitime nata: tūc aut hoc eſt faciendo ꝯſtitu-
tionē vel legē factā ab imperatoꝛe ꝯfirmando:
vt nati de ſoluto ⁊ ſoluta: ſi tales genitoꝛes cō
trahant mr̄imoniū legitime filij qui pꝛius erāt
illegitimi: ſint ⁊ intelligant eſſe legitimi: ⁊ cer
tum eſt ꝙ poteſt vbiq ⁊ ſic ſeruaꝛ. Aut qꝛ ille-
gitimo exiſtenti cōcedit iura legitimationis: ⁊
in ſpūalibꝰ quidē poteſt papa tales legitimare
vbiq/ſcȝ etiā in terris imperij: puta vt poſſint
pꝛomoueri ad oꝛdines ⁊ dignitates eccleſiaſti
cas. In tēpoꝛalibꝰ autē ſcȝ quo ad ſucceſſionē
hereditariā et honoꝛes ſubdiſtingue. Aut pa-
pa legitimat in terris ſibi ſubiectis: ⁊ tunc po-
teſt. Aut in terris imperij: et tunc ſi legitimat
ſibi ſuppoſitū vel de pꝛoximo ſupponendū: pu-
ta clericū factū vel de pꝛoximo clericādū: ⁊ tūc
legitimādo ſimpliciter intelligitur legitimatꝰ
etiā in tpalibus. Si legitimat laicū remanentē
qui imperatoꝛē recognoſcit in ſuperioꝛē: et tūc
nō poteſt ſine ꝯſenſu imperatoꝛis ꝗ pꝛeeſt illi.
Et iſtā opi. tenet Bar. in. l. qui in pꝛouinciā. C.
de nup. ſcȝ ꝙ in terris imperij papa non poſſit
in tempoꝛalibus legitimare.

¶ De imperatoꝛe certū §.VIII.
eſt ꝙ non poteſt legitimare ſuper pꝛole futura:
quia nō poteſt tollere per legē ſuā gradus con
ſanguinitatis ⁊ affinitatis: nec diſpenſare in gra-
dibꝰ cōſanguinitatis ⁊ affinitatis: qꝛ nō habet
diſponere de matrimonio. Et ſi ſup hoc cōde-
ret legē nil valeret talis legitimatio: niſi eccle
ſia appꝛobaret ꝙ nati ex foꝛnicatione habeant
legitimi ſi poſtea genitoꝛes cōtrahūt inuicem
matrimoniū. Inſup in terris ſuis ⁊ multo ma-
gis in terris eccleſie nō poteſt imperatoꝛ legi-
timare in ſpiritualibus: vt ſcȝ pꝛomoueri poſ-
ſint ad oꝛdines. Sed legitimatꝰ ſimpliciter ab
imperatoꝛe: vel ab eo qui habet hāc autoꝛitatē
legitimādi ab ipſo: indiget diſpēſatione pape:
ſi vult ad omnes oꝛdines vel beneficia curata
et dignitates pꝛomoueri. In tēpoꝛalibus autē
vt in ſucceſſionibus et honoꝛibus ſeculi poteſt
legitimare in terris ſuis: ſed nō in terris eccle
ſie: quia abſurdum eſt dicere ꝙ imperatoꝛ ha-
beret maioꝛem poteſtatem in terris eccleſie ꝙ
papa in terris imperij. Sint ergo cōtenti ter-
minis eius. Et hec procedunt de imperatoꝛe
tam coꝛonato: ſed de non coꝛonato magis du-
bitatur. Dicit tamen Jac. de are. et Joh. and.

in ſpe.i ti.de reſcrip.Et idē eſt de his q̄ hn̄t po
teſtatē legitimādi ab impatore:q2 poſſunt i ca
ſibus in quibus ille pōt ſm v̄ba priuilegij.Vn̄
vbi ille nō pōt:nec illi poſſunt cū habeāt aucto
ritatē ab eo.Dicit etiā An.de bu.ꝙ hn̄tes po-
teſtatē a papa vel ab impatore legitimādi: nō
poſſunt legitimare ad p̄iudiciū alterius: q2 ta
les ꝯceſſiōes intelligūt ſine aliorū preiudicio:
vt ex̄ de offi.ↄ po.iudi.dele.c.ſup eo.ↄ de p̄uil.
c.paſtoralis.De ſolēnitate legitimatiōis dicit
An.de bu.ꝙ opꝫ ꝙ illegitim⁹ impetrās expri-
mat qualitatē illegitimatiōis.ſ.an ſit ſpurius
vel inceſtuoſus: q2 difficili⁹ diſpēſat̄ cū ſpurio
vel inceſtuoſo q̄ cū naturali tm̄.vn̄ ↄ Jo.an.in
ſpe.dicit ꝙ ſi q̄s dicit ſe ſpuriū impetrādo legi
timationē:ſi iſte eſt ſpurius duplicat⁹:vt q2 ex
vxorato et vxorata:cū al̄s nō valeat impetra-
tio ſi hoc nō exprimat̄: ſed reputat̄ ſubreptícia
vt in cle.illa.eo.ti.ↄ de fi.preſ.c.fi. Itē cū que-
rit̄ an in legitimatiōe alicui⁹ debeāt citari illi
in quoꝝ preiudiciū fit ſeu q̄b⁹ preiudicat̄.An.
de bu.diſtinguit: q2 aliq̄n legitimatio fit in vi-
ta patris: et tunc pōt diſponere de hereditate
q̄ð vult ad preiudiciū ſperantis hereditatē: et
valet talis legitimatio nō vocata parte:ſꝫ exi-
git̄ ꝙ in ipſa legitimatione fiat mentio agna-
torū:nec ſufficeret primū cū ſecūdo.Si v̄o fiat
legitimatio ad inſtātiā filij ↄ intuitu pietatis:
ſatis pōt dici ꝙ nō requirat̄ eorū aſſenſus:etiā
ſi illi legitimi eſſent confratres.Dicit tn̄ idem
An.ꝙ non valeret legitimatio: niſi appareret
principē certificatū ꝙ alios liberos ipſe habe
ret:q2 iſta eſt cauſa inductiua ad facilius cōce
dendū legitimationē: eo.ſ.ꝙ non hꝫ alios libe
ros:ſed facta expreſſiōe bene valeret hec impe
tratio.Idem.ſ.ꝙ ſi nō fieret mētio de agnatis
non valeret impetratio: tenuit Joh.an.in ad-
di.ſpe. Requirit̄ etiā aſſenſus ipſius patris a
p̄ncipio vel ex poſtfacto. Si aūt fiat legitima-
tio poſt mortē patris de cuius ſucceſſiōe agit̄:
ↄ tūc eſt dubiū an legitimatio illa retrotrahat̄
et ſi retrotrahat̄ vtrū tollat ius alteri queſituꝫ
medio tpe.Et dicit ipſe An.ꝙ ſi fiat per verba
nō reſtrictiua legitimatio: vt dicendo Conferi
mus tibi legitimationē : tūc legitimatio retro
non trahit̄. Si autē fiat p verba reſtrictiua:vt
dicēdo Integramus te ad oīa primeua natu-
re:acſi legitime natus eſſes: que ſic fieri dꝫ q̄n
vult totaliter integrare ipſe legitimās: ↄ tunc
legitimatio retrotrahit̄.Sed vtrū ſic retrotra
hatur ꝙ tollat ius alteri medio tpe acquiſituꝫ
ſunt opiniōes.Quidā dicunt ꝙ ſic.Bar.tenet
cōtrariū.in.l.gallus.ff.de lib.ↄ poſthu. Et hoc
ſi aliq̄d ſibi.ſ.legitimato ſpecificet̄ reſtitutuꝫ.
Et iſtā opinionē vt verā approbat ipſe An.ad
hoc de reſcrip.c.Quis.lib.vj. Et iſtā ſniam te-
net Jo.an.in addi.ſpe. Et dicit ip̄e An.ꝙ tenē
do ꝙ ipſa legitimatio retrotrahat̄ ad preiudi
ciū illius cui iam acquiſita erat hereditas:tūc
diſtinguēdum:q2 aut filius legitimare ſe fecit
ex tacita volūtate patris q̄ declarauit ip̄ꝫ vel-
le ſuccedere in teſtamēto: ↄ tunc non exigitur
ꝙ illi vocent̄ quibus preiudicat̄. Aut nō appa
ret illud: ↄ tūc dicit ꝙ exigit̄ ꝙ citētur illi qui-
bus preiudicat̄: immo exigitur eoꝝ cōſenſus.
alleg.C.de nat.reſti.l.pen̄.Et hec vera niſi hoc
appareat de expreſſa volūtate principis:ꝙ vo-
luerit preiudicare alijs in hereditate: ſed ſi nō
exprimat aliud de iure alteri acquiſito: valet
legitimatio: ſed nō ad preiudiciū eius de cui⁹
p̄iudicio agit̄: et hec vera de legitimatiōe quā
facit in terris ſuis. Si autē alibi legitimaret/
nō poſſet etiā citatis illis quibus ius eſt que-
ſitum:niſi ipſi conſentiāt. Sciendum etiam ꝙ
legitimatio peti poteſt per ꝓcuratores.

¶De ſtatu cōtinētiū:vcꝫ virginum ↄ viduarum. Titulus.ij.

¶De virginitatis poſſeſſiōe/dignificatione/ↄ coronatione. Capl̄m.j.

Adducent̄ regi v̄gines poſt
eam ꝓxime eius affe.tibi.
ps.xliiij.Loquit̄ pſal.de ec
cleſia que vtiq3 eſt mater ↄ
virgo.Mater quidē oim fi
delium quos genuit in ba
ptiſmo p fidē. Uirgo p inte
gritatē mentis: et libera a
corruptiōe peccati mortalis. Vn̄ apl̄s.ij.cor.
xj.dicit de fidelibus. Deſpondi em̄ vos vni vi
ro virginē caſtam exhibere xp̄o.Poſt eā vt fi-
lie adducūtur virgines regi dn̄o Jeſu xp̄o: vt
ſponſo earū.Unde ↄ de ſanctis virginib⁹ canit
eccleſia. Agnū ſpōſum v̄ginū venite adorem⁹
dn̄m Jeſum xp̄m.Pōt etiā iſtud poſtea refer-
ri ad virginē Mariā: que ſola mater eſt ↄ vir-
go ↄ primiceria/ↄ ſpeculum virginū:que vtiq3
poſſidet aureolā virginitatis:q2 etſi nō habuit
a carne pugnam ꝓpter religationē vel extin-
ctionē fomitis: ꝓpter cuius victoriā.ſ.pugne
plena datur aureola:habuit tn̄ ab hoſte cuius
caput.ſ.principiū ſuggeſtionis contriuit ſola.
Poſt eam igit̄ vt principaliorē ſequunt̄ virgi
nes alie ↄ xp̄o adducunt̄ regi. Uidue autē di-
cunt̄ ꝓxime eius: q2 appropinquāt ad caſtita
tem virginalē:nō tn̄ ita ſunt ſimiles. Tam vir-
gines autē q̄ vidue ad xp̄m ꝑueniūt: quinim-
mo ↄ boni cōiugati:ſed adducunt̄ ad xp̄m vir-
gines dei gratia adiuuāte:ↄ ipſis magis labo-
rantibus ad cōſeruationē ei⁹.Uidue aūt affe-
runt̄ cū adiutorio etiam gratie : ſed non tantū

conatū exercētes:nec tamē virgo nec vidua ca
ſtitatem virtute ꝓpria ſeruāt ſed dono dei. Et
ideo dicit/adducent̄/⁊ offerent̄.ſ.ab illo videlꝫ
dono dei. Sed prius de virginib⁹ agendū eſt.

¶ Dicitur autē virgo quaſi §.I.
virū agens.i.repellēs vt nō ꝑmittat ſe cognoſci
carnaliter ab eo. Ille eñ eſt modus naturalis
quo amittit̄ virginitas:q̄uis ꝑ alios etiā mo=
dos poſſit amitti: vt dicet̄. Uel dicit̄ a virore:
ij.ij.q. ſm Tho.q2 nō eſt experta aduſtionē.i.actū ve=
clij. ar= neree delectationis:ſicut arbor dicit̄ viridis q̄
ticu.j. a calore nō deſiccat̄ in foliis. Uel vt dicit Ful=
gētius ad ꝓbā in lib.de virginitate. Uirgo di=
citur quaſi virago:virago dicit̄ a viro:vir autē
a virtute. Claret igit̄ inter ceteras eccleſie do=
natiōes illius p̄cipuū munus ſpūalis eſſe cha=
riſmatis: vbi virtus ipſa integritatis ꝑfectio
meret̄ vocabulo cenſeri virtutis. Nec in eo tñ
ꝙ virginalis integritatis agnoſcimus culmē:
pudicitie ꝯiugalis aſſerimus crimē:ſed ſanctā
virginitatē dici merito potiore diſtare a cōiu=
gali vita quantū diſtāt a bonis meliora:a ter=
renis celeſtia:a carne ſpūs:ab īfirmitate virt⁹.
Nec dicere dubitamus tantū a ſctā ꝟginitate
carnis ⁊ ſpūs fideliū ꝯiugatoꝝ licet a deo con=
ceſſum diſtare cōcubitū: quantū ſīltudo pctōꝝ
ab imitatione diſcernit̄ angeloꝝ. In vno q̄ppe
ad terrā ſpūs terrena carnis voluptate depri=
mit̄:in altero terrena caro celeſti delectatione
ſpūs ad celeſtia ſubleuat̄.hec Fulgētius. Et in
decre.diſt.xxx.c. hec ſcripſim⁹,dicit̄. Nos ꝟgi
nitatē cū humilitate admiramur:⁊ ꝯtinētiā cū
caſtitate:⁊ religionē deo acceptiſſimā dicim⁹.

¶ Ad laudē ⁊ cōmendationē §.II.
virginitatis ait Hiero.ad Euſto. Habeant nu=
ptie tēpus ſuū,et titulus michi virginitatis in
maria dedicat̄,⁊ chriſto. Dicat aliquis/audes
nuptiis detrahere,q̄ a dño bñdicte ſunt:non eſt
detrahere nuptiis:cū illis virginitas antefert̄.
Glorientur ⁊ nupte cū a virginib⁹ ſint ſecūde:
creſcat ⁊ multiplicet̄ ille q̄ impleturus eſt ter=
rā:tuū agmen in celis. Poſt paradiſum ⁊ nu=
ditatē ſint folia auſpicantia prurigine nuptia=
rū: nubat ⁊ nubatur ille q̄ in ſudore vultus ſui
comedit panē ſuū: cuius terra ſpinas generat
et tribulos:cuius herba ſentib⁹ ſuffocat̄. Meū
ſemen centenaria fruge fecundū eſt. Conſuant
tunicas que incōſutā deſurſum tunicā perdi=
derūt quas vagitus delectat infantiū. Eua in
paradiſo virgo fuit. Tua regio paradiſus eſt.
ſerua qđ nata es. Uirgo naſcit̄ caro de nuptiis
virgo eſt mater dñi ſimpliciter pura ⁊ ſincera:
nullo extrinſecus germine coherēte ⁊ ad ſimi=
litudinē dei vnitate fecūda. Uirgo flos chriſt⁹
eſt dicens, Ego flos campi ⁊c̄, Canti.ij. Laudo
nuptias: ſed q2 michi virgines generant:lego
de ſpinis roſam/de terra aurū/de concha mar
garitā. Quid inuides mater filie tue:indigna
ris ꝙ noluit mulier militis eſſe ſꝫ regis:grāde
tibi beneficiuꝫ preſtitit: ſocrus dei eſſe cepiſti.
apl̄s paulus virgo fuit. Unde dicit. Dico autē
nō nuptis ⁊ viduis:bonū eſt illis,ſi ſic ꝑmanſe=
rint,vt ego.j.Coꝛ.vij. Ideo aūt dicit ſe de vir=
ginitate p̄ceptū dñi nō habere:q2 ſi virginitas
eſſet iperata:nuptię viderent̄ ablatę:⁊ duriſſi=
mū erat ꝯtra naturā cogere angeloꝝq̄ vitam
ab oībus extorquere. Uirgo helias:heliſeus
virgo:virgines multi filii prophetarū. Hiere=
mias vxorē ꝓhibet̄ accipere:et ad quālibet tñ
virginē eccleſia iſtud pſalmiſte adaptat:videlꝫ
adducent̄ ⁊c̄. Ubi tria vidēda ſūt de ꝟginitate.

¶ Primo quomodo virginitas coronetur.

¶ Secūdo quomodo poſſideatur.

¶ Tertio quomodo ipſa ſignificetur.

¶ Quantū ad primū dicit §.III.
apl̄s.ij.Timo.ij. Non coronabit̄ niſi q̄ legitime
certauerit: ita certet,vt vincat. vt aūt canit ec=
cleſia,mūdus,caro,demonia diuerſa mouēt pre
lia ꝯtra nos. Et quantū ad p̄liū carnis ſicut nō
coronat̄ aurea q̄ eſt p̄miū eſſentiale aie: niſi q̄s
habuerit victoriā de oī vitio carnali:abſtinēdo
ab eo vel a ꝑpetrato penitēdo:ita non coronat̄
aureola virginitatis,q̄ eſt p̄miuꝫ accidētale,qđ
datur in glīa ꝓpter excellentē pugne in carne
victoriā: niſi q̄s liber fuerit a volūtaria corru=
ptione carnis tētationes vincēdo. Quāuis eñ
virginitas quātū ad eius initiū,⁊ ſeminariū.i. Tho.i
inclinationē naturalē inſit a natura:ſicut ⁊ oēs iiij. diſ.
virt⁹: ⁊ quātū ad materiā remotā,q̄ eſt integri xlix.q.v
tas carnis:⁊ materiā ꝓpinquā,q̄ eſt experiētia ar.iij.q.
veneree voluptatis ineſt a natura ⁊ natiuitate j.ad.v.
q2 oēs naſcunt̄ virgines ⁊ inexperti voluptate
ſm Pe.de pa.in.iiij.diſt.xxxiij. Sed quātū ad
cōplementū actuale vel habituale:et ſic virgi=
nitas non eſt a natiuitate vel a natura plus q̄
alie virtutes. Nā puer naſcens nō habet actū,
nec habituꝫ virginitatis plus q̄ liberalitatis:
ſed eſt ſicut alie morales ꝑ acquiſitionē,vel in=
fuſionē. Nō eñ quicūq̄ habet integritatē car=
nis:cū venerit ad ānos pubertatis: ſi eligat in
carne incorruptibiliter viuere:ſtatim ꝑ hoc ha
bet habitū ꝟginitatis:ſed qñ cū hoc habituali
propoſito frequēter domauerit motus carnis:
aggenerat̄ in eo habit⁹: ſicut nec vidua ſtatim
mortuo marito habet habitū ꝯtinentie vidua=
lis:licet eligat ſic viuere:ſed ꝑ frequētē doma=
tionē paſſionū cū ꝓpoſito habitū acquirit diffe
rentē ab habitu caſtitatis cōiugalis:nō tamen
meretur nomē virtutis ſpecialis que nō perue
nit ad ꝑfectionē. Eſt igitur habitus cōtinentie

vidualis habitus differẽs a cõtinẽtia ꝯiugali: habẽs ſpecialẽ rationẽ boni ⁊ difficultatis: qꝛ quibuſdã eſt placitũ et facile in cõiugio viuere caſte: qͥbus nõ eſt facile nec placitũ viuere vel a cõiugio abſtinere: ſed tamẽ nõ eſt virtꝰ ſpecialis: imo caſtitas eſt vna virtus q̃ minorẽ habet gradũ in matrimonio: et ꝑfectius ſaluaꝛ in viduitate. Siliter caſtitas cõiugalis non ſtatim innaſciꝛ cũ quis eligit ab aliena abſtinere: ſed cũ frequẽter ab aliena tentatus eligit non acquieſcere: ⁊ ſic de alijs. Et vt dicit Tho. in. iiij.

q.v.ar. iij.q.j. ad p'mum.

diſt. xlix. In ꝯtinendo ſm aliq̃d maiorẽ pugnã ſuſtinent virgines: et ſm q̃d vidue ceteris paribus. Virginibꝰ em̃ cõcupiſcentiã inflãmat ⁊ experiendi deſideriũ: q̃d ex quadã quaſi curioſitate ꝓcedit: qua etiã fit vt homo libẽtius videat que nunq̃ vidit: ⁊ etiã in eis ꝯcupiſcentiã auget eſtimatio maioris delectatiõis q̃ ſit ſm veritatẽ: ⁊ incõſideratio eoꝝ incõmodoꝝ q̃ delectationi hm̃õi augenꝛ ⁊ adiũgunꝛ. Et quãtũ ad hoc vidue maiorẽ ſuſtinent pugnã: maiorẽ aũt propter delectationis memoriã: ⁊ in diuerſis vnũ alteri preiudicat ſm hominũ diuerſas diſpoſitiones: quia quidã magis mouenꝛ hoc: quidam alio. Quicquid autẽ ſit de quantitate pugne: tamen hoc certũ eſt q̃ perfectior eſt victoria virginum q̃ viduarum. Perfectiſſimũ enim genus victorie eſt et pulcherrimũ nunq̃ hoſti ceſſiſſe. Corona autẽ non debetur pugne: ſed victorie de pugna: non ergo coronabiꝛ niſi qui legitime certauerit.

¶ Quomõ in diuerſis tẽporibꝰ hoies diuerſimode ſe habuerũt ad virginitatẽ ſeruãdã. §.IIII.

Pe. de pal. in. iiij. diſt. xxxiij. dicit q̃ in ſtatu innocentie nõ licuiſſet cõtinere vſq; ad ſufficientẽ multiplicationẽ humani generis: qꝛ tũc erat preceptũ. Creſcite ⁊ multiplicamini: nec tamẽ peccauit adã ꝯtinendo in paradiſo: quia modico tẽpore fuit ibi. Sed Tho. in. iiij. diſt. xxxiij. q. iij. arti. ij. ad. ij. et diſt. xlix. q. v. arti. iij. q. j. ad. iij. dicit q̃ poſt multiplicationẽ ſine pctõ potuiſſet q̃s eſſe virgo. Contra: quia tũc preferebaꝛ virginitati cõiugiũ: qꝛ habebat fecũditatẽ cũ puritate: fuiſſet autẽ cõtra rationẽ eligere minus bonũ: ⁊ ipſi non erãt facturi ꝯtra rõnez puta tot fuiſſent maſculi quot femine: vt eſſet vna viri: ergo ſi ꝯtinuiſſet feciſſet ꝯtra finem matrimonij ⁊ pacis. Semꝑ etiã fuiſſet multiplicatio neceſſaria: qꝛ non videtur probabile q̃ parentes primi retardarenꝛ a gloria vſq; ad finẽ mundi: cũ ſolũ peccatũ ſit cauſa retardationis: vt originale vel actuale / aut pena. Unde primus parentibus tranſlatis in gloriaz oportebat ſucceſſores vacare generationi ſicut primi inchoauerãt. Tempore xͦ nature lapſe ſcꝫ tpe legis nature fuit virginitas licita multiplicato genere humano: ſed ſemper ante euangeliũ melius erat cõiugiũ niſi vbi ſpecialiter aliud reuelabatur. In paruulis autẽ erat virginitas carnis nõ mẽtis. Tẽpore xͦ lapſe nature ante multiplicationẽ fuit in p̃cepto ꝓhibitio. Nec tamẽ peccauit abel virgo moriẽs quia adhuc iuuenis erat: nec aptus ꝯiugio q̃n mortuus fuit. Nã nec cayn libidinoſus adhuc generauerat: fuit tamen abel mortuus virgo carne: ſed nõ mente: quia tunc non erat tẽpus virginitatis: niſi q̃s dicat q̃ deꝰ preſcius mortis eius ſibi inſpirauit virginitatem: vt caput eccleſie primũ haberet virginitatẽ: ⁊ ſic haberet aureolã virginitatis. Sed poſt multiplicationẽ licuit: nõ tamẽ habemus exemplũ nec in enoch qui ꝑ coitũ generãs ⁊ per coitũ genitus eſt: nec in alio forte. Tẽpore autẽ diluuij ſicut prius fuit illicita vſq; ad multiplicationẽ hominũ: poſtea xͦ licita / nõ tamẽ extat exemplũ niſi forte de melchiſedech. Sed ſi fuit ſem filiꝰ noe vt dicũt hebrei non fuit virgo. Tẽpore xͦ legis ſcripte / ſciendũ q̃ licuit ſeruare virginitatẽ: qꝛ iam filij iſrael multiplicati creuerãt nimis vt arena maris: nõ tamẽ laudabaꝛ: immo filia iepte fleuit virginitatẽ: vt habeꝛ Iudi. xj. Et maledictus erat nõ relinquẽs ſemen: maledictione ſcꝫ opprobrij tẽporalis niſi ꝯſilio ſpiritusſancti. vt helias dedicans ſm Hiero. Sed apud gẽtiles error increbuerat q̃ dederat eos deus in reprobũ ſenſum: vt licita putarent illicita, ⁊ econuerſo: vt fornicationem eſſe licitã. Plato vero ſanctificauit ſe: non quia putaret virginitatez illicitam vnde nec deſeruit eam: ſed vt ſatiſfaceret plebi. Naꝫ opinio fuit apud philoſophos propter ſcandalũ vitandũ facere multa que ſciebãt non eſſe facienda: ſicut adorabãt idola: q̃uis ſcirent nichil religionis eſſe in ſtipite: ne lapidarentur. Sicut anaxagoras apud athenas reus habitus eſt: quia vocauit ſolẽ lapidẽ ardentẽ. Ipſi enim neſciebant aliã vitã: ⁊ propter hoc nimis timebant ꝑdere iſtã. Tẽpore xͦ euangelij ſemꝑ licuit et licebit tenere virginitatez. Unde Iohãnes Lucifer fuit virgo ante ſolẽ ⁊ non venus. Maria enim primiceria virginitatis fuit. vnde in p̃s. Adducentur regi virgines poſt eã. Tẽpore etiã glorie erũt om̃es virgines: quia ſcꝫ nec nubẽt, nec nubentur: imo tẽpore gratie vt res melior cadit ſub cõſilio. ſm illud. j. Corinth. vij. De virginibus preceptũ dñi nõ habeo: cõſiliũ aũt do. Quod ꝯſiliũ Iohãnes euãge. ſeruauit cũ vxorem pro qua iam in domũ traducta nuptias faceret (vt habeꝛ Ioh. ij.) intactã ꝑmiſit: ⁊ virgo in euũ permãſit priuilegio amoris a chriſto dilectus. Hãc ioſeph ſponſus marie ſeruauit. vt

dicit Augu. et vouit cũ maria ſponſa ſua. xxvij. q. ij. c. Btã maria. Et vas electionis virgo fuit. Unde dicit. j. Cor. vij. Uolo oẽs homines eſſe ſicut me ſcilꝫ virgines. Sed vnuſquiſq; habet ꝓpriũ donũ: ⁊ chriſtus habuit. Unde Canti. ij. Ego flos campi, ⁊ lilium cõuallium.

¶ Notandũ etiã ꝙ virginitas §.V. ineſt ſm Pe. de pal. vbi. ſ. per infuſionem ſicut alie virtutes morales. Et ſatis videt ex ſpeciali gratia ꝙ Johãnes bap. et beata virgo, et hieremias in vtero per ſanctificationẽ receperint virtutem virginitatis, quã erant ſeruaturi. Sed de baptiſmo fluminis, et ſanguinis, in quibus non ſolũ infundunt neceſſaria ad ſalutẽ: ſed ⁊ omnia perfectiua in quibus non eſt obex in recipiente: vt remiſſio culpe venialis, et pene: videtur ꝙ in paruulis, in quib9 nullus eſt obex, infunditur virginitas, et innocẽtibus: non tamen ꝙ eis debeat aureola: quia illa reſpicit actũ non habitũ. De adultis aũt videtur ꝙ dñs ſua liberalitate infundat oñi homini id, ad qd̃ ſe diſponit. Unde qui cũ propoſito virginitatis venit ad baptiſmũ, vel ad aliud ſacramentũ: recipit habitũ virginitatis ſicut ⁊ ceteras virtutes: qꝛ enim in oñi ſacramento noue legis infunditur nõ ſolũ id, quod eſt neceſſariũ ad ſalutẽ: ſed etiã qd̃ eſt vtile ſm capacitatem et diſpoſitionem digne recipientis: inde eſt ꝙ recipiens ſacramentũ noue legis non cõtrariũ virginitati (qd̃ dico propter matrimoniũ) recipit omnẽ virtutẽ ad quã eſt diſpoſitus, ⁊ cuius eſt capax. Si autẽ eſt corruptus mente, et corpore; ꝗuis peniteat: nõ eſt tamen capax virginitatis: quia recuperari nõ poteſt. Sed ſi non eſt corruptus niſi mente, et penitens proponit cõtinere: tunc recipit. Hec Pe. de pal.

¶ Notãdum etiam ꝙ dicit §.VI. idem Pet. ꝙ Thom. in ſcripto. ſcꝫ in. iiij. diſt. xxxviij. q. iiij. ar. ij. ad. iiij. ar. et in. iiij. ſcilꝫ diſt. xlix. q. v. arti. iij. q. j. in corpore. q. tenet votũ de eſſentia virginitatis non eſſe. In ſumma vero videtur dicere oppoſitum. ij. ij. q. clij. art. iij. ad iiij. ar. Sicut enim ſeruare caſtitatẽ ⁊ paupertatẽ ſine voto vt nouitius non faceret religioſum: ſic virginitas ſine voto nõ daret aureolã. Sed cõtra: quia licet propoſitũ nubendi impediret: ꝗuis proponeret nõ illicite corrũpi: tamen firmũ propoſitũ perpetuo continendi etiã ſine voto facit virtutẽ virginitatis: nec votum trahit ad aliã virtutẽ ꝙ̃ ad ſuam ſcꝫ latriã: alſ ageret cõtra ſpeciẽ. Unde bene cõcedo ꝙ votũ non facit de actu non virtuoſo virtuoſum: et ꝙ actũ trahat ad altiorẽ virtutẽ nonin eodẽ genere: ſed alio: ſicut votũ trahit ieiunium ad altiorem virtutẽ ꝙ̃ ſit abſtinentia vel ſobrietas: ſed hoc non eſt in genere tẽperantie: ſed iuſticie. Unde votũ non facit ieiuniũ eſſe ſpecialem virtutem: ſed trahit ad alteram. Sic et in propoſito ſi virginitas haberet ex voto rationem virtutis: non eſſet ſpecies temperantie ſe habens ad caſtitatẽ: ſicut magnificentia ad liberalitatem: ſed ſolũ eſſet actus caſtitatis elicitiue: ⁊ latrie interpretatiue. Preterea ſic ſe habet virginitas ad caſtitatẽ ſicut magnificentia ad liberalitatẽ: ſed illa eſt ſpecialis virtus: non ex hoc ꝙ vota: ſed ſolũ ex hoc ꝙ habet ſpecialẽ difficultatem, et bonitatem: ergo ⁊c. Ad argumentum dicẽdũ ꝙ nõ eſt ſimile: quia ad religionẽ non ſufficit firmitas propoſiti: ſed requiritur firmitas facti. Et religio nominat ſtatuꝫ ad quẽ requiritur immobilitas facti: ⁊ per cõſequens voti. Sed ad rationẽ virtutis non requiritur immobilitas facti: cum quis poſſit a xᷓa virtute decidere ⁊ mutari de vere virtuoſo in vere vitioſum. Et ideo ſi virginitas diceret ſtatum non habitũ: poſſet videri ꝙ requireret votũ. Sed ſi dicat habitũ virtutis ſpecialis: nõ requiritur votum quodcũq;. Ad firmitatẽ etiã in religione requiritur votum ſolẽne: in virginitate ſaltem ſimpliciter. Unde ꝙ Augu. dicit in diffinitione de voto: ponit hoc nõ ꝙ ſit de neceſſitate virginitatis: ſed eſt de perfectione: qꝛ deſponſata chriſto per votũ eſt perfectior.

¶ Quantum ad ſecundũ §.VII. ſcꝫ quomodo poſſideatur virginitatis virtus. Sciendum ꝙ multis mediis. vnde dicit Pſ. Adducentur. Et primo quidẽ oportet ꝙ adducatur ad hoc a deo inſpirãte ⁊ principali agente. Sap. viij. Non poſſum eſſe continens: niſi tu dederis ſcꝫ deus. ¶ Secũdo oportet ꝙ adducatur ad hoc a ratione iſtud propoſitum firmiter eligẽte ⁊ perpetuo. Quod patet ex diffinitione dum dicit ꝙ virginitas eſt in carne corruptibili perpetue corruptionis meditatio/ id eſt propoſitum perpetuo abſtinendi a delectatione venerea necduꝫ experta. Unde virgines corpore que intendunt tẽpore ſuo nubere: non habent habitũ virginitatis nec aureolam: nec paruuli, qui licet nõ cogitent de nubendo: non tamen habere poſſunt propoſituꝫ continendi. Eunuchi etiã vel frigidi ſi intenderẽt experiri delectationem veneream per matrimoniũ vel aliũ modũ ſi poſſent: non habent habitũ huiuſmodi virtutis nec aureolam. Sed ſi intendũt ab huiuſmodi abſtinere ſi poſſent/ vtiq; habẽt: ſicut poteſt credi de eunuchis quos fecit nabuchodonoſor: ſcilicet Daniele et ſociis eius. Daniel. j. De nereo et achilleo qui pſuaſerunt domicille virginitatem. ¶ Tertio oportet ꝙ

adducāꝛ ad hoc a recta intentiōe.ſ. ꝓpter deū
nō ꝓpter mūdi laudē/ aut ꝓpter honorē ido=
loꝝ:ſicut ꝟgines dec veſte. Vñ ꝟgines quinq̧
que nō ſumpſerūt oleū in lampadib⁹ deſignās
charitatē dei in cordibus: excluſe ſunt a ſpōſo
⁊ clauſa eſt ianua. Mat.xxv.c. ¶ Quarto opꝫ
ꝙ adducanꝛ ꝑ vias aliquarū virtutū: vt humi
litatis. Amb. Decet vt virgo quanto caſtioꝛ/
tāto humilioꝛ. Vñ de quodā ſancto viro legiꝛ
ꝙ vſq̧ ad ſexageſimū etatis ſue annū ſeruans
virginitatē / elatus in ſuperbiā eam perdidit.
¶ Quinto ꝑ viā ſobꝛietatis: qꝛ ſm̄ Bern. In
delitijs piclitaꝛ caſtitas. Propterea apl's vt
virgo pſeueraret dicebat. Caſtigo corp⁹ meū
⁊ in ſeruitutē redigo.j.Coꝛ.ix. ¶ Sexto ꝑ viā
modeſtie.ſ.cauendo ſe ab auditu ⁊ diſcurſu va
nis. Corrūpūt bonos mores colloquia praua.
j.Coꝛ.xv. Et Dyna q̄ egreſſa eſt domū ad vi=
dendū mulieres regiōis amiſit ꝟginitatē cor=
rupta a Sichem. Gen.xxxiiij. Amb.in homeꝛ.
Diſcite ꝟgines nō curſitare ꝑ alienas domos
nō aliquos in publico miſcere ſermōes. Quō
autē perdaꝛ virginitas dicetur in vltimo.§.

¶ Quantū ad tertiū.ſ.quō §.VIII.

eius dignitas cōmendaꝛ ⁊ quantū/oſtendiꝛ cū
dicitur Regi adducēꝛ vere ⁊ veri virgines: re=
gi.ſ.dn̄o Jeſu xp̄o qui eſt rex regū: vt ſint ſpon
ſe eius. Magna dignitas iſta. Vñ btā Agnes
dicebat: Ipſi ſum deſpōſata.ſ.xp̄o: et nobilita=
tem huius ſponſi oſtēdit di. vt refert Amb.in
lib.de ꝟginitate: cui angeli ſeruiūt: cuius pul
chꝛitudinē ſol et luna miranꝛ.i.mirabilē oſten
dūt. Cuius mater virgo eſt: cui⁹ pater feminā
neſcit: cui⁹ poteſtas celſioꝛ/aſpect⁹ pulchꝛioꝛ/
amoꝛ ſuauioꝛ/et oī gratia elegātioꝛ: cui⁹ opes
nunq̄ marceſcūt/nunq̄ decreſcūt. Et de orna=
mentis ſibi ab eo collatis ſubdit: Induit me
dn̄s ciclade auro cōtexta.ſ.ſapientie vel dile=
ctionis: ⁊ immēſis monilibus decorauit me.ſ.
virtutū: annulo ſuo.ſ.fidei ſubarrauit me et co=
ronauit me corona.ſ.ſpei eternoꝝ. Tradidit
aurib⁹ meis ineſtimabiles margaritas.ſ.ver
boꝝ ſacre doctrine. Mel et lac ab ei⁹ ore ſuſce
pi.ſ.dulcedinis ſpūalis/ ⁊ puritatis ꝑ inſpira=
tionē. Sanguis ei⁹ ornauit genas meas.i.paſ
ſio eius induxit ad opa patiētie: que maxime
oſtēdūtruborē ſanctitatis. Poſuit ſignū in fa
ciem meā: vt nullū preter eū amatorē admittā
inquantū.ſ.dedit faciē erectā ad celū: vt ipꝫ cō
templer ⁊ ad pfectū dirigā: non ad terrena re=
ſpiciā. Verba ſunt Amb. Speculuꝫ dedit vni=
uerſitatis creaturarū quo pōt intueri pulchꝛi
tudinē nō ſolū ſponſi/ſed ⁊ ſuā: cum oīa ꝓpter
ipſum fecerit: ⁊ oīa in ipſo reperianꝛ. Cingulū
temperātie: amictū ſeu veſtitū prudētie. Huic
ergo regi tam nobili adducenꝛ vere virgines
vt ſponſe eius. Et lꝫ virginitas non ſit ſimplr̄ Tho.ſ. ij.q.clij. ar.vlu.
excellentioꝛ oībus alijs virtutibus: qꝛ non
maioꝛ theologicis: nec prudentia/iuſtitia/vel
fortitudine/⁊ humilitate. Eſt tn̄ ꝑcipua in ge=
nere temperātie ⁊ multū cōmendabilis ⁊ pre=
eminēs ex ſex que ponit Pe.de pal.in.iiij.di.
xxxiiij. Patꝫ ⁊ primo quo ad p̄miū accidentale
qꝺ diciꝛ aureola: qꝛ nulli parti tēperantie de=
beꝛ fructus/nec aureola niſi caſtitati: nec au=
reola ⁊ fructus cēteſimus niſi virginitati ſoli.
vnde Apoc.xiiij.diciꝛ: ꝙ nemo poterat cātare
illud canticū nouū: niſi illi centū.xliiij.milia.q̄
virgines pmanſerunt. Canticū illud aureola
eſt.i.quoddā gaudiū ſpeciale qꝺ habent virgi
nes: qꝺ nō poſſunt habere alij ſancti nō virgi=
nes: etſi maius p̄miū eſſentiale habeāt. ¶ Se
cundo quo ad eſſentiā: qꝛ maxime diſponit ad
acquiſitionē ſciētie et ſapiētie. Vñ Johannes
euāgeliſta virgo magnā de diuinis pre ceteris
habuit cognitionē vt de verbo dei. ¶ Tertio
quo ad pulchꝛitudineꝫ ſpūalem: nō ex eo tm̄ ꝙ
paſſiones cōcupiſcibiles ſint cōes nobis ⁊ bru
tis: ſicut eſſe furibundū in cane/ ⁊ vindicatiuū
in leone: ſed qꝛ magis abſorbet iudiciū ratio=
nis que eſt pulchꝛitudo hoīs: in qua eſt imago
dei. ¶ Quarto quo ad ſilitudinē in pluribus:
qꝛ hi ſequunꝛ agnū.ſ.xp̄m quocunq̧ ierit: inte
gre.ſ.corpore ⁊ mēte: ſicut xp̄s. Et incorruptio
facit ꝓximū deo: vt diciꝛ Sap.vj. mēte ⁊ cor=
pore deus incorruptibilis eſt. ¶ Quinto quo
ad ſimultatē: qꝛ iſta virtus nō eſt ſine alijs: ſed
bene econuerſo: poteſt eñ quis habere virtu=
tes alias ſine iſta: ſicut habuit Petr⁹ apl's ſi=
ne iſta. Et cū diciꝛ virtutes oēs eſſe connexas
ſm̄ magiſtrū ſen.in.iij.intelligiꝛ vel de virtuti Diſ.36.
bus neceſſarijs ad ſalutē qualis iſta nō eſt: ſi=
cut nec magnificētia: vel ꝙ ſint cōnexe in radi
ce charitatis cū iſto.ſ.ꝓpoſito: vt ſi eſſet a deo
preceptū ſeruare virginitatē ⁊ nondū fregiſſet
obediret eā ſeruando. ¶ Sexto quo ad rarita
tem. Apoca.vij. Vidi turbā magnā quā nemo
dinumerare poterat.ſ.ſanctoꝝ. Poniꝛ aūt ibi
numerus determinat⁹ virginū: qꝛ centū.xliiij.
milia qui virgines pmanſerūt: ꝓ indetermina
to/pꝛ plures ſunt. Et huiꝰ ratio eſt: qꝛ virtus
iſta nō pōt recuperari amiſſa materialiter: etſi
amiſſa quo ad mentē ſolū reparaꝛ per peniten
tiam: alie aūt reparanꝛ per penitentiā: tū etiā
qꝛ difficilioꝛ ad ſeruādum: ibi eñ frequēs pu=
gna ⁊ rara victoria: oē rarū charū. Quāuis
eñ aliqui per accidēs magis tentenꝛ de gula=
alij de alijs vicijs q̄ de luxuria ſꝫ qualitatē cō
plexionis vel dei diſpenſationē: tn̄ ꝑ ſe loquen
do maioꝛ eſt tētatio luxurie. Ratio pōt eſſe: qꝛ
natura magis intēdit cōſeruationeꝫ ſpeciei q̄

indiuidui:cui indiuiduo ꝓuidetur ſatiſfaciē- do gule vel aliꝭ viciꝭ. Nec obſtat ꝙ natura prius retinet neceſſaria ad nutritiuā ⁊ augmē- tatiuā ꝙ̄ tranſmittat ad generatiuā:qꝛ hoc nō eſt quaſi magis ſollicita ſit de indiuiduo ꝙ̄ de ſpecie:immo ecōuerſo. ſed qꝛ nō aliter ageret indiuiduū ad cōſeruandū ſpeciē niſi ipſum in- diuiduū cōſiſteret. Vn̄ qđ eſt hic prius in intē- tiōe/eſt poſteri⁹ in generatiōe. Sed hoc eſt qꝛ virtuoſi minus ſtudēt ſobrietati ꝙ̄ caſtitati:et ꝓpter hoc exercitiū fit facile qđ inexperto eſt difficile. Ratio aūt quare magꝭ ꝟtuoſi ſtudēt caſtitati ꝙ̄ ſobrietati eſt:qꝛ caſtitas nō amittit̄ ſine mortali:pōt autē deficere a ſobrietate per veniale:qꝛ illa cōſiſtit in medio qđ eſt latū: iſta ſcꝫ caſtitas eſt in extremo qđ eſt indiuiſibile.

¶ De volūtaria et irrecupa- §.IX. bili amiſſione ꝟginitatis. Pet.de pal.in.iiij. di.xxxiij.ſic ait. Mulier ꝑdit virginitatē ꝑ hoc ꝙ corrūpit̄ mente ⁊ corpore altero de trib⁹ mo- dis: puta ꝑ hoc ꝙ ſolū clauſtra frangūt̄ ſibi vo luntarie:etiā ſi nō ſeminaret nec ſemē reciꝑet. Nā cōcupiſcētia Spadonis defloꝛauit ꝟginē vt ſcribit̄:qui lꝫ nō poſſet ſeminare/poterat tn̄ clauſtra frangere. ¶ Scđo mō ꝑ ſeminis viri- lis ſuſceptionē: qꝛ ſi ita reciꝑet ſaluo clauſtro ſicut mēſtruū emittit nec ſeminaret:nichilomi nus virgo nō eſſet: qꝛ ſic poſſet cōcipere: puta ſi quis cognoſceret virginē voluntariā in hoc circa clauſtra pudoꝛis ⁊ ſemen ad matricē at- traheret: pregnantē eā per naturā nullus di- ceret virginē: et tn̄ mulieres alique cōcipiunt que nō ſemināt. ¶ Tertio ſi ex vehementia ar doꝛis ſine fractione clauſtri ip̄a ſeminat: puta volūtarie cogitās de cōmixtione turpi ⁊ hmōi abſq; cōmixtiōe cum aliꝭ: ⁊ talis que corrum pit ſeipſam vel ab alia muliere volūtarie cor- rupta nō debet inter virgines cōſecrari:etiam ad tollendū ſcandalum:qꝛ non eſt virgo: vt ha betur.ij.parte.c.de ſcandalo. non tn̄ faceret bi gamū virum cū quo cōtraheret matrimoniū.

¶ De corruptiōe aūt inuo- §.X. luntaria ſciendū ꝙ non perdit̄ virginitas per quancūq; corruptionē inuoluntariā corpoꝛis etiā in mulierꝭ: vt qn̄ opprimit̄ ⁊ frangūt̄ clau ſtra pudoꝛis ⁊ ſemen viri recipit̄:etiam ſi inde concipiat et pariat. Itē nec per ꝓpꝛiam ſemi- nationē qn̄ non ꝓcedit ex conſenſu: nec acce- ptat̄ a conſenſu qn̄ habet̄ iudicium rationis. Si eī̄ doꝛmiens vir vel mulier polluatur/nō perdit̄ virginitas:etiam ſi in vigilia terminet̄ pollutio: niſi poſtꝙ̄ terminata eſt cōplaceat ſꝫ deliberationē rationis. Videt̄ etiā aliquibus ꝙ cū virginitas mētis reſpiciat futurū ſi quis cōplaceat ſibi in preterita pollutione que non ex electiōe ꝓceſſit virginitas non ꝑdit̄ corpo- re ſed mente: ꝓtūc eī̄ non perdit̄ corpore/qꝛ illa corruptio tranſit. Prius autē nō fuit per- dita/qꝛ cōſenſus defuit. Requirit̄ ergo vt con ſenſus precedat: vt ſi ſentiens ſe calefactū ob- doꝛmiret vt pollueretur: mulier opprimeret̄. Vel requirit̄ ꝙ cōcurrat tēpoꝛe quo pōt ꝯtra- dicere. Nā durante ſeminatione nō hꝫ iudiciū rationis:⁊ mulier que opprimit̄ ſi ſuſcipiendo ſemē vel alˀs qn̄cunq; cōſentiat:niſi ſolo eo tp̄e quo inuite excitata ſeminat qn̄ ſine culpa ſua caret iudicio ratiōis ꝑdit virginitatē:⁊ nō alr̄. Unde dixit Lucia. Non corrūpitur corpus ni ſi de cōſenſu mētis.ſ.quo ad peccatū vel amiſ- ſionē virginitatis. Nā ſi me inuitā feceris vio lari: caſtitas michi duplicabitur ad coronam. xxxij.q.v.c.j. Talis tn̄ non conſecrat̄ inter vir gines: ⁊ hoc ꝓpter dubiū retinentie cōſenſus. vt.xxxij.q.v.ille. Aut qꝛ etiā non pōt ſignifica re integritatē ſponſe xp̄i.ſ.eccleſie: cum corru pta corpoꝛaliter ſit ⁊ nō integra:etſi virgo. Et cuicūq; nuberet faceret ipſū bigamū: qꝛ diuiſit carnē in plures. Item nota ꝙ integritas car- nis in experiētia voluptatis: electio actualis ꝑ violentiā demonis vel hoīs: infirmitatē vel ſomniū et hmōi perdi pōt:ſed per hoc nō per- dit̄ virtus ꝟginitatis. Unde bene pōt eſſe pa ter virgo per ſemen emiſſum a doꝛmiente:de- mone ſuccubo recipiente: ⁊ poſtea per eūdem demonē incubū factum tranſfūſum in feminā: cum etiā ſuſcipiendo ſemen virile ſaluo clau- ſtro mulier poſſit cōcipere: ſed in partu perdit integritatē: ſed virginitatis virtutē retinebit pater predictus:⁊ vi etiā oppꝛeſſa pariens/au reolam etiā vterq; habebit. Unde in chronica Martiniana legit̄ de Merlino: ꝙ fuit fili⁹ dia boli: qꝛ.ſ.cōceptus per monialē ex demōe ſuc cubo ⁊ incubo ipſius. Et de antixp̄o aliqui di- cūt ꝙ ſimili modo concipiet̄. Vn̄ dicit eū apl̄s filium perditiōis. ¶ Quāuis aūt dicant qui- dā virginitatē ſtatū dicere/nō virtutē ſpecia- lem: cōmunioꝛ eſt opinio ꝙ ſit virt⁹ ſpecialis ⁊ que amiſſa ſemel nō recuperat̄. Vn̄ Hiero. Cū poſſit oīa deus/virginē non pōt ſuſcitare poſt ruinam. Valet quidē de pena liberare: ſed nō valet coronare corruptā. xxxij.q.v.ſi Paul⁹.

¶ De cōſecratione virginū ⁊ cau- telis ꝓ ſui cuſtodia. Caplm̄.ij.

Onſecratio virginum pertinet ad ep̄m non ad inferioꝛes:que tn̄ con- ſecratio non eſt ſacramentū: nec ꝑ eam character impꝛimitur:ſed eſt quoddā ſacramentale ꝑ quod con fertur (ſm̄ Tho.) gratia: ⁊ operat̄ ad remiſſionē venialiū: ſicut in vnctione regū In.iiij. di.38.q.i.ar.v.ad.iiij.

⁊ hm̄oi alijs benedictionibus: ⁊ hoc niſi impedimentū preſtetur ex parte ſuſcipientis. Hec fit iſta cōſecratio omnibus virginibus: ſed ſolum religioſis: vt monialib⁹ obligatis ꝑ profeſſionē ad eſſentialia vota: nec etiā omnibus monialibus. Nam moniales ordinū mendicātiū ⁊ etiā aliq̄ alie non cōſecrant̄ ab ep̄o. Ratio autē quare ſolus ep̄s cōſecrat virgines: eſt ſm Tho.in.iiij.diſt.xxxviij.q.j.ar.v. q: ſicut ꝑ matrimoniū carnale repreſentat̄ matrimoniū ſpirituale inter xp̄m et eccleſiā quo ad fecūditatem: ita per velationē virginū repreſentat̄ idē matrimoniū ſpirituale q̄tum ad eius integritatē: vt pȝ ꝑ omnia que ꝓferunt̄ ⁊ gerunt̄. Et ꝓpter hoc ſolus ep̄s virgines velando deſponſat: nō ſibi/ſed xp̄o quaſi ſponſi paranymphus et amicus. Et q: integritatis ſignificatio plene poteſt eſſe ſolum in cōtinentia virginali: ſed ſemiplene in viduali: propter hoc viduis datur aliud velum: ſed non cū illa ſolēnitate que datur virginibus. Intelligenda autē videtur hec integritas eccleſie: q: vȝ integritatem ſemꝑ ſeruat in fide vera et rectitudine vite in nullo errore vl̄ vicio corrupta. ſm illud ij.Cor.xj. Deſpondi vos vni viro virginē caſtam exhibere xp̄o. Una eſt ergo virgo mater ⁊ ſemper immaculata eccleſia. ait Beda. Poteſt etiam deſignare matrimoniū inter xp̄m ⁊ eccleſiā triumphantē: vbi nulla eſt corruptio corporis vel mētis. Nec eīm nubent nec nubēt ſed erunt ſicut angeli dei. Mat.xxij. Angelis autem ſemper cognata eſt virginitas.

¶ Et notandum q̄ tripliciter §.I.

pōt eſſe aliqua virgo. ¶ Uno modo materialiter tm̄: vt illa que nō eſt experta actū venereū ſed intēdit experiri vel per cōiugiū vel actum illicitū extra coniugiū: vel q: de neutro deliberat: q: nondū hȝ vſum rationis: ⁊ talis nō conſecrat̄/ nec ei debet̄ aureola virginitatis: niſi poſtea ꝓponat firmiter in virginitate ꝑmanere/ ⁊ doleat de cogitatione carnali: qđ tm̄ mente nō opere cōmiſit. ¶ Secundo modo dicitur virgo formaliter tm̄: que.ſ. habens firmū ꝓpoſitū virginitatis violenter corrupta eſt ab alio ipſa ſemper ratione renitēte: ⁊ talis virgo eſt: nec amittit aureolam virginitatis: ſed tm̄ non pōt nec debet cōſecrari inter ꝟgines: vt.xxxij. q.v. ille autē famule. Et ratio eſt ſm Alber. q: difficile eſt in tali actu q̄ voluntas non eliciat aliquē cōſenſum. Unde cum de pleno diſſenſu eccleſie cōſtare non poſſit: ideo eccleſia ſtatuit vt nō conſecrarent̄. ¶ Tertio dicit̄ virgo materialiter ⁊ formaliter: que ſcȝ non eſt experta actum venereum: et firmiter ꝓponit ab hm̄oi abſtinere. Huic debetur aureola: nec tm̄ conſecratur inter virgines: niſi ſolenniter ꝓfeſſa in religione approbata. Q: ſi talis monialis eſſet occulte corrupta non debet conſecrari. Et q̄uis Guil̄. dicat q̄ talis ad vitandū ſcandalū poſſit conſecrari: puta q: in tali monaſterio cōſueuerūt omnes cōſecrari. Unde ſi talis occulte corrupta non cōſecraret̄ haberet̄ ab alijs ſuſpecta de corruptione eius: ⁊ ſic manifeſtaret̄: tm̄ Alber. ⁊ Tho.in.iiij.ſen.di.xxxviij.q.j.ar.j. ad vlti.ar. dicunt q̄ talis nō debet conſecrari: q: ꝓpter vitandum ſcandalum cuiuſcūq̄ non debēt mutari ſacramēta eccleſie nec ſacramētalia: vt eſt conſecratio virginū. Sed bene poſſet vti aliqua cautela: vt ſeruatis quibuſdam cerimonijs que nō ſunt de ſubſtantia veli virginalis: cū ep̄s dicit formā mutaret nomē virginitatis in nomē caſtitatis. Et cōcor. Goffre. ⁊ Hoſtien. Sed Petrus de pal.in.iiij. dicit talem cautelam nō eſſe licitam: q: eſſet mendacium ſeu fictio in facto rei ſacramentalis.

¶ Notādum ſm Pe. de pa. §.II.

in.iiij.diſt.xxxviij. q̄ eſt quintuplex velum ſm canōes. ¶ Primū eſt velum ꝓfeſſionis quod datur feminis duodecimo anno cōpleto.xx.q.ij. puella. Et hoc velum portant in religionibus omnes ꝓfeſſe. ¶ Secundū eſt velum conſecratiōis: quod dat̄ anno viceſimoquinto etatis.xx.q.j. placuit. et.q. eadem.ca. deuotis. Dicitur q̄ iſta velatio virginalis fiat ſolū in epiphania/ ⁊ in albis paſchalibus/ et in feſtis apoſtolorum: ſed cōſuetudo habet q̄ fiat etiam dominicis diebus et alijs feſtis ſolennibus: et etiam ante tempus dicte etatis. ¶ Tertiū eſt velum ordinationis: quod dat̄ anno quinquageſimo: vt.xxvij.q.j.ca. diaconiſſam. vbi dicitur diaconiſſam non debere ordinari ante annum quadrageſimū: vbi dicit glo. q̄ diaconiſſa hic appellatur non ex eo q̄ et conferatur ordo diaconatus: cum mulier non ſit capax alicuius characteris ſeu ordinis: ſed q: confertur ei aliqua benedictio ex qua accipit officiū inchoandi horas in choro ⁊ legere homeliam: quod al's non licet. Unde ⁊ ab epiſcopo dat̄ ei breuiarium ad tangendū: vbi ſunt homelie de euangelijs in matutinis. Et hoc adhuc ſeruatur ⁊ ſit poſt conſecrationē earum in eodē officio miſſe: ſed nō conſueuit dari aliquod velum in hoc: ſed nec etiam illa etas.ſ. vt ſit quadragenaria expectat̄: ſed de cōmuni cōſuetudine eſt vt cum conſecrat̄ (que cōſecratio ſeu velatio etiā ſit ante vigeſimūquintū annū) cōmuniter poſt conſecrationē ordinatur. ¶ Quartū veluꝫ dicit̄ prelationis: qđ dabat̄ abbatiſſis.lx. anno etatis: vt.xx.q.j. iuuēculas. Sed iure nouo ꝓuiſum eſt q̄ habēs.xxx. annos cōpletos poſſit

fieri abbatiſſa. vt de elec. c. Indẽnitatib⁹. li. vi.
vj. ſed nec tũc ſm pontificale datur velũ: ſed fit
officiũ quoddam et benedictio vt ibi notatur.
¶ Quintũ eſt velũ continentie et obſeruatio-
nis: et hoc eſt viduarũ. xxvij. q. j. Viduas. Hoc
velũ poteſt dari ⁊ ab epõ ⁊ a ſacerdote. vt dicit
glo. xx. q. j. Vidua. Et ipſa etiãmet accipere ab
altari facta ꝓfeſſione corã ſua prelata: ⁊ poteſt
dari tale velũ cõtinentie virginibus ⁊ viduis.
Sed velum virginale nõ poteſt dari niſi virgi-
nibus: nec epõs poteſt in hoc diſpenſare. xx. q. j.
Deuotis. Quidã autẽ adduxit ſextũ velum. ſ.
probationis: qd̕ datur in monaſterio quãdo re
cipitur ad habitũ ante profeſſionẽ: qd̕ cõmuni
ter eſt albũ. Nã alia predicta cõmuniter ſunt
nigra. In multis etiã monaſterijs hoc ſeruat
vt ea die qua cõſecrantur virgines: eadem die
pri⁹ ꝓfiteãtur corã epiſcopo et abbatiſſa. Idẽ
pe. dicit ꝙ nullus niſi epiſcop⁹ v̕gines velare
poteſt. xx. q. j. Deuotis. Ipſe eñi eſt quaſi ſpon
ſus paranymph⁹ deſpõſans chriſto virginem.
Abbatiſſe vero nullã monialẽ velo virginũ ve
lare poſſunt. xx. q. ij. ſtatuim⁹. Nec hoc poteſt
epiſcop⁹ nõ exiſtenti epõ demãdare: q: hoc eſt
cõſecrationis ⁊ ordinationis epãlis: ſicut ⁊ cõ
ſecrare eccleſias eſt iuriſdictiõis. extra de cõſe.
eccle. vel alta. aqua. Et ex his apparet ꝙ reli-
gioſe moniales ordinis mendicantiũ q̃ velant
a prelatis earũ nõ epiſcopis velo virginũ cum
ſolennitate qua velantur ab epiſcopo excepta
datione anuli et coronatiõe: nõ bene faciũt nec
qui velant eas: cũ videant vſurpare officiũ epi
ſcopoꝝ niſi hoc habeant ex cõceſſione a papa.
Idẽ pe. dicit ꝙ mulieres occulte corrupte ſiue
a viris ſiue aliter: nullo modo ſunt velãde ve-
lo virginũ: nec etiã propter vitandũ ſcandalũ.
Sed verum eſt ꝙ ſi epõs hoc ſcit in cõfeſſiõe vel
etiã aliter ſed occulto modo: nõ debet talẽ pu-
blice repellere ſed admittere: ipſa tamẽ que eſt
cõſcia de corruptione perfecta: mortaliter pec
cat eum ſuſpiciẽdo. Et idẽ videtur de his que
hoc ſciẽtes ad cõſecrationem ſollicitant: ſecus
ſi permittãt cum eſt occultũ. Poteſt autẽ ex-
cuſare ſe nõ manifeſtando peccatum: ſʒ tãꝙ ex
humilitate vt indigna recuſet.

¶ Nota de tẽtationibus §. III.

carnis continentium virginũ vel viduarũ. Di-
cit Pet. de palu. in. iiij. diſtin. xxxv. q. j. in fi. ꝙ
moleſtatũ a paſſionib⁹ non oportet deſperare
de defectu habitus infuſi vel acquiſiti. Nã ꝙ
dicit philoſophus ꝙ temperatus nõ moleſta-
tur paſſionibus ſed faciliter et delectabiliter
et prompte deuincit eas: ſed continens mole-
ſtatur: appellans continentẽ q̃ nõ habet habi-
tum firmũ virtutis tẽperantie: intelligitur de
temperantia acquiſita et tentatione a carne:
que duo ſolum nouit philoſophus: ⁊ non de tẽ
perantia infuſa et tẽtatione ab hoſte: que duo
non nouit philoſophus. Contingit enim q̃ſ ꝗ
habentem temperantiam acquiſitã a demone
ita grauiter tentari ſicut a carne nõ habẽte ali
quem habitum: quia poteſt inflãmare carnem
et imaginationem per motionem ſpecierum ⁊
ſpirituum ⁊ materie: ſi permittatur plus ꝙ na
turales motus inſurgunt. Unde ⁊ paulus di-
cebat. Datus eſt michi ſtimulus carnis: ange
lus ſathane qui me calaphizet. ij. Cor. xij. Un
de ꝙuis haberet habitum virginitatis acqui-
ſitum et infuſum: nichilominus caro non a ſe:
ſed a demone ſic inſtigabat: ſic acriter impu-
gnabat: ſed dictum eſt ei. Sufficit tibi gratia
mea: quia habitus acquiſitus ſufficit ad do-
mandum omnẽ tentationem naturalẽ: ſed nõ
tentationem que eſt ab hoſte: ſed habitus gra
tuitus continentie ad vtrũꝗ: etſi non eſſet illa
carnis que eſt quãdoꝗ cũ imaginatione: quã-
doꝗ ſine imaginatione. Illa hoſtis que quan-
doꝗ eſt ſola imaginatiõe eſt grauior oĩu aliaꝝ
que tamen aliquando etiam ad inflãmationẽ
carnis deſcendit: et tunc fortior eſt: vt carnis
afflictio requiratur. ſicut Beatus Benedict⁹
tentatus ſe ꝓiecit in ſpinas. Hec Pe. Et bea
tus Franciſcus poſt flagella cum non ceſſaret
tentatio: nudum ſe poſuit inter niues. Et bea-
tus bernardus adhuc ſecularis ſʒ virgo ſe im-
miſit in aquis gelidis. Sic legimus ſanctam
abbatiſſam Sarai virginem vſꝗ ad ſenectutẽ
vitio carnis tentatã: ſed viriliter reſiſtẽtem in
vitaſpatrum. Et beatam katherinam de ſenis
virginem ad tẽpus grauiſſime tentatam: per
imaginationes a diabolo immiſſas: ſed victo-
rioſam. et de multis alijs. Unde pro concluſio
ne notetur verbũ Greg. dicentis. Neꝗ immũ
da cogitatio cum mentem pulſat maculat: ſed
hanc per delectationem ſuperat. de pe. diſt. ij.
c. Inter hec. Orõne ergo pugnãdũ eſt contra
hoc. vt paulus fecit ter dominum orans ⁊ hu-
miliatione intelligens illud Sapien. viij. Non
poſſum eſſe continens niſi tu dederis ſcilicet
deus. et hoc ſcire donũ dei eſt. et ſe diſcrete af-
fligere ad domandum carnem.

¶ De inſtructione virgi- §. IIII.

nitatis ab infantia Hieronymus ad aletham
ſic ait. Filia tua cãtica mundi ignoret: turpia
non intelligat. Adhuc tenera lingua pſalmis
dulcibus imbuat: ꝓcul ſit etas laſciua pueꝛo-
rũ: habeat in addiſcendo ſocias q̃b⁹ inuideat:
quarum laudibus mordeatur: nec eſt obiur-
ganda ſi tardior ſit: ſed laudibus excitandum
ingenium: vt viciſſe ſe gaudeat ⁊ victa doleat.

Caue ne ineptis blāditijs feminaꝝ dimidiata
ſimilia verba dicere conſueſcat : ne in auro vel
purpura diſcat laudē:quorum alterum lingue
et alterū morb⁹ officit. Greca hiſtoria narrat
Alexandrum orbis dñatorē in moribus et in-
ceſſu pedagogi ſui Leonidis non potuiſſe care
re vitijs:quibus adhuc paruulus fuerat infe-
ctus. Procliuis enim eſt malorū emulatio : et
quorū virtutes aſſequi nequis:cito vitia imita
ris. Modeſtā habeat non garrulā nutricem:
grauem cum anū viderit in pectus ei⁹ trāſiliat
et collo depēdeat volēti alleluya decātet. Sit
omnibus amabilis: et vniuerſa propinquitas
roſam ex ſe natam gaudeat:ipſe habit⁹ doceat
eam cui promiſſa eſt. Caue ne ceruſa ꝛ purpu-
riſſo ora chriſto conſecrata depingas: ne collū
auro et margaritis premas : nec caput gēmis
ornes:nec capillū ꝛ aliquid ei de gehēne igni-
bus auſpiceris. Et ita heli ſacerdos offendit
dñm ob vitia liberoruꝫ. Si autē etas perfecta
et ſui iuris parentibus imputatur : quāto ma
gis lactens ꝛ fragilis que ignorat boni et ma
li diſtantiā.q̄ itaqꝫ paruul⁹ eſt ꝛ ſapit vt paruu
lus donec ad annos ſapiētie peruenerit:tā ma
la eius ꝙ bona parētib⁹ imputant. Si ſollici-
ta es ꝛ prudens: ne filia tua percutiatur a vi-
pera:cur non eadē cura ꝓuideas ne percutiat
a malleo vniuerſe terre:ne egrediatur cū Dy-
na:vt videat mulieres regionis aliene : ne lu-
dat pedibus : ne trahat tunicas. Venena non
dātur niſi melle circūlita:ꝛ vitia nō decipiūt ni
ſi ſub ſpecie virtutū. Non veſcatur filia in pu-
blico.i.ī parētū cōuiuio: ne videat cibos quos
deſideret. Et licet quidā putēt maioris eſſe vir
tutis preſentē cōtemnere voluptatē:tamē ego
ſecurioris arbitror cōtinentie neſcire qđ q̄rat.
Carnium edulio ſuſtentent ne prius deficiant
pedes ꝙ currere incipiant. Nuſꝙ abſqꝫ te ꝓ-
cedat in publicū : baſilicas in publicū ꝛ eccle-
ſias ſine matre non adeat. Nullus ei iuuenis
cincinnatus arrideat. Nolo aliquā de ancillu
lis plus diligat cui⁹ crebro aurib⁹ inſuſurret.
Quicquid vni loquitur oēs ſciant. Placeat ei
comes nō compta:nō formoſa:q̄ liquido guttu
re carmē dulce moduletur:ſed grauis pallēs ſor
didata / ſubtriſtis. Nocte ad orationes ſurgat
hymnos mane decantet:orationi lectio ſucce-
dat:lectioni oratio.diſcat ꝛ tenere colū:rotare
fuſum: ſtamina pollice ducere:ſpernat bōbicū
telas :ſericū vellera et aurū in fila lēteſcēs. Ta
lia parent veſtimenta quibus frigus pellatur:
non quibus veſtita corpora videantur. Cibus
ei⁹ holuſculū ꝛ ſimila:raroqꝫ piſciculi. ſic come-
dat vt ſemp eſuriat ꝛ ſtatim poſt cibū poſſit ora
re ꝛ legere. Diſplicēt michi in teneris maxime
etatib⁹ lōga ꝛ immoderata ieiunia. Expimēto
vidici aſellum in via cum laſſus fuerit querere
diuerticula. hoc in perpetuū ieiuniū preceptū
ſit: vt lōgi itineris ꝑpetes vires ſuppetāt : nec
in prima māſiōe currētes corruētes in medijs
Michi oīno lauacra in virgine adulta diſplicēt
que ſeipſaꝫ debet erubeſcere ꝛ nudā videre nō
poſſe. Si enim vigilijs et ieiunijs macerat cor
pus ſuū:et in ſeruitutē redigit: cur econtrario
balnearum fomētis ſopitus ignis ſuſcitatur?
Pro gēmis et ſerico virgo tua diuinos codi-
ces amet : quibus nō auro et pellis babylonic
vermiculata pectora:ſed ad fidē emendata et
erudita diſtinctio. Caueat oīa apocrypha:iu-
rare nō diſcat:mētiri ſacrilegiū putet. Trade
ei comitē ſctitatis:cui⁹ ꝛ ſermo ꝛ inceſſus ꝛ ha
bitus virtutū doctrina ſit. Hec Hieronymus.

De exercitio virginis et eius societate. §.V.

Hiero.ad demetriadē ꝟginē di
cit. Preter pſalmorū et orationis ordinē:qđ ti-
bi hora tertia ſexta et nona ad veſperū: medio
noctis et mane ſemper exercendū:ſtatue quot
horis ſanctā ſcripturā edocere debeas: quāto
tēpore legere nō ad laborē ſed ad inſtructionē
anime et delectationē. Cūqꝫ finieris ſpacia et
frequēter te ad figēda genua ſollicitudo animi
ſollicitauerit : habeto lanā ſemper in manib⁹
aliarūqꝫ filamina aut ī globū collige aut texē-
da cōpone: que texta ſunt reſpice: q̄ errata re-
prehēde:que facienda cōſtitue. Si tātis ope-
rūvarietatibus fueris occupata:nūꝙ tibi dies
longi erunt. Nec tibi iccirco eſt ab opere ceſ-
ſanduꝫ:q꜄ deo propitio nulla re indiges. Sed
ideo cū oīb⁹ laborandū eſt : vt per occaſionem
operis nichil aliud cogites niſi qđ ad dñi per-
tinet ſeruitutē. Simpliciter loquar:ꝙuis oēm
cenſum tuum in pauperes diſtribuas : nichil
apud chriſtū extat precioſi⁹ ꝙ qđ manib⁹ tuis
ipſa cōfeceris:vel in vſus proprios:vel in exē-
plum virginū ceterarū: vel ꝙ auie matriqꝫ offe
ras maiora ab eis in refectioneꝫ pauperū pre-
cia receptura. Solet tamē in pleroſqꝫ eſſe cer-
tamē:vtrū ſolitaria aut cū multis ſit vita me-
lior:quarum prior prefertur ſcđe. Sed in viris
periculoſa eſt ne abſtracti ab hominū frequē-
tia:ſordidis et impijs cogitationibus pateant
et plem arrogantia ꝛ ſupercilio cunctos deſpi
ciant : armentqꝫ linguas ſuas vel clericis vel
monachis alijs detrahēdo:quāto magis in fe-
minis quarū mutabilis fluctuanſqꝫ ſentētia / ſi
ſuo arbitrio relinquatur cito ad deteriora dilabi
tur. Noui in vtroqꝫ ſexu per nimiā abſtinentiā
cerebri ſanitatē in quibuſdā fuiſſe vexatā:pre-
cipue qui in humectis et frigidis habitauere
cellulis:ita vt neſcirēt qđ agerēt.quo ſe ſe ver
terent.qđ loqui:qđ tacere deberent. Bonū eſt

obedire maiorībꝰ:parere ꝑfectis:et poſt regu
las ſcripturarū vite ſue tramitē ab alijs diſce
re:nec preceptore vti peſſimo.ſ.preſumptione
ſua. ¶ De talibus feminis loquit̃ apl's Ephe.
iiij.ꝛ.ij.ad Tim.iij. Que circūferūt̃ oī vēto do
ctrine ſemꝑ diſcētes et nūꝗ̄ ad ſciētiā v̾itatis
ꝑuenientes. Graues femine ꝛ maxie v̾gines et
vidue eligāt̃:quaꝝ ꝓbata ſit cōuerſatio/ſermo
moderatus/ſancta verecundia. Fuge laſciuiā
puellarū que ornāt capita: crines a fronte de-
mittūt:cutē polliunt: aſtrictas habēt manicas
ſine ruga ſucos diſpātes/vt ſub noie v̾ginali
vēdibiliꝰ pareāt. Mores plerunqꝫ dñaꝝ ꝛ ſtu-
dia ex ancillaꝝ ꝛ comitū moribꝰ indicāt̃. Illa
ſit tibi pulchra et amabilis q̄ neſcit ſe eſſe pul-
chrā:que negligit forme bonū:ꝛ ꝓcedēs in pu
blicum nō pectus ꝛ colla denudat:ſed celat fa
ciem:ꝛ vix vno oculo q̄ eſt vie neceſſariꝰ patē-
ter gradit̃. Cincinnaculos pueros et calamis-
tratos ꝛ ꝑegrini muris dētes pelliculas qua-
ſi peſtes et venena pudicitie deuita. Hec ille.
Ꝙ ſit periculoſum virgines cōuerſari inter ſe-
culares vel laute viuere oſtendit idē Hiero.in
epl'a ad matrē ꝛ filiā in gallia mittens al's ſcri
bens. Si v̾go es inquit:quid times diligentē
cuſtodiā.ſ.matris vel alteriꝰ? Si corrupta:cur
palam nō nubis? Secūda poſt naufragiū tabu
la eſt: qḋ male ceāas hoc ſaltē remedio tēpa-
re. Quid tibi neceſſe eſt in ea domo verſari in
qua neceſſe habeas aut quotidie ꝑire aut vin-
cere. Quis vnꝗ̄ iuxta viperā ſecurus dormit:
que etſi nō ꝑcutit certe ſollicitat. Securius eſt
perire nō poſſe ꝙ̄ iuxta ꝑiculū nō perire. Inter
laſciuas puellas et comatos iuuenes puella
graderis. Dabit tibi barbaculꝰ quilibꝫ manū
ꝛ preſſis digitis aut tentabit̃ aut tētabit. Erit
tibi inter viros ꝛ matronas cōuiuiū. Specta-
bis aliena oſcula. In alijs ſericas veſtes:deau
rataſqꝫ numerabis. In ipo quoqꝫ conuiuio vt
veſcaris carnibꝰ quaſi inuita cogeris: vt vinū
bibas dei laudabitur creatura: vt laueris bal
neis ſordibus detrahet̃. Inter hec aliquis aſſi
ſtentiū vel cōuiuantiū q̄m alienas nō audebit
vxores:te que cuſtodē nō habes ſepiꝰ reſpecta
bit. Loquet̃ nutibus: ꝛ q̄cq̄d metuet dicere ſi-
gnificabit affectibꝰ. Inter has et tantas illece
bras voluptatū etiā ferreas mētes libido do-
mat:que maiorē in v̾ginibꝰ patit̃ famē dū dul
ciꝰ putat eſſe qḋ neſcit. Audimus aliquē oſſibꝰ
vix herētē illicitis arſiſſe a moribꝰ:ꝛ ante vita
caruiſſe ꝙ̄ peſte. Quid facies puella ſani cor-
poris/delicata/pinguis/rubens/eſtuās inter
carnes ꝛ vina ꝛ ad balnea iuxta maritos:iuxta
adoleſcētes: que etſi rogata nō feceris/tñ de-
forme putes teſtimoniū ſi rogeris:ibi libidino
ſa mēs ardētiꝰ honeſta ꝑcedit̃:ꝛ qḋ nō licet dul
cius ſuſpicat̃. Difficile inter epulas ſeruat̃ pu
dicitia. Nitēs cutis ſordidū oſtēdit animū: ve
ſtis etiā ipa tacētis animi indiciū eſt. Si fugā
nō habeat/ſi ꝑ terrā vt altior videaris trahat̃.
Si de induſtria diſſuta ſit tunica vt aliquꝰ ap
pareat. ¶ De ieiunio/modeſtia/et elemoſyna
a virgine ſeruādis. Hie.in epl'a ad Demetria
dē virginē. Ieiunioꝝ tibi ſunt arma ſumēda ꝛ
canēda cū Dauid. Humiliabā in ieiunio aīam
meā. Eua ꝑ cibū eiecta eſt de paradiſo. Helias
xl.dieꝝ exercitatus ieiunio igneo curru rapit̃
ad celū. Moyſes ieiunās.xl.diebꝰ ꝛ.xl.nocti-
bus dei familiaritate paſcit̃. Aduerſus iuue-
nes ꝛ puellas diabolus ardoris etate abutit̃:
et inflāmat rotaꝫ natiuitatis. Hec ſunt ignita
diaboli iacula:que vulnerāt ꝛ inflāmāt:ꝛ a re-
ge babylonis.i.diabolo tribꝰ pueris ꝑparāt̃.
Sed quō ibi quartꝰ apparēs habēs q̄ſi ſpeciē
filij hoīs immēſos mitigauit ardores: Sic ꝛ in
aīo v̾ginali ꝛ celeſti rore ꝛ ieiunioꝝ frigore ca
lor puellaris extinguit̃: et humano corpori an
geloꝝ impetrat̃ cōuerſatio. Quamobrē ꝛ vas
electiōis de v̾ginibꝰ dicit ſe nō habere p̄ceptū
q2 extra naturā:immo vltra naturā eſt v̾gini-
tatis decerꝑe poma: ꝛ in corꝑe viuere ſine cor-
pore. Neqꝫ v̾o tibi immoderata imperamus
ieiunia:enormē ciboꝝ abſtinētiā q̄bꝰ cito cor-
pora delicata frāgūt̃: ꝛ antea egrotare īcipiūt
ꝙ̄ ſctē cōuerſatiōis iacere fundamēta. Phoꝝ
ſnīa eſt moderatas eē v̾tutes/ꝛ excedētes mo
dū atqꝫ mēſurā inter vicia reputari. ¶ De mo
deſtia ait idē Hiero. Imitare ſpōſuꝫ tuū.ſ.xp̄ꝫ
q̄ fuit parētibꝰ ſubiectꝰ:eſto aute mr̃iqꝫ ſubie-
cta. Nullū viroꝝ ꝛ maxime iuuenū niſi cū illis
videas:nullū ſcias quē ille neſciāt. Eunuchoꝝ
tibi ꝛ puellaꝝ mores magis eligant̃ ꝙ̄ vultuū
elegātia. Scurrilitas ꝛ laſciuia te preſente nō
habeāt locū. Nūꝗ̄ verbū inhoneſtū audias q̄n
iraſcaris. Rideri ꝛ ridere ſecularibꝰ relinque.
Grauitas ꝑſonā ſuā decet: Affectus et ꝑturba
tiones ꝙ̄diu in huiꝰ corꝑis tabernaculo habi-
tamus/moderari ꝛ regere poſſumus: amputa
re nō poſſumus. ¶ De elemoſyna ait Da pau
peribus:nō diuitibus/nō ꝓpinquis:nō ad lu-
xuriā/ſꝫ ad neceſſitatē. Siue ille ſacerdos ſit/
ſiue cognatꝰ/ſiue affinis: nil in illo aliḋ ꝙ̄ pau
pertatē ꝯſidereſ. Laudēt te eſurientiū viſcera:
nō ructuātiū opulēta cōuiuia. Alij edificēt ec-
cleſias:colūnarū deaurēt capita: altaria ebore
ꝛ auro diſtinguāt:nō reprehēdo:vnuſq̄ſqꝫ ī ſen
ſu ſuo abūdet. Meliuſqꝫ eſt hoc facere ꝙ̄ repo
ſitis opibꝰ incubare. Sꝫ tibi aliud ꝓpoſitū eſt
xp̄ꝫ veſtire in pauꝑibus:paſcere in eſurientibꝰ:
viſitare in languētibꝰ: ſuſcipere in his q̄ tecto
indigēt:ꝛ maxime in domeſtico fidei. Virginū
alere monaſteria. Seruorū dei ꝛ pauperū ſpū

habere curã ꝗ dieb⁹ ac noctib⁹ ſeruiũt deo tuo
ꝗ in terra poſiti imitãt angeloꝝ cõuerſationẽ:
et nichil aliud loquũt niſi qḋ ad dei laudẽ ptinet.

¶ De frequẽtia oꝛonis et meditatiõe paſſionis xp̄i ⁊ ſctõꝝ ⁊ glĩa ſupna quã dꝫ v̄go ſeruare.

j.theſſa lo.v. Idẽ Hie. Quãuis apl̄s ſemꝑ nos oꝛare
iubeat: ⁊ ſanctis etiã ip̄e ſomnus oꝛo ſit: tñ diuerſas oꝛãdi debem⁹ hꝛe hoꝛas: tertiã ⁊ ſextã
ſcꝫ ⁊ nonã. Cibi nõ ſumãt niſi oꝛone premiſſa:
nec a mẽſa ſurgendũ niſi gr̃a referat creatori.
Egrediẽtes de hoſpitio armet oꝛo: regredientib⁹ occurrat oꝛo ꝓu⁹ ꝙ̃ ſeſſio. Ad oẽm inceſſum man⁹ pingat crucẽ: te ip̄aꝫ cõſiderãs noli
in alteri⁹ ruina glĩari: ſꝫ in tuo ope. Ne dicas
illa ⁊ illa ſuis reb⁹ fruit: honoꝛat ab hoĩb⁹: fratres ad illã veniũt ⁊ ſoroꝛes. Primũ dubiũ an
talis v̄go ſit: nã hõ videt in facie / de⁹ in coꝛde:
deinde ſi v̄go eſt / an ſpũ v̄go ſit neſcio. Apl̄s
eñ. j. coꝛ. vij. v̄ginẽ diffinit: vt ſit ſctã coꝛpe et
ſpũ. Propone tibi beatã Mariã: ad quã cũ angel⁹ Gabriel in viri ſpecie deſcẽdiſſet ꝑterrita
Luce.j. ſedere nõ potuit. Nũꝙ̃ eñ fuerat a viro ſalutata. Hec q̃ diximꝰ dura videt ei ꝗ nõ amat xp̄ꝫ:
amem⁹ ⁊ nos xp̄m ſemꝑ: ⁊ ei⁹ queramus amplexus: ⁊ facile videbit oẽ difficile. Fili⁹ dei
ꝓ ſalute nr̃a hoĩs fact⁹ eſt fili⁹. Nouẽ mẽſib⁹
in vtero vt naſcat expectat: faſtidia ſuſtinet: ar
mẽtat⁹ egredit: pãnis inuoluit: et ille pugillo
mũdũ includẽs breui p̄ſepio collocat / deridet
verberat / crucifigit. Quid retribuã ergo dño
ꝓ om. que re. mi. ca. ſa. ac. ⁊ no. do. inuo. Idem.
Hec ſola eſt digna retributio / cũ ſanguis ſan
ij.Coꝛ. xj. guine pẽſat. Apl̄s in laboꝛib⁹ plurimis glĩat
in carceribus abũdãti⁹: in plagis ſupra modũ
in moꝛtib⁹ frequẽter: in fame ⁊ ſiti ⁊c. Nos autẽ ſi cib⁹ inſulſioꝛ fuerit / cõtriſtamur: calix frã
Mat.xj git: menſa ſubuertit: v̄bera ſonãt. Regnũ ce
Lu.xvj loꝝ vim patit: niſi vim feceris celoꝝ regna nõ
capies: niſi pulſaueris impoꝛtune panẽ nõ accipies ſacramẽti. Egredere queſo pauliſꝑ de
carcere / ⁊ p̄ſentis laboꝛis mercedẽ ante oc̄los
pinge: quã oculus non vidit. Qualis erit illa
dies cũ tibi Maria mater dñi choꝛis occurret
comitata virgineis: cũ poſt mare rubrũ Pharaõe ſubmerſo cũ exercitu ſuo tenẽs tympanũ
ceteris inquiet rñſuris Cãtemus dño glĩoſe.
Exod. xv. Tũc tecla in tuos lenta leta volabit
amplexus. Tũc ⁊ ip̄ſe ſpõſus occurret et dicet
Surge ꝓpe. ami. mea. co. mea. ⁊c. Cãti. ij. Tũc
angeli mirabũt ⁊ dicẽt: Que eſt iſta que ꝓgreditur: videbunt te filie ⁊ predicabũt: regine et
laudabũt. Sara cũ nuptijs obuiã veniet. Anna cũ viduis / pueri quoqꝫ clamabunt Oſanna
in ex. Quotiens te vana ſeculi delectat ambitio: quotiens aliquid ibi videris glorioſum: ſic
ad paradiſum mẽte conſcẽde. Hec Hiero.

¶ De cautela virgini §.VI.
habenda contra pericula et ſolitudine tenenda. Hiero. ad Euſtoch. Obteſtoꝛ corã deo ⁊ angelis eius ne vaſa tẽpli facile in publicis ꝓferas: ne ſacrariũ dei q̄ſꝙ̃ ꝓfan⁹ inſpiciat. Oza
arcã quã nõ licebat cõtingẽs moꝛte ſubita ꝓſtrat⁹ eſt. ij. reg. vj. ⁊. j. Paral. xiij. Neqꝫ ei aureũ vas et argẽteum tã deo charũ fuit ꝙ̃ tẽplũ
coꝛpoꝛis virginalis. Preceſſit vmbra: nũc veritas eſt. Spõſa chꝛiſti arca eſt teſtamenti intrinſecus et extrinſecus deaurata legis dñi.
Suꝑ hoc ꝓpiciatoꝛiũ quaſi ſuꝑ cherubin ſede
re vult dñs. Mat. xxj. Mittit diſcip̄los ſuos vt
in pullo aſine ſedeat. Curis te ſecularib⁹ ſolue
vt paleas et lateres egypti derelinquẽs moyſen ſequaris in heremo: et terrã ꝓmiſſiõis introeas: et nemo ſit qui prohibeat: nõ mater: nõ
ſoroꝛ: non germanus: non cognata: dñs te neceſſariã habet. Quod ſi voluerint impedire timeant flagella pharaonis. Jeſus ingreſſus tẽplum oĩa que templi non erant proiecit. deus
enim zelotes eſt. Ergo vbi in pectoꝛe virginali
ſecularium negocioꝛũ cura eſtuat: ſtatim velũ
templi ſcinditur: ſponſus conſurgit iratus ⁊ dicit. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.
mat. xxiij. Sẽper te ſecreta cubiculi tui cuſtodiũt / ſemꝑ tecũ ſpõſus laudat intriſec⁹. Orãs
loquaris ad ſponſum: legenti tibi ille loquatur. Oꝛtus cõcluſus ſoroꝛ mea: fons ſignatus
Cañ. iiij. Caue ne domũ exeas et velis videre
filias regiõis aliene ꝗuis fratres habeas patriarchas ⁊ parente iſrael leteris. Nolo te ſpõ
ſum querere ꝑ plateas: nolo te circũire vicos
ciuitatis: ſpõſus in plateis nõ poteſt inueniri.
Vulneraberis: expoliaberis: ⁊ gemebũda narrabis. Inuenerunt me vigiles ⁊c. zelotip⁹ eſt
ſponſus: nõ vult videri faciem tuam. Foris vagant virgines ſtulte: tu intrinſecus eſto cũ ſpõ
ſo tuo: q̃ ſi tibi oſtiũ clauſeris ⁊ in occulto oraueris veniet et pulſabit et dicet tibi. Ecce ego
ſto ad oſtiũ ⁊c. Apo. iij. Daniel in cenaculo ſuo
in alto manet: nec ei in humili manere poterat
Feneſtras apertas ad hieruſalem habuit: ⁊ tu
habeto feneſtras aptas ſꝫ vnde lumẽ introeat.
vnde videas ciuitatẽ dei. Ne aperias illas de
quib⁹ dꝛ Hiere. ix. Moꝛs intrauit ꝑ feneſtras
id eſt ſenſus exterioꝛes. Et paulo. ſ. idem ait.
Tu ſimplex loquaris et ignotos quoſqꝫ blãdas
nõ deſpicias. Sed aliter impudici vidẽt oculi
non norunt anime pulchritudinem conſiderare: ſed coꝛpoꝛũ. Nec declinet auris tua in verba mala. Sepe enim indecens aliquid loquẽs
tentat mentis arbitrium. Si libenter audias
virgo quod dicitur. ſi ad ridicula queque ſolnaris: quicquid dixeris laudãt. quicquid negaris negant: caſtam vocant et ſanctam. Ecce

vere xp̄i ancilla. Nōvt illa horrida turpis ⁊ ru
ſticana terribilis: q̄ ⁊ oīno forſan maritū nō ha
buit q: inenire non potuit. Naturali ducimur
malo ⁊ adulatorib⁹ nr̄is facile fauem⁹. Et q̄q̄
nos reſpondeamus indignos: ⁊ calidus rubor
ora perfundat: tamē ad laudē ſuam anima le-
tatur intrinſecus. Precipue conuerſationem
virorū cum mulieribus et econtrario oſtendit
periculoſam di. Jud. xv. Sāſon leone fortior:
ſaxo durior: qui vnus et nudus mille eſt perſe-
cut⁹ armatos / in Dalide molleſcit amplexib⁹
Dauid ſm cor domini electus: et qui venturū
chriſtū ſancto ore ſepe cātauerat. Berſabee ca
ptus nuditate adulterio iunxit homicidium.
ij. reg. xj. Salomon per quē cecinit ipſa ſapien
tia receſſit a dn̄o qui amator fuit mulierū. iij.
reg. xj. Et ne aliquis ſibi de ſanguinis propin
quitate confideret in illicitum thamar ſororis
amore frater exarſit incendium. ij. reg. xiij.

De cuſtodia habenda §. VII.

a virgine circa ſenſus exteriores. Baſi. in. li. de
vera integritate v̄ginis ſic ait. q̄ diuinū ꝓfe-
cto quidē ac precipuū immaculate anime inſi-
gne virginitatē eſſe cōſtat. Maſculorūq̄ ac fe-
minarū corporū eſt adinuicē habitus: virgo q̄
nullā feminee voluptatis labē ex corpore pati
tur: ⁊ oīa carnis vitia omnēq̄ ꝑturbationē ani
mi prorſus a ſe eliminat: puriſſimā ſe deo ſiſte
re quē amare ꝓfitet: tota cū intentiōe conatur
Voluptas cū vna gn̄alis ſit: veluti fons q̄dā a
carne ꝓfluit: atq̄ in q̄nos ſenſus veluti i q̄nq̄
riuos diſtributa per hos ad ſenſibilia ab inti-
mis fluit. Horū quilibet ꝑ ꝓpriā feneſtrā fluē-
tū ſuū ſenſibile qd̄ oſtēderit vehemēter immit
tēs quicquid ꝓpinquū fuerit vi ſua ad ſe ꝓtra
hit: carnaliq̄ replet⁹ limo ad torrentis inſtar:
ecōtra rurſus ab exterioribus per eaſdē fene-
ſtras in carnis eſtus celerius refluens: animā
perturbationib⁹ et fluctib⁹ quatit ac in ꝓfun-
da demergit. Quocirca ſctā virgo ſenſuū fene
ſtris cuſtodē admoueat rationē: eoꝝq̄ ad exte
riora ꝓgreſſum nequaq̄ eis trāſitu libero paſ
ſim permittat. Nō igitur oculoꝝ acies ad oīa
paſſim inſpiciēda viſibilia pādēda eſt: ne oēm
quoq̄ figuraꝝ atq̄ formaꝝ ſpecieꝝ ſine diſcre-
tiōis examine hauriēs: ad earū poſtea turbet
imagines. Verū aptis ad ea q̄ vite vſu neceſſa
ria inſpiciēda ſunt corporeis oculis aie om̄ino
claudēt obtutum: eoſq̄ ad veri intuitum lumi
nis: et eius que ex illo inſinuatur pulchritudi-
nis: conſiderationem etiam eatenus clauſos
peruigili aperiet ſtudio. Nec auditum quidē
temere et indiſcuſſe verbis omnibus accōmo-
dabit. Ceterum ad ea que mala ſunt: que et
noxia ipſum veluti ad peſtem quandā putridi
ac pernicioſi animis obturabit. His vero que
ſunt optima emanātq̄ v̄tutis puriſſimos lati
ces tota intētiōe ſubijciet. Guſtū q̄dē ſemꝑ ad
ſuauia ⁊ dulcia inhiantē ratione frenabit: ⁊ ad
ea que ſunt neceſſario ſumenda moderabitur.
Tactū vero vt ſenſum oīm pernicioſiſſime ⁊ ſe
uiſſime blādū: ſenſuſq̄ reliquos vi ſua ad volu
ptatis illecebras pelliciētē immaculatū ⁊ per-
turbatiōib⁹ minime peruiū: ſemꝑ q̄ maxima
poterit cura ſeruabit. Hic eñ cū toto ſit diffu-
ſus corpore: ꝑ oēm illi⁹ ſupficē nō eā ſolū q̄ ap-
paret extrinſec⁹: verū ⁊ q̄ alti⁹ recōdita eſt ad
vitioſos cōtact⁹ aduerſus animā ſeue dn̄atur.
Porro manib⁹ adv̄ſus noxios precipue nitēs
his veluti q̄buſdā ſibi circūſeptis armis feruē
ti⁹ per eiuſdē inſtrumētoꝝ cōſenſum oēs q̄ in-
ciderint capit: ne aſpectū q̄dē blāda ſeductiōe
ſua immunē abire patiat. Sed cū ad horrēdū
tetraſq̄ figuras turbat atq̄ ꝯfundit: ad lenes
aūt ⁊ q̄ venuſtiora facie adiecta, coloris gr̄a ad
fallēdū formate ſunt ꝓfundit: atq̄ delinit: potē
tiā ſuā ſatis iſinuat ⁊ ſic de alijs ſēſib⁹. Ūn oīa
aduerſus guſtū v̄go tota itētiōe pugnabit: fon
teſq̄ voluptatū vētris ⁊ ipudicitie fomitū inde
manātiū a principio caſtitatis ſtudio ⁊ ardore
ſiccabit: ne dū v̄ginitatē ſuare ꝓponit: guſtui
ſe imoderate ꝓſtituēs caſtitatē ſuā alia ſeruē-
de voluptati deuicta ſenſim dū neſcit amittat.
Virginē enim neſcit ⁊ virginis guſtū conuenit
nulliq̄ gulā ſuauiter oblectāti illecebre potū.
Integrā ſe ⁊ in hac parte atq̄ inuiolabilē ſan-
cta v̄go caute ſeruabit corpuſq̄ vt ſeruire q̄at
aie i his q̄ ſunt neceſſaria victui moderabitur
prudēter ac reget. Nec tñ expedit ita corp⁹ at
terere: vt inualidū inutileq̄ reddat. Nec ſoluꝫ
eſcarū quātitas vbiq̄ ꝓle metiēda eſt: ſꝫ ⁊ qua
litas ſapiēter diſcernēda. Nō ſolū eñ legumi-
na ſeminūq̄ nōnulla: verū etiā holera pleraq̄
ſunt q̄ monacho q̄etū vite gubernaculū tenere
cupiēti (vt ſcꝫ cōmunis opi.) ꝓ noxijs vitāda
ſunt: q̄ppe q̄ carnis receſſus intimos pūgunt
et prurit⁹ titillationeſq̄ excitātia nō min⁹ cor
pora noſtra ꝑturbāt: ac ſecreta vi ſua inq̄etāt q̄
cōſenſu oīm fugiēda ſunt. Quocirca nec ſalib⁹
paſſim atq̄ indifferēter vtemur: ſicut fieri apd̄
pleroſq̄ cōperim⁹. q̄ ꝑ immoderatā cōtinētiā
pulmēta oīa repudiātes: hos ſales cū pane vi-
ce cōdimentoꝝ oīm ſumūt. Nō intelligūt hi q̄
ſales cū ſint natura fecūdi: ac ꝑ acrimonie vim
pruriginē corpori excitēt pl⁹ ceteris ad libidi-
nem coitūq̄ prouocare: et ſic de alijs cibis inci
tantibus ad laſciuiā. Virgo igitur ſit virginis
et auditus et viſus guſtus et tactus ⁊ odorat⁹
motuſq̄ oīs. Et q: blādimētū cupidinee volu-
ptatis eſt femina et maſculi laſciuioꝛib⁹ ocl'is
ad ſe iſpiciēdū illecebrā naturalr̄ ſuggerat: ac

luḋdiori voce ad oblectamētū auris oꝛgani in-
ſtar effecta eſt mēbroꝛūqꝫ iſinuata mollicie: ac
toto proꝛſus coꝛpoꝛis habitu ꝛ motu ad ſedu-
ctionē foꝛmata voluptatis. Nō mō eñi loquēs
mulier ꝛ intuēs: verū ſedēs quoqꝫ ꝛ incedens:
ob inſitā ſibi naturalr̃ aduerſus maſculū vim:
hūc ad ſe eminꝰ trahit vt magnes lapis ferruꝫ.
Et idcirco ſummoꝑe cōtēdat virgo neceſſe eſt:
ne villis voluptatis laq̄is irretiaꝛ. Inuteturqꝫ
vocē obtutūqꝫ virilē inceſſuqꝫ ꝛ oī proꝛſus ha-
bitu: ac motu coꝛpis voluptatis illecebrā vitet
Nec ſe patiaꝛ ſctā v̾go ſubijci carnalibꝰ curis:
nec in ſuā alioꝛūqꝫ ꝑnicīē carnalia oꝛnamenta
cōquirat: ſꝫ ad firmā ſe cōſtātē atqꝫ v̾tutis ſpe-
ciē pudicīe geſtibꝰ viriliqꝫ roboꝛe ſubigat. et
ita in ſe femineā voluptatē perimet. Itē reue-
reaꝛ oīs mulier ſꝫ v̾go in pimis angelos etiā
cū domi ſola nullis viris arbitris ſedet: ꝛ cum
coꝛpꝰ neceſſario curādū erit: ꝛ capitis vittas ꝛ
ſigillatim cetera ꝯſtringēs: id opꝰ celeriter exi
gat: ꝛ quātū fieri poteſt cōtegat mēbra. nō ſolū
ſuos angeloꝛūqꝫ ocłos verēs: verū ſe vt in ſue
exercitatiōis domicilio ad verecūdiā ſtudioſe
ſemꝑ exercēs. Q᷒ ſi neqꝫ cū ſola eſt nudari ſi-
ne rōne ꝑmittiꝛ: quāto minꝰ fratribꝰ in xp̄o p̄-
ſentibꝰ. Et pudoꝛe igiꝛ ꝛ tunica ſcipam pudice
ac v̾ecūde cōponet: nec ſolū nichil mēbroꝛū q̄
opta ſunt nudari vlla rōne ꝑmittet: verū ſum-
ma ꝛ ſecura obſeruatiōe circūteget: vt nō ſolū
ipſa illeſa atqꝫ illibata ꝑmaneat: ſed ꝛ q̄ intueꝛ
nullā ex eiꝰ aſpectu leſiōis materiā capiāt. Ui
dētes eñi filij dei filias hoim ꝙ eſſent pulchre
deuoluti ſunt ad eas. Geñ. xvj. Sufficit q̄ppe
vel modice nudata pulchritudo: dei quoqꝫ filii-
os ad voluptatē emollire. hec Baſiliꝰ. Q᷒ ſa-
tiſfaciēdo cuicūqꝫ ſenſui applicādo ipm̄ ꝛ dele
ctādo ſenſibili obiecto ſuo: vt ī vidēdo pulchra
que appetit oculꝰ: tactꝰ in tāgendo ſibi grata:
nō per hoc extinguiꝛ cōcupiſcētia talis ſenſus
ſed augeꝛ. Ad q̄d declarandū inducit fictionē
poeticā. ſ. de hydra ſerpēte ſeuo in limo moꝛan
te q̄ cum plura capita haberet: vno ſucciſo tria
oꝛiebanꝛ: ſed igne ſuccēſa occiſa eſt. Hāc dicit
ſig̃re voluptatē ī carnis limoſa materialiqꝫ na
tura: capita pl'a ſenſuſqꝫ plures habētē q̄bꝰ pſ̄i
citur ꝛ q̄ritur voluptas. i. delectatio ſenſualis.
Abſcindiꝛ caput cū ſatiſfit ꝯcupiſcētie alicuiꝰ
ſenſus ipm̄ plene delectādo. Sꝫ ex hoc nō mo-
riꝛ et deficit cōcupiſcētia: ſꝫ plura capita oꝛiū-
tur. i. magis accendiꝛ voluptas quāto magis
eā q̄s ſeq̄ꝛ. Tūc aūt ex toto occidiꝛ ſeu extin-
guitur qñ igne cōtinētie coartaꝛ: dū quis abſti
net ab illicito vſu cuiuſcunqꝫ ſenſus. Ba. Ma-
gna ergo cuſtodia ſenſuū ſeruāda eſt. Dicat er
go ꝑfecta virgo illud Abac. ij. Super cuſtodiā
meā ſtabo. ꝛ illud pſ̄. xxxviij. Dixi cuſtodiā vi-
as meas. Moꝛs enim introiuit per feneſtras
noſtras. ſ. ſenſuū exterioꝛū: ingreſſa eſt per poꝛ
tas noſtras. ſ. interioꝝ ſenſuū. ſ. imaginatione
memoꝛatiua ꝛ hmōi. moꝛs. ſ. pcti. Figura ex-
tat in iſboſeth filio ſaul: q̄ cū poſuiſſet ad cuſto
diendā poꝛtā domus mulierē: qꝛ doꝛmitioni ſe
dedit ꝛ nō cuſtodie pꝛicipes latronū Rechab ꝛ
Banaa latēter domū ingreſſi percuſſerūt ī in-
guine doꝛmiētē ſeu iacentē Iſboſeth: ꝛ occidē
tes ablatis ſpicis frumentoꝝ abierūt. ij. Reg.
iiij. Ad ſignandū ꝙ cū cōſideratio ſeu circūſpe
ctio quā q̄libet adhibere debet ad cuſtodiēdā
poꝛtā ſenſuū domꝰ aīe / doꝛmitat ꝛ non vigilat
ad cuſtodiēdū: ne fur vel inimicꝰ ingrediaꝛ: de-
mones latēter in animā intrant ꝛ iacētē appe-
titū rōnaleꝫ in terrenis per deſideria carnalia
occidūt: ablatis ſpicis virtutū de aīa. Et ideo
dixit xp̄s. Uigilate ne intretis in tentationem
Lu. xxij. c. Cuſtodiā quoqꝫ debet virgo habere
interioꝛū ſenſuū: ſm̄ illud Prouer. iiij. Omni
cuſtodia ſerua coꝛ tuū: q̄m ex ipſo vita ꝓcedit.
Uñ Baſi. in ſupꝛadicto li. Nulla ex parte v̾gi
nē mechari cōuenit: nō lingua: nō aure: nō ocu
lo: nō tactu: non vllo deniqꝫ ſenſu / multo minus
aīo: ſed aīam ipſam vt ſpōſam nitidā ac puriſſi
mā ſpōſi amplexibꝰ iūgere. Diligēter eñi oīa il
le ſpōſus rimaꝛ ꝛ diſcutit: etiā q̄ intimis animi
receſſibꝰ latēt. Ante oīa igiꝛ opoꝛtet v̾ginē co-
gitatiōes ſuas puras inuiolataſqꝫ ſuare. Aīa
quippe perdurāte incoꝛrupta coꝛpꝰ quoqꝫ im-
pollutū immaculatūqꝫ ſeruaꝛ. Poꝛro cū ſepiſ
ſimis cogitatiōibꝰ contamineꝛ aīa quātūlibet
coꝛpꝰ ꝑmanere incoꝛruptū videaꝛ: nō tñ mūda
cēſeꝛ eiꝰ integritas: cū ſoꝛdibꝰ cogitationū inq̄
nata vitieꝛ. Neqꝫ eñi eſt aliud imaginaria ꝑ-
trāſſēſqꝫ cogitatio ī aīa: q̄ pictura cogitatiōis
coloꝛibꝰ ꝛ imaginibꝰ figuriſqꝫ ſuis: quas ī ea
mēs pinxerit ſcripta. et cū aīa cogitatiōes per
coꝛpꝰ exequaꝛ / al's in opis perducit effectum.
Quas v̾o necdū ope impleuerit in ſe ſculptas
reſeruat: eaſqꝫ etſi nō actu coꝛpoꝛeo: intra ſe tñ
nutu volūtatis exequiꝛ. Sicut eñi coꝛpis offi-
ciū eſt coꝛpalr̃ aliq̄d exeq̄: ita opꝰ aīe eſt cogita
tionibꝰ vt vult placitas ſibi ꝛ gratas imagines
fingere. Uerū qꝛ ſicut is q̄ notas didicit ſi illas
ſcribere omittat ſenſim aīo labunꝛ: ita vt ꝓceſ
ſu tēpoꝛis nulliꝰ iā notādi figurā aut locū aut
nomen reuocare in animū q̄at. Ita ꝛ q̄ iniqua
cogitauerit: ſi eiuſmodi neglectis cogitationi
bus ad vtilioꝛes animū al's transferat ſeqꝫ ad
eas exercet / ꝓcedēte tp̄e poꝛes illas a memo-
ria eliminans ex anime tabula perpetua obli-
uione delebit. quippe memoꝛia nichil eſt aliō
q̄ figura expꝛeſſa cogitationū in anima veluti
pictoꝛis arte collocata. Et vt noxias turpeſqꝫ
cogitationes vitet: illud implendo Eſa. j. ca.

Auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis: vt ſaltē in eis morā nō cōtrahat: ⁊ ſi mēti ſuggerant: debet ꝯſiderare ꝑſentiā ſponſi ſui ⁊ angeli ⁊ ſctōꝝ. Unde Baſi. ibidē. Uirgo ſeipſaȝ primū cōſcientiāq̨ ſuā reuerebit: et ſi valde ſit ſola: deinde aſtātē ſibi cuſtodē angelū. Angeli eni͂ eorū in celis ſemꝑ vidēt faciē patris ⁊c̄. ait ſaluator Mat. xviij. Nec eni͂ cōuenit vt angeli cui credita eſt cura faciē aſpernat homo. Atq̨ in primis virgo q̄ hūc ipm̄ caſtitatis ſue veluti paranymphū cuſtodēq̨ habet. Pre cūctis aūt ipm̄ ſponſum ſuū reuerebit ſibi vbiq̨ aſſiſtentē ipſiuſq̨ patrē ⁊ ſpm̄ ſctm̄. Quid ꝑ ſingula ꝑgā: ipſas angelorū infinitas multitudines et vna ſctōꝝ patrū beatiſſimos ſpūs: q̄ etſi oculis carnis minime cōſpicui ſunt: incorporeis t̄n obtutibus ad cognitionē cōplectunt oia ⁊ cōprehēdūt. Ex hac rōne ſi latere ꝟgo plures q̄rit: lōge hos magis q̄ tot ac tales ſunt: ꝙ hoies merito revereri debebit. Et q: multitudinis paueſcit obtutū / hos vitare fas nō eſt q̄ ſunt infinita multitudo. Uirgo ait apl's. j. Coꝛ. vij. et q̄ innupta eſt cogitat. i. cogitare debet q̄ dn̄i ſunt: quō placeat deo. Cogitat vt ſit ſctā ⁊ pura corꝑe ⁊ ſpū. Curas eni͂ ſc'lares ⁊ rerū corruptibiliū cogitationes ꝯiugatis linquēs: ſibi imortaliū ⁊ incorruptibiliū q̄ ſponſi ſui familiares atq̨ ꝓpinque ſunt ſeruauit curas. Quid eſt aūt virginē placere deo niſi naturalē ſpeciē ſuā virtutibꝰ exercitij ſpūalis coruſcā ſemꝑ oſtēdere: vt ⁊ eā iugiter integrā intemeratāq̨ ſeruare velle. Placere deo nichil aliud eſt ꝙ laudabilem ſeipam ac beatā ⁊ ei ſimilē ꝓ viribꝰ facere. Ceterū ſi ſollicita eſt quō placeat ꝟgo dn̄o: ſcire ꝑfecto debet: q: ipe ſponſus in nullo licet obnoxius quō ipſe ſponſe ſue placeat / curat: ſcȝ ꝓuidendo ei copioſe de oīmbus. Nā ſi ſponſa mortalis viri ſperat ſe gubernari ⁊ ꝓuideri ab eo: quāto magis q̄ deo gubernationē ſui tota fide cōmiſit: ⁊ cū illo ſemꝑ viuere elegit: copioſiſſima ſue circa illū cure ꝑmia ipſo ſibi ꝑ oia ꝓſpiciēte ſuſcipiet. Habet eni͂ fidei pignus ex ipſius ꝑcedēte ꝓuidētia. Si eni͂ cū necdū ſibi placere q̄reret: tantā erga illam oſtendit charitatē: vt ſe ꝓ ea prompte ac libēter offerret. ſ. in cruce vt eā ſuo ſanguine ſctificaret: multo magis placere ſibi cupientis curā habiturus eſt: ⁊ cū his q̄ ſibi ad verā ⁊ eternā vitā cōferūt: mortalis quoq̨ vite ſtipendiū illi ꝓuiſurus. Non aūt vltra vigentē neceſſitatē indulgebit delicijs dn̄i ſponſa: nec ſuꝑflua minuſq̨ neceſſaria requiret. Neq̨ eni͂ illi dare cōuenit que ſponſe charitatē intercipiant ad voluptates corporis ſe ꝯuertētis: vel ſibi ea accipere expedit que ab amore intimo auocent. Neq̨ ꝟo vnq̄ꝫ ꝑ neceſſarioꝝ indigenciā: etiā ſi experiende dilectiōis cauſa eius cōteri ſinat inedia puſillanimis effecta murmurabit. Sed oia credēs: oīa ſperans: oia ſuſtinens: ei quē diligit tota animi intentione coniuncta ⁊ veriſſima charitate affixa / etiā dum in exteriori hoie agit emortuo iā et quodāmodo ſenſuū officio priuato: iugiter abſq̨ diſtractiōe vlla ipſius paſcet immortali alimonia pulchritudineq̨ ſatiabit. Fit ſepe vt qui imortalē ardet ⁊ incorruptibilē ſpeciē nō modo pecunias oēmq̨ ſubſtantiaȝ amoris gr̄a large ꝓfundat: ſed cibū etiā ⁊ ſomnū ⁊ veſtem ⁊ habitū ⁊ omnē eſtimationē corporis: deniq̨ ⁊ corporis vitam dū ſolo potiat amore contēnat. Parietes itē ⁊ domos et oēs medios obices audacter aſcendat: ꝯtra ipſos deniq̨ cōſtrictos gladios ferat inſaniēs. Ita ferme ⁊ qui deū diligit veraciter ac ei ſollicite placere querit: nō ſolū pecunias et opes: vt mādatis illius obtēperet: et eo quē amat affatim fruat: negligere ⁊ aſpernari debet: verū ⁊ cibū neceſſariū ⁊ ſomnū ⁊ exteriorē habitū ſeculiq̨ fedā ꝑfecto ⁊ inaniſſimā gl'iaȝ: corpus ipſum deniq̨ corporiſq̨ vitaȝ vt celeſti amore ſaginet: tota intētione contēnere. Parentes ꝑterea carnalis ꝓpinquitatis ⁊ parētū domos oēmq̨ mediū mūdū trāſilire ⁊ ad martyrij gladios ſi ſe preſtet occaſio ꝑniciter currere: ac vt amore eterno frui poſſit ignobiliorē habitū ſumere: plurimaq̨ mundi improperia cū voluptate tolerare iuſtiſſime optabit: vt diuina (ſi ita dici liceat) inſania ſapiēter inſaniēs eo qui vere ⁊ ſumme amabilis eſt: per affectus ſui deſiderio fruat: hm̄oi profecto amatorē ad ſe de terrenis ꝑturbationibꝰ euocans. Hic ipſe qui tam ſuauiter ſalubriterq̨ diligitur ait ad abraam. Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui ⁊c̄. Gen̄. xij. ca.

Et nota ſubtilē diaboli §. VIII.

deceptionē ad capiendū virginē vel alias perſonas ſpūales in q̄ frequenter ruit. Plerūq̨ ait Baſilius vbi. ſ. minus cauti dum libenter muſicū audiūt ſenſum: eo adducunt vt nō iam muſicū ſed viſibile inſtrumentū diligāt per q̄ perita muſici modulatione fruuntur: atq̨ ideo neceſſaria ſūma exactiſſimaq̨ diligētia obſeruādus eſt virgini auditus ⁊ viſus: ne clā forte et ipſi ſubrepat: vt pro loquēte aīa inſtrumētū per q̄ illa loquit diligat. Eſt eni͂ vehementer aſtrictus is qui affectū boni in nobis ſummo ſtudio maligne deprauare conatur. Ita deniq̨ et a q̄buſdaȝ cū verba de virtute fidei audirēt atq̨ hm̄oi loquēti aīe afficerent ex auditu iugi et aſpectu clam ſurreptū eſt vt aīo imprimerēt lineamenta corporea: ⁊ voce auditum laſciuie mulcerent: nec iā animā quā prius diligendo ex ore hominis pendebāt: ſed corpus ipm̄ bo-

noꝝ anime miniſtrū ꝑuerſe nimio atq; impro-
be amarent. Et ita qui charitatis plenitudinē
ſequunt: eos falſo dilectionis noīe: vel ad vo-
luptates corporis vitāq; cūctis execrabilē dia
bolus deijcit. Hec ille. Hec quotidie multos il
laqueāt: nam ſub ſpecie ſpiritualis amoris in
ſenſualem vertentes ⁊ de eo in carnalē vſq; ad
opa ꝑuenerunt illicita. Et ideo multa affectio
mulierū ad viros: ⁊ ecōuerſo etiā ſpiritualiū ⁊
multo magis frequens locutio vel aſpectus: ⁊
ꝑmaxime domeſtica ꝯuerſatio vt diaboli viſcꝰ
vitāda ſunt: tum ꝓpter periculū: qꝛ ſm̄ Hiero.
femina ꝯſcientiā ſecū inhabitātis ſemꝑ exurit.
diſt. xxxiij. c. i. ad ignē cōcupiſcentie accēdit et
trahit: ſicut ſtupa ſi ignē odorata fuerit proti-
nus inflāmata incendit: nec opus eſt alio ad-
minículo. Tum ꝓpter ſcandalū male. ſ. ſuſpi-
tionis ⁊ infamie q̄ inde orit: etſi nullū ꝑpetret:
tum propter exemplū: ne infirmi mente exēplo
ꝑfectoꝝ hoc facientiū ſimilia agentes in ruinā
incidāt diaboli. O quot ⁊ quante ruine quoti-
die audiunt eoꝝ qui tenēt ſtatū ſpūalē propter
inordinatā affectionē ⁊ incautā cōuerſationē ⁊
indiſcretā viſitationē. Idē Baſiliꝰ vbi. ſ. Uera
virgo ab oī quidē cōtactu maſculi mundā iugi
ſe obſeruatione cuſtodiet. Sed ⁊ cum feminis
dormiens ſemꝑ ſecū cōmorabit: fixūq; animū
habebit in celo: ⁊ illū a corpore totū penitꝰ re-
mouēs: ipſa quoq; cū apl'o dicet. Scio meipſaꝫ
ſiue in corpore neſcio: ſiue extra corpus neſcio:
deus ſcit: qꝛ rapta ſum in paradiſum ⁊ audiui
arcana verba. Uigilantiſſimū eñ eiꝰ in ſe amo
rē ſuꝑne de celis intuēs ſponſus quaſi lāpade
accenſa ipſam merito rapiet vſq; ad tertiū ce-
lū ⁊ in paradiſum dei: et ea ſibi loquet verba q̄
in corpore viuētibꝰ dicunt eſſe ineffabilia: ſed
illi plane q̄ ad id profecit ineffabilia immiſcen
do fient. Hec ille. A ſuꝑbia ſummopere opor-
tet virginē cauere: vt nō propter virginitatē ſe
alijs etiā ꝯiugatis ꝑferat: qꝛ ꝙuis ſtatus vir-
ginalis melior ſit q̄ ꝯiugalis: tamen ⁊ in ſtatu
viduali vel cōiugali poteſt quis perfectior eſſe
virgine ⁊ maioris meriti: ſcꝫ qꝛ maioris meri-
ti charitate exiſtit. Nec etiā ipſam ꝯſeruatio-
nē virginitatis ſuis meritis aſcribat: ſed gra-
tie dei. Decet inquit Ambro. vt quanto caſtior
virgo: tanto humilior. Nam ⁊ ad humiliandū
ſuperbiā taliū ꝑmittit dñs hmōi tētationibus
turpibꝰ vexari: vel ad cōſeruandū eas vel eos
in humilitate: vt dicit a quibuſdaꝫ de Paulo
apl'o. Et aliqñ etiā ꝑmittit ruere in cōſenſum:
vel vſq; ad opus exterius: vt patet in vitis pa
trū in multis exemplis. Et propter hoc etiam
aliqñ ꝑmittit virgines ab alijs violari ad eas
humiliandū: vt dicit Aug. in. i. de ciui. dei. que
tamen ſi aīo ſunt renitētes nō perdūt aureolā

virginitatis: ꝙuis inter virgines nō debeāt cō
ſecrari. vt dictū eſt. ſ. e. c. i. §. x. Sed nec de vir-
ginitate ⁊ cōtinentia ſenſuū glorientur: ſed de
dei gloria q̄ eſt oleū in lampade. Ualet ad arri
piendū talē ſtatū ⁊ cōſeruandū ſm̄ Baſiliū cōſi
deratio miſeriarū nuptarū. Nā nō ſolū ſui ſed
et viri ſollicitudinē habet. vbi vero filios par-
turire ceperit vltra tedia conceptus in vtero ⁊
dolores partꝰ: per vnūquēq; filioꝝ aīo ſcindit.
et parentibꝰ triſtibꝰ naſcituri cura ſemꝑ adij-
citur. At ſi bonū virum blandūq; nacta fuerit:
perpetuo ne moriat metu viduitatis incōmo-
da cruciatuſq; iā ſuſtinet: dirā quandā ⁊ immi
tem curā: ⁊ preſente illo ⁊ abſente ꝓpter inſpe
ratos caſus aīo indeſinenter excipiens. Si vo
duro ⁊ immiti nupta fuerit: tota quoq; vita il-
lius cruciatus eſt: et cū pudicitie ratiōe queat
neutrū eligere. i. nec viri mortē propter vidui-
tatis anguſtias: nec vitā ob moleſtiā incōmo-
dūq; cōuictus: ancipiti atq; ineuitabili malo
acerrimus quoq; doloribꝰ ſemꝑ atterit. Inde
vbi filios edidit aut ad bonaꝫ illi frugē euaſe-
runt: et maiores ex illoꝝ abſentia dolores iu-
giter tolerat q̄ parturiens tulerat: aut malos
euaſiſſe cōſiderat: ⁊ magis ex ea ꝓcreatione li
berorū q̄ ſi permāſiſſet ſterilis ſuſtinet oppro-
briū. Sepe anteq̄ predicta experiat incōmo-
da: vira ⁊ ſponſa ⁊ vidua efficit: ac ſine liberis
in viduitatē dilapſa: nec vxor iā nec virgo nec
mater eſt. Sic oībus que putantur leta ꝯiugia
miſſis ſimul breuiſſimo voluptatis ſenſu irre-
cuperabilē virginitatis perdidit florē: coniu-
gijq; tm̄ experta eſt quantū illi ſatis eſt ad di-
noſcenda viduitatis incōmoda. Qđ ſi relicta
vidua enutriat filios eius: quem ex viri morte
perceperat meroris / iuge illos monumentum
cernit. Et ſemꝑ in lachrymis: ſemꝑ in gemitu:
ſemꝑ in ſollicitudine educādoꝝ degens: nullū
preteriti mali ſolatiū inuenit. Primū ⁊ ꝓpin-
quis ⁊ famulis ⁊ filioꝝ curatoribus ipſiſq; po-
ſtremo etiā filijs vbi virilitatis annos attinge-
rent: cūctiſq; oīo ſe vexare volentibꝰ ad pre-
dā miſerabiliter expoſita doloris luctuſq; tra
gediā vitā ſuā oīm ingerit oculis. Et quid plu
ra proſequi neceſſe eſt. dñm ſibi cū dote infelix
mulier coemens virū: ancilla ꝓ libera efficit:
breuiſſimeq; liberalitatis grā naturali liber-
tate ſe priuās ianuā ſibi ineffabiliū doloꝝ per-
petuiq; meroris ꝑ hmōi cōnubiū aperit. At vo
prudens virgo iugū hmōi ſeruitutis abijciēs:
et tota intētione ad dñm currens: effugit qui-
dē partus anguſtias. Effugit mortalis viri mi
ſerū iugum: ſimulq; incōmoda oīa q̄ ex nuptijs
prouenire monſtrauimus. Effugit peccatoruꝫ
omnigenum inextricabiles nexus ⁊ retia vite
preſentis euaſit. Effugit ante omnia carnalis

cõmercij corruptelam: ⁊ integra tota ⁊ illibata
anima et corpore ſancta eterno regi ſe leta de-
ſpondit. Hec omnia Baſi.

¶ De inſtructione virginis §.IX.

lapſe: vt intelligens malũ ſuũ vehementer do-
leat. Hiero. ad Suſannã virginem ſacram ſed
lapſam. Bona cõmemorẽ que pdidiſti: an ma-
la deſleã que admiſiſti. Eras virgo in paradiſo
dei vtiqȝ inter flores eccleſie. Eras ſponſa xp̃i:
eras tẽpluȝ dei: eras habitaculũ ſpũſancti. Et
quotiens dico eras: totiens opus eſt vt inge-
miſcas: quia nõ es qđ fuiſti. Incedebas in ec-
cleſia tanq̃ colũba: de qua ſcriptũ eſt. Pẽne co
Ps.xxvi lũbe deargentate ⁊c̃. Splendebas enim vt ar-
gentũ: fulgebas vt aurum: eras tanq̃ ſtella in
manu dñi. Que eſt iſta ſubita cõuerſio: que eſt
iſta repẽtina mutatio? De virgine dei facta es
corruptio ſathane: de ſponſa xp̃i ſcortũ execra-
bile: de templo dei phanũ immũdicie: de habi-
taculo ſpũſancti tugurium diaboli: q̃ incedebas
cum fiducia vt colũba: nũc lates in tenebris vt
Threñ.j. veſpertilio. Que fulgebas vt aurũ ꝑpter virgi
nitatis decorẽ: nũc vilior facta es luto platea-
rũ: que fueras radians in manu dñi: nũc velut
de alto celo ruens extractuȝ cõuerſa es in car-
bonẽ. Ve tibi miſera ⁊ iterũ ve: que tanta bona
pariter ꝑpter parui tẽporis luxuriaȝ pdidiſti.
Aperi oculos ſi potes: erige frontẽ ſi audes: et
aliquẽ ſanctoꝝ intuere. Nõne faciẽ tuã cõſcien
tia cõmiſſi tanq̃ plũbuȝ inclinat? Quid facies
corã maria ⁊ tecla ⁊ agnete ⁊ ĩmaculato thoro
puritatis? Quid iterũ facies corã angelis ſan
ctis? Nõne ſplẽdore ⁊ claritate immaculatorũ
quaſi fulminibus percuſſa cõbureris? Sed di-
ctura es forſitan. Non potui ſuſtinere q: carnẽ
fragilẽ circũferebam. Rñdebit tibi beata tecla
cũ innumerabilibus ſocijs ſuis. Et nos eadem
carne amicte eramus. Nec tamẽ plenũ caſtita
tis noſtre propoſituȝ aut fragilitas carnis po-
tuit immutare: aut ſeuitia paganoꝝ per varia
tormenta deijcere. Reuera nõ poteſt caro cor-
rũpi: niſi mens fuerit ante corrupta. Remane-
bit ergo in crimine anima q̃ carnẽ precedit in
crimine. Penitudo ergo neceſſaria eſt. Sed
quanta putas ⁊ qualis neceſſaria eſt penitẽtia
que aut equet crimẽ: aut certe excedat. In pri
mis oĩs cura huius vite tibi intermittẽda eſt:
et quaſi mortuã te exiſtimãs quomodo poſſis
reuiuiſcere cogita. Deinde lugubris veſtis ti-
bi accipienda et mẽs ⁊ membra ſingula digna
caſtigatione punienda. Amputenť crines: de-
fluant oculi lachrymis: palleſcat facies: totum
corpus in cura ⁊ ieiunijs maceretur. Si nõ in-
fidelitate grauareť ſenſus humanus quẽuis ⁊
qualẽuis cruciatũ ad preſens libenter ſuffer-
ret dũmodo illas penas ignis eterni nõ incur-
reret. hec oĩa Hiero. Et nota qđ dicit Hiero. vt.ĩ.c.
carnẽ non poſſe corrũpi niſi aĩa fuerit ante cor- c.j.§.ix.
rupta: intelligitur de corruptione vitioſa et cũ et.x.
peccato. Nam corrũpi poteſt virgo ꝑ violentiã
ſibi oĩno illatã: ⁊ tamen non corrũpitur anima:
quia ſcȝ nõ peccat ſi oĩno renitatur.

¶ De ſtatu viduarũ ⁊ multis que pertinent ad eas. Capĩm.iij.

Viduam eius benedicens benedicã
pauperes eius ſaturabo panibus.
ps.cxxxj. Loquiť hic dñs per pro-
phetam de eccleſia que eſt mater ⁊
virgo ⁊ vidua dicitur: ſed diuerſis
reſpectibus. Diciť enim mater ratione fecun-
ditatis: quia quotidie generat filios chriſto ꝑ
gratiã baptiſmalẽ vel penitentialẽ. Diciť vir-
go ratione integritatis fidei ⁊ ſancte cõuerſa-
tionis: quia in nullo vitio corrupta. Diciť vi-
dua ratione abſentabilitatis ſui ſponſi: q: xp̃o
ſponſo ſuo mortuo in cruce demum etſi reſur-
rexit: tamen in celũ aſcendit: ⁊ permanet pre-
ſentia corporali. Eſt ergo vidua eius ſcilȝ dñi:
vel vidua ſyon.i. reſpectu eccleſie triũphantis
que aperte ſpeculať ⁊ fruitur preſentia chriſti.
Interpretať enim ſyon ſpeculatio. Hec vidua
afflicta eſt multiplici afflictione vt vidue: non
ſolũ quia caret preſentia ſponſi: ſed etiaȝ quia
draco ĩfernalis inſidiatur filio eius.i. cuilibet
fideli vt deuoret eum. Sed hanc benedicẽs in
preſenti ꝑ gratiã dñs benedicit ⁊ in futuro per
gloriã. Nam vt dicitur figuraliter Apoca.xij.
Date ſunt mulieri illi ſcȝ eccleſie due ale: qui-
bus demũ volare poſſit ad deſertum.i. celum.
Una eſt obſeruatio denarij ſcȝ decẽ preceptoꝝ
Secũda eſt exercitatio ſenarij.i. ſex operũ mi-
ſericordie quo ad viuentes. Diciť eñi Matth.
xix. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mandata.
Et Matth.xxv. diciť his qui opera miſericor-
die fecerunt. Venite benedicti patris mei pci.
reg.ce. Ex denario aũt multiplicato per ſena-
riũ reſultat ſexagenarius. Fructus autẽ ſexa-
genarius eſt qui colligitur ex ſtatu viduali ſm
parabolam ſeminis in bonam terram iactati.
Matth.xiij. Pauperes quoqȝ filij eius ſpiritu
pauperes ſaturantur ⁊ panibus ſacramento-
rum ⁊ ſpiritualiũ conſolationũ. Sed ⁊ de qua-
libet vidua poteſt hoc exponi. Viduã eius ⁊c̃.
Ubi primo ſciendũ q ꝙuis ſm cõmunẽ vſum
loquendi mulier que priuatur legitimo mari-
to per mortem eius (vt diſt.xxxiiij.) vidua dica
tur: tamen ꝑut diſtinguitur cõtra ſtatum con-
iugalem ⁊ virginalem largius ſumitur. videlȝ
pro oĩ eo viro vel muliere qui vel que amiſit
virginitatem: ſiue per cõiugium conſummatũ

ſiue ꝑ quācūq; illicitā corruptelā: nec tñ in ſta
tu cōiugij eſt. Et vt talis ſaluetur perſona op;
¶ Q; a dño poſſideatur. ibi: Viduam eius.
¶ Et talis a deo ꝯſolatur. ibi: Bñdicēs bñdicā.
¶ Et in prole recreatur. ibi: Pauperes ⁊c.

¶ Quantū ad primū cū dicit §.I.

Vidue Viduā eius. i. dñi. vel ſyon. notatur ꝙ talis poſſi
ſunt tri deatur a dño. ¶ Sciendū ꝙ eſt triplex genus vi
plices. duarū. Quedā eñi ſunt diaboli/ quedā; mūdi/
quedā dñi. Perſone vidue diaboli ſunt: q̄ nec
in cōiugio ſunt: et tñ luxurijs vacāt: de qb⁹ ait
apl's. j. Tim. v. Adoleſcentiores viduas deui=
ta. Cū eñi luxuriate fuerint/ in xp̄o nubere vo=
lunt habētes damnationē: q: primā fidem irri
tam fecerūt. Simul aūt ⁊ ocioſe diſcūt circūire
domos: nō ſolū ocioſe ſed verboſe ⁊ curioſe lo=
quētes que non op;. Iamq; cōuerſe ſunt retro
poſt ſathanā. He ſolent frequentare eccl'ias ⁊
ꝑſonas religioſas ſub ſpecie ſanctitatis ⁊ mul
tos illaqueāt: ⁊ ideo cauēdū ab illarū familia=
ritate. Vidue aūt mundi ſunt que quidē hone
ſte viuūt: intendūt tñ nubere tꝑe ſuo: vel etiā ſi
non intēdūt nubere nō faciunt ꝓpter deū/ ſed
ꝓpter mundū: vt vitent moleſtias cōiugij/ vel
ſint domine rerū ſuarū et hmōi. He ſolent mul
tū vacare tꝑalib⁹ cōſeruādis ⁊ augēdis: ⁊ exer
citijs ſpūalibus parū inſiſtūt ſed tꝑalibus. Et
plures etiā dotes ſuas tradunt ad vſuram di=
uerſis modis: vel apud conſanguineos virorū
ſuum certa mercede dimittentes: vel mercato=
ribus ſub nomine depoſiti dātes ⁊c. Et aliq̄
ꝓ dotibus ſuis accipiūt plus debito. His etſi
caſte viuāt nō debetur fructus ſexageſimus: ⁊
delitijs aliq̄ vacāt. Sed vt dicit apl's. j. Tim.
v. vidua in delitijs viuens mortua eſt. Vidua
vero dñi eſt que per gratiam poſſidetur a dño:
et ꝓpter dominū ꝓponit firmiter abſtinere a
coniugio ⁊ ab omni actu venereo deinceps: et
ſi in preteritū experta ſit coniugio vel alio mo
do. Hanc deſcribēs apl's ibidem ait. Que ve=
re vidua eſt et deſolata ſperet in dño: et inſtet
orationibus die et nocte. Et paulopoſt de vi=
duis hmōi dicit. Precipe vt irreprehēſibiles
ſint. Debēt viuere vt ꝑſone religioſe ad exem=
plum Anne ꝓphetiſſe vidue: que nō diſcede=
bat de tēplo deo ſeruiens die ac nocte: ⁊ ꝑſeue
rando vſq; ad decrepitā etatem: vno prius tñ
cōtenta marito. Luce. ij. ⁊. lxxxj. di. c. vlt. dicitur.
Vidue que ſtipēdio eccleſie ſuſtētantur tam aſſi=
due in dei oꝑe eſſe debēt/ vt meritis et oratio=
nibus ſuis eccleſiā adiuuent. Et di. ea. dicitur
Ad reatū ep̄i vel preſ byteri pertinet qui par
rochie preeſt ſi ſuſtentāde vite preſentis cauſa
adoleſcentiores vidue clericoꝝ familiaritati=
bus ſubijciantur. Talis vidua a deo conſolatur: q:
benedicitur hic a deo per gratiam: ⁊ a mūdo per
bonam famā: ⁊ tentationū victoriam plenam.
Exēplū in Iudith vidua: de qua dicitur Iudith
viij. que ſecretū habitaculum ſibi fecerat in do
mo ſua vbi morabatur cu; puellis ſuis clauſa
cū tñ eſſet diues/ portabat cilicium continentie:
ieiunabat: timebat deu; valde: nec erat qui de
ea loqueretur malū ita caute viuebat. Hec inter=
fecit Holofernē deſignātem diabolum: ⁊ libe=
rauit populū ſuum. Vñ benedicta fuit ab oībus
bus ⁊ mirabiliter laudata: vt pt; Iudith pen.
⁊ demū in gloria benedicta. Viduas adiuuari Vidue
mandat diuina auctoritas et canonica. Unde ſunt ad
Gelaſius papa. Licet omnibus de nobis ſpe= iuuāde
rantibus non debeamus inquantū poſſumus
denegare nos: plus tñ viduarū ⁊ orphanorum
cauſas et impēſius ducimus exequēdas quas
tueri a nobis vel ab omnibus diuina manife=
ſtat aſſertio. diſt. lxxxvij. c. licet. ⁊ Eſa. j. dicitur
Querite iudiciū: ſubuenite oppreſſo: iudicate
pupillo: defendite viduam ⁊c. Unde ⁊ xp̄s con
ſolatus eſt viduam flentē vnicū filium ſuū de=
functū cum reſuſcitauit. Luc. vij. Vere vidua ſi
filios habet naturales pauperes nō deſerūtur
a dño/ ſed eis mirabiliter ꝓuidetur. exemplū
de muliere vidua que pauit Heliam: que cū fi
lio tēpore famis in ſarepta fuit paſt⁹ a dño: q:
etiā reſuſcitatus ab eo. iij. Reg. xvij. Et de vi=
dua cuius Heliſeus fecit miraculoſe multipli
care oleum: vt de eius precio filios liberaret a
creditoribus. iiij. Regū. iiij. Talis vero vidua
debet filios educare ſi habet diligēter in timo
re dñi: vt illa venerabilis que habuit ſeptem fi
lios: ⁊ eos hortabatur ad martyriū potius q̄ de=
relinquerent legem dei: vt habetur. ij. Machab.
vij. Et regina Blācha que frequēter admone=
bat filium Ludouicū regem Frācie ſanctū ⁊c.
Si non habet filios naturales et nō deſunt ſpi
rituales. ſ. ſenſus interiores qui reficiuntur ſpi=
ritualiter a deo: ſi pauperes. i. humiles ſunt.
De malis viduis ⁊ incōtinentib⁹ habes. xxvij
q. j. viduas. j. ij. et. iij. ⁊. c. de viduis. j. ⁊. ij.

¶ Exhortatio ad viduitatē §.II.

ſeruādam. Hiero. ad Geruntheiā. Interdū ſibi
libido blanditur: vt q6 ꝓpter intemperantiā ſuā
quidā faciūt/ videantur facere deſiderio libero=
rum. Verū cum in ſemente terre bone cētena=
rius ꝓ virginitatis corona primū gradum te=
neat: ſexagenarius ꝓ labore viduarū in ſecun
do ſit numero: trigenarius federa nuptiarum
ipſa digitorū cōiunctione teſtetur: bigamia in
quo erit numero immo extra numeru;. Certe
in terra bona nō oritur: ſed in vepribus ⁊ ſpinetis
vulpiū. Itaq; obſecro te o religioſa filia in xp̄o:
vt teſtimonia nō noueris: quibus incōtinentie

bus ⁊ miſeris ſubuenit̄:ſed illa potius lectites
q̄bus pudicitia coronatur.Sufficit tibi ꝙ ꝑdi=
diſti p̄imū virginitatis gradū:⁊ per tertiū ve=
niſti ad ſcd̄m.i.per officiū coniugale veniſti ad
viduitatis cōtinentiā : extrema immo abiecta
ne cogites. Q̄ſ ſi ⁊ poſt diluuiū ⁊ ante diluuiū
Gen̄. ij. et. viij. viguit illa ſententia Creſcite ⁊ multiplicamini
et replete terrā. quid ad nos in quos fines ſe=
.i.cor.x. Mat.iij culoꝝ deuenerūt quib⁹ dicit̄. Tēpus breue eſt
et iam ſecuris ad radicē arboris poſita eſt:que
ſiluā legis euāgelice ⁊ caſtitatē nuptiarū ſucci
dat: tēpus amplexandi et tēpus longe fieri ab
amplexib⁹ ait Salomon Eccl'ſ.iij. Primū in
veteri teſtamēto:ſcd̄m in nouo.Olim glīe erat
audire illū verſiculū. Filij tui ſicut nouelle oli=
uarū.p̄s.cxxvij.Nūc de ꝯtinentib⁹ dicit̄.j.Co=
rinth.vj.Qui adheret deo vnus ſpūs eſt cū eo.
Proponis michi gaudia nuptiarum :ego tibi
opponā pirā gladiū ⁊ incendiū. Non tantū bo
nū eſt in nuptijs quod ſperamus:quantū malū
q̄d accedere poteſt ⁊ timendū eſt. Libido trāſ=
acta ſemꝑ ſui relinquit penitudinē : nunq̄ ſa=
tiatur:⁊ extincta iterū reaccendit̄:vſu creſcit ⁊
deficit : nec rationi paret q̄ impetu ducit̄.Sed
dicis: ample opes ⁊ diſpenſatio rei familiaris
egent autoritate iuris ſcȝ niſi cū ſeruulis tuis
ipſa ſeruieris familie tue imperare nō poteris
quaſi nō poſſis probate etatis habere famulos
vel liberos q̄ preſint domui: vel ad publicū re=
ſpondeant vel tributa ꝑſoluant. Querite pri=
Mat.v. mū regnū dei et hec oīa adijcient̄ vobis. Me=
lius eſt rem familiarē minui q̄ anime ſalutem
perire. Melius eſt amittere q̄d velimus noli=
mus aliq̄n periturū eſt: q̄ id pro quo oīa dimit
tenda ſunt. Nos xp̄o ardemus auaricia:⁊ ꝯtra
pecunias diſputantes auro ſinū expandimus:
nichilq̄ȝ nobis ſatis eſt : et hoc facimus q: dn̄i
verbis nō credimus. Et q: etas optata cūctis
nō vicina mortis q̄ debet̄ mortalibus lege na=
ture:ſed craſſa ſpe ānoꝝ ſpacia nobis pollicet̄.
Nemo eīn tā fractis viribus ⁊ ſic decrepite ſe=
nectutis eſt: vt nō ſe putet adhuc vnū annū eſſe
victurū. Unde ſubrepit obliuio cōditionis ſue
vt terrenū animal iāq̄ȝ ſoluendū erigat̄ in ſup=
biā ⁊ animo celū teneat. Hec ille. Idem ad Fu
riā de cuſtodia vidualis caſtitatis:ꝙ debet vi=
dua cauere ab ornatu ⁊ delitijs:dicit. Nō que=
rant̄ in xp̄ianis initia:ſed finis. Paulus male
cepit : ſed bene finiuit. Inde laudant̄ exordia:
ſed finis ꝑditione damnat̄. Quid facit in facie
chriſtiana purpura byſſus ⁊ ceruſa:queꝝ alte=
rū ruborē genarū labiorūq̄ȝ mentit̄ : alterū can
dorē oris ⁊ colli. Ignis eſt iuuenū: fomenta li=
bidinū:impudice mētis indiciū. Ornatus iſte
non dn̄i eſt:ſed velamē antichriſti. Nō ethnici
ignes:nō vulcana tellus tantis ardorib⁹ eſtuāt

vt iuueniles medulle vino plene et dapib⁹ in=
flāmate. Grandis virtutis ⁊ ſollicite diligētie
eſt ſuꝑare ꝙ nata ſis in carne nō carnaliter vi=
uere : tecū quotidie pugnare ⁊ incluſum hoſtē
Argi centū oculis obſeruare. Nichil ſic inflā=
mat corpora ⁊ titillat mēbra genitalia: ſicut ci
bus indigeſtus ⁊ ructus cōuulſus. Quicquid
ſeminariuȝ voluptatū eſt venenū puta. Cogita
te q̄tidie moriturā :⁊ nunq̄ de ſecūdis nuptijs
cogitabis. Idem ad Saluinā viduā. Audi q̄d
ex ꝑſona vidue cōtinentis ethnicus poeta ꝓ=
pertius decantet. Ille meos primus q̄ me ſibi
iunxit amores Abſtulit:ille tulit ſecū ſeruetq̄ȝ
ſepulcro. Si tanti viliſſimū lucrū:quanti vili=
ſimū lucrū. Si ſic cōmuni lege nature damnāt
oēs gentiles vidue voluptates:quid expectan
dum eſt a vidua chriſtiana:que pudicitiā ſuam
non ſolū ei debet qui defunct⁹ eſt:ſed ei cū quo
regnatura eſt. Hec ille per totum.

¶ De inſtitutione ⁊ modo §.III.

ꝯuerſationis vidue. Hiero. ad Saluinā. Didi=
ciſti catalogū virtutū tuarū q̄d debeas nomini
tuo:quib⁹ meritis ſcd̄m pudicitie gradū poſſi
deas : nec moueat ꝙ ſexagenaria eligat̄ in vi=
duā ⁊ putes adoleſcētulas ab ap̄lo reprobari: j. Tim. v.
ſed te credas ab eo eligi qui diſcipulo ſuo dixe
rat. Nemo adoleſcentiā ſuā ꝯtemnat. et infra.
Mulieres que ſollicite ſunt quomodo placeāt j.ti. iiij.
viris: comedāt carnes q̄ carnib⁹ ſeruiūt quoꝝ
feruor deſpumat in coitū: q̄ ligate maritis ge=
nerationi ac liberis operā dant. Tu xp̄o que in
tumulo mariti ſepeliſti pariter oēs volupta=
tes:que linitā purpura ⁊ ceruſa faciē ſuꝑ fere=
trum eius diluiſti lachrymis:que pullā tunicā
nigroſq̄ȝ calceolos:cādide veſtis:⁊ aurati ſocci
depoſitionem ſumpſiſti : nichil habes neceſſe
aliud niſi perſeuerare in ieiunio. Pallor ⁊ ſor=
des gēme tue ſint:plumarū mollicies iuueni=
lia mēbra nō foueant. Balnearū calor nouū nō
ſuccendat adoleſcentule ſanguinē. Tenera res
in feminis fama pudicitie eſt:⁊ quaſi flos pul=
cherrimus cito ad leuē marceſcit aurā : leuiq̄ȝ
flatu corrumpit̄ : maxime vbi etas cōſentit ad
iudiciū:⁊ maritalis deeſt autoritas:cuius vm=
bra tutamē eſt vxoris. Quid faciet vidua inter
familie multitudineȝ:inter miniſtrorū greges
quos nolo contemnat vt famulos/ſed vt viros
erubeſcat. Certe ſi ambitioſe dom⁹ hec officia
flagitant:preficiat his ſenē honeſtis moribus:
cui⁹ honor dignitas dn̄e ſit. Scio multas clau
ſis ad publicū foribus nō caruiſſe infamia ſer=
uuloꝝ:quos ſuſpectos faciebat: aut cultus im
pudic⁹: aut craſſi corporis nitor:aut etas apta
libidini:aut cōſcientia amoris occulti:ſecutus
eum vel animi timor qui etiā bene diſſimulat

frequenter erūpit in publicū: ⁊ cōſeruos quaſi
ſeruos deſpicit. Omi ergo diligētia cuſtodias
cor tuū: ⁊ caueas quicq̄d de te fingi poteſt. Nō
ambulet iuxta te calamiſtratus ꝓcator: nō hi-
ſtrio fractus in feminā: non cantoris diabolici
venenata dulcedo: nō iuuenis fulſus ⁊ nitid⁹.
Nichil tibi artiū ſcenicaꝝ nil tibi in obſequijs
molle iungatur: habeto tecū virginū ⁊ viduarū
choros: habeto tui ſexus ſolatia ⁊ ancillarum
quoqꝫ moribus dn̄e indicant. Semp in manu-
bus tuis diuina ſit lectio: ⁊ tam crebre oratio-
nes vt oēs cogitationū ſagitte quib⁹ adoleſcē-
tia ꝑcuti ſolet hmōi clipeo repellant. Difficile
eſt quin potius impoſſibile ꝑturbationū vitijs
carere quēpiā: eo ꝙ incentiua vitioꝝ oim titil-
lent animos: ⁊ quaſi in meditullio ſit noſtrū iu-
diciū vel abijcere cogitata vel recipere. Opti-
mus ille eſt qui minus vrgetur: veluti ſi egre-
gios impreſſos reprehēdas i corpore neruos.
Et hoc eſt qd̄ alijs verbis propheta ſignificat.
ps. lxxxj. Turbatus ſum ⁊ nō ſum locutus. Et
illud Archite tarentini ad villicū negligentē.
Jam te verberib⁹ enecaſſem niſi iratus eſſem:
ſicut iraſci hois eſt: nō ꝑficere irā chriſtiani: ſic
ois caro cōcupiſcit que carnis ſunt: ſed noſtrū
eſt voluptatis ardorē maiori chriſti ardore re-
ſtringere: et laſciuiens iumentū frenis inedie
ſubiugare: vt nō libidinem ſed cibos querat ⁊
deſideret. Sed cur iſta: vt hominē eſſe te noue-
ris: ⁊ paſſionibus humanis niſi caueris ſubia-
cere. De eodē cūcti facti ſumus luto: in ſerico
et in pānis eadē libido dn̄atur: nec regū purpu
ras timet: nec mēdicantiū ſpernit ſqualorem.
Multo eī melius eſt ſtomachū dolere ꝙ̄ men
tem: imperare corpori ꝙ̄ ſeruire: greſſu vacil-
lare ꝙ̄ impudicitia: nec ſtatim penitētie nobis
blandiantur ſubſidia q̄ ſunt infeliciū remedia.
Cauendū eſt vulnus qd̄ dolore curatur. Aliud
eſt integra naui ⁊ ſaluis mercib⁹ portū ſalutis
intrare: aliud nudum herere tabule ⁊ crebris
fluctuū recurſibus ad aſperrima ſaxa collidi.
Neſciat vidua bigamie indulgētiā: nec noue-
rit illud apl̄i. j. Cor. vij. Melius eſt nubere ꝙ̄
vri. Tolle ꝙ peius eſt vri: et per ſe bonū nō erit
Gen. 4. nubere. Prim⁹ lamech maledictus ⁊ ſangui-
narius et de ſtirpe cayn deſcendens vnā coſtā
diuiſit in duas ⁊ plantariū bigamie.

¶ Et quia virginibus et §. IIII.

viduis maxime opꝫ vacare caſtitati ſeruande
abſtinendo ſe ab actibus venereis quibuſcūqꝫ
mentis ⁊ corporis: quomodo ſeu quib⁹ gradi-
bus perueniat ad perfectā caſtitatē: ponit ve-
nerabilis Johānes caſſianus in. ij. coll. chere-
monis dicens ſic. Sex gradibus licet multa a
ſeinuicē ſublimitate diſtantibus: faſtigia caſti-
tatis precelſa diſtinguā: vt quedā media: q̄ ta-
men multa ſunt pretermittā. Quoꝝ ſubtilitas
ita humanos ſubterfugit ſenſus: vt ea nec mēs
inſpicere nec lingua valeat ꝓloqui: quib⁹ ſen-
ſim caſtitatis ipſius perfectio quotidianis ſuc
ceſſib⁹ adoleſcit. Scōm ſimilitudinē nāqꝫ cor-
poꝝ terrenoꝝ que ſingulis dieb⁹ inſenſibiliter
ſui capiūt incrementa: ⁊ dū neſciūt ad perfectū
habitū prouehūtur: ita anime quoqꝫ robur ac
maturitas caſtitatis acquirat. Primus itaqꝫ
pudicitie gradus eſt ne et vigilans impugna-
tione carnali monachus elidat. Secundus ne
mens illius voluptarijs cogitationib⁹ imoret.
Tertius ne femineo vel tenuiter ad ꝯcupiſcen
tiā moueat aſpectu. Quartus ne vigilans vel
ſimplicē carnis ꝑferat motū. Quintus ne cuꝫ
memoria generatiōis humane vel tractus ra-
tio vel neceſſitas ingeſſerit: ſubtiliſſim⁹ mente
volūtarie actiōis ꝑſtringat aſſenſus: ſed velut
opus quoddaꝫ ſimplex ac miniſterio humano
generi neceſſario cōtributū: trāquillo ac puro
cordis cōtemplet intuitu: nichilqꝫ amplius de
eius recordatione cōcipiat ꝙ̄ ſi operationē la-
terū vel cuiuſlibet alterius officine mente per-
tractet. Sextus caſtimonie gradus ne illece-
broſis fantaſmatibus feminarū vel dormiens
illudat: licet eī hāc ludificationē pctō eſſe ob-
noxiā nō credamus: ꝯcupiſcentie tamē adhuc
medullitus latitantis indiciū eſt: quā tamē il-
luſionē diuerſis modis ꝯſtat accidere. Nā ſm
illū vſum quē vigilans exercere ꝯſueuerat vel
cogitare: etiā dormiens vnuſquiſqꝫ tentatur.
Aliter eī fallunt hi qui carnalē copulā norūt:
aliter qui feminee ſunt cōmixtionis expertes.
Hi enim ſicut ſimplicioꝛib⁹ ac purioꝛib⁹ ſom-
nijs inquietantur: ita etiā faciliore diligentia
ac minore labore poſſunt purgari. Illi aūt ſor-
didioribus magiſqꝫ expreſſis fantaſmatib⁹ il-
ludūtur: donec paulatim ſm menſurā caſtita-
tis ad quā vnuſquiſqꝫ cōtendit in odiū illi⁹ rei
quā volūtariā antea ſentiebat: mens etiā ſom-
no ſopita vertatur. Quiſquis igit extractus a
cūctis cōfabulationibus ocioſis: ⁊ mortificat⁹
ab oi ira ⁊ ſollicitudine curaqꝫ mūdana: duob⁹
tm̄ fuerit paximatijs quotidiana refectione cō
tent⁹: ⁊ aque ſatietate ſubtracta: quietē ſomni
triū: ſiue vt alij ſtatuerūt quattuor horarū ſpa-
cio terminarit: nec tamē laboꝝ aut cōtinentie
huius merito: ſed miſeratione dn̄i eā ſe credi-
derit adepturū: quia ſine hac fide vana eſt ois
humani laboris intētio: nō amplius ꝙ̄ ſex mē-
ſibus perfectionē iſtius impoſſibilē ſibi nō eſſe
cognoſcet: euidens tamen eſt iā proxime puri-
tatis indiciū incipere eā de proprijs laboris in- Pſal.
duſtria nō ſperare. Si enim vim verſiculi illi⁹ cxxvi.
vnuſquiſqꝫ in veritate cōceperit. Niſi dn̄s edi-

ficaue.vo.in va.labo.q̄ edifi.eā.ſequeꝛ vt ne de puritatis meritis extollaꝛ:intelligens eā ſe nō ſua diligētia:ſed dñi miſericordia ɔſecutū: nec cōtra alios immuti rigore moueatur ſciens hu manā nichil eſſe virtutē: ſi eā virtus diuina nō iuuerit. Hec Joh.caſſianus. Qui etiam ponit hāc eſſe differentiā inter cōtinentiā ꝛ caſtitatē: vt ɔtinens dicatur qui patiꝛ magnos ſtimulos tentationū carnis ſed nō vinciꝛ. Caſtus ꝙ par uos vel nullos:ꝗuis ſepe pro eodē ſupponant. Nā ꝛ caſtitas etiā large diciꝛ eſſe in ſtatu cōiu gali dum ſcʒ abſtinet ab aliis corruptelis : etſi actū coniugalē exerceat vt dictū eſt. Uidualis ſtatus cōgruit non ſolū feminis q̄bus defuncti ſunt viri earū:ſed ꝛ quicūq mares vel femine: qui amiſſa virginitate abſtinēt ꝛ ꝓponūt abſti nere ab actibus venereis:etiā cōiugii: ſiue ſint in religione ligati ſiue in ſeculo cōſtituti.

De dñis tpalibus. Titu.iii.

Oꝛ dominiū vniuerſi cōſiſtit in ſummi pon tificis autoritate ꝛ regali poteſtate. Cap.j.

Conſtituit eum dñm domus ſue:ꝛ principē oīs poſſeſſio nis ſue.ps.cuij. Loquiꝛ hic ad litterā ꝓpheta de ioſeph qui comperta ei⁹ ſapientia: prudētia ꝛ bonitate cōſtitu tus eſt a pharaone rege egy pti gubernator totius regni ſui:ꝛ primus prin ceps poſt eū. Dixit eñ ei pharao.Ecce cōſtitui te ſup vniuerſam terrā egypti:ꝛ dedit ei anulū ſuū in manu eius ꝛc. Et vt habeꝛ diffuſe hiſto ria Gene.xlj.Et poteſt exponi ꝛ adaptari iſtud ad quēlibet dñm temporalē ꝛ iuſtū principem. Ubi ſciendū vt dicit Gelaſius papa.ꝙ duo ſunt quib⁹ principaliter regiꝛ hic mundus:autori tas ſcʒ ſacra pontificū:et regalis poteſtas. Jn quib⁹ tanto eſt grauius pondus ſacerdotum: quanto pro ipſis regiminib⁹ hominū in futuro examine deo reddituri ſunt rationē. diſt.xcvj. duo. Ex hoc patet ꝙ iſta dominia ꝛ principat⁹ ſubalternanꝛ ꝛ nō ſunt paria : ſed tēporale do minū eſt ſub eccleſiaſtico ſeu ſpūali:quia impe rator qui diciꝛ dñs orbis et princeps abſolute eſt ſub papa ꝛ ab eo iudicaꝛ ꝛ cōfirmaꝛ ꝛ depo nitur. Jſta ſunt duo luminaria. Gēn.j.poſita in firmamēto celi:luminare maius ſcʒ pontifica tus:ꝛ minus ſcʒ imperii principatus:qui vt lu na lumen recipit a ſole: ita ipſe ſuā claritatem habet a papa. Preeſt tamen luminare maius id eſt ſol diei: quaſi ſcʒ pricipale exercitiū pape eſt circa ſpiritualia et animas. Luminare mi nus.i.luna preeſt nocti ad eam illuminandam quia imperiū ꝛ ſecularis dignitas eſt circa tē poralia ꝛ corporalia ꝛ vnū debet iuuari per al terū in gubernatione ꝛ directione mūdi. Unde Nicolaus papa. Cum ad verum ventū eſt.i.ad diſcuſſionē veri ſcilʒ ad tēpus chriſti: vltra ſibi nec imperator iura pontificatus arripuit : nec pontifex nomē imperatoriū vſurpauit: qm̄ idē mediator dei ꝛ hominum homo chriſtus ieſus actibus ꝓpriis ꝛ dignitatibus diſtinctis offi cia poteſtatis vtriuſq diſcreuit propria: volēs medicinali humilitate ſurſum efferri: non hu manā ſuperbia rurſum in inferno demergi : vt et chriſtiani imperatores pro eterna vita pon tificibus indigerent:ꝛ pontifices pro curſu tē poraliū tantūmodo rerū imperialibus legib⁹ vterentur:quatinus ſpiritualis actio a carna libus diſtaret incurſibus:et deo militans mi nime ſecularib⁹ ſe negociis implicaret : ac vi ciſſim non ille rebus diuinis preſidere videre tur qui eſſet ſecularibus negociis implicatus. diſt.xcvj.Cū ad verū. Jdem Cyprianus diſt.x. Et dicit ibi glo. ꝙ ſumma nobis a deo cōceſſa ſunt dona ſcʒ ſacerdotiū ꝛ imperiū vt habetur in auť.quomodo oportet epos in princi.coll'.j. Et de papatu quidē ꝛ aliis prelaturis eccleſia ſticis diciꝛ in ſuis titulis. Nunc autē de prin cipatibus ſecularibus agendū : quorū primus et principalis diciꝛ imperator / deinde reges/ duces / marchiones / comites /et barones. Et vbi ꝑ plures ciuitates regunꝛ ꝛ ad tēpus offi cium durat nō ꝑpetuo:cōſules priores antiani vel aliis nominibus nūcupantur . Et imperiū quidē ſeu monarchia mundi diuerſis tēporib⁹ fuit apud varias nationes ꝛ in diuerſis parti bus mūdi. Quattuor eñ monarchie fuerūt figurate per quattuor animalia que vidit Da niel propheta exire de mari magno. Dañ.vij. Monar chia ſi gurat.

Prima enim ſimilis leene fuit monarchia aſſyriorū que cepit a nino: ꝛ finita eſt in baltha ſar .vt patet Dañ.v. Scdā ſimilis viſo fuit perſarum ꝛ medoꝝ que inchoata eſt in Cyro:ꝛ terminata in dario vltimo deuicto ab alexan dro magno. Tertia fuit grecoꝝ ſimilis par do que initiū ſumpſit in alexandro: et quaſi in eo finē habuit : diuiſum eſt dominiū eius poſt mortem in plures reges. vt patet.j.Macha.j. Quarta fuit romanorū ſimilis ferocis be ſtie diſſimilis aliis . Huius principium fuit in Julio ceſare qui ſibi vſurpauit imperium : ſed perfectionem habuit in ſucceſſore eius imme diato Octauiano. Romani autem ipſi ortum habuerunt a Romulo: qui primus vrbem Ro mam condidit paruam tunc in monte auentia no tempore Achaz regis Jude . Et hoc fuit a creatione mundi. anno . iiij . M . cccclxxxix. et poſt.dccl. annos ab ipſius vrbis prima edifi catione natus eſt ieſus chriſtus anno imperij

ipſi⁹ Octauiani.xlij. Et primo quidē roma re-
cta eſt ꝛ gubernata per reges: qui ſeptē fuerūt
ſibiīnuicē ſuccedētes icipiētes a romulo: ꝛ ter
minātes in tarquiniū ſuperbum. Deinde per
conſules duos qui creabanꝫ per annū: quibus
aliqñ additi ſunt tribuni et pretores: demū ꝑ
imperatores: et adhuc permanet talis monar
chia. Nā imperator vl rex romanorū mutata
eſt tamē monarchia quātū ad locū. Nā ſedem
romani imperij q̄ erat in occidēte.ſ.rome Con
ſtātinus imperator conuerſus ad fidē ſub quo
imperiū collū ſuppoſuit iugo xp̄i: tranſtulit in
orientē.i.cōſtantinopolim ab eo amplificatā: ꝛ
ab ipſo poſtea denominatā circa ānos dñi.ccl.
vel circa. Et ſedē ſummi pontificat⁹ Silueſtro
et ſucceſſorib⁹ in vrbe dimiſit: multis ciuitati-
bus et ꝓuincijs in italia ſibi donatis. Deinde
imperiū romanorū tranſlatū eſt de cōſtantino
poli in Franciā per adrianū papā: collato im-
perio karolo magno regi Francoꝝ: q: italiam
liberauit de manu ꝛ dñio lōgobardoꝝ: et mul-
tū exaltauit chriſtianitatē: ex bellis victorio-
ſus cōtra infideles precipue ſaracenos. Et hoc
anno dñi octingētesimo vel circa. Demū trāſla
tū eſt de Francia in alemaniā. dato impio pri-
mo Othoni anno dñi nongenteſimo vel circa.
Et apud eos durat adhuc anno in quo ſumus
ſcȝ. M.cccc.xlviij. Sȝ hoc mutatū eſt ꝙ vbi pri⁹
imperiū dabaꝫ per ſucceſſionē ſuccedētib⁹ fi-
lijs parētib⁹ ſuis: per papā ordinatū eſt ꝙ de-
tur per electionē q̄ fit a ſeptem prelatis ꝛ cōfir
maꝫ ꝑ papā: ꝛ per eū coronaꝫ. Poſt imperato
rē ſunt reges plures in ppl'o chriſtiano. vt rex
Francie: rex anglie: rex aragonie: rex caſtelle:
rex nauarre: rex portugalie: rex ſicilie: rex da-
cie. rex cypri. Et cū oēs dñi et reges ſeculares
deberēt eſſe ſub impatore: mlt̄i tñ reges nō re-
cognoſcūt eū vt ſuperiorē ſuū: tuētes ſe vel priui
legio ſiue alio iure vel poti⁹ de facto: vt rex frā
cie ꝛ dux venetiarū ꝛ alij dñi. De quolibet er-
go principe iuſto ſiue impatore ſiue rege ſiue
aliter rectore poteſt dici illud. Cōſtituit eū pri
cipē ꝛc. Et de hac materia habeꝫ in.c. ſequēti.
Et multa etiā in tit. de ſummo pōtifice ꝛ pote-
ſtate ei⁹. Cōſtituit eū dñm dom⁹ ſue. ꝛ pñ. oīs
poſſeſſionis ſue. In quib⁹ verbis tria poſſunt
notari que debēt eſſe in domino temporali.
¶ Ut nō habeat dñiū vſurpatū: ibi. Cōſtituit.
¶ Ut poſſideat virtutē ꝑ ornatū: ibi. eum.
¶ Ut exerceat actū regulatū. ibi. dñm dom⁹.

¶ Quantum ad primum §.I.

ſicut ioſeph de quo loquiꝫ. pſ̄. non ſibi accepit
dñium et principatū: ſȝ is q̄ poterat.ſ. rex egy-
pti eum conſtituit dñm ꝛ principē. Ita ad hoc
vt quis ſit dñs verus oportet ꝙ cōſtituaꝫ dñs
ab eo qui pōt: ꝛ non ſibi vſurpet. Dicit eñ Leo
papa. Principatus quē metus extorſit.i. vio-
lentia: aut ambitus occupauit: etſi actibus vel
moribus nō offendat: ipſius tñ initiū ſui eſt pni
cioſus exemplo.j.q.j. principatus. Unñ ꝛ xp̄s q̄
eſt rex regū ꝛ dñs dominantiū non ſibi vſurpa-
uit dominiū: ſed ait pſ̄.ij. Ego cōſtitutus ſum
rex ab eo.ſ. deo. Tūc autē pōt quis dici dñs ab
eo/ qñ poſit⁹ eſt in dominio legitimo modo vel
a deo immediate: ſicut Moyſen cōſtituit prin- Exo. iij
cipem populi ſui: et Saulem primū regem po- j. Reg. x
puli ſui: et male ſe habentē in principatu: Da- j. re. xiij
uid hominē ſm cor ſuuȝ: vel mediate a populo
vel collegio ſeu principe qui hȝ iuſte hāc pote-
ſtatē: ſicut Ioiadas ſummus ſacerdos cū con
ſenſu populi conſtituit regē iuda Ioas adhuc
paruulū occiſa Athalia q̄ ſibi vſurpauerat re-
gnū.ij. Paraꝫ.xxiij. Et Adrianus papa cōſti-
tuit Karolū imperatorē. Et rex aliquis dat du
catū vel dominiū alicuius ciuitatis ſiue alicui:
ſicut Pharao rex egypti dedit principatū Io
ſeph ꝛ cōſtituit eum dñm ꝛc. Si eñ aliqs dñs
iniuſte capit vel tenet aliquā ciuitatem vel ca
ſtrū ſine legitimo titulo: fur et latro eſt. Sicut
Abſalon q̄ per fraudē ꝛ violētiā abſtulit regnū
patris ſui Dauid: ſed valde modico tp̄e gaui-
ſus eſt ꝛ deuictus vt latro fugiēs in mulo ꝑ co-
mā capitis in arbore ſuſpēſus remanens occi-
ſus eſt.ij. Reg.xviij. Talis ergo q̄ tenet domi-
niū vſurpatū cōtinue in pctō mortali ꝑmanet.
Nec ſaluari poteſt niſi reſtituēdo ei cuius eſt.
Teneꝫ etiā ad reſtitutionē oīm reddituū quos
habuit ab illis locis vſurpatis ꝛ expēſis habi-
tis. Et vt homicida eſt iudicādus q̄tuȝ ad eos
quos fecit per ſe vel ſuos officiales occidi vel
mutilari: lȝ illi digni fuerint morte ꝓpter ma-
leficia ꝑpetrata.xxiij.q.v. ſi nō licet. Nec debȝ
abſolui qñ hoc clarum eſt: niſi diſponat ſe ad ſa-
tiſfaciendū ꝛ dimittendū ſi titulum iuſtificatū
habere nō poſſit. ar. de pe. di.v. falſas. Et dicit
Hoſti. extra de iudi. nouit. ꝙ nulla ciuitas pōt
ſe dare alicui dño/ nec pōt titulū dñij iuſtifica
re: q: hoc eſſet in preiudiciū impatoris: qđ eſt
intelligēdum de ciuitatibus vel caſtris ſubie-
ctis imperio. Nam de his que ſunt de iuriſdi
tione eccleſie collatio vel iuſtificatio tituli ꝑti
net ad papā: ſicut in marchia plures ciuitates
collate ſunt ab eo diuerſis perſonis in vicaria-
tum: de certis tributis annalib⁹ reddēdo. Di-
cit etiā Arch. ꝙ q̄uis crimē leſe maieſtatis ha-
beat locū in perſonā inferiorez a principe.i. in
alijs dñis q̄ in imperatore: vt colligi pōt.ij.q.
j. in primis. §. de perſona ep̄i. Hoc tñ intelligit
de dño qui hȝ iuſtū titulū: ſed aliquis tyrānus
dici pōt: et debet etiā qui hȝ iuſtum titulū: ſi nō
querit de ſubditis vtilitatē ꝛ boni cōis/ ſed ꝓ-

priam vtilitatē ⁊ cōmoditatē: faciens iniuſtas extorſiones/leges/⁊ mandata iniqua: vt dicit Tho.in li.de regimine principū. Vex talibus dn̄is habētibus manifeſte iniuſtum dominiū: q̄uis ſubditi non teneant̄ obedire/nec eis ſol
ğ.ij.q. uere tributa vel gabellas ⁊ hmōi:tn̄ ſm Tho.
cxl. ar. in ſum.ad vitandū ſcandalū ſuū et aliorū bonū
vi.ad eſt obedire ⁊ reuereri in his que nō ſunt cōtra
iij. deū.Vn̄ Amb.Julianus imperator q̄uis eſſet apoſtata/habebat tn̄ ſub ſe xp̄ianos milites quibꝰ cū dicebat:ꝓducite aciem ꝓ defenſione reipubli.obediebāt ei. Cū aūt diceret:ꝓducite arma in xp̄ianos: tunc recognoſcebāt imperatorē celi.xj.q.iij.Julianus.Habētibus vero iuſtū dominiū quantūcūq; malis tenent̄ ſubditi obedire i licitis ⁊ reuereri ⁊ collectas ⁊ gabellas legitimas ſoluere. Vn̄ princeps ap̄ſtorū in prima canonica.Obedite dn̄is veſtris:non tm̄ bonis ⁊ modeſtis/ſed etiā diſcholis.Et Rom̄. xiij.Qui poteſtati reſiſtit/dei ordinationi reſiſtit:et ipſe ſibi damnationē acquirit. Nā vt ait Aug.de ciui.dei. Prouidētia diuina regna cōſtituunt̄ humana:ſicut dictum fuit a deo nabuchodonoſor monarche. Sciant hoīes q: dominatur altiſſimus in regno hominū ſcz ꝓuidentia ſua:⁊ cuicunq; voluerit dabit illud ⁊ humillimū.i.viliſſimū conſtituet ſuper illud: cum.ſ. ſibi placuerit.Dan̄.iiij.ſicut patet exemplū de Joſeph qui de carcere trāſiuit ad dominium. Conſtituit em̄ eum dn̄m ⁊c.Et hec de primo.

Quantū ad ſecundū debet §.II.

dn̄s quilibet ⁊ rector eſſe virtutibus ornatus: ſicut fuit Joſeph dn̄s cōſtitutus.Ad ip̄m ei refertur cū dicit eum.ſ.Joſeph de quo immediate locutus fuerit. Sap̄.j.Diligite iuſtitiā q̄ iudicatis terrā:ſentite de dn̄o i bonitate. Juſtitia aūt eſt oīs virtus: nec heſperus nec lucifer eſt ita clarꝰ ait ph̄s.v.eth̄.vt em̄ ait.Leo papa. Integritas p̄ſidētiū ſalꝰ eſt ſubditoꝝ. Nā totꝰ dn̄i familie ſtatꝰ ⁊ ordo nutabit:ſi qd̄ requirit̄ in corpe:nō inueniat̄ i capite.i.rectore a dn̄o.di.lxj miramur.Et Jſid.Juſtū eſt principē obtēꝑare legibꝰ ſuis:tūc em̄ iura ab aliis ſeruāda exiſtimet:qn̄ ip̄e eis p̄mꝰ reuerētiā p̄bet.di.ix.c.Juſtū Jmitet̄ g̊ dn̄s q̄libz t̄palis dn̄z ioſeph q̄ iterpretat̄ augmētū: q: auctꝰ fuit i oī v̄tute ab adoleſcētia ſua Jn cuiꝰ figurā pr̄ eiꝰ fecit ei tunicā polimitā.i.variis coloribꝰ itextā: ⁊ talarē.i. vſq;ad pedes.Geneſ.xxxvij.q̄ ſignificat cōuerſationem eiꝰ variis v̄tutibꝰ ornatā:et in bono vſq; ad finez perſeuerātē in virtutibus:videlz

- In venereorum caſtimonia.
- In diuinorum ſapientia.
- In agendorum prudentia.
- In aduerſorum benigna patientia.

Manifeſtū eſt de caſti- §.III.

tate ioſeph cū expoſuerit ſe periculo mortis: ⁊ incurreret ſqualorē carcerj ⁊ notā infamie ne ſcelus adulterij ꝑpetraret:ad qd̄ dn̄a ſua vxor patroni eiꝰ inuitabat:⁊ ſepe blādiciis ⁊ ꝓmiſſionibꝰ variis alliciebat.vt ptz Gen̄.xxxix.Sit g̊ dn̄s caſtus et pudicus:ſit cōtentus vxore ſua. nō querat alienas vel concubinas:ſeruet illud Tob.iiij.Preter vxorē tuā nunq̄ patiaris crimen ſcire.Nā fornicatores et adulteros iudicabit deꝰ.Heb̄.xiij.Et ſicut dn̄s in ſe dz eſſe caſtus idē querere dz in familia ſua. Lex oīs diuina pariter ⁊ humana etiā ethnicoꝝ mandat adulteria: inceſtus et vicia cōtra naturā acriter puniri. Seruari faciat legez in ſe ⁊ familia ſua:ſicut fecit ille gētilis dn̄s Chalencus:q̄ cū reperiſſet filiū ſuū adulteriū perpetraſſe: ⁊ ſm legē adulter deberet oc̄lis priuari populū ſuū ꝓ eo intercedētem in parte exaudiuit: vno tm̄ oc̄lo ſibi eruto:⁊ vt lex firma maneret ſibi aliū oculū erui fecit. O quanta mala ſequūt̄ effrenem libidinē dominoꝝ et ſuoꝝ curialiū:quot homicidia et extermīnia regnoꝝ. Rex Salomon ꝓpter amorē mulierū inordinatum infatuatus eſt:⁊ in cultū idolatrie cecidit.iij.Reg. xj.Antonius q: repudiauit vxorē ſororē Octauiani/⁊ adheſit libidinoſe regine egypti Cleopatre:amiſit regnū totius orientis:deuictꝰ ab Octauiano bello nauali ⁊ terreſtri:⁊ demū ſeipſum occidens/⁊ merito: q: vt dicit̄.ij.q.j.ſcelus.Rex dici non pōt qui nullo ſalubri regimine corpꝰ regit: ſed lubrica eneruatiōe illicitis motibus eiꝰ cedit. Et vt dicit Sen̄. Nichil tā mortiferū humanis ingeniis vt luxuria eſt: et ideo caueat ne in ſe ⁊ populo ſuo libido dominet̄:ſed virtꝰ caſtitatis eniteat.Sap̄.iiij.O q̄ pulchra eſt caſta generatio cum claritate ⁊c.

Secundo fuit Joſeph ſa- §.IIII.

piētia decoratus.ſ.cognitione diuinoꝝ: vt ptz. in expoſitiōe ſomnioꝝ regis Pharaonis ⁊ ſeruoꝝ eius.Gen̄.xlj.Unde ⁊ Sap̄.vj.dicitur.Si delectamini regnis ⁊ ſedibus o reges populi: diligite ſapientiā vt in perpetuū regnetis. Et Plato aſſerebat reſpublicas fore btās ſi eas regerent ſapiētes:vel qui ſapientie vacarent. Propter hoc mandauit dn̄s vt rex cōſtitutus in populo deberet habere ſecū legem dn̄i ſcriptā:vt i ea ſepe legeret ⁊ in diuinis inſtruerent̄. Alexāder magnus habuit in magiſtrū Ariſt. ſummū ph̄oꝝ. Karolus magnus alchuinū doctiſſimū in omnibus ⁊ ſanctū virū: ſanctus Ludouicus rex francoꝝ habuit in magiſtros magnos theologos magiſtros predicatoꝝ et minoꝝ ſanctos viros. Tales igitur viros ꝓbos ⁊ doctos dz quilibet dn̄s ꝓcurare ſecū habere:

ꝓ inſtructione ſui ⁊ cōſultatione ⁊ eruditione
ſubditoꝝ in his que ſunt xp̄iane religiōis. Et
quidē pꝛimus dux populi iſrael a deo cōſtitu=
tus Moyſes eruditiſſimus fuit in omni ſapiē=
tia egyptioꝝ/⁊ chaldeoꝝ/⁊ diuinoꝝ. Daniel
cū ſocijs cōſtituti pꝛincipes ꝓuinciarū a rege
nabuchodonoſoꝛ fuerūt eruditiſſimi in huma
na ⁊ diuina ſapiētia. Ptolome⁹ philadelphus
rex egypti doctiſſim⁹ ⁊ ita ſtudioſus: vt.lx.mi=
lia volumina libꝛoꝝ i ſua bibliotheca ꝓcurauе
rit. Juli⁹ ceſar ⁊ Octauian⁹ pꝛimi impatores
fuerūt pitiſſimi in ſciētijs humanis: ⁊ merito.
Dicit eñ Sap̄.vj. Rex ſapiēs ſtabilitas ppl̄i.

¶Tertio fuit Joſeph pꝛudēs §.V.
in agendis: vt ptʒ in ꝓuiſione neceſſarioꝝ ꝓ
tēpoꝛe famis future cōgregare faciēdo triticū:
⁊ in diſpenſatiōe diſcreta eoꝝ tēpoꝛe et modo
cōgruo: ⁊ oꝛdinatione ſuoꝝ fratrum in exerci=
tijs ⁊ alijs: vt ptʒ Gene.xlvij. Quiſputas fide=
lis diſpenſatoꝛ ⁊ pꝛudēs quē conſtituit dñs ſu
per familiaʒ ſuam? Mat.xxiiij.q.d.rarus eſt.
Debet ergo dñs eſſe pꝛudens in ꝓuidendo po
pulo ⁊ ciuitati neceſſaria ꝓ tempoꝛe nō ſolum
pꝛeſenti: ſed futuro in obuiādo periculis: in di
ſpenſandis neceſſarijs ⁊ officijs. Et (vt dicit ca
non) nec alicui cōcedendū eſt vnde alij ſcrupu=
loſo coꝛde moueant. Et ſeruādū illud: Tēpoꝛe
nō omni/nō omnibus omnia credas. Qui faci
le credit/credit eſſe miſer. Sicut fecit Amon.
Nam cū ad eū conſolandū ſuper moꝛte patris
miſit Dauid oꝛatoꝛes vt ad amicū: ſui cōſilia=
ij.reg.x. rij dixerunt ei ꝙ non cauſa amicitie/ſed ad ex=
ploꝛandā terrā ſuā miſerat. Qđ ille nimis fa=
cile ad credēdum audiens/dehoneſtauit illos
oꝛatoꝛes pꝛecidēdo veſtes eoꝝ vſqꝫ ad nates:
⁊ radendo dimidiū barbe eoꝛum: ꝓpter quam
iniuriam Dauid iſte mouit bellum contra eū:
vicit/⁊ dure puniuit eū. Sit quoqꝫ pꝛudens in
vitando bella cū poteſt: qꝛ varius euentus bel
li. Et vt dicit gl. oꝛdinaria ſup epiſtolas Pau
li. In pace pꝛincipū quies et vigoꝛ ſeruatur ec
cleſiarū. Nā in bellis tepeſcit pietas: diſcipli=
na ſcʒ coꝛrectionis diſſoluitur/ et caſtitas vio=
latur: et alia mala innumera ſequunt. Conſti=
tuat fideles ⁊ iuſtos officiales q̄ ꝓcurēt quie=
tem populi: ⁊ iuſtam equitatē ⁊ vtilitatem dñi
ſui: nō locupletationē ſui: vt cōmuniter fit per
nimias extoꝛſiones. Remoueat occaſiōes diſ=
ſenſionū cōſanguineos honoꝛabiliter tractan=
do: quietem eoꝛum nō emulationē pꝛocurādo:
vt fecit Joſeph.

¶Quarto debet eſſe cōſtans §.VI.
in aduerſis ⁊ benignus: vt non reddat malum
ꝓ malo: ſed oblitus iniuriarum humane ſe ha
beat ⁊ munifice ad inimicos vt eos ſic ad ſe tra
hat: ſicut fecit Joſeph qui non ſolum patiēter
tulit iniuriam maximā factam ſibi a fratribus
de venditione eius: ſed eis indulſit et benigne
tractauit prouidens large eis de neceſſarijs.
Sic de Julio ceſare refert Seneca: ꝙ omnium
recoꝛdabatur pꝛeterq̄ iniuriaruʒ. Sic Titus
imperatoꝛ qui ob bonitatē ſuam dictus eſt de=
litie generis humani: comperto ꝙ germanus
eius tractabat moꝛtem eius ſcʒ Domitianus:
vt in imperio ſuccederet: nil mali ſibi intulit:
ſed tñ rogauit eum lachꝛymis vt deſiſteret a
malis eius conatibus. Sic ſanctus Dauid rex ij. Regū
cum ei ſemel ſubditus eius malediceret cōtu= xvj.
melias inferendo/ ⁊ lapides contra eum iaciē
do: noluit in aliquo a ſuis ſibi moleſtiam infer
ri ſibi parcens in regnum reuerſus. Et hoc eſt
quod dominus mandauit in lege Leuiti.xix.
Nō eris memoꝛ iniurie ciuium tuoꝛum. Et in
lege euangelica. Benefacite his qui oderunt
vos. Mat.v. Sit ergo Joſeph in moꝛib⁹ qui=
libet dominus: augmentū ſcʒ virtutum conti=
nuum: augendo etiam rempublicam. Unde et
dominus oꝛbis et pꝛinceps imperatoꝛ dicitur
Auguſtus ab augendo: ſcʒ rempublicā. Et re=
cipit in ſui coꝛonatione triplicem coꝛonā. Fer
ream ab archiepiſcopo Coloniēſi aquiſgrani.
Et ſignificat conſtantiā ⁊ foꝛtitudinem ad de=
bellandum inimicos eius. Argenteam acci=
pit ab Archiepiſcopo Mediolanenſi: et ſigni=
ficat propter ſonoꝛitatem ſapientiam: et pro=
pter claritatem pꝛudentiam. Auream a papa
in eccleſia ſancti Petri: ⁊ ſignificat eius beni=
gnitatem.

¶Quantum ad tertium §.VII.
pꝛincipale debet habere actum ⁊ exercitiū re=
giminis regulatū ſm rationem: vt ſit dñs do=
mus ſue / et pꝛinceps omnis poſſeſſionis ſue. Jo. viij
Non enim eſt dñs /ſed ſeruus qui facit pecca=
tum: et tot dominoꝝ quot vicioꝛum. Regat er
go ſm regulas rationis et ſm interpꝛetationē
nominis dñs. Dicit eniʒ dñs quadrupliciter.
¶Pꝛimo: do minus ꝓpter eius parcitatem.
¶Secundo: do minas ꝓpter eius ſeueritatē.
¶Tertio: do manus propter eius pietatem.
¶Quarto: do munus ꝓpter ei⁹ liberalitatē.
¶Debet ergo dominus domui ſue dare min⁹
id eſt parum: nō pꝛodigaliter: vt faciunt cōmu
niter domini facientes magnas extoꝛſiones a
ſubditis vt poſſint facere expenſas ſuperfluas
in veſtibus ſuis et familie: in conuiuijs /ludis
⁊ mimis /et ſimilibus. Dicitur enim Sapiētie
ix. ꝙ ſapientia docet ſobꝛietatem. Uel etiā da=
re minus debet ſcʒ aliquid in penis q̄ merea=
tur vicium delinquentis: quod pertinet ad cle
mentiā que eſt diminutiua penarū ſm rationē

q.ij.q. tamēvt ponit Tho.in ſum.Un̄ Prouer.xx.de
cl vij.ar Miſericordia et veritas cuſtodiūt regē et cle-
ticu.j.⁊ mētia firmat thronꝰ eiꝰ. ¶ Debet ſecūdo dare
xxiiij.q. minas.ſcꝫ erga ſubditos incipiēdo a domo fa
ad.iij. milie ſue vitionis:vt vitia nō dimittat impuni
ta.Hiere.j. Ecce cōſtitui te ſup gētes ⁊ regna:
vt euellas et deſtruas ⁊ diſſipes ⁊ diſpdas:ſcꝫ
vitia variis modis ſm varietatem eoꝝ. Et ad
Ro.xiij. Nō ſine cauſa gladiū portat.ſ.dn̄s tē-
poralis ⁊ poteſtas.Dei em̄ miniſter eſt vindex
in irā ei qui male agit.Sicut fecit Saul ꝗ trāſ
greſſorē inuentū filiū ſuū Jonathā ſui mādati:
ꝙuis victoriā habuiſſet occidere voluit:ſed po
pulꝰ impediuit.j.Regū.xiiij. Hinc et Aug.ſu
per ps.Inuigilet diſciplina : ſicut cuiqꝫ regēti
apta et accōmodata eſt nō ſolū ep̄o regēti ple-
bē ſuā:ſed et pauperi regenti domū ſuā: diuiti
regēti familiā ſuā:iudici regenti ꝓuinciā ſuā:
regi regēti ſuā gētē . Ita nulli hoim claudēda
eſt miſericordia:nulli pctō īpunitas relaxāda
xxiij.q.iiij.Duo iſta noia. Nāvt dicit Ambro.
in li.de offi.Cū vni parcit indigno:ad ꝓlapſio
nis contagiū ꝓuocat vniuerſos.Facilitas em̄
venie incētiuū tribuit delinquēdi.xxiij.q.iiij.
Eſt iniuſta.Debet tertio dn̄s dare manꝰ adiu-
trices ad perſonas precipue miſerabiles ⁊ ab
aliis oppreſſas.ſm illud Prouer. vlti. Manū
ſuā aperuit inopi:et palmas ſuas extendit ad
paupes.Unde et Hiero.ſup Hieremiā. Regū
proprie eſt facere iudiciū et iuſticiā et liberare
de manu calumniantiū vi oppreſſos:⁊ peregri
no pupilloqꝫ et vidue qui facilius opprimūtur
a potētibus auxiliū prebere.et vt curā maiorē
eis inſereret preceptoꝝ dei intulit. Nolite con
triſtari vt nō ſolū eripiatis : ſed nec patiamini
vt veſtra negligētia eueniat eos ab aliis cōtri
ſtari:et poſtea itulit. Si hec feceritis reges iu
da tenebitis priſtinaꝫ poteſtatem. ¶ Quarto
debet dn̄s dare munus.Et primo quidē debi-
tū. vt nō faciat gratis artifices : vel agricolas
pro ſe laborare:non dando eis mercedē ſuā : ſi
cut faciūt hodie multi nō dn̄i vel officiales:ſed
tyranni ⁊ predatores cōtra illud legis. Nō mo
rabitur opus mercēnarii tui apud te vſqꝫ ma-
ne.Leuiti.xix.Deute.xxiiij.et Tob.iiij.Unde
cōtra tales inuehit Jacobꝰ apoſtolꝰ in canoni
ca ſua.c. v. Ecce merces operarioꝝ veſtroꝝ ꝗ
fraudata eſt a vobis clamat contra vos:et cla-
mor eoꝝ in aures dn̄i ſabaoth introiuit. Neqꝫ
auferat ſubditis ſua bona:vel poſſeſſiones:vel
ab inuitis extorqueat etiā per vēditionem pro
ſui cōmoditate:ſicut fecit rex Achab erga na-
both:quem quia noluit ſibi vendere vineā ſu-
am:vt de ea faceret viridarium:vxor ſua Jeza
bel peſſima fecit eū falſo accuſare de blaſphe-
mia et lapidare, et ſic ipſam vineam obtinuit.

Sed vterqꝫ mala morte periit:achab ſcilicet ⁊
iezabel.iij.Reg.xxj. Sed hoc nō eſt dare mu-
nus. Munera ſunt cum dat quis ex ſua libera
litate eccleſie piis locis ⁊ pſonis bonis vel ad
placandū malos ⁊ obuiandū nocumētis eoꝝ:
vt fecit Jacob ꝗ miſit munera ad eſau dicens.
In muneribꝰ placabo illum.Geñ.xxxij. Hinc
et Marcel.papa.Boni principis eſt ac religio
ſi eccleſias ꝯtritas atqꝫ cōciſſas reſtaurare no
uaſqꝫ edificare ⁊ dei ſacerdotes honorare atqꝫ
tueri.diſt.xcvj.boni.ſicut fecit magnꝰ ⁊ deuo-
tiſſimꝰ Cōſtātinꝰ impator:⁊ karolus qui con-
ceſſerūt maxima munera eccleſiis : ⁊ ꝙplures
de nouo edificare ceperūt. Qui ſic eſt dn̄s do-
mus ⁊ princeps in poſſeſſiōe ſua.i.in his quos
ſubiectos habet. hūc vtiqꝫ deus conſtituit hic
vt collocet eum demū cuꝫ principibus populi
ſui in celo. De vario et multiplici genere regi
minis et quomodo debeat exerceri :habes in
iiij.parte titu. de prudentia.

¶ Nota de cōditionibus §.VIII.

regis et cuiuſcūqꝫ dn̄i et principis boni/quas
ponit Aug.in.xv.lib.de ciui.dei.c. xxiiij. Re-
ges felices dicimus ſi iuſte imperāt. Si inter
linguas ſublimiter honorantiū et obſequio ni-
mis humiliter ſalutantiū nō extollūtur . Si ſe
hoies eſſe meminerint. Si ſuā poteſtatē ad dei
cultū maxime dilatandū maieſtati eiꝰ famula
tū faciunt.Si deū timēt diligūt ⁊ colūt. Si plꝰ
amāt id regnū vbi non timēt habere cōſortes.
Si tardius vindicāt:facile ignoſcūt.Si eandē
vindictā ꝓ neceſſitate regende tuēdeqꝫ reipu
blice:nō pro ſaturādis inimicitiarū odiis exer
cuerint. Si eandēveniā nō ad impunitatē ini-
quitatis:ſed ad ſpem correctiōis indulgēt. Si
qđ aſpere cogent plerūqꝫ decernere miſericor
die lenitate bñficioꝝqꝫ largitate compēſant.
Si luxuria i eis eſt tāto caſtigatior quāto poſ-
ſit eſſe liberior. Si malūt cupiditatibꝰ prauis
ꝙ quibuſlibet gētibus etiā imperare. Et ſi hec
omnia faciūt nō propter ardorem inanis glo-
rie : ſed propter claritatem felicitatis eterne.
Si pro ſuis peccatis humilitatis et orationis
et miſerationis ſacrificium deo vero immola-
re non negligunt . Hec omnia Aug. vbi ponit
xxiiij.conditiones.

¶ Notandum de quattuor §.IX.

neceſſariis rectoribus et reipublice que elicit
Helinādus hiſtoriographꝰ ex lib. Plutarchi
ad Traianū imperatorē: vt refert Uin. in ſpe.
hiſt.lib.iij.c.xxvj. Dicit ergo helinandus. Eſt
reſpublica (vt plutarcho placet) corpꝰ quoddā
qđ diuini muneris beneficio animatur : ⁊ nu-
tu ſumme equitatis agitur: ⁊ regitur quodam
moderamine rōnis. Que enim ad religionem

pertinēt: anime vicē habēt. princeps caput eſt huiꝰ corporis vni ſubiectꝰ deo ⁊ his qui vices dei agūt in terris. Cordis aūt locū ſenatꝰ obtinet. Oculoꝝ aūt ⁊ lingue officia ⁊ aurīū ſibi vēdicāt iudices ⁊ preſides ꝓuinciaꝝ. Officiales et milites manibꝰ coaptanť. q̄ ſemꝑ aſſiſtūt principi. Lateribꝰ aſſimilanť q̄ſtores ⁊ cōmētarienſes: nō illi q̄ carceribꝰ preſunt: ſed comites rerū priuatarū vētris ⁊ inteſtinoꝝ ferūt imaginē Pedes agricole ſunt. Ex his ergo quattuor ſunt q̄ plutarchꝰ principibꝰ inculcare conať. ſ. reuerētiā dei: cultū ſui: diſciplinā officialiū: et poteſtatē ⁊ effectū ⁊ ꝓtectionē ſubditorū. Deniq̄ ait. q̄duis rectiſſime geres ſi nō receſſeris a teipſo. Si primo te cōpoſueris ad virtutē recte ꝓcedēt vniuerſa. Iſta autē quattuor ſic extendit ſeu explicat Helinādus. ¶ Quo ad primū. ſ. reuerētiā dei ſic ait. Miro modo deꝰ intelligentiā ſui ſic infundit vt ſubtrahat: ſic ſubtrahit vt infundat. In multis enim multipliciter lucet. Eſt autē a maieſtate mirabilis: a ſapientia venerabilis: amabilis a bonitate. Et hic

Eccle iiij. eſt funiculꝰ triplex inter creatorē ⁊ creaturā: q̄ faciliter nō rūpitur: vt. ſ. timeať honoreť ⁊ diligať. Coliť aūt deꝰ dupliciter affectu. ſ. mētis et exhibitiōe corporis. ſ. per reuerētiā in ꝑſonis vel rebꝰ. Et in ꝑſonis q̄dē in his q̄ diuina iura miniſtrāt: deꝰ pre ceteris aut honorať aut ſpernitur: cū ſcȝ ipſi ſpernunť. Reuerētia in rebꝰ cōſiſtit aut in corporalibꝰ vt locis ſacris aut ſacrificūs: aut ī ſpūalibꝰ q̄ ſunt iura q̄ ſacris rebꝰ cōgruūt: q̄ temerare ſacrilegiū eſt: ⁊ morte expiādū. Rerū ſacrarū immunitates ꝯuellere inſurgere in deū eſt. ¶ Quo ad ſcđm cultꝰ ſui maxime in tēperātia cōſiſtit. Marcū catonē eodē vino quo remiges contentū fuiſſe tradūt. Caius curiꝰ ſabinoꝝ victor volēs agros ſuos ex ſenatuſcōſulto ampliare gregaliū portiōe cōtētus fuit: malū ciuē dicēs eſſe cui non ſatis eſſet idē qđ ceteris ciuibꝰ. ¶ Quo ad tertiū. ſ. de poteſtate et diſciplīa officialiū. nichil iniquo diuite cōſiliario pernicioſiꝰ. Prouerb. iiij. Omni cuſtodia ſerua cor tuū: q̄m ex ipſo vita procedit. Conſiliariꝰ ſcȝ aſſimilatꝰ eſt cordi. Eſt ergo ꝓuidendū poteſtati ne ꝯſiliariū indigeant: ne ve aliena immoderatiꝰ ꝯcupiſcāt. Nichil iniquiꝰ

Eccli. x q̄ amare pecuniā. Hic eñ aīam ſuā venalē habet. Nō ſolū autē in corde. i. cōſiliario: ſed etiā in vētre ⁊ in inteſtinis reipublice. i. q̄ſtoribꝰ et cōmētarienſibꝰ hec ratio ſeruāda. In lateribus quoq̄. i. illis q̄ principi ſemꝑ aſſiſtunt. Nam a cōuictu mores formātur in domibꝰ prelatoꝝ ⁊ principū. Hodie oīa venalia ſunt: fruſtra apud curiales de teſtimonio cōſcientie / de venuſtate morū / de torrente eloquentie: niſi precio interueniēte ꝯſidis. Ego eñ credo me vidiſſe oſtiarios cerbero duriores. Apud inferos tātū cerberus (vt aiūt) vnus eſt: ſed quot ſunt diuerticula curiarū: tot cerberi. Tota aūt familia aut mordet aut latrat. Vetus prouerbiū eſt. Manꝰ vacua temeraria petitio eſt apđ aduocatos et ipſum ſilētiū venale eſt. Cauſidicorū lingua dānifica ē: niſi eā (vt dici ſolet) funibꝰ argēteis vincias. In lege ſcriptū eſt. Deu. xvj. Iuſte qđ iuſtū eſt exequeris Lege quoq̄ iulia repetundarū munera iudices accipe ꝓhibenť. In epiſtola tamen Seueri imperatoris vetꝰ ꝓuerb. eſt. Nec ſemꝑ nec ab oībus. ſ. munera accipiēda. Nā valde eſt inhumanū a nemine accipe: paſſim viliſſimū: per oīa auariſſimū. ¶ De publicis exactoribꝰ egregie ait Laurētiꝰ mediolañ. epūs de talibꝰ. Publicanus. i. publicꝰ exactor caput eſt rapine. lex violētie. predo ſine pudore. medicꝰ exterminū. imanior furibꝰ. Nam

De publicis exactoribus.

videndū eſt ſi dn̄s ſit vnus vel plures: ſi officia dedit vel tallias vel gabellas ⁊ hmōi perſonis de quib⁹ poteſt preſumi ꝙ nō ſint vtiles ⁊ iuſti in talib⁹ officijs vel actib⁹: vel ſi vendidit precio tanto ꝙ emptores recuperare non poſſint ſine grauamine ſubditorū: in vtroq3 enim caſu peccauit ⁊ tenetur de damnis inde ſecutis: alˀs autē licet tolerari poſſet hoc ſc3 vendere hmōi officia: non tamē expedit nec habet bonā ſpeciem: ideo potius eligendi ſunt ad officiū idonei ⁊ cogēdi ꝙ̄ ſint vendēda talia officia. Tho.

Opuſ. xvj. in epiſtola ad quandā duciſſam.

¶ Item ſi mutuum det ſub= §. II.

ditus ſuperioribus dn̄is: vt ex mutuo ſibi detur officiu3 ex quo officio ſatiſfaciat ſibi: vel ſi mutuo accepit ipſe a ſuis ſubditis hoc pacto vt det eis officiū: ex quo officio ſatiſfaciat eis: in vtroq3 caſu pactum vſurarium. Tho. ij. ij. q. lxxviij. ar. ij. ad. iij. ⁊. vj. vide in ſum. Itē ſi officiales magnos tyrannos ⁊ iniuſtos poſuit vel imperitos negocioꝝ ſcienter vel ex negligētia vel etiā vt minus expenderet: peccat grauiter et tenetur de damnis que inde ſequūtur: quia qui occaſionē damni dat damnū quoq3 dediſſe videtur. ij. q. j. notum. in glo.

¶ Item ſi dn̄s eſt vnus vel §. III.

plures: non debent iniuſtas vel indebitas tallias vel collectas exigere a ſubditis. Eſt autē hmōi tallia vel collecta vel exactio iniuſta et indebita quādo videl3 eſt vltra id de quo cōueniunt ſecū ſubditi vel cū anteceſſorib⁹ ſuis bona fide ⁊ ſine vlla coactione ſi in inſtrumēto vel pacto determinata eſt quātitas. Silr̄ eſt iniuſta qn̄ etſi nō eſſet quātitas determinata ſed indefinita cōtinetur in inſtrumēto vel pacto ꝙ poſſit exigere: nimis grauat inſpecta ꝯditiōe: et hoc arbitrio boni viri. Eſt etiā iniuſta ſi nouā exigit ⁊ cauſa iuſta neſcit̄ ⁊ hmōi. Eſt etiā iniuſta ſi qñcūq3 nō exitit memoria in ꝯtrariū: tamen nō implet dn̄s illud propter qđ inſtituta. vtputa ſi deberet tenere officiu3 vel viā ſecurā vel defendere eos quod nō facit ex negligētia auaricia vel ꝓpria malicia. Cogendo ad hmōi exactiones directe ꝑ ſe vel ſuos: rapinā facit ⁊ tenet̄ reſtituere. Et dicit̄ indirecte cogere qn̄ propter hoc negat eis iuſticia3 vel nō defendit eas ⁊ hmōi. Sponte oblata ſine vlla fraude poteſt accipere. j. q. ij. placuit. Guil. Itē ſi ſpoliauit ſuos volētes ad aliū locū vel dn̄m ſe ꝯferre: rapina eſt. niſi certū eſſet ꝙ a principe in cōceſſione terre fuiſſet impoſitū tale onus expreſſe: quia tūc tolerari poſſet. Et idē qn̄ eſſet cōſuetū etiā vt acciperent quantū vellent de mobilib⁹ ſuoꝝ ſubditoꝝ: dūmodo eos vltra modum non grauent remanentes vel recedentes. Guil.

¶ Item ſi dn̄s ea que erant §. IIII.

cōitatis ſibi vſurpauit. vt ſiluas cāpos paſcua et hmōi / rapina eſt ⁊ tenet̄ dimittere: ⁊ de fructib⁹ male ablatꝭ ſatiſfaciat. xiiij. q. vj. c. ſi res. ¶ Itē ſi ſuos ſubditos vel peregrinos nō habentes ꝯſanguineos non dimiſit diſponere de bonis ſuis in morte vt eis placuit: vel eis mortuis teſtatis vel inteſtatis coꝝ bona vſurpauit rapina eſt: et tenetur reſtituere vel pauperib⁹ erogare. ¶ Ite3 ſi a vaſſallis vel alijs ſubditis exigit ſeruitia indebita. ſ. faciendo laborare in vineis et cāpis ſiue ducere ligna vel victualia ad domū ⁊ hmōi: vel aīalia coꝝ fatigādo in factis ſuis ꝓprijs: ⁊ non ſoluit eis debitū preciū ſui laboris: rapinā cōmiſit. Et ſi talia fecit fieri dieb⁹ feſtis adhuc aliud pctm̄ eſt. diſti. lxxxvj. an putatis. niſi talia ſponte facerēt gratis: vel eis aliquo modo recōpenſaret in alio. ¶ Itē ſi coegit eos vēdere ei victualia vel alia: qn̄ ſunt in bono foro vt meſſiū tēpore: cū illi vellent ea reſeruare ⁊ ad emendū qđ nollent: in vtroq3 caſu grauiter peccat: ⁊ tenet̄ eis de dāno qđ inde ſuſcipiūt. ¶ Item ſi in terra ſua ſuſtineat menſuras vel pondera iniuſtā: iniuſtū preciū rerū venialium: particeps eſt criminis immo quaſi pricipalis. vnde tenet̄ ad ſatiſfaciendū. ¶ Itē ſi officiales vel alios de familia ſua offendētes non punivit ⁊ ſatiſfacere fecit q2 tenet̄. Augu. ad Euſto. Pro oībus tibi ſubditis qui ī domo tua ſunt oportet te reddere rationē. ¶ Item ſi ſpoliauit vel ſpoliare fecit vel ad hoc fauit nau

fragantes ⁊ bona eoꝝ vel bona peregrinoꝝ in locis decedentiū rapina eſt. ¶ Item ſi aliquā iniuriā fecit dn̄o vel alienādo feudū vel diminuendo ⁊ hmōi: vel ſi obſequiū debitū nō preſtitit vltra pactū: tenetur ad ſatiſfactionē.

¶ Item ſi dn̄s immunitatem §.V.

eccleſiarū violauerit vt faciendo extrahere per vim cōfugientes ad eccleſiā debitores vel etiā malefactores: niſi eſſent publici latrones vel nocturni populatores agroꝝ: vel iniuriā feciſſent loco ſacro: ſeu al's miniſtrantib⁹. de quib⁹ vide. ſ. in ti. xij. c. iij. de imu. eccl'. et in ſummis. quia ſacrilegiū cōmiſit et mortaliter peccauit. xvij. q. iiij. quiſquis. ¶ Itē ſi ꝓpter eū ciuitas vel terra fuit interdicto ſuppoſita in quo caſu multa mala ſup ſe cumulauit: ⁊ quare de cauſa interdicti poſita: ⁊ ſi ſeruauit. ¶ Item ſi faciendo venationes ⁊ aucupia cōculcauit per ſe vel p ſuos ſegetes alioꝝ: q: peccat et tenet̄ ad emendā. ¶ Itē ſi nimis talibus vacauit: et in hmōi ſuos grauauit ſubditos: et maxime ſi fecit fieri in dieb⁹ dn̄icis ⁊ feſtis ⁊ p hoc retraxit ſuos a diuinis: q: eoꝝ pctā ſibi etiā imputant̄. diſt. lxxxvj. an putatis. ¶ Itez ſi coegit ſubditos ad cōtrahendū matrimoniū ꝯtra volūtatē eoꝝ/vel cū quali pſona non placebat: q: peccauit mortaliter ⁊ damna ⁊ mala q̄ inde ꝓueniūt ſibi iputant̄. ¶ Itē ſi induxit vel ſuſtinuit malas cōſuetudies cū extirpare potuit ſine periculo ſcandali: vt ludū in natali ad taxillos: ludos noxios in carniſpriuio ⁊ huiuſmodi: quia grauiter peccauit ⁊ reus eſt illoꝝ maloꝝ. diſt. lxxxiij. error. ¶ Itez ſi ſeditiones ⁊ diſcordias necnon ⁊ partialitates nutriuit ⁊ non abſtulit vt potuit dignum ⁊ idoneum.

¶ Sciendū igitur ꝙ quādo §.VI.

dn̄s ſine iuſta cauſa extorquet a ſubditis: tenetur ad reſtitutionē ſm Ray. Unde ſi velit ludere vel vltra vires ad vanitatē exponere: vel ſi in bello qḋ ex parte ſua iniuſtū erat cogat̄ ſe redimere: tūc ſi qd per eū vel eius officiales a ſubditis exactū eſt ⁊ ad dn̄os ipſos ꝑuenit: tenent̄ reſtituere illis a qbus exactū eſt ſi ſciunt̄: al's in pias cauſas vel vtilitatē cōem. Si autē
Opuſ. M. ad eos nō ꝑuenit: nichilomin⁹ officiales ſuos ad reſtitutionē cōpellet Cō. Tho. in epl'a quadā ad ducīſſam brabātie. Et nota ꝙ in aliqbus caſib⁹ poteſt dn̄s a ſubditis exigere vltra ꝯſuetū: vel vltra cōe ſtatutū ſm Ray. ⁊ Hoſt. Et primo quidē pro defenſione terre ſue. Ad hoc eñi tenent̄ oēs: nō ſolū de rebus ſed etiā corporaliter laborare vt ſic ſeipſos ſaluent. xxiij. q. iij. fortitudo. ex̄ de imu. eccl'. ꝑuenit. ¶ Itē ſi dn̄s vult ire in exercitū indictū ab eccleſia vel principe cōtra hereticos vel paganos: nec ſufficit ad expenſas poteſt a ſubditis exigere moderatū auxiliū. ¶ Item ſi in bello ex parte ſua iuſto fuit captus ab hoſtib⁹ nec ſufficit ſe redimere abſq; graui dāno. ¶ Itē ſi vult ire ad principē ꝓ obtinēdo priuilegio ꝓtectionis ſpecialis ꝓ ſe ⁊ ſubditis ⁊ non poteſt cōmode expenſas ad hoc facere neceſſarias/et ſi qua alia cauſa ſilis emergat: puta qn̄ maritat filiā: nā acquirit ſibi amicos ⁊ affines. Aut qn̄ facit filiū militē: aut accipit qḋ erat feudū ſuū: vel nouū feudū acqrit: vel ad refectionē pontiū ⁊ viarū: vel qn̄ ſine culpa depauperat⁹ eſt vel obligatus ⁊ dū tamē ſemp moderate ⁊ nō ad grauamen exigat. x. q. iij. vnio. circa mediū. ex̄ de cen. cū apl's. §. prohibemus. xxij. q. v. de forma fidelitatis. Qḋ ſi qui impendāt legato vel aliis maiorib⁹ deinde propter hoc plus a ſubditis extorqueāt ꝙ expendāt: tenētur extorta reſtituere ⁊ tantūdem pauperib⁹ erogare. Superior etiā cū fuerit de hoc querela deportata: ſi in hoc negligēs fuerit canonice ſubiaceat vltioni. extra de immu. eccle. c. quia pleriq;.

¶ Queritur vtrum peccet §.VII.

princeps vel dn̄s cōcedendo alicui in terra ſua ꝙ mutuet pecuniā ad vſurā. R̄ndet Ioh. neapol'. in qōlibe. x. ꝙ differētia eſt inter cōceſſionē per quā de nō licito fit licitū: vt ſi papa cōcederet alicui licētiaz ꝙ comederet carnes in. xl. ex aliqua cauſa rationabili: vel vt contraheret in gradu ꝓhibito: et permiſſionē per quā tolerat̄ ſeu diſſimulat̄ ⁊ non punit̄ qḋ alias puniretur ſi non pmitteretur. Princeps igitur ſi cōcedit talem licentiā primo modo peccat. Et hoc probatur duplici ratione. Prima quia qḋ eſt ꝓhibitū p ſuperiorē ⁊ legē eius: nō poteſt cōcedi p inferiorē ⁊ legē eius licite: ⁊ ſi cōcedit de facto peccat: ſed mutuare ad vſurā eſt ꝓhibitū a deo et p legē eius. ergo ⁊c̄. Scḋa ratio eſt quia qḋ eſt iniuſtū de ſui natura nō poteſt fieri iuſtū vel licitū per principē vel per legē eius: q: ius poſitiuū non eſt cōtrariū iuri naturali: ſed determinatio eius: ſed mutuare ad vſurā eſt iniuſtū de ſui natura. ergo ⁊c̄. Scḋo modo ſcz cū cōcedit. i. tolerat ſeu diſſimulat ⁊ non punit illicitū: que dicit̄ potius pmiſſio ꝙ ꝯceſſio: videt̄ licitū quantū ad pmittentē: non autē quantū ad facientē actū illicitū. Si ergo princeps pmittit ſubditis ſuis mutuare ad vſurā videt̄ ꝙ liceat. Huius ratio eſt: quia illud qḋ expedit multitudini ꝙ pmittat̄: ſi princeps pmittat nō peccat: quia bonū multitudinis debet intēdere vt finē regiminis: ſed ꝙ aliqui mutuent ad vſurā expedit multitudini: q: ſi ꝓhiberent̄ diſtricte vſure multe vtilitates multoꝝ ipedirent̄ ꝓpter defectū pecunie mutuate: q: pauci reperiūtur

qui mutuent ſine lucro: nõ ergo peccat pͥnceps permittendo ſi iudicat hoc ſubditis expedire. hec ille. Et nota qd̾ dicit Pe. de pa. ꝙ dñi q̄ talliant iudeos vel alios quos ſciũt nichil habere niſi de vſuris: tenent̃ ad reſtituendũ his a quibus extorſerũt vſurarij illas ſicut ꝛ pͥuate pſone. Guil. plus addit di. ꝙ reges et principes q̄ cũ poſſint nõ cõpellunt ſuos ad reſtituẽdũ vſuras: tenent̃ etiam ſi nichil ꝑuenit ad eos. Frã. de zabarel. dicit ꝙ pͥncipes ſeculares poſſunt cogere iudeos ad reſtituendũ vſuras. extra de vſuris. poſt miſerabilẽ. ꝙ ſi negligẽtes fuerint ꝓcedit iudex eccleſiaſticus iuxta tenorẽ. extra eo. c. quãto. Ubi aũt eccl̃ia hʒ iuriſditionẽ tpalem: põt etiã ſine negligẽtia principis ſecłaris iudex eccleſiaſticus ꝓcedere cõtra iudeos vel xp̄ianos vel alienigenas vſurarios. Nota etiã ꝙ principes vel comites nõ poſſunt cõducere vel tenere iudeos vel xp̄ianos vel alienigenas ad exercendũ publicum fenus ſine licentia pape. Et hoc dicetur in titu. de excom.

De feudis ꝛ feudatarijs. Cap.v.

Quia multi dñi habent feuda a ſuis ſuperioribus: ꝛ etiã ipſi dant feuda ſuis ſubditis: aliq̄d breuiter de iſta materia videndũ eſt. Ubi p̄io ſciendum eſt ꝙ feudũ eſt cõceſſio rei immobilis facta ꝓ homagio. extra de ſimo. ex diligenti. Et aliud eſt paternum qd̾. ſ. a patre vel quocũq; de ſuꝑioribꝰ eſt acquiſitũ. Aliud maternũ qd̾. ſ. de femina eſt acquiſitũ. Itẽ feudoꝝ aliud eſt conditionale. ſ. qd̾ dat̃ ad certũ ſeruitiũ ſeu cõditionẽ: aliud non cõditionale. Item quoddã eſt perpetuũ qd̾. ſ. tranſit ad heredes: quoddã nõ. Sciẽdũ etiã ꝙ ſunt quedã incorꝑalia que q̄n̄q; dant̃ loco feudi: vt guardia vel caſtaldia. Nota etiã ꝙ res immobilis eccl̃ie non põt de nouo dari in feudũ. Nã ꝛ prelati hoc iurant: ſed res que priꝰ erãt feudales poſſunt iterum infeudari: puta ſi vaſſallus ꝓpter aliquã cauſam ꝑdat feudũ vel morian̄: poterit ꝓlatus cõcedere filijs eius vel alteri. extra de feu. c. ex parte. Nota ſcd̾o ſm̃ Hoſt. ꝙ feudũ acquiritur quadrupłr. Uno modo ꝑ inueſtiturã: puta cuʒ aliquis tradit alicui poſſeſſionẽ rei immobilis corꝑaliter / vel cũ haſta / aut baculo / aut aliquo tali qui dicit ſe ꝑ hoc inueſtire. Scd̾o acquirit̃ ꝑ id qd̾ loco inueſtiture habet̃: vt cũ dñs dicit alicui. Uade i poſſeſſionẽ talis feudi / et teneas ꝓ feudo. Tertio acq̄rit̃ preſcriptiõe: vt ſi. xxx. annis tenuit feudũ ꝛ dño ſeruiuerit: lʒ nõ fuerit inueſtitus. Quarto acquirit̃ ſucceſſiõe: nõ quidẽ ex teſtamento ſed potiꝰ ab inteſtato. Nõ eñ valet aliqua ordinatio defuncti in feudo facta. Natura autẽ hmõi ſucceſſionis talis eſt ꝙ aſcendẽtes nõ ſuccedũt in feudo: puta pater filio. Deſcendẽtes vero ſic: ꝛ p̄io quidẽ filiꝰ patri et nõ filia. Itẽ nepos filio ꝛ nõ neptis: et ſic vſq; in infinitũ gradũ: poſtea vero ſuccedũt collaterales. Sed iſti de cõſuetudine imperij nõ ſuccedũt ſed ſolus filiꝰ: quo deficiente reuertit̃ feudũ ad imperatorẽ: ꝛ cõfert cui vult. Filia autẽ in feudo nõ ſuccedit ſm̃ Hoſti. niſi de pacto vel aliqua cõditiõe feudi: vel niſi filia poſt mortem patris redemerit feudũ a dño: aut dñs inueſtierit eam de beneficio patris ꝓpter amorẽ patris: vt in ꝯſtitutiõe Frede. queadmodũ.

De modo inueſtiture feudi §.I.

Nota ſm̃ Hoſti. ꝙ põt fieri inueſtitura tã a femina q̃ a maſculo et minore. xxv. annis ſi feudũ ſit vetus: ſi vero ſit nouũ nõ põt a minori fieri: niſi ſit pubes et iurauerit nõ contrauenire. Inueſtiri aũt põt quilibet etiã ſeruus: niſi dñs ignorauerit eũ ſeruũ. Põt autẽ quis inueſtire aliũ tam ꝑ ſe q̃ ꝑ alium: vt per ꝓcuratorẽ. In omi aũt feudo ſtatim facta inueſtitura requirit̃ iuramẽtũ fidelitatis niſi ex pacto remiſſuʒ ſit: et fit his verbis vel ſiṁibus. Ego talis iuro ad ſancta dei euangelia ꝙ abhinc in antea ero fidelis tali: ſicut eſſe debet vaſſallus dño ſuo: nec id qd̾ michi cõmiſerit ſub noĩe fidelitatis pandã alijs ad eius detrimentũ me ſciente. Et hoc ſufficit. Et nota ꝙ vaſſallꝰ obligat̃ dño ſuo ſm̃ ꝙ cõuẽtũ eſt: ꝛ ſm̃ ꝙ feudi natura ꝛ regiõis ipſius vel vicinoꝝ eiꝰ cõſuetudo requirit: q̄bꝰ deficientibus poterit vti iure ſcripto. Cõiter aũt obligat̃ vaſſallus dño in ſex: de quibus habes. š. in. ſ. parte. ti. j. Item lʒ vaſſallus nõ debeat eſſe ꝓ alijs in iudicio contra dominũ ſuũ extra de poſtu. c. fi. tñ ꝓ ſe et ſuis oĩbꝰ põt petere ꝛ defendere ius ſuũ. ar. e. de iureiu. petitio.

Multis autẽ de cauſis amittit̃ feudũ. §.II.

Et primo quidẽ ſi vaſſallus fiat clericus vel religioſus: qꝛ nec tales ſuccedunt in feudo. xxiij. q. iij. c. j. Item ſecũdo amittit̃ ſi heres vaſſalli ſteterit per annũ ꝛ diem ꝙ nõ petierit a dño inueſtiturã feudi. Siłr etiã ſi ipſe vaſſallꝰ poſt mortẽ dñi nõ petierit ab herede dñi: vt in lib. feudoꝝ. in quibꝰ caſibus feudũ amittit̃. c. j. Et hoc verũ niſi vaſſallus fuerit minor annis. xiiij. qꝛ talis non cognouit fidelitatẽ facere. Item niſi ſit miles: qꝛ ꝓ termino hʒ annũ et mẽſem. Itẽ niſi iuſta cauſa impediuerit eũ. vt in lib. feu. Et intelligit̃ iuſta cauſa: vt ꝑ mortem vel ꝑ capitales inimicitias vel aliã iuſtã cauſam allegaret. Tertio amittit̃ cũ vaſſallus corã paribus tribus vicibus requiſitꝰ vel citatus fidelitatẽ iurare noluerit: q̃uis dñs ꝑmittat inueſtiturã. Quarto ſi vaſſallꝰ infeudauerit feudũ alia lege q̃ ea quã hʒ ipſe: vel in tali

vaſſallum qui feudū ſeruare nō pōt. Quinto ſi vaſſallus interficit ſuū ꝓpꝛiū germanū ſeu germani filiū vel aliū qd̄ parricidij noie cōtineaẗ: ad hoc vt totā hereditatē habeat. Sexto ſi vaſſallus in ꝑlio dimittit dn̄m nō moꝛtuū/ nec ad moꝛtē vulneratū. Sil'r ꝓpter mltas alias ingratitudines q̄ numerāẗ in lib.feu.q̄.mo.feu.amit.c.j.⁊.ij. Septimo ſi vaſſallus ſciēter legauerit feudū vel partē aut cōditionē ei⁹: ſec⁹ ſi ignoꝛāter. ꝙ ſi vaſſallus nō vult oñdere de parte feudi/ ꝑſumeẗ ꝙ totū teneat in feudū. Octauo ſi vaſſallus feudū alienauerit: ⁊ ſi q̄dē ꝓ parte alienauerit illā partē amittet ⁊ libere ad dn̄ā reuerteẗ nulla preſcriptiōe obſtāte: nec ꝓderit vaſſallo ſi poſt factā admonitiōnē recupauerit ipm̄ feudū niſi ignoꝛāter alienaſſet. Nono ſi vaſſallus dn̄m accuſauerit/ aut ſi cōtra eū teſtimoniū in cauſa nō tm̄ criminali ſed etiā ciuili tulit: lȝ q̄dā dixerint ꝙ in ciuili pōt. Decimo ſi vaſſall⁹ vocat⁹ a dn̄o ꝙ ſecū vadat in expeditiōe publica: puta vocat⁹ ab impatoꝛe ꝙ ſecū veniat romā ꝓ ſuſcipiēda coꝛona ⁊ hmōi: nō venerit: nec alium ꝓ ſe dn̄o ſuo acceptū miſerit: vel ſtipēdia militie nō dederit. Et quidē ꝓpter fidelitatē non ſeruatā amittiẗ feudum: non intelligiẗ ipſo iure ſed ꝑ ſententiā. Si vero alienatū fuerit ipſo iure ꝑdiẗ: vt Inno.di. Hec oia Hoſt.in ſumma. Sed ⁊ dn̄s amittit ius qd̄ in feudo hȝ ſm̄ Hoſt. ſicut vaſſallus amittit feudum ꝓpter culpā ſuā/ ita dn̄s ꝓpꝛietatē feudi ſi eam cōmittat. Et hoc qꝛ dn̄s vicē dȝ preſtare vaſſallo in his que ei vaſſallus teneẗ. xxij.q.v. de foꝛma.in quo.c.diciẗ ꝙ ſi dn̄s vicē vaſſallo nō repēderit/ merito cenſebiẗ malefidus: ⁊ dicit glo.ibi ꝙ ea fide teneẗ dn̄s ſubdito ſicut dn̄o di.xcv.eſto. Et ſi dn̄s vicē nō reddit priuaẗ dominio qd̄ hȝ in vaſſallo: ⁊ trāſit feudū in ſupioꝛem. Et ſicut innuiẗ extra de exceſ.prela.c.grauē. ⁊ in glo.intelligiẗ hoc ꝑ ſententiā ⁊ nō ipſo iure. Si aūt dn̄s moꝛiens pl'es filios relinquit ſm̄ Hoſti. vaſſall⁹ nō iurabit fidelitatē oībus: qm̄ vaſſall⁹ nō cogiẗ ꝓ vno feudo plures dn̄os hr̄e: maxime in comitatib⁹/ ducatibus/ ⁊ marchionatibus: qꝛ hodie diuidi nō poſſunt. Sȝ ſi vaſſallus moꝛiens plures filios relinquit/ oēs debēt iurare fidelitatē ſi feudū indiuiſum habēt: ſed ſi ex diuiſiōe totū feudū ad vnū ꝑuenit ille ſol⁹ iurabit. De refutatiōe feudi Nota ſm̄ Hoſti. ꝙ pōt vaſſallus feudū refutare/ etiā ſine voluntate dn̄i: poſt hoc nō tenebiẗ ſeruire dn̄o: verūtamē nō debet eū offendere. Quidam dicunt ꝙ nō pōt refutare inuito dn̄o. Primū videẗ verius ſi loco ⁊ tp̄e repudiat: al's nō. Nota etiā ſȝ Hoſti. ꝙ fili⁹ repudiās hereditatē pr̄is non pōt retinere feudū: ſed aut totū debet retinere aut totū repudiare: niſi foꝛte cum dn̄s de novo inueſtiat bn̄ficio cognatis aſſentiētibus: qm̄ tūc bene retinet illud ſine aliquo onere hereditario. Agnati vero bene poſſunt aliqd̄ feudū retinere repudiata hereditate ſine aliquo onere hereditario. Nota etiā ꝙ ſi feudū datū fuerit de camera dn̄i: ⁊ ad tēp⁹ datū ſm̄ Hoſt. nō pōt legari eccleſie: nec heres ſuccedit. Sil'r non pōt eccleſie legari ſi de natura feudi eſt ꝙ vaſſallus ſeruiat in ꝓpꝛia perſona. Si vero ſit paternū ⁊ perpetuū: tunc poteſt ꝓ anima legari: niſi cōſuetudo repugnet.

¶ De multiplici ſeruitute ⁊ manumiſſione. Capitulum. vj.

O Dn̄e qꝛ ego ſeruus tu⁹: ego ſeru⁹ tuus et filius ancille tue. ps.cxv. Seruus et dn̄s coꝛrelatiua ſunt: vt vno poſito intelligaẗ ⁊ reliquū. Et ideo bn̄ dicit O dn̄e qꝛ ego ſeruus tuus. q.di.ideo voco te dn̄m/ qꝛ recognoſco me ſeruū tuum. Sed large loquēdo de ſeruitute notandū ꝙ eſt triplex ſeruitus.

¶ Prima ſeruitus numinis.

¶ Secunda ſeruitus criminis.

¶ Tertia ſeruitus hominis.

¶ De prima loquiẗ pſal.cū dicit O dn̄e qꝛ ego ſeruus tuus. §.I. Sumus aūt ſerui dn̄i gubernatiōe: qꝛ ipſe dn̄s ꝓuidet nobis de oīb⁹ que habemus. Sicut eñ oculi ſeruoꝛū in manibus dn̄oꝛū ſuoꝛū.ſ.intenti: vt ꝓuideat eis aſpiciētes ad manus ſuas vt poꝛrigat eis. Ita oculi noſtri ad dn̄m deū noſtrū donec miſereaẗ noſtri: miſerijs ſpūalib⁹ ⁊ tēpoꝛalibus ſubueniendo. Clamādū eſt ergo O dn̄e qꝛ ego ſeruus tuus. Sic Salomon oꝛabat dicēs: Audi dn̄e hymnū ⁊ oꝛationē quaȝ ſeruus tu⁹ oꝛat coꝛam te ⁊c.i ij. Reg.viij. Secundo ſumus ſerui dn̄i redemptiōe. j. Pet.j. Nō coꝛruptibilibus auro ⁊ argento redempti eſtis de vana veſtra cōuerſatione: ſed ꝑcioſo ſanguine agni immaculati. Unde ſecūdo dicit Ego ſeruus tuus ſcȝ a te redēptus: ⁊ ideo te debeo timere et reuereri. Malach.j. Seruus timet dominū ſuū. Si ego dn̄s veſter: vbi eſt timoꝛ meus? Tertio ſumus ſerui cōuentione tanq̄ mercēnarij conducti: ꝓmiſſo nobis magno premio vite eterne. Eccl'i.ij. Fili accedens ad ſeruitutē dei ſta in iuſtitia ⁊ timoꝛe: ſcȝ obediendo ꝑceptis dei: qd̄ ꝓmittimus in baptiſmo abꝛenūciare.ſ.diabolo ⁊ pōpis ei⁹/ ⁊ ſeruare ꝑcepta/ ex quo ſperamus nobis dari magna ꝑmia.i.mercedem gloꝛie. Un̄ ſubdit ps. Et fili⁹ ancille tue. Ancilla iſta eſt eccleſia dn̄o in humilitate deſeruiēs: ⁊ cū ſimus filij huius ancille: ideo vernaculi et ſerui: et multo magis q̄ in clero vel religione deo ſeruit diciẗ fili⁹ ancille illi⁹ eccleſie

vel religiõis:τ ideo ſeruiamus illi in ſctitate τ iuſtitia corā eo oībus diebus noſtris.Luc.j.c.

¶Secūda ſeruitus crimina= §.II.
lis eſt:de qua Jeſus ait Jo.viij. Qui facit pec catū ſeru⁹ eſt peccati: quinimmo τ diaboli cuius ſe ſponte ſubijcit tyrannidi.ij.Pet.ij.c.A quo quis victus eſt:huius τ ſeruus eſt.Unde τ Amb.in lib.de vita beata. Voluntariū ſeruū ſibi diabol⁹ auctionat: neminē iugo ſeruitutis aſtrictū poſſidet:niſi ipſe ſe prius ei peccatorū ere vēdiderit. xv.q.j.nō eſt. Ubi glo.preciū qđ recipit peccator a diabolo cum ſe ei ſubijcit eſt delectatio peccati quā diabolus ſuggerit. Sicut eī ſeruus nō facit volūtatem ſuam/ſed dñi ſui vt iubet exequēs: ita criminoſus nō facit qđ dictat ſibi ratio vel cōſciētia: ſed quod ſuggerit diabolus. Et q: vt dicit Mat.vj. Nemo põt duobus dñis ſeruire:ſcꝫ cōtrarijs et cōtraria iubētibus: ideo qui ſeruit mãmone vel diabolo per quodcūqꝫ crimen non põt deo ſeruire: nec aliud meritoriū vel deo gratum agere vel ſatiſfacere. Fructus aūt τ merces hmõi ſeruitij eſt cruciatus eternus: fm illud Hiere. xvj. Seruietis ibi dijs alienis qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Demões dij ſunt paganorū: quos ſcꝫ colebāt alieni ab omni miſericordia: τ in inferno vbi eſt regnum eorꝫ ſeruiūt eis peccatores vt ſubijciant tormētis eorum: τ quos hic habuerūt incentores in culpa ibi habeāt tortores in pena. Et cū dñs mãdauit in lege decalogi:vt non fiat in feſto vel ſabbato opus ſeruile. Exo.xx. Non ſolū intelligit ꝓhiberi opus manuale/ ſed etiã opus peccati fm doct. Tho.τ Alber. Nec põt aliquis liberari ab hac ſeruitute niſi gratia xpi.Unde Jo. viij. Si liberauerit vos fili⁹ vere liberi eritis.

¶De ſeruitute hois eſt prin §.III.
cipalis intētio hic loqui. Et cum iſta dñs τ ſeruus ſint correlatiua vt dictum eſt: ſicut dñs dicit aliquis multipliciter/ita τ ſeruus:ſed precipue tripliciter. Uno modo dicit ſeruus large quicunqꝫ eſt alicui dominio vel iuriſdictioni ſubiectus. Et hoies vni⁹ regni poſſunt dici ſerui regis illius.Et ſic hoies vnius ciuitatis ſerui dicunt eiuſdē ciuitatis.Et epi dicuntur dñi reſpectu ſubditorū ſue dioceſis: Quis ꝓprius deberēt dici patres. Secūdo modo dicit quis ſeruus alicui⁹ reſpectu alicuius ſpecialis obligationis in ſeruiēdo illi in aliquib⁹.Et iſti dicunt cõmuni⁹ vaſſalli.Si aūt ad tēpus ſeruiāt mēſatim vel annuatim dicūtur mercenarij. Et de vtriſqꝫ dictū eſt.§. Tertio modo dicit ſeru⁹ ꝓprie et ſtricte q nō eſt ſui iuris ſed ſeruilis cōditiõis:τ de hac ſeruitute nūc agit. Hec ſeruitus eſt introducta fm Ray.nō ſolū de iure gētium.vt di.j.ius gētiū. τ cōfirmata p ius canonicū.vt.xij.q.ij.eccleſiarꝫ.τ ius ciuile: ſed etiaꝫ inchoata per ius diuinū.ſ.qñ Noe maledixit Cham filiū qui eū deriſerat denudatū vidēs in verēdis dicēs: Maledictus Cham ſeruus ſeruorꝫ erit fratrib⁹ ſuis. Gen.ix. Ubi dicit Amb. Antequã inueniret vinū manebat oibus inconcuſſa libertas. Neſciebat homo a cōſorte nature ſue obſequia ſeruitutis exigere. Non eſſet hodie ſeruitus ſi ebrietas nō fuiſſet. diſt.xxxv. ſexto. Et hinc eſt q ſi paganus vel iudeus xpiani ſeruus efficiat xpianus: non ꝓpterea liberatur a ſeruitute:q: in baptiſmo tollunt crimina:nō obligatiões hominū aut cōditiões. Concor. Goffre. Hoſti.τ Tho. Addit tñ Ray.q vbi de cōſuetudine eſſet q xpiani non eſſent ſerui: cōſulerem q dñs eius in remiſſionē peccatorū ſuorū manumitteret eū.i.liberū faceret vel ſaltem pecunia mendicata/ vel ſeruitio ad tēpus preſtito ad arbitrium boni viri ſe redimeret. ar.xij.q.ij.cū redemptor.bonū τ pium cōſiliū eſt:ſed q: conſilium eſt/nō tenetur quis de neceſſitate ad illud.xiiij.q.j.§.quod precipitur.

¶Notandū quibus modis §.IIII.
quis contrahat ſeruitutē: τ põt reduci ad tres modos:ex iure/emptiõe/τ natiuitate. Ex iure quidē multipliciter. Et prio de iuregētiū ſunt captiuitates τ ſeruitutes: vt dicitur di.j.c.ius gentiū. Ubi dicit glo.q ſi bellum eſt iuſtū/ captus in eo ſeruus efficit capiētis.xxiij.q.v.dicat.τ peccaret talis ſeruus fugiēs a dño:quod intelligo niſi eum ad malū cogeret vel induceret: τ talis ad eccleſiam fugiens reſtitui debet dño ſuo ꝓmiſſa tñ impunitate:non tñ p violētiam põt inde extrahi. vt.xvij.q.iiij.§.verū ne irreuerentia.cū.c.ſequē. Sed ſi bellum eſt iniuſtum licituꝫ eſt ei fugere ſi põt.ff.de capti.l. nichil. Adde q q: bellum infideliū vt ſarracenorū contra fideles eſt iniuſtum: ideo quos capiunt ex fidelibus nō ſunt vere ſerui: τ fugere licite poſſunt:nec in ſeruos vēdi poſſunt ſed redimi vt liberētur de manibus eorū. In bellis autē que ſunt inter xpianos ſiue iuſta ſiue iniuſta ſint nō ſeruatur hoc de facto: vt capti ſerui efficiant.capientiū: ſed oblatis armis τ equis dimittunt cum certa cōuentione:vel ſi ſint barones/nobiles/vel dñi/et hmõi:faciūt eos redimere:et ſi bellum eſt iuſtū/hoc nō eſt illicitū: ſec⁹ ex parte illorꝫ qui iuſtitiam nō habent. Di aūt dicti ſunt ſerui:q: cū victi in prelio occiderent:tales ſeruabant inuita.ſ.ad ſeruiēdū. Jure aūt canonico efficitur qs ſeru⁹ cū vcꝫ qs rapit mulierē: nam raptor efficitur ſeruus rapte vel opꝫ q ſe redimat:et ſi ꝓpter paupertatē ſe non põt redimere/erit ſeruus eius ad tempus

ſm arbitriū boniviri: vt habet.xxxvj.q.j.de ra
ptorib⁹ cū glo.ſua. q̄ pena videt intelligēdū q
ſit imponēda in foro iudiciali: qn̄ ſcʒ res ad iu
diciū deferret: non aūt ſeruanda in foro penitē
tiali. Itē per ius canonicū qui defert ſarrace=
nis arma vl' lignamina: vel fauēt eis ꝯtra chri
ſtianos ſi capiantur tales chriſtiani: efficiun=
tur ſerui capientiū eos etiā chriſtianorū: vt ex
de iude. ita quorūdā. Et hec pena extendit cū
pluribus alijs penis ad portātes victualia: et
q̄cūqꝫ mercimonia ad eos vel ad terras ſolda=
ni ſubiectas p extrauag. Nico. iiij. renouatā
per bonifaciū.viij. ꝛ Clementē.v. Itē ſi exiſtēs
in ſacris cōtrahit matrimoniū: vxor ei⁹ ſi hoc
nouit ſi libera eſt redigēda eſt in ſeruitutē. di.
xxxij. eos q. Et filij qui inde nati eſſent: debent
etiā fieri ſerui eccl'ie. xv.q.viij. cū multe. Iure
ciuili efficit ſu⁹: vcʒ cū libert⁹. i. ille q erat libe
rat⁹ a ſeruitute īgratitudinē erga patronū ſuū
habet. q.ſ. eum a ſeruitute abſoluerat ita vcʒ q
man⁹ in patronū iniecit: vel atrocē iniuriā aut
graue dānū vel vite periculū ei inferre preſum
pſit: i hoc caſu poteſt patron⁹ eū reuocare i ſer
uitutē: nō tn̄ videt q eoipſo efficiat ſeru⁹ ipſi⁹.

Emptione quomodo qs §.V.

efficiatur ſeruus. Et hoc quia vel ipſe ſeipſum
patitur venūdari: vel q2 vendit ab alio eo inui
to. Et quando patitur ſe venundari ad hoc q
fiat ſeruus: ſex requiruntur. Primo q ſit ma=
ior annis.xx. C. de libe. cau. ſi miniſteriū. Se=
cundū eſt q intendat precium participare. C.
de lib.cau. non ideo. Tertium eſt q in veritate
pticipet. ff. qui. ad lib. procla. nō li.l.j. Quar=
tū q emptor credat ipſum ſeruū. ff. de lib.cau.
liberis. §. ſi quis ſciens. Quintū vt ille qui vē=
dit ſciat conditionē ſuā. ff. q. ad lib. pcla. li.l. ſi
is qui ſc. Sextum q vēditor ſciat eū eſſe liberū
ff. qui ad lib. pcla.l.iiij. Si aliquid iſtorū defi=
ciat iure cōmuni ad ingenuitatē reuocat: ſed
ſi nichil deficiat eorū etiā ſi poſtea manumitta
tur nō fit ingenu⁹ ſʒ libert⁹. ff. de ſta. ho.l. hō li
ber. niſi reddat dn̄o p̄ciū. ff. ſi īge. manumit.l.ij
qd̄ tn̄ preciū dn̄s nō cogatur inuit⁹ recipe. Et
ſeru⁹ quidē cōiugat⁹ poteſt permittere ſe venū
dari mō dicto inuita vxore: ſed ancilla cōiuga
ta hoc nō pōt nō aſſentiēte viro ei⁹: nec tamē in
primo caſu diſſoluit matrimoniū: vt habes. ī.
ti.j.c. de impedimēto ſeruitutis. Cū vero vēdit
ab alio: tūc diſtinguēdū: q2 ſi eſt iude⁹ vel paga
n⁹ ꝛ emit iudeū vel paganū: aut emit ad ſeruitē
dū et tūc ſi ille vult effici chriſtian⁹ ꝛ efficiatur
chriſtian⁹ eripit i libertatē nullo precio dato:
ſi emit ad mercimoniū de eo faciēdum: ſi nō expo
nit venditioni infra tres menſes ab emptione
facta de eo cū efficitur xp̄ianus: liberat a ſerui
tute ſine precio aliquo. Si expoſuit vēditioni
et nō inuenit emptorē infra dictū tp̄s ſi vult ef
fici chriſtian⁹ liberat: ſʒ dato precio. xij. ſolido
rūʒ. Si autē iude⁹ vel pagan⁹ emeret chriſtia=
nū liber euadit nullo p̄cio dato: q2 ꝓhibitū eſt
eis talē emere. Hec oīa notat gl. di. liiij. ſup. §.
hoc tūc. ꝛ probat p multa. c. illi⁹ di. de hoc etiā
habes in.ij.p.ti.vi.c.iij. de iudeoꝝ infidelitate
Si aūt chriſtian⁹ emerit iudeū vel paganū ſive
lit effici xp̄ianus: nō ꝓpterea efficit liber: vn̄ ꝛ
vendi poteſt ſicut pri⁹: q̄uis piū eſſet liberū fa
cere p̄cipue poſt certū tp̄s ſeruitij: ſʒ ſi emit eū
q a principio ſue venditiōis prime erat xp̄ian⁹
q̄uis ignorauerit emptor reputās fuiſſe ſarra
cenū ꝛ hmōi cū nō poterit vēdi: nec iſte etiā po
tuit emere. ꝛ ideo ſine p̄cio debet eū liberū di=
mittere ꝛ preciū a venditore repetere ſi poteſt.

Natiuitate ſunt quidam §.VI.

ſerui q.ſ. naſcūtur per ꝯiugiū ex matre ancilla
et dicūt v'naculi ꝛ filij filioꝝ taliū etiā ſūt ſerui.
Sʒ ꝓ hmōi declaratiōe dicit Tho. in. iiij. diſt. Ar.iiij.
xxxvj. q ſm leges ciuiles part⁹ ſeqt vētrē. i. ma
trē quantū ad cōditionē ſeruitutis vel liberta
tis. Et hoc rōnabilr: q2 ꝓles habet a patre cō
plemētū formale. ſed a matre ſubſtātiā corpis.
Seruit⁹ aūt eſt cōditio corpalis: cū ſeru⁹ ſit q̄ſi
inſtrumētū dn̄i in opando: ꝛ ideo ꝓles i liber=
tate ꝛ ſuitute ſeqt matrē. Sʒ i his q ptinēt ad
dignitatē q eſt ex forma rei: ſeqt patrē: ſicut in
honorib⁹ ꝛ munerib⁹ municipijs ꝛ nobilitate ꝛ
alijs hmōi. In qbuſdā tn̄ terris q nō regūt iu=
re ciuili: pt⁹ ſequit deteriorē cōditionē. vt ſi pr
ſit ſeru⁹ ꝛ mater libera: filij erūt ſerui: non tn̄ ſi
poſt pactū mrīmoniū pr ſe in ſeruū dederit no
lēte vxore: ꝛ ſi mulier ſit fit ecōuerſo. Si aūt ſit
vterqꝫ ſeruilis ꝯditiōis: ꝛ ptineāt ad diuerſos
dn̄os. tunc diuidēt filios ſi plures ſunt filij. ꝛ ſi
vn⁹ tm̄: vn⁹ eoꝝ alteri recōpēſabit de p̄cio ꝛ ipe
accipiet natū in ſui ſeruitiū: nō tn̄ eſt credibile
q talis cōſuetudo poſſit eſſe ita ratiōabilis: ſi=
cut id qd̄ multoꝝ ſapiētū diuturno ſtudio de=
terminatū eſt. Et ſufficit ſʒ leges q mater fue
rit libera: ſiue tp̄e cōceptiōis ſiue tēpore part⁹
ſiue medio tp̄e ad hoc q proles ſit libera. ff. de
ſta. ho.l. ſi ſeruorū Idē Pe. de pal. in. iiij. dicit
hoc eſſe. ſ. q part⁹ ſeqt ventrē. i. matrē in ſerui
tute vel libertate ſm legem diuinā. Dicit eīn
Exo.xxj. Si dederit dn̄s vxorē ei. ſ. ſeruo ſup=
ple ex ancillis: ꝛ habuerit liberos: remanebūt
cuʒ dn̄o. Et idē ſupponit de filijs futuris: quia
ancilla vernacula non fit libera. vij. anno: ſicut
emptitia. Idem probatur. l. humana. vt. C. de
rei ven. l. partus. Similiter. l. canonica: vt ex=
tra de na. ex li. ven. c. j. ac etiā. l. p̄bica. q2 q̄cq̄d
recipit in altero: recipit per modū recipientis

mater autē eſt recipiēs. Tamē cōſuetudo ſi eſt in ↄtrariū tenēda eſt: maxime ſi eſt pſcripta: vt nō ſit memoria in contrariū. Et videt͡ loq̄ doc. iſti cū dicūt q̄ part⁹ ſeqt͡ ventrē/de his q̄ naſcūtur p matrimoniū qđ poteſt eſſe ⁊ inter ſeruos ⁊ liberos: vt patet. ſ. ti. j. de mr̄imonio. Nā de filijs q̄ naſcūtur p fornicationē vel al's illicitā copulā vndecūq; naſcūt͡ ignobiles ſunt: nec tñ ſerui eoꝝ q̄ ſunt dñi ſeruoꝝ vel ancillaꝝ ex qb⁹ nati ſunt vt oſtēdit ↄtinu⁹ vſus. Et qđ dictū eſt ſ. p Tho. q̄ in honorib⁹ ⁊ nobilitate part⁹ ſeqt͡ patrē. Pe. de pa. ſic diſtiguit circa hoc: q: aut mater talis eſt libera aut ancilla. Et ſi eſt libera: tūc nat⁹ ex ea ignobili ⁊ nobili patre eſt ſimpliciter nobilis. Si aūt mater eſt ancilla: tunc aut per cōcubinatū naſcit͡ fili⁹ ex tali et nobili patre: ⁊ tūc talis fili⁹ ſemp eſt ignobilis ⁊ ſeru⁹ q: dignitas viri nō cōmunicat͡ ↄcubine. Unde ſpuri⁹ regis nō eſt nobilior filio ruſtici: q: dam nat⁹ coit⁹ nō dat dignitatē. Aut naſcit͡ qs ex ancilla et nobili p copulā matrimonialē: et tūc eſt tale q̄ p hoc fit libera: vt cū dñs cōtrahit cū ancilla ſua: vel dña cū ſeruo ſuo. nec eñi hoc ſecūdū. ſ. dñam ↄtrahere mr̄imoniū cū ſeruo ſuo ꝓhibet͡ iure diuino: etſi iure ciuili: ⁊ tūc ancilla illa vel ſeru⁹ eripit͡ in libertatē. nō eñi ancilla eſt ſocia: nec ſeru⁹ dñs. Uñ volēdo eā eſſe ſociā vel ſociū: vult nō eſſe ancillā vel ſeruū: ⁊ tūc eſt nobilis. Nat⁹ ex tali ancilla et nobili erit et ipſe nobilis. nā coruſcāt vxores radijs viroꝝ. Si aūt per hoc nō fiat libera: vtputa q: cū illa cū qua cōtrahit eſt ancilla alteri⁹ nō ſua: tunc erūt ignobiles filij: q: ignobilitas poſitiua vxoris eſt cōtraria nobilitati viri. nec pticipat eā: ſed impedit: nec ad filios deſcēdere permittit. Sūt et alij ſerui dicti nō ita ꝓprie q̄ aſcriptitij ſeu originarij dicunt͡. quidā. ſ. hoies q̄ ita aſtricti ſunt certis terris colēdis: q̄ nō poſſūt a cultura eaꝝ recedere ſine voluntate dñorū ſuorū: nec poſſunt vēdi ſine gleba. nec gleba ſine eis. et dicūtur aſcriptitij: q: aſcripti ⁊ deputati ſūt ad talē culturā: ⁊ originarij quia a ſua origine hoc habēt. q̄nq; etiā hi dicunt͡ coloni. tales tamē ꝓprie nō ſunt ſerui: nec repellūt͡ ab actib⁹ legitimis: niſi q̄ nō poſſunt ordinari. diſt. liiij. quis autem leges.

¶ De cōuerſatione ſeruorū §. VII·

et prouiſiōe dñoꝝ ad eos. Et primo qdē debēt
Eph.vi dños ſuos reuereri: obedire ⁊ fidelr ſine fictione deſeruire etiā ſi ſint xpiani. ap̄lus. j. ad Ti. vi. c. Quicūq; ſui ſunt ſub iugo infideliū dños ſuos oī reuerētia dignos arbitrēt͡. ⁊ alibi. Serui obedite dñis veſtris. Uñ. xvij. q. iiij. ſi qs/dr Si qs ſeruū alienū occaſione religionis docet dñm ſuū cōtēnere: et eius miniſteriū deſtruere. i. ſeruitiū dimittere: ac nō potius docuerit eū dño ſuo bona fide: et cū oī honorificētia deſeruire: anathema ſit. i. fiat. Sed in reb⁹ illicitis nullo modo obedire debet: nec etiā minis vel verberib⁹ coact⁹. qđ no. Hiero. xj. q. iij. dicēs. Si dñs ea iubet q̄ non ſunt aduerſa ſctis ſcripturis ſubijciat͡ dño ſeru⁹. ſi cōtraria precipit magis obediat ſpūs q̄ corporis dño. Debet autē ſeruare dei mādata et eccleſie ſicut et ceteri ſi ſaluari deſiderat. Uñ cōfeſſionē facere ac cōionē ſumere tpe debito: ⁊ dñi ⁊ dñe eoꝝ vel ancillarū debēt eis eſſe humani ⁊ dare eis cōmoditatē audiendi diuina ⁊ predicationes diebus feſtis: inducere ⁊ exhortari ad orones et ieiunia: ad cerimonias chriſtianoꝝ: ⁊ honeſtati eorū intendere. Et cū viderit eos ſe male habere: et precipue circa honeſtatē vite: debet eos vel eas corrigere ⁊ caſtigare verbis ⁊ verberibus cū expedit: nō tamen vſq; ad mutilationē mēbri vel vulnerationē vel fractionē oſſis nec eos nutrire delitioſe. q: vt dr ꝓuer. xxix. q̄ delicate paſcit ſeruū in fine ſentiet eū cōtumacē. Juſtas querelas ipſoꝝ ſeruoꝝ benigne audiet ꝓut iob aſſerit ſe feciſſe di. xxxj. Si ↄtēpſi ſubire iudiciū cū ſeruo meo ⁊ cū ancilla mea cū mecū diſceptaret. Nō grauare eos nimijs laborib⁹. Nā ⁊ dñs mādabat in lege veteri in feſtis eos quieſcere. Deut. c. v. Jnfirmatis ipis curā ꝓcurare non ad hoſpitale mittere: q: nec cēturio ethnic⁹ circa pueꝝ ſuū. i. ſeruū hoc egit ſed in domo paralyticū gubernari fecit ⁊ ꝓ ſanatione eius ad chriſtum acceſſit. Matth. viij. Nec benefaciētes eos impediāt ſed ſollicitēt cū de eis dño habeant reddere rationem. Unde Amb. de dño malo ait. Seruulos ſecū pertrahit fortaſſis magis ad eccleſiā feſtinantes ⁊ voluptatib⁹ ſuis peccata accumulat aliena: neſciēs reū ſe futurū tam de ſuo delicto q̄ de ꝑditione ſeruorū ſuoꝝ. di. lxxxvj. an putatis. Sed quō debet ſe habere dñs ad ſeruū ſuū ⁊ ecōtra ſeruus ad dñm: habes l. iiij. parte ti. ij. de prudentia yconomica. Jpſi aūt ſerui ordinari non poſſunt ad aliquē ordinē niſi adepta plena libertate: ⁊ ſi ordinent͡ qđ iuris. habes. j. i ti. de irregularitate. Jtē nō poſſunt religionē ingredi ſine aſſenſu dñorum: al's et reſtituendi ſunt. Jtem nō poſſunt facere ſeu exequi vota in preiudiciū dñoꝝ ſuoꝝ vt peregrinationis ieiuniorū quib⁹ impedirētur operari et hmōi. Jtē nō poſſunt teſtari nec vēdere vel donare vel elemoſynas facere niſi de volūtate dñorū ſuorū. Et ſi qs aliqđ habuit ab eis per ludū vel donationē vel alienationē vel turpē caſum: tenet͡ dño reſtituere. Jtē ad actus legitimos: vt accuſare. teſtificari: iudicare: et huiuſmodi: non admittuntur cōiter. Jn contrahēdo autē mr̄imoniū

ſunt liberi: nec poſſunt a dn̄is ab hoc ꝓhiberi vel cogi ad hoc: ſed de matrimonio eoꝝ habet̄ ī.tit.j.c.de impedimento ſeruilis cōditionis: vt etiā Tho.in.iiij. ſicut ſeruus nō ſubdit̄ dn̄o quin poſſit libere comedere/ dormire/ et alia hmōi facere que ad neceſſitatem corporis ſm naturā neceſſaria ſunt: ita etiā nō ſubditur ei quin poſſit cōtrahere matrimoniū eo neſciēte vel etiā cōtradicente: nec debet tn̄ ꝓpter hoc ſeruitia debita dn̄is ſubtrahere. Silr̄ de interiori diſpoſitiōe nil hȝ iuris in eo niſi exhortando. Vn̄ ad orandū vel ſumendū ſacramenta et hmōi nō debet cogere: ſed nec ad fidē ſi infidelis eſt. Sen̄. Errat q̄ ſeruitutē exiſtimat in totum hoīez deſcēdere: pars melior excepta eſt: Corpora dn̄is obnoxia ſunt: mēs ſui iuris eſt. Et ſi dn̄s cogit famulā ad fornicādum ſecum vel al's exponit grauiter peccat: et ſi poſſet fugere credo ſibi licere: q: et ille meret̄ in ea ius ſuum amittere ꝓpter hmōi iniuriā. de pe.diſt. j.ſi quis taȝ maſculū.ibi.ſed ſi ſerui pudicitia. Idem ſi cogeret ad aliquod crimen: ſed etiā ſi ſcit ſe non potuiſſe vendi q: xp̄iana erat: ⁊ contra ius capta vel empta/etiam poteſt fugere.

Diſt.36. arti.ij.

¶ De libertate ſeruorum §.VIII.

qualiter.ſ.liberi efficiant̄: ad qd̄ dicit Hoſti.ꝙ multis modis. Et vno mō ſi dn̄s euȝ languidū expoſuit vel ei alimēta negauit impune: ſeru⁹ efficit̄ liber ⁊ libert⁹ ingenu⁹. extra eo.c.vnico illi tn̄ qui eos ſuſcipiūt nō poſſunt ꝑ hoc in eis aliqd̄ ius ſibi vēdicare. Scd̄o ſi q̄s vēdit ancillam ne ꝓſtituat̄ et emptor facit contra: libera efficit̄. Tertio ſi ſeruus pileatus incedat ante cadauer dn̄i dū defert̄ ad ſepulturaȝ. Quarto ſi poſtq̄ lata eſt ſentētia contra eū qui dicebat̄ ſeruus: dn̄s poſtea ꝓ eo preciū accipiat. Quinto ſi dn̄s ancillā in matrimonio collocauit ſcribens ꝓ ea dotem. Sexto ſi ſeruū appellauit ſiliū actis interuenientibus quaſi in figura iudicij. Septimo ſi dn̄s dedit ſeruo inſtrumētū per qd̄ ſeruitus ei⁹ ꝓbabat̄. ⁊ alijs caſibus qui habent̄. C.qui.ex cau.ſer.pro pre.li.ac.per totū. Octauo qn̄ emptus a iudeo vel pagano ipē talis exiſtēs vult effici xp̄ianus: ſm tn̄ diſcretionē ſupra poſitā in.§.v. ⁊ multo magis ſi empt⁹ eſſet xp̄ianus.vt ibi. Nono et vltimo eſt qui et cōmunior ⁊ ordinatior exiſtit qn̄ ſeru⁹ manumittitur: eſt aūt manumiſſio datio libertatis. Nā q̄diu aliquis in ſeruitute eſt/manui ⁊ poteſtati alteri⁹ ſuppoſitus eſt: manumiſſus vero liberatus eſt. inſti. de liber. in prin. ⁊ manumiſſi dicūt̄ liberti: ſed quō fiat manumiſſio/⁊ quibus/⁊ de libertis hic immediate dicitur.

¶ De manumiſſione ſeruorū §.IX.

que fit multis modis: aliqn̄ in eccl'ia ſub aſpectu ep̄i et plebis. Et debet de hac fieri ſcriptura ad cautelā futuri. C.de his q̄ in eccleſia manumit.l.j. extra de ſer.nō or.c.j. Itē qn̄qꝫ fit coram iudice: ⁊ dicit̄ manumiſſio vindicte. Nam vindicta appellabat̄ virga p̄toris cū qua tāgebant̄ a pretore illi q̄ manumittebāt̄. Et ſiq̄deȝ manumiſſio fiat ad hoc vt manumiſſus ordinetur: debet potius fieri corā eccleſiaſtico iudice q̄ ſeculari. ar. extra de ſer.nō or.c.j. Itē pōt fieri manumiſſio in ſecreto: vt cū dicit dn̄s Eſto liber: vel inter amicos fieri pōt/vel ꝑ ep'lam/vel ꝑ teſtamētū/vel per quālibet vltimā volūtatē. Item pōt fieri diebus feriatis ⁊ tā de die q̄ de nocte: ⁊ etiā a ꝓcedēte per viā. inſti. de libe.§. multis. Princeps quoqꝫ ſola volūtate manumittere pōt. C.de cōi ſer.ma.l.cū apud. Quis aūt poſſit manumittere. Sciendū ꝙ dn̄s ſerui ſi eſt maior.xx.annis: niſi al's non habeat adminiſtrationē: vt furioſus ⁊ ꝓdig⁹. Minor vo xx. manumittere nō pōt niſi ex cauſa: et tunc ſi eſt maior.xvij.annis. C.q̄ ma.nō po.l.ſi minor ſed in vltima volūtate pōt: ſicut ⁊ pōt teſtari.ſ. poſt.xiiij.annū: vt.C.q̄ ma.nō po.aut̄.ſed iure. Itē ep̄s pōt manumittere ſeruos eccl'ie bene meritos.xij.q.ij.ſi q̄s. Poteſt etiā alios nō bene meritos manumittere: dum tn̄ det eccleſie duos ꝓ vno eiuſdeȝ meriti vel peculij. xij.q.ij. ep̄s q̄ mancipiū. Et ſm Guil'. hoc intelligit̄ ꝙ debet dare de ſuis ꝓprijs bonis ſeu ſeruis: nō de reb⁹ eccl'ie. Itē pōt manumittere cauſa miſerationis.xij.q.ij.cū redēptor. qd̄ intelligi pōt de bene meritis. Itē abbas nō pōt manumittere ſeruū monaſterij niſi cōſenſu ep̄i et monachoꝝ. di.liiij. abbati. ⁊ hoc niſi ſit cōtraria conſuetudo. extra de his q̄ fi.a p̄la.c.ea noſcit̄. Itē ſeruus cōis pluriū pōt manumitti ab vno: ſed debȝ manumiſſor alios ſeruare indēnes. C.de cōi ſer.ma.l.j. Et nota ꝙ nō valet manumiſſio in fraudē creditoꝝ facta. inſtitu.q̄.cau.ma.§.j.

¶ De libertis. Libertus dicit̄ §.X.

q̄ ex ſeruo factus eſt liber ꝑ manumiſſionē: manumiſſor aūt patron⁹ ei⁹ dicit̄. Et ſemꝑ libert⁹ tenet̄ patrono ad quedā obſeq̄a. Ingenu⁹ aūt vocat̄ qui liber nat⁹ eſt: et ſic nulli tenet̄ obſequi: quō libertus reducat̄ in ſeruituteȝ ꝓpter ingratitudinē dictum eſt.ī.eo.c.§.iiij. Eſt aūt multiplex differētia ſm Hoſt. inter libertos eccleſie ⁊ priuatoꝝ. Nā liberti eccl'ie reuocāt̄ in ſeruitutē ꝓpter opas non preſtitas. xij.q.ij.c. diaconi. ſec⁹ eſt in liberto ꝑuati. C.de libe.cā. l.ſolo. Inno. tn̄ hoc intelligit de obſequijs impoſitis nō alijs. ¶ Scd̄a differētia eſt: q: filij libertoꝝ eccleſie nati etiam poſt manumiſſionē ſunt obnoxij eccleſie. xij.q.ij. de libertis. ⁊.c. liberti, ſec⁹ in alijs. C.e.l.j.⁊.ij. ¶ Tertia: q: li-

berti eccl'ie tenent ſeruire eccl'ie etiam ſi nulla
opa ſint eis impoſita.xij.q.ij.diacom.in fi.ſec⁹
in aliis.C.e.l.j.⁊.ij. ¶ Quarta:qꝛ ſi liberti ec=
cleſie manumiſſi ad hoc vt ordinent iniurient ec
cleſie vel accuſent vel teſtificent cõtra eã:reuo
cãt in ſeruitutẽ etiã ſi ordinati fuiſſent. di.liiij.
c.qui ex famulis. ¶ Quinta:qꝛ liberti manu=
miſſi ab eccl'ia vt ordinẽt:nõ poſſunt de acqui=
ſitis quoquo modo ad alios tranſmittere ſm
quoſdã: ſed potius oĩa ad eccleſiam ptinebũt.
Sed verius puto q hoc ſit verũ ſolũ qñ in ma=
numiſſiõe hoc fuit expreſſum: al's etiã teſtamẽ
tũ cõdere poſſunt de his que acquiſierũt. arg.
ex de ſer.non or.eo libẽti⁹. et.xxij.q.iij.c.j.⁊.ij.

¶ Nota defectus principũ §.XI.

⁊ rectorũ ſeu officialiũ: ⁊ primo de camerariis
⁊ puiſoribus vel notariis officiorum: q ſi eſt ſta=
tuiũ certũ ſalariũ p labore officiij ſui ⁊ ſufficiẽs
ſi aliqd a pſonis p cauſis ſpectantibus ad offi
ciũ illud exigit/iniuſte accipit ⁊ tenet ad reſti=
tutionẽ.xxxiij.q.j.militare.Vñ Aug.tractans
illud qđ dixit Joh.bap.militib⁹.ſ.cõtẽti eſto=
te ſtipendiis veſtris. dicit q hec ſententia dici
põt et aliis officialibus:vbi gratia militibus/
ptectorib⁹/clericiſq rectorib⁹:et ſubdit.Qui=
cunq ſibi ſtipendia publice decreta cõſequit:
ſi amplius querit tanq̃ calumniator ⁊ cõcuſſor
Johannis ſentẽtia cõdemnat; hec ibi. Nec vi=
det excuſare cõſuetudo qꝛ corruptela.extra de
cõſue.c.fi.in fi. Si autẽ non recipiunt ſalarium
aut nõ ſufficiẽs ſed diminutũ ſi exigant a pſo=
nis p quibus laborãt in officio ſuo quid cõpe=
tens ſm laborem/⁊ officiũ/et conſuetudinẽ nõ
eſt illicitum. Si autẽ nimis extorqueãt debẽt
pauperibus erogare.xiiij.q.v.non ſane.

¶ Deinde de principibus §.XII.

⁊ aliis rectoribus.Et qꝛ primo qñq trahũt cle
ricos ad forũ ſuũ in cauſis eorum ppter qđ eſſent
deponẽdi a ppria dignitate.xj.q.j.nullus.Se
cũdo qꝛ a clericis ⁊ eccl'iaſticis pſonis ⁊ eccle=
ſiis pẽſiones/ pcurationes/⁊ bãna/⁊ penas ex=
torquẽnt cõtra iura ⁊ eccl'iaſticã libertatẽ.Vñ
tenent pena decẽ librarũ auri.xxv.q.ij.q̃cũq.
Tertio qꝛ talliis ⁊ exactionibus populos ſuos
grauãt vltra debitũ: aſſumentes aliqñ iniuſta
bella vñ et tenent ſatiſfacere leſis. xiiij.q.vj.ſi
res. Quarto qꝛ occupãt terras alienas iniuſte
xxiiij.q.iij.transferũt. et tales non ſaluant niſi
reſtituãt.xiiij.q.v.neq. Quinto qꝛ nõ ſunt cõ=
tẽti vxorib⁹ niſi ⁊ habeãt cõcubinas ⁊ ad alias
feminas accedãt in ſui pnicie et ſcãdalũ aliorum.
Sexto qꝛ auguriis/ſortibus ⁊ maleficiis/⁊ in=
cantationibus vtunt:vel talibus fauẽt.cõtra il=
lud.xxvj.q.v.auguriis.Septimo qꝛ leges ini=
quas cõſtituunt cõtra illud, Vide vt quis reci
piens iniuriã perſone poſſit ſe poſt factũ vindi
care:vel vſuras aliqui poſſint petere:vel ſolnẽ
tes vſuras nõ poſſint repetere ⁊ hmõi.Jn quo
caſu eſſent excõicati.e.ti.ex graui.in cle.Octa
uo qꝛ iuſtas leges ſeruare non faciũt:⁊ malefa
ctores et tranſgreſſores legum nõ puniunt: vt
blaſphematores dei et ſanctorũ/luſores/iniu=
riantes aliis : ſi ſunt eorũ ſatellites vel amici.
cõtra illud.xxiij.q.v.regũ officiũ eſt.nec eccle=
ſias tuent vt debẽt ⁊ iura earũ. xxiij.q.v.prin=
cipes.et di.xcvj.boni.Nono dãt immunitates
ſeu bolletinos ſecuritatis indebite.ſ.male vtẽ
tibus in detrimentũ reipublice vel priuatorũ:
vt q quis vadat de nocte vel ferat arma/vel q
nõ poſſit cogi a ſuis creditorib⁹ : vel cũ ſit exul
poſſit manere in loco:⁊ hmõi. di.viij.que con=
tra mores. Decimo qꝛ aliq recipiũt pecunias
vel munera vt ſupplicẽt prelatis p beneficiis
cõferendis: vel etiam p ſuis cõſanguineis vel
amicis indignis ⁊ inſufficiẽtibus pcurant vel
rogant beneficia cõferri: qđ ptinet ad ſimoniã
aliqñ/vel ſaltẽ ad iniuſtitiã.di.lxj.miramur.⁊.j.
q.iij.per totũ.Vndecimo ſi fauẽt hereticis vel
non iuuãt officium epõrum vel inquiſitorũ: aut ſi
in aliquo impediũt inquiſitionẽ cõtra hereti=
cos in q eſſent excõicati.de hereti.c.vt inquiſi
tiõis.lib.vj. Duodecimo dñi tẽporales cõiter
ſunt nimis põpoſi in ſe ⁊ famulis ſuis inutili=
ter expendẽtes que indigẽtibus dari deberẽt:
et ex hoc grauãtes indebite.diſt.xlviij.ſicut hi.
Supbi ſunt cõiter nõ recognoſcẽtes a deo do=
minũ: volentes ſibi a ſubditis in omnibus etiã
malis obediri.cõtra illđ.xj.q.iij.ſi dñs.⁊.c.ſe=
quẽti.Malã inſup curã habent de familia ſua:
cũ audiũt eos inordinate ſe hr̃e ⁊ nõ corrigũt:
cõtra illud.xxiij.q.iiij.duo. Tredecimo qui in
officiis variis ſunt vel dñi tẽporales ſolẽt iura=
mẽta pſtare cõtra multa:vt de ſeruãdis ſtatu=
tis que tñ frequenter tranſgrediunt: vñ ⁊ mor
taliter peccãt..xxij.q.j.pdicãdũ. Decimoquar
to q ſe reperiũt ad faciendũ ſcrutinia officialiũ
ſi admittũt ineptos ⁊ quos credunt noxios ad
talia officia ex amicitia vel pcibus:vel ecõtra=
rio nõ admittũt: ſed repellũt idoneos ex odio/
vindicta/⁊ hmõi:peccãt grauiter.di.lxj.mira=
mur. Decimoquinto qꝛ multotiẽs dimittũt di
uina:vt miſſam/pdicationes/⁊ eccl'iaſtica ſacra
et ſunt in cauſa q alij dimittãt:qs vocãt diuer
ſis de cauſis ſine vrgẽte neceſſitate. di.lxxxvj.
an putatis. Sedecimo qñ dñi vel rectores lo=
corum exigũt a ſubditis opas indebitas:vt cultu
ram agrorum vel vinearũ/deportationes lignorum ⁊
hmõi ſine mercede eorum.Et aliqñ ẽt dieb⁹ feſti=
uis ad iſta iducũt. Decimoſeptimo qꝛ dñi tpa
les ponũt malos officiales in officiis qui gra=
uãt nimis ſubditos vel iniuſte ſe habẽt: et hoc

propter lucrū tēporale qđ recipiunt ab eis vel amicitiā. aliqñ etiā habent malos cōſiliarios. Decimooctauo: male iudicāt ⁊ iniuſte in his q̄ proponūtur eis odio vel amore cupiditate vel timore: vel ignorātia craſſa. xj. q. iij. quattuor. Et nimis munera diligūt. ꝓpter qđ de facili a vero deuiāt. xj. q. iij. pauper. Decimonono cū ſectas partialitates diuiſiones faciūt vel nutriūt ſeditiones ⁊ ſcādala ꝯgrunt: aut qñ exilio vel cōfinio tradūt ſine cauſa rōnabili ſuos cōciues: vel nimis grauāt in collectis vel preſtantijs ⁊ hmōi: vel ſciſmata eccleſiarū cauſant vel ſuſtētāt. Uigeſimo q: pupillis ⁊ viduis et alijs perſonis miſerabilib⁹ non ꝓuident in cauſis ⁊ alijs: ⁊ lēgata ad eos ſpectantia non faciunt.

Titulus. iiii. de militibus et multiplici bello.

¶ De triplici militia ſcilicet clericali: ſpirituali: et laicali. Capitulum. j.

PRecinxiſti me vͥtute ad bellū: ⁊ ſupplantaſti inimicos meos ſubtus me. ps. xvij. Cū oia appetāt pacē ſʒ dionyſiū: ideo bellum gerit vt pax habeat ait Aug. xxiij. q. j. noli. nec mirū ſi i terris vndiqꝫ bella fremūt ab his qui verſantur in imis: cū in altiſſimis vbi oīa pacata ſunt aliqñ ꝓliū exortū fuerit. Nā vt dr Apoc. xij. Factū eſt preliuʒ in celo: ⁊ Michael preliabat et angeli ei⁹ ⁊ draco cū eis: qđ tamē preliū nō fuit cū lāceis: gladijs: ⁊ alijs armis: ſed in cōtrarietate volūtatis. Nā michael q̄ dr princeps celeſtis militie cū ſuis cōuertētib⁹ ſe ad dn̄m et glorificationē ab eo expectātib⁹ humiliter. ⁊ hoc fuit dicere. Sal⁹ deo nr̄o. Draco ille q̄ ⁊ lucifer cū ſequacib⁹ ſuis ſe a deo auertit cupiēs ꝓpria virtute ſibi collata ad gloriā peruenire. Et hoc fuit mēte dicere. Aſcēdā in celū ⁊ ſupra aſtra exaltabo ſoliū ⁊c. Eſa. xiiij. ⁊ ꝓpter hoc ruina magna illi hoſti antiquo patuit: nec ampli⁹ loc⁹ ei⁹ inuēt⁹ eſt in celo. Apo. xij. c. ipis in abyſſum deiectis. Uerū ⁊ de remanētib⁹ in pace ſupna nō eſt numer⁹ militū ei⁹. Job. xxv. Et cū facta fuit pax inter nos ⁊ cōmilitones ſuos ⁊ deū per chriſti natiuitatē: facta eſt multitudo militie celeſtis cū angelo q̄ nunciauerat eā: canentiū Gloria in altiſſimis deo: ⁊ in terra pax. Luc. ij. Sed hac militia omiſſa tranſeamus ad noſtram: de qua dicit pš. Precinxiſti me ⁊c. Ubi tria oſtendit.

¶ Primo oſtēdit certamē: q: dicit ad bellum.

¶ Scđo adiūgit iuuamē: q: precinxiſti me ⁊c.

¶ Tertio cōcludit ſolamē: q: ſupplantaſti ⁊c.

¶ Quantum ad primū ait §. I.

aplūs. ij. ad Ti. ij. Labora vt bon⁹ miles Jeſu xpi. Sed ſciendū eſt ꝙ eſt triplex militia.

¶ Prima eſt militia clericalis.

¶ Secunda eſt militia ſpiritualis.

¶ Tertia eſt militia laicalis.

¶ De militia clericali dicit §. II.

hormiſda. Nō negam⁹ eſſe in laicis deo placitos mores ſʒ milites ſuos. i. clericos ꝓbatos ꝯgruit inſtituta maioꝝ. di. lxj. i ſacerdotib⁹. Et hiero. Si clericat⁹ ītillat deſideriū tuū diſcas qđ poſſis docere ne ſis miles anteꝙ̄ tyro. xvj. q. j. ſi clericat⁹. habēt eñ tales bellare ꝯtra errores īfideliū: ⁊ ideo oportet eos eſſe armatos autoritatib⁹ ſcripturaꝝ: ⁊ orōnib⁹ ſctōꝝ ⁊ frequētia orōnū. Un̄ Amb. Aduerſus milites et gothos arma mea lachryme mee ſūt. Talia eī munimēta ſūt ſacerdotis. xxiij. q. viij. ꝯuenior ⁊ ideo vt expedit⁹ ſit cleric⁹ ad arma in prōptu ſumēda: dicit aplūs. ij. Ti. ij. Nemo militās deo implicat ſe negocijs ſclarib⁹: vt ei placeat cui ſe ꝓbauit. Que aūt dicāt negocia ſclaria qb⁹ hi milites. i. clerici nō debēt ſe iplicare: habet ex ne cle. vl' mo. ꝑ totū. his eſt ꝯtra militia ſecularis: nō debēt cū ipſi bellare. Un̄. xxiij. q. viij. dr. Quicūqꝫ cleric⁹ aut i bello aut in rixa mortu⁹ fuerit: neqꝫ in oblatiōe neqꝫ in orōne ꝓ eo poſtulet. Et iteꝝ. Quicūqꝫ ex clero vident eſſe arma militaria nō ſumant: q: nō poſſunt ſimul deo ⁊ ſeculo militare. Hec ibi. Uerū poſſunt aſſiſtere iuſte militātib⁹ exhortādo ⁊ ſacra miniſtrando. vt. xxiij. q. viij. igitur. ⁊. xxiij. q. iij. ꝑ totum. et q: de clericis et religioſis. j. diffuſe agitur titu. xiij. ideo hic non oportet inſiſtere.

¶ De militia ſpirituali dr §. III.

proceſſum morte non perimaſ cõcedentis: ſic etiã nec re integra perimatur executorib⁹ data poteſtas: quã veluti gratie predicte acceſſoriũ naturã ſequi cõgruit principalis.

Subdelegatus a dele= §.VII. gato pape iuriſditionẽ habẽte coercere poteſt. Hoc ſũmatim habeſ ex eo.ti.c. ex lr̃is. ſm Jo. an. Et iſta coertio itelligiſ: q̃ poteſt excõicare interdicere ⁊ hmõi: ſm Inno. vnde ⁊ Hoſti. dicit q̃ ſubdelegatus delegati ⁊ merus executor coertionẽ recipit ꝯtra opponẽtes ſe ſibi: ⁊ iniuriãtes illos quos mittit ꝓ exequẽdo: quẽ etiã quo ad denunciationis actũ poteſt alteri delegare. Dicit etiã ibi Inno. q̃ qñ agiſ de reuocatione iudicũ in lr̃is illis nõ ſolum expreſſa: ſed expreſſiſſima fieri debet mentio. Et ratio eſt q̃ cũ reuocatio lr̃arũ dñi pape ſit odioſa ⁊ contra ius ibi rõnabiliter appellaſ: ſemꝑ p̃ſumẽdũ eſt papã circũuentũ: ⁊ q̃ lr̃as nõ cõceſſiſſet ſi tenor ipſarũ lr̃arũ: ⁊ ꝓceſſus ꝑ eos habit⁹ expreſſus fuiſſet: vt eo. tit. c. ex parte. Sed ſm Hoſti. melior hoꝝ ratio reddi poteſt: q̃ videlꝫ videſ fieri cõtumelia iudici cũ reuocaſ. vt. ff. de iudi. l. obſeruandũ. non tamẽ ipſa reuocatio eſt ꝯtra ius cũ fieri poſſit. Expreſſiſſima ergo mẽtio requiritur in ſc̃dis lr̃is de priorib⁹ cũ reuocanſ. Ubi vero ſcꝫ ſuꝑ principali queſtione prime lr̃e impetranſ: licet in eis aliqua falſitas exprimaſ vel veritas taceaſ nichilominus valẽt: ⁊ iudex ꝓcedit: etſi nõ ſm formã ſaltẽ ſm ius. Et ſic non requiriſ tãta expreſſio quãta in ſuꝑiori. Et ratio eſt: q̃ iudicium reddiſ in inuitũ. ff. de verb. ob. l. inter ſtipulantẽ. et hec habent locũ in lr̃is vbi iuriſditio ꝯmittiſ. Si enĩ eſſent executorie vel gratioſe ſiue etiã de aliis negociis: tũc opꝫ q̃ de multis aliis faciãt mẽtionẽ: puta de oĩbus omiſſis: q̃bus non eſſent ſub tali forma lr̃e impetrate. vt de reſcrip. c. cõſtitut⁹. Si vero ſuꝑ appellatione lr̃e impetranſ ⁊ ante ſententiam fuerit appellatũ ſufficit q̃ de cauſa appellationis fiat mentio. Sed poſt ſententiã de ſola appellatione. ar. de appel. c. Cordi. lib. vj.

Delegati iuriſditio re §.VIII. integra morte delegantis expirat. ſic ſummat Jo. an. in. c. licet. eo. ti. Ubi dicit Hoſti. q̃ diciſ res integra qñ delegatus nõ cepit vti iuriſditione. Intelligiſ aũt cepiſſe vti ſi vices ſuas cõmiſit alicui: vt hic patet etiã ſi principiũ ſolũ cõmittat. s. eo. c. ſuꝑ queſtionũ. Uel ſi mandet alicui q̃ citet partes: et multo fortius ſi ipſemet citet: vt eo. ti. Gratũ. Uel ſi recipiat teſtes i periculo cõſtitutos. Multo magis ſi excõicet contradictores vel rebelles. eo. ti. c. j. Sed ⁊ iuriſditione vtitur ſi diem aſſignet partibus. de dila. c. ſi. vel ſi forte offerri libellũ vel aliquẽ aliũ actũ iudicialẽ exerceat: ⁊ ſi partes non citauerit. Idem etiã dicit q̃ ſi delegatus mãdato recepto volens ⁊ intendẽs iuriſditionẽ ſuã ꝑpetuare tanq̃ iudex vocet tabellionem et teſtes dicens. Ego vocaui vos tanq̃ delegatus a papa: a quo recepi litteras hũc tenorem cõtinentes. Pius eps ⁊c. et faciat totum legi. Et per cõſequens patet q̃ iuriſditionẽ habeo. Uolens igiſ iuriſditionez michi in hac parte cõmiſſam ꝑpetuare: et caſib⁹ qui accidere poſſunt variis occurrere quantũ michi poſſibile eſt: et debeo autoritate michi cõmiſſa p̃cipio tibi tabellioni tali q̃ has lr̃as in publicã formaꝫ redigas. Et inſtrumẽto publico hos teſtes quos ꝓpter hoc vocaui apponas. Si ſic fecerit forſitan iuriſditio ſua ꝑ talẽ actũ diceſ ꝑpetuata: ⁊ ſic vti incipit iuriſditiõe: q̃ talis actus iudicialis eſt. Et ſic ꝑ mortẽ delegantis nõ expirabit iuriſditio: al's ſic. Cõſulunt tñ q̃ q̃citius poteſt ſine mora citet partes. arg. ex eo. qd legiſ. de ſen. excõ. c. ea noſciſ. Et magis erit ſecurũ ⁊ clarũ.

Delegatus quis nõ cre= §.IX. ditur niſi delegationẽ ꝓbet. vnde non teneſ ei q̃s obedire ſeu exequi qd mãdaret ante ipſam ꝓbationẽ. hoc ſummarie diciſ in. c. cũ in iure. eo. ti. vbi dicit Hoſti. q̃ q̃uis p̃ſumaſ q̃s bon⁹: vt de ſcru. c. j. et ſic non ſit preſumendũ q̃ mentiaſ: et ſic credendũ videſ ei mãdanti: et ſi p̃ſumiſ bon⁹ nõ p̃ſumiſ iudex niſi oſtẽdaſ. In hoc enĩ nõ ſufficit p̃ſumptio ſed ꝓbatio: vt dic̃ glo. Caueat q̃cũq̃ impetrat a principe cauſam cõmitti vel delegari alicui: vt ſi ſentẽtia fuerit data ꝓ eo a delegato bñ cuſtodiat cõmiſſionez ſicut ipſam ſentẽtiã. Lapſu enĩ tꝑis ſi cõueniret et oſtẽderet ſentẽtiã ſine cõmiſſione nõ valeret ei niſi ꝓbaret de cõmiſſione. Sentẽtie vero ordinarii ſemꝑ ſtatur ⁊ ꝓ ea p̃ſumiſ q̃ cõſtat de iuriſditione: vt de ſen. ⁊ re iudi. c. ſicut. Si tñ publicatũ fuiſſet in iudicio reſcriptũ: videſ q̃ ſufficiat. vt de teſti. c. ſignificauit. licet ſit ar. cõtra de ſen. ⁊ re iudi. c. cũ inter. Sed videſ q̃ hodie ſufficiat ſolus tabellio ad imponẽdũ finẽ ſentẽtie. vt ex de ꝓba. c. qm̃. Sed vt nulla ſit dubietas ita debet fieri q̃ autoritate iudicis reſcriptum pape ſolẽniter in publicã formã redactũ inſeratur in ipſa ſentẽtia iudicis autoritate: in p̃ſentia partiũ ⁊ alia inſtrumẽta ꝓcuratoria: q̃ idẽ iuris eſt de illis: vt ſi oſtẽdereſ ſentẽtia lata in ꝑſona ꝓcuratoris vel ſindici ſi nõ ꝯſtaret de mãdato ꝓcuratoris ſentẽtia nõ valeret nec ſtaretur ei ſi negarẽt illũ fuiſſe ꝓcuratorẽ. Sed poſtq̃ in ipſa ſentẽtia inſeranſ hmõi inſtrumẽta ⁊ reſcripta iudicis autoritate: ſtabiſ poſtea ſentẽtie etiã ſi originalia nõ appareãt. C. de teſta. l. publicati. Idem caueat in ſententia excõ=

municationis ille qui abſolutus eſt: cuſtodiat inſtrumentū ſiue lr̄as abſolutionis ꝑ quas tutus exiſtat ſi ei obijceretur excōmunicatio: al's poſſet ſibi periculū generari. Per ꝓcuratorē nō habentē ad hoc mandatū non ꝓrogarē de re ad rem iuriſditio delegati. Item excōmunicatio poſt appellationē legitimā lata nō tenet. Hec in ſūma habenē in.c.cū olim.eo.ti.ſm Jo. and. vbi dicit glo. ꝙ ſi procurator excedit fines mādati ſciēte dn̄o niſi ſtatim ꝯtradicat ei ꝑiudicat.ar.diſt.liiij.c.ſi ſeruus. Si aūt ignorante eo excedat nō ei ꝑiudicat. Siſiter ⁊ iudex ſi excedat fines mādati partib⁹ non ꝯtradicentib⁹ eis ꝑiudicat.C.cōtra vtriuſ.iu. Qui acta clauſa ſeu ſigillata relatiōis delegatoꝝ aperuit ipſoꝝ violādo ſigilla: cōtra illa acta nō debet audiri. Hoc habeē in ſūma in.c.cū olim.ij.eo.ti.vbi ponitur caſus de quodā qui deferēs lr̄as relatorias geſtoꝝ per delegatū in ſua cauſa ſuſpicās ne portaret lr̄as Urie.i.ꝯtra ſe: ⁊ iniuſte apuit eas. vnde ⁊ nō audiē cū fecerit iniuriā delegato ⁊ deleganti. Ubi glo.ponit hiſtoriā de Uria etheo: que habeē.ij.Reg.xj.c. Et ſubdit glo. ꝙ iſte fuit ſtult⁹/ ꝙ recepit tales lr̄as deferēdas: ſi habebat eas ſuſpectas. Primo q: debebat videre diligenter: ⁊ ſi qd eſſet in eis iniquū debuit ꝯtradicere relationi iudicū ſi ꝯtra ꝟitatē referebāt iudices debēt oſtēdere partib⁹ relationē quā faciūt ſuperiori.ij.q.vj.§.biduū. al's poſſet appellare vt ibi. Et quotiēs iudex relaturū ſe polliceē ilico acta litigatorib⁹ oſtēdere teneē: vt de appel.c.intimaſti. Dicit etiā glo. ꝙ talis tanꝙ falſarius puniendus eſt. Et ob hoc ſolū priuari debet bn̄ficio.vt de reſcrip.c.olim. Inno.tn̄ dicit ꝙ min⁹ peccauit ꝙ̄ falſarius: vn̄ ⁊ min⁹ debet puniri.ſ.pena arbitraria ſm Pe. Delegatus ſubdelegatū college impediti vel ⁊ excuſantis ſe nō poſſe intereſſe cū alio in cauſe diſcuſſione: ſi ī reſcripto eſt clauſula ꝙ ſi ambo nō poſſunt intereſſe vn⁹ adimpleat cōmiſſionē. Ubi Joh.and.in nouella ſic ait.exponēs glo. ſi clauſula ꝙ ſi ābo ⁊c̄.eſt in lr̄is apl'icis. Aut alter eſt ꝑpetuo impeditus: ⁊ tūc cōdelegat⁹ non tenetur ſubdelegatū impediti admittere. Aut tꝑaliter eſt impeditus: ⁊ tūc ſi impedimētū eſt ineuitabile: idē eſt dicēdū. Si euitabile collega tenetur ſubdelegatū impediti admittere: ſi ſubdelegatus iuriſditionē habebat. Sed ſatis michi placet tunc opi. Hoſti. de ap.re. Et ſi dices quia ſi eſt impedimentū tēporale et euitabile: aut clauſura preelegit perſonā: ⁊ tūc preelectus nō tenetur ſubdelegatū college admittere. ſed non ſic ecōuerſo. Aut clauſula nullaꝫ preelegit: et tunc in reſcripto aut eſt clauſula ap.re. et tunc non tenetur admittere: aut non eſt/ et tunc tenetur admittere.

Delegatus canonicus in §.X. cauſa canonici poterit recuſari. Itē delegatus ſi vocet ſeu citet reū ad iudiciū ad locū vbi ſecure nō poteſt accedere poteſt recuſari. Summarie ꝰ habeē in.c.cū te.eo.ti. vbi dicit Hoſti. ꝙ etiā cū lr̄is de cōductu nō teneē accedere ad locū vbi habet inimicitias. Et non ſolū ꝑpter ꝓprias inimicitias: ſed etiā ꝑpter cōes vt ciuitatis vel loci: ſm Pe. Hic etiā dicit glo. ꝙ canonicus nō pōt eſſe iudex cōcanonici ſui ꝑpter familiaritatē: que etiā veritatem impedire ſolet.iij.q.v.accuſatores. Teſtis tn̄ poteſt eſſe canonicus ꝓ cōcanonico ſuo: cū etiā frater ꝓ fratre poſſit teſtificari: cū edictū de teſtib⁹ ſit ꝓhibitoriū.ff.de teſti.l.j. Facilius eñ habenē iudices ꝙ̄ teſtes. vnde et facilius repelliē iudex ꝙ̄ teſtis. Iudex eñ recuſaē ꝓ modica cauſa: vt ſi aduerſarius eſt oriūdus de terra illius.ſ.iudicis: vt de appel.c.ex inſinuatione. Itē ſi iudex eſt ſuffragane⁹. Itē ꝯſanguinitas. vt de appel. c.poſtremo. Sed in teſte ſecus. Itē iudex recuſaē vel alius ei adiūgiē ſi habet ꝯſimilē cauſaꝫ: ſicut etiā teſtis repelliē ſi habet ꝯſimilē cauſaꝫ. Sed ſi dareē iudex canonicus cōtra aliū canonicū nō poterit recuſari: q: par affectionis non oēm ſuſpitionē tollit.ff.de ritu nup.l.non ſolū. Dicunt etiā Pe.et Abb. ꝙ ſcholaris recuſari poteſt ſi detur iudex in cauſa ſcholaris ī domo ſocij.allegat eo.ti.c.inſinuante. Societate aūt diſſoluta dicūt ſecus: niſi nimia affectio ex ꝑcedenti ſocietate remāſiſſet. De magiſtro etiā dicit ꝙ recuſatur in cauſa ſcholaris ſui: niſi alter eſſet eius ſcholaris ſm Guil.in.c.cū cōtingat. eo.ti. cōtineē ꝙ delegatus cui mādaē ꝙ abſoluat illū q̇ ſe dicit excōicatū iniuſte anteꝙ̄ partiū probationes recipiat.ſi ꝟo demandaē ei ꝙ denūciet ſentētiā eſſe nullā: prius ſuꝑ eo partiū ꝓbationes recipiat. Ubi dicit glo. ꝙ nō debet admitti q̇s ad ꝓbandū id quo ꝓbato non prodeſt. C.de ꝓba.l.ad ꝓbationē. Et poſt multa dicit in fine. hoc verū niſi iudex eum ſub illa ꝓteſtatione ad ꝓbandū admittat: vt ſi de iure debeāt valere ꝙ valeāt: al's non. Item dicit ibi glo. ꝙ duplici ex cauſa poſt abſolutionē ab excōicatione audiunē ꝓbationes ſuꝑ hoc.ſ. vtrū iuſte fuerit excōicatus: q: ſi ꝓbabit ꝙ iniuſte fuerit excōicatus nō iniūgetur ei aliq̇d ꝑ iuramentū. Et ideo preceptū differē quouſqꝫ cōſtet ſi iniuſte fuit excōicatus. Et tunc precipiet ei ꝑ iuramentū ꝙ ſatiſfaciat pro eo ꝓ quo fuit excōmunicatus. Itē ſi probaret ꝙ admonitione nō premiſſa fuiſſet excōmunicatus: excōmunicator eſſet ꝑ menſem ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſie. Itē ſi ꝓbatur ꝙ iniuſte ſit excōmunicatus: excōmunicator tenebiē ei ad intereſſe: et tanto

tēpore abſtinebit quāto viſum fuerit ſuperiori.xj.q.j.nemo. Sed ſi ſentētia probabit fuiſſe iuſta: excōmunicat⁹ tenebit excōicatori ad intereſſe: et hoc niſi vtrūq; ꝓbabilis error excuſet. Addit hic Joh.an.quinq; queſtiones circa materiā talis excōicationis ⁊ ſoluit.vide in nouella in dicto.c. Nota ꝙ lib.vj.eo.titu. dicit de reuocādo ſubdelegato. Quāuis vices tuas in cauſa tibi ab apłica ſede delegata in totū commiſiſſe noſcaris: ſi tamē anteꝙ ille iuriſditione vſus fuerit cōmiſſio hmōi p te reuocet ab ipſo: vel eū eximi rebus cōtingat humanis: cauſam ipſam reſumere poteris: cum iuriſditio ex quo ipſa vſus nō fuerit: nō cenſeat in eū efficaciter tranſiuiſſe. Et.c.ſequēti qđ incipit. Si delegatus. dicit ꝙ ſi delegatus cōmiſerit vices ſuas vel ſubdelegauerit (qđ idē eſt) quotiēs abeſſet: vel donec reuocet cōmiſſionē: per quā etiā intelligitur cōmiſſa ſententie ꝓlatio mortuo ipſo delegante: ſi res nō eſt integra ſed ſubdelegat⁹ cepit vti ſua iuriſditione: ſi dicta cōmiſſio non fuerit reuocata p delegantē p mortē ipſius nō expiret. Dicitur etiā ꝙ a ſubdelegato ad delegantē qui ſcʒ aliqđ iuris reſeruauit appellādū eſt: cū appellat etiā poſt ſententiā. Cū delegatus etiā epi recuſat: recuſationis cauſa coram epo eſt ꝓbāda. Itē ſi officialis eiuſdē recuſet: licet ad ipſum ab eodē officiali nequeat appellari: eo.ti.c.ſi ꝯtra vnū.lib.vj. Itē in.c.venerabili.eo.ti.ſummarie dicit. ꝙ ſi ſubdelegat⁹ delegati pape ſimpliciter datus cepit vti iuriſditione: delegatus illū reuocare non poteſt. Sed ſi ſubdelegat⁹ ipſe ꝯtra formā apłici reſcripti procedit nullus eſt ꝓceſſus. Ubi dicit Joh.an. in nouella poſt glo.ꝙ qui eſt ſuſpect⁹ de dilapidatione ſue eccleſie non debet p hoc remoueri ab adminiſtratiōe ſed dari debet ei coadiutor. Ex quo autē probata fuerit dilapidatio: locus erit depoſitioni: vt de ſimo.c.licet. Pe.⁊ Abb. dicūt ꝙ qñ prelatus eſt ſuſpectus de dilapidatione preterita tm̄: tunc datur coadiutor tm̄: et inquirit de veritate de qua ſi ꝯſtabit deponet. Quādoq; eſt ſuſpect⁹ de dilapidatione futura propter p̄teritā de qua cōſtat: ⁊ tūc remouetur ſm glo.et ſine accuſatore: ſi euidentiſſimis argumētis liqueat eū ſuſpectū. Et ad hoc q̄libet perſona eccleſiaſtica eſt admittenda: ſcʒ ad accuſandū: vt de re.ec.non alie. Si quis presbyterorum. Dicit etiā Inno.ꝙ ſicut oīmis alienatio interdicit tali coadiutori: ita ⁊ viſitatori vel cōmendatori: niſi rerū ſcilʒ que ſeruando ſeruari non poſſunt. de elec.c.is cui.lib.vj.

¶ Delegatus qui pronunciauit ſe iuriſditionē non habere etiam de conſenſu partium cauſam non reaſſumit: ſumma- §.XI.

rie hoc dicit in.c.ſignificantibus.eo.tit.vbi fit mentio de quadam vidua nobili que ſub pretextu paupertatis impetrauit per reſcriptum a papa iudicem delegatū perſonā eccleſiaſticā in cauſa ſua vt vitaret iudiciū ſeculare. Unde Joh.and.in nouella ponit genera perſonarum etiam laicarum que poſſunt recurrere ad iudicium eccleſiaſticū. Et primo quidē de pauperibus dicit ꝙ indiſtincte poſſunt conqueri eccleſie non ſolum de oppreſſionibus: ſed etiā de alijs iuribus.xxiiij.q.iij. Si qs de potentibus. vt de verb.ſigni.c.Super quibuſdā. Idem intelligas de peregrinis oībus qui ſunt de foro eccleſie quo ad res quas portant: ⁊ contractus initos in ipſa peregrinatione.xxiiij.q.iij. Si quis romipetas.et.c.ſequenti. Idē in mercatoribus ſi in theloneis grauentur. vt in predictis. c. xxiiij. q. iij. Idem de manumiſſis ab eccleſia vel ei commendatis. Et de his qui ad eccleſiam confugiunt.lxxxvij.diſt.eos. et.c.ſequenti.et.C.de his qui ad eccle.cōfu.l.fi. Idem de penitentibus ſcʒ ſolēniter.xj.q.j.aliud. Idē de officialibus eccleſie: libertis/ruſticis/vxoribus/filijs/et ſeruientibus.ff. ad muni.l. Aſſumptio.C. de epi.⁊ cle.l.j. et diſt.lxxxix. indicatum. Idem in ſenibus ⁊ omnibus libertis. lxxxvij.diſt.c.j. Idem in cecis / membris mutilatis/leproſis/furioſis/captiuis / debilibus/ diuturno morbo fatigatis. vij. q.j. Cum percuſſio, et de cenſibus.c.Licet. C.de epiſ.audi. Supradicte perſone et ſimiles ſunt de foro eccleſie: adeo ꝙ ſi grauentur a ſuis iudicib⁹ poſſunt ad iudicē eccleſiaſticū appellare.et ipſum per ſimplicem querelam adire: vt.lxxxvij.diſt. Libertos.et.c.Irreligioſum. Sed quod dicūt de appellatione ſcilʒ ꝙ a ſeculari ad eccleſiaſticum poſſunt appellare falſum eſt: immo potius ad iudicem ſuum ſecularem et ſuperiorē gradatim appellatio facienda eſt: vt patet.ij. q.vj. Anteriorum. Hoc tamen ſpeciale in iſtis pſonis miſerabilibus: quia cuiuis eccleſia etiā non miſerabilibus perſonis reddat omnibus iuſticiam propter negligentiam ſecularium iudicum: tamen ſemper requiritur primo iudex ſecularis.de fo.compe.c.Licet. Miſerabilium autem perſonarū querimoniā ſimplicē quandoq; audit irrequiſitis etiam dominis eorūdem: ne nimis fatigentur pro iuſticia omittenda.diſt.lxxxvij.per totum. Alij dicunt ꝙ nunꝙ eccleſia habet ſe intromittere de his niſi in defectū iudicis ſecularis ſm Innocen.ſed Hoſti. remittit de hac materia: vt plene notatur de fo.competē.c.Cum ſit generale. Cruce ſignati oīmino defenduntur ab eccleſia ſm Inno. Hoc autē notandū ꝙ perſone miſerabiles facilius ſunt exaudiende ꝙ alie perſone: et reſcriptum

Laici potentes recurrere ad iudicē eccleſiaſticū

cõtra ipſas nõ valet:niſi faciat de ipis expreſſam mentionẽ. Hoc aũt regulare eſt ſm leges q̄ in defectũ iudicis ſecularis: ſiue qꝛ non habeť/ſiue qꝛ recuſať/ſiue qꝛ iuſtitiã facere negligit/ſiue qꝛ notoriũ ſubditum ledit: nedũ pape/ſed etiam epĩ eſt iudicare:ꝛ in melius reformare. vt in aut. vt diffe.iudi.pria rubrica. et hinc eſt q̄ papa vacãte imperio vices imperatoris gerit:vt de foro compe.licet. Hoſtien.

¶ Delegatus cũ vt ſuſpect⁹ §.XII.

ab aliqua partiũ litigantiũ recuſať: eligunť arbitri ad cognoſcẽdũ de cauſa ſuſpitiõis vtrum ſit ratiõabilis:qꝺ ſic declarat Greg.ix.eo.titu.di. Suſpitiõis cauſa cõtra iudicẽ aſſignata nõ ipſe q̄ forſan ꝓuocatus obeſſet/ ſꝫ arbitri poti⁹ corã quibus eſt ꝓbatio faciẽda:et ad quos oĩa que ad hũc articulũ faciũt ptinere noſcũť: põt ad hoc terminũ aſſignare:ab ipõ quoqꝫ iudice cui ſicut iuriſditio/ ſic ꝛ cetera ſine qb⁹ explicari non põt intelligunť eſſe cõmiſſa:ijdẽ vt cõueniant ſi diſcordes fuerint in vnã ſentẽtiam:vel tertiũ cõcorditer aduocẽt cũ quo duo vel alter eoꝝ id faciat ſunt cogẽdi: ne huius occaſiõe pn̄cipale negociũ pl⁹ debito ꝓrogeť. Hec in tex. Glo.ſuper ꝟbo cauſa que dꝫ eſſe ratiõabilis.ſ. neceſſaria: vel ꝓbabilis ad recuſandũ:talis.ſ. q̄ ſi eſſet ꝓbata deberet legitima reputari: vt de appel.cũ ſpeciali.Sup verbo iudicẽ glo.intelligit ordinariũ vel delegatũ.Sup verbo forſan.glo.qꝛ non dꝫ iudex moueri qui nõ facit ei iniuriã:cũ vtať iure ſuo:vt de elec.c.cũ eccl'ia. Et hoc eſt ei cõceſſum a iure vt hic. Sed refert ſe ad id qꝺ cõtingere ſolet. Licet eñ nõ deberet moueri tñ indignãť tales ꝓ maiori parte. Et ideo qꝛ forſitã eſt ꝓuocatus cõtra illũ/ non dꝫ terminũ ad hoc cognoſcẽdũ aſſignare:ne ſibi obeſſet in artãdo ipꝫ. Et lꝫ ſit ꝓuocatus/nõ tñ poterũt ipſi declinare quaſi offenſum: cũ habeãt ceſſante ꝓbatione ſuſpitiõis redire ad eũ quẽ recuſauerãt. Sup verbo non ipẽ. Joh.an. ſcilꝫ iudex recuſans: alſ tñ bene cognoſcit iudex an ſua ſit iuriſditio.ff.de iudi.l.ſi qs.qꝛ tũc non ſic afficiť perſona ſicut cũ recuſať. Super ꝟbo arbitri. Hi ſm Egidiũ nõ debẽt eſſe laici. Glo.ſup verbo ad quos oĩa. Sicut iudici oĩa intelligunť cõmiſſa que ad cauſam ptinẽt ipaꝫ ſic et his arbitris/vñ ipſi habẽt iuriſditionẽ et coertionem:ꝛ poſſunt cõpellere teſtes ꝛ impediẽtes punire:vt ptꝫ hic expreſſe:et põt ab eis appellari. Sꝫ ſi appellent ad papã appellabiť. Q2 ſi illi q̄ eligunť arbitri a partibus nolũt ſuſcipere arbitriũ:q̄uis dicať.ff.eo.l.itẽ.q̄ nemo cogiť ſuſcipere arbitriũ:tñ ſecus eſt hic. Nam teneň hic accipere in virtute obediẽtie diſtricte:ꝛ precepto dñi pape teneň:et ſi huic precepto non obediant:vt de appel.c.cũ ſpeciali. Si eñ iudex ordinarius eſt qui recuſať ipſe cõpellet eos. Si delegatus illos cõpellat nõ obſtãte q̄ recuſatus ſit:aliter iudiciũ nõ ꝓcederet. Itẽ eſt hic aliud ſpeciale: qꝛ cõſenſus priuatorũ facit eũ iudicẽ qui nulli preeſt iuriſditiõi: nec iſti veri arbitri dicunť niſi ꝓ tanto qꝛ eligũtur vt arbitri:ſicut alij arbitri eligũť de cõſenſu partium. Ex hoc ptꝫ q̄ alij arbitri nullã coertionẽ habent:ſed tñ metu pene ſentẽtie eorũ ſtatur. C.de arbi.l.j.vel ꝑ emologationẽ vel taciturnitatẽ decẽ dierũ.C.de arbi.l.cũ antea. Et iuriſditio iſtorũ quaſi ordinaria eſt ꝑ electionẽ. Gloſa ſup verbo cogẽdi. lꝫ iuriſditio talis iudicis recuſati interim ſit ſuſpenſa: tñ ne culpa eorũ cõtingat negociũ ꝓrogari ꝑmittitur tali iudici vt cogat illos ad cõcordãdũ ꝛ ſententiandũ de cauſa ſuſpitiõis. Q2 ſi arbitri non cõueniũt ſimul malicioſe vt negociũ ꝓrogeť: idem credo q̄ iudex poſſit cõpellere eos vt ꝓcedãt: aliter cõtineret iniquitatẽ iſta cõſtitutio: qꝛ dareť cauſa malicijs hominũ quib⁹ eſt poti⁹ obuiãdum:vt de reſcrip.c.ſedes. Sup verbo oĩa explicat ꝑ exẽpla Jo.an. poſt Hoſti.et Goffre. vt locũ teſtib⁹ aſſignare/eos cõpellere ꝛ punire ſi in falſo deprehẽdat: diſcutere ꝑſonas teſtium:admittere exceptiões in ꝑſonas:et ꝓnũciare verã vel falſam cauſam ſuſpitiõis/deficiẽtem in expẽſis cõdẽnare. Et di. Inno.et Guil. in ſpec. q̄ ſi aliqua pars etiã recuſans ſit cõtumax in certo actu: vel articulo coram arbitris non cõparens: nõ ꝓpter hoc delegatus reaſſumit iuriſditionẽꝫ: niſi totus labať terminus ꝑ eũ arbitris aſſignatus.allegat.c.cuꝫ ſpeciali. de appel.in li.vj.eo.tit.de arbitris hoc habeť. Ab arbitris qui ſm formã iuris vt de ꝓpoſita cõtra iudicẽ ſuſpitionis cauſa cognoſcant: vel qui cũ de reuocatione ambigiť litterarum iudicibus nequeũtibus in vnã ſentẽtiã cõcordare ad cõcertationẽ hm̃ōi ſopiẽdam a partib⁹ eligũť: et ſi ſe aggrauauerint/ad ſedẽ ap̄licam eſt appellandũ: vbi dicit glo. ſup verbo iudicem.ſ.delegatũ pape. Et idẽ ſi recuſareť ordinarius. Glo. ſup verbo grauauerint ſine ſentẽtia: puta qꝛ inique ꝓnũciant illum ſuſpectũ qui ſuſpectus ꝓbatus non eſt vel ecõuerſo: vel ante ſentẽtiam: puta minus breuem dilationẽ dando.de dila.c.j.qꝺ eſt eorũ officium. ¶ Nota etiã ibi in glo.q̄ ab arbitris q̄ cõpromiſſarij vocãtur ꝛ volũtate adducunť/ab eis nõ appellatuř: ſed ab arbitris q̄ de neceſſitate iuris habent aſſumi: de quib⁹ loquiť iſtud.c.ab his bene appellatur: vt ꝑtꝫ hic. Et hac ratione puto hanc decretalẽ locũ habere in arbitris electis ad audiendũ cauſam quam mouet ep̄s contra ſubditum ſuũ: cum etiã illo caſu de neceſſitate

eligant arbitri: vt.xj.q.j.ſi clericus. Et de hoc de officio ordinarij.c.irrefragabili.

¶ Delegata iuriſditio ad §.XIII.

perſonas nõ cõprehenſas in reſcripto: etiã de ipſorũ cõſenſu prorogari non pōt. in ſumma dicitur in.c.j.p Glo.eo.ti. Querit hic Hoſtiē. an poſſit renũciari beneficio conſilij generalis.de ſen.excõi. Sacro.ſ.q nulla admonitiõe p̄miſſa ad requiſitionē aduerſarij ferãtur tales ſentētie: et dicit q nõ.ar.de foro cõpe.ſi diligēti. Cõ col. Inno. plus etiã dicens ſcȝ excõicationē vel interdictũ nunq̃ poſſe venire in pactũ vel conditionē vt ſine cauſe cognitiõe ⁊ cõtumacia pferatᷣ: bene pōt ordinarius eccñaſticus cuius iuriſditio eſt debite prorogata has ſentētias ferre. Et poſt multa circa hanc materiã ſcȝ an nõ ſoluēs creditori in termino cõuento cum eo: q ſi nõ facit hoc/ſit excõicatus: ſi non pōt aliquo modo ſoluere an incidat/ſic cõcludit. Si quis ſibi vult caute puidere dȝ ſibi cauere vt nõ ſolum fiat ſibi iuriſditionis prorogatio/ſed ſtatim per iudicē cõſentiēte ⁊ inſtãter petēte debitore feratur ſentētia excõicationis: niſi infra terminũ ſatiſfecerit vt pmiſit: tunc eñ nulla monitio eſt neceſſaria: qꝛ dies p hoīe interpellat: vt de loca.c.fi. Nec valebit appellatio ſi appellat interim: qꝛ ex quo ſemel cõſenſit in alteri⁹ preiudiciũ diſſentire non pōt: vt de pba.c.per tuas. Ponit etiã hic Jo.an.in nouel. allegãdo Hoſt. multa genera prorogationũ: ſcȝ expreſſam ⁊ tacitã. Expreſſam diuidit in quatuor ſpecies ſcȝ de pſona ad pſonã: de re ad rem: de loco ad locũ: ⁊ de tpe ad tēpus: ibi potes videre. ¶ In ca.cum vigeſimũ. hoc ſummarie habetᷣ eo.tit. Primo q maior viginti annorũ a quocũq pōt dari delegatus. Secundo q maior decē ⁊ octo annorũ etiã datᷣ a quocunq delegatus: ſed nõ niſi de cõſenſu partiũ. Tertio qꝛ princeps pōt dare delegatũ in quacũq etate. ¶ In ca.ſeq. ſic habetᷣ in tex. Uno delegatorũ vel arbitrorũ ſicut pponis rebus humanis exēpto eorũ officiũ expirat: niſi aliud fuerit in delegatione/vel cõpromiſſo expreſſum. ¶ In ca.qm apo.eo.ti. ſummatim dicitᷣ q delegat⁹ pape ſubdelegare pōt: lȝ dat⁹ ſit ex officio/vel de partiũ cõſenſu/vel cũ clauſula: q ſi nõ oēs tu cũ altero ⁊c. Idē pōt cõſentiētibus partib⁹ is cui cõmittit negociũ exequendũ pſonaliter: preterq̃ in duob⁹ caſibus qui ponunᷣ in textu. vbi dicitᷣ: preterq̃ ſi inqſitionē fieri vel eccleſijs de p̄latis/aut alijs miniſtris puideri mandemus: cũ in his caſib⁹ induſtriã ⁊ fidem pſone cui talia cõmittimus eligere videamur. Ubi dicit Joħ.an. q hoc iniungitᷣ expreſſe vel tacite: ſcȝ cum non pōt ſubdelegari. Expreſſe/vt de reſcrip.ca.cũ dilecta. de accuſa.c.fi. Tacite/cum deprehendi pōt ex mēte reſcripti. puta cũ dicitᷣ de induſtria tua ⁊ circũſpectione confidentes plenius per apl̄ica reſcripta ⁊c. Al's ſi nec expreſſe nec tacite hoc iniungitᷣ: poteſtas ſubdelegandi amittitᷣ. Idē (vt ibi dicitᷣ in textu) cui cõmiſſum fuerit predicare crucē: excõicare vel abſoluere aliquos: diſpēſare cũ irregularibus: iniũgere penitētias. nõ licet hoc alijs demãdare.i. ſubdelegare: qꝛ nõ ſibi iuriſditio ſed certum miniſteriũ potius cõmittitᷣ in hoc. Itē in ſexto eo.ti. ſic habetᷣ. Si cõtra vnũ ex duobus iudicib⁹ cũ illa clauſula: q ſi ambo intereſſe nõ poſſunt/alter eoꝝ in cauſa pcedat: a ſede apl̄ica delegatis ſuſpitionis cauſa legitima pponatᷣ: cauſa ipſa ſuſpitionis coram nõ recuſato cõiudice ad quē ex vi predicte clauſule dȝ ipſius cauſe cognitio pertinere pbari ⁊ ab eo expediri debebit. Ubi vero non eſt dicta clauſula in reſcripto/debet ſuper hoc ad arbitros recurſus haberi. hec ibi.

¶ De delegatione que fit §.XIIII.

per ep̄os. Ubi ſciēdũ q que dicta ſunt.ſ̄. in iſto ca. de delegati officio cõiter dicunᷣ de delegatiõe que fit p papã: q̃uis aliqua etiã cõueniãt delegatis alioꝝ ep̄oꝝ ⁊ prelatoꝝ. Uñ circa delegationē ep̄oꝝ ſm Ray. ⁊ Guil. diſtinguendũ qꝛ quedã ſunt que ptinent ad ordinē ep̄alem: ſicut cõſecratio/recõciliatio eccleſiarũ/ordinatio ⁊ hmõi. Et iſta pōt ep̄s delegare: non tñ niſi ep̄is. vt de offi.ordi.ca.qꝫ ſedē. Quedã alia ſunt que ptinēt ad iuriſditionē: ſicut audiētia cauſarũ/⁊ abſolutio pctõꝝ. Et iſta indubitãter delegare ſeu cõmittere poteſt: vt de cõſe.eccle. vel alta.ca.aqua. Ita tñ q criminales cauſas clericorũ cum agitᷣ ad depoſitionē delegare nõ pōt: niſi in caſu ſcilȝ ſi inciperet abeſſe ppter eccleſie ſue neceſſitatē vel aliam magnã cauſam: ⁊ tunc cõmitteret cognitionē tm̄ ⁊ non diffinitionē. C.de peda.iud.l.ij. niſi cõmitteret diffinitionē totius cauſe alij ep̄o: qꝫ facere pōt cum non ei ſit inhibitũ. Sunt quedã alie cauſe que lȝ non ſint criminales/tñ ppter earũ excellentiam non debet eas delegare niſi cauſa multũ iuſta ⁊ neceſſaria ſit impedit⁹: vt cauſa matrimonialis/⁊ ſimiles. extra de cõſan. et affini.c. ex litteris.in fi. Nõ debet etiã delegare diſpenſandi poteſtatē cum irregularibus. Nec abſoluendi eos qui manus violētas iniecerũt in clericos in caſibus ſibi a iure cõceſſis: vt de pueris/mulieribus ⁊ hmõi. Et lȝ iſta delegare non debeat/poteſt tñ cum non ſit phibitum: immo de percutiētibus clericos conceditᷣ. de offi.ordi.c.eis. Alias vero cauſas minores etiã ſpirituales: vt de decimis/iure patronatus/⁊ ſimiles poteſt delegare: non tñ laicis/ſed clericis

tiñ. extra de iudi. ca. decernim⁹. Pecuniarias vero cauſas poteſt: immo forte indiſtincte debet delegare: nec in talibus occupari. arg. xj. q. j. te quidē. Poteſt aũt ep̃s delegare his qui ſunt in alieno ep̃atu ea que pertinēt ad iuriſditionē volũtariam: non tñ poteſt cogere eos ad ſuſcipiendũ: ſed ea que pertinēt ad iuriſditionem cõtentioſam: non poteſt illis delegare ſm Guil. Item ſicut delegat⁹ a papa vel a principe hʒ a lege ꝙ poteſt alteri cauſam ſubdelegare: niſi in inquiſitiōe vel ꝓuiſiōe eccleſie de prelatis ſeu aliis miniſtris: qꝛ in his caſib⁹ videtur electa induſtria / et fides perſone: vt eo. tit. qm̃. ita delegatus ab ep̃o vel alio: et ſi nō hʒ a lege poteſtatē ſubdelegandi: habere tñ poteſt ab hoie: vcʒ ſi delegatus ipſe dat ſibi illam auctoritatem ſubdelegādi. arg. de ꝓcura. c. j. ꝛ. ij. Sic tenet Jo. an. ſup. c. is cui. eodē titu. lib. vj.

De cõſeruatoribus. Cap. iiij.

De cõſeruatoribus qꝛ tales reputantur iudices delegati a papa: ideo de eis agitur in ſexto de offi. dele. in. j. ij. ꝛ vltimo. c. Nam ſm antiqua iura nil habebatur de illis. Et hic de eis breuiter tractabiꝭ. Inno. iiij. Statuimus vt cõſeruatores (quos plerũqꝫ cõcedim⁹) a manifeſtis iniuriis ꝛ violentiis defendere poſſint illos quos eis cõmittim⁹ defendēdos: nec ad alia que iudicialē indaginem exigũt ſuam poſſint extendere poteſtatē. Joh. an. ibi in glo. ponit tria genera conſeruatorũ. Nā aliquos dicit dari cõſeruatores: vt cõtra latrones vel predones eos defendāt. Alios dari vt defendant eos cõtra infringentes priuilegia ipſorũ. Alij dantur vt defendāt ab iniuriis ꝛ offenſis. Et in nullo dictorũ caſuum habent iudicialem indaginē: vt hic. De manifeſtj ergo iniuriis ſolũ habent cognoſcere. Et intellige manifeſta. i. notoria: ꝛ ita patentia ꝙ nulla ꝓbabili tergiuerſatione celari poſſint: vt de verbo. ſigni. c. ex parte. Si quis autē qui ſcʒ iniuriat⁹ eſt negat offenſam eſſe notoriā / cuʒ negatiōe videatur res fieri dubia: tũc bene recipiet ꝓbationes cõſeruator: an factũ illud ſit notoriũ vt ſic videat an ſua ſit iuriſditio: vt de reſcrip. c. ſuper litteris. Alˀs officium eoꝝ eſſet inutile. Et ſi inuenit factum notoriũ ꝓcedat contra illos: alˀs deſiſtet. Non eñ habet poteſtatē defendēdi iniuriam ſimpliciter / ſed qualificatā. ſ. notoriam. Habet ergo cõſeruator vocare reum: ꝛ ſi confiteaꝭ factum bene quidē. Si neget ſuper notorio ꝓbationes recipiat. Si autē confiteaꝭ factũ: ſed dicit ſe ſuo iure feciſſe: dicũt quidā ꝙ vltra ſe intromittere nō debet. Alij cõtradicunt aſſerentes ꝙ ꝓbatiōes ſuper notoria offenſa recipiet: ad hoc de elec. ca. bone. Alˀs facile eſſet conſeruatorũ officium deludere. Unde ſi videaꝭ conſeruatori ꝓbabilis negatio nō ꝓcedat: alˀs puniat ſicut notoriũ. Et qꝛ conſeruator nō cognoſcit niſi de notoriis non poterit recuſari: ſicut nec appellari poteſt in notoriis. Et dicit Ber. ꝙ talis cõſeruator poteſt inuocare auxiliũ brachij ſecularis: vt de offi. ordi. c. j. Glo. ſuper verbo offendere. hoc intelligi poteſt de cõmiſſa et cõmittenda. Pone eñ eos paratos ad exercitum ꝛ violentiā inferēdam illis quorũ eſt conſeruator: prohibere poterit excõicare et punire: vt de ſen. excõi. ſacro. In cõmiſſa defendere per diſtrictionē eccleſiaſticā compellēdo iniuriatores: vt ſatiſfaciāt leſo / et ſeculare brachiũ inuocando. Glo. ſuper verbo indaginē. i. cauſe cognitionem ſeu examinationē / qꝛ dubia ſunt: et ſi de talibus ſe intromittat incurrit penam: de qua. j. §. ij. Dantur autem cõſeruatores ſolum a papa: et vt plurimũ religioſis exemptis circa ſua priuilegia.

De cõſeruatoribus quō debeant ſe modeſte habere erga ep̃os in ꝓceſſibus contra eos. §. I.

Alexā. iiij. ſic ait. Quia pontificali dignitate preditis ob reuerētiā ſacri officij quod exercent plurimũ deferri conuenit: et eos pl⁹ aliis honorari decet: vt cũ a iudicibus vel cõſeruatoribus a ſede ap̃lica deputatis / cõtra eos per coactiōes aliquas ſiue penas fuerit ꝓcedendũ: gradus ꝛ modeſtia in hmōi conſerueꝭ ꝓceſſu: ita ꝙ eis quadā condigna reuerentia ſupportatis ingreſſus primo ipſis eccleſie: vel ſacerdotale interdicatur miniſteriũ: ac deinde ab officio ſuſpendanꝭ. Et ſubſequenter aggraueꝭ cenſura eccleſiaſtica contra eos: niſi forte aliter fieri ſuaſerit nimia contumacie ꝓteruitas ſiue culpa. de offi. dele. c. ij. lib. vj. Super verbo aliter circa finem: dicit glo. vt ſcʒ nō ſupportenꝭ tanta modeſtia: vt qꝛ iniurias ꝛ cõtumelioſa verba ꝓfert in iudicem: vt de penis c. dilect⁹. Sed quid ſi iudex nō ſeruata forma huius cõſtitutiōis ſtatim ſuſpēdit ep̃m vel excõicat / aut etiam ſuperiorē ep̃o: tenet ne ſententia? Dic ꝙ ſic: lʒ reprehendēdus eſt iudex qui hanc modeſtiā non ſeruauit. xj. q. iij. c. j. Item ſm Inno. ſi maleficiũ eſt notorium aliis / ꝛ non iudici: oportet ꝙ ſuper hoc querat ꝓbationes ꝛ teſtes cogat. ij. q. j. in primis. et de teſti. ca. ij. Et qꝛ in notoriis aliquis ordo neceſſarius eſt. extra de iureiu. ad noſtrā. Similiter oportet ꝙ ꝓcedat ad inquiſitioneʒ quādo factũ eſt notoriũ: ꝛ neſciꝭ quis fecerit. Item ſi reus qui fuerat cõdemnatus ꝛ excõicatus infra annum appareat ꝛ dicat ſe velle ſatiſfacere: cognoſcet cõſeruator de quantitate damni ꝛ hmōi.

¶ Que ſpectant ad officiū §.II.
cōſeruatoꝝ: ⁊ qui poſſunt eſſe cōſeruatores: ponūtur de offi.dele. Hac ꝯſtitutiōe.li.vi. Ubi dr Hac cōſtitutiōe ꝑpetuo valitura ſancimus. vt cōſeruatores ꝗ aliquib⁹ vt a manifeſtis iniurijs et violentijs tueantur eoſdē plerūq̄ a ſede aplica cōcedūt de cetero deputari nō poſſint: niſi epi vel eoꝝ ſuꝑiores aut abbates ſeu dignitates vel ꝑſonat⁹ in cathedralib⁹ vel collegiatis eccleſijs obtinētes. Nullusq̄ deputati ſibi cōuerſatoris eſſe valeat cōſeruator. Nec aliqs regib⁹ et reginis: ꝗ ſicut dignitatis altitudine preeminēt: ſic prerogatiua gratie cōuenit eos anteferri dūtaxat exceptis deinceps cōſeruatorē habeat cū ꝗ ſub ſua iuriſditiōe dn̄io vel diſtrictu eccliaſtico vel tꝑali cōſiſtat. Cōſeruatores autē hmōi extra ciuitates ſeu dioceſes in qb⁹ fuerint deputati: vel alibi ꝙ in ciuitatib⁹ ſeu locis inſignib⁹ vbi poſſit copia haberi peritorū ꝯtra quoſcūq̄ ꝓcedere: aut aliquos vltra vnā dietā a fine dioceſis eorūdē trahere nō preſumāt. Uices quoq̄ ſuas citationib⁹ ⁊ ſententiarū denūciationib⁹ dūtaxat exceptis: quas ꝑ alios valeant exercere nulli cōmittere poſſint: niſi hoc eis cōpetierit ex bn̄ficio litteraruꝫ: ſed nec tūc niſi infra ciuitates ſeu dioceſes in qb⁹ deputati fuerūt: ⁊ ꝑſonis tm̄ ꝗ ſuꝑi⁹ ſunt expreſſe.⁊.ſ. Officium aūt quorūcūq̄ cōſeruatoꝝ ipſo iure quo ad nō cepta negocia per obitū cōcedentis volum⁹ expirare. Circa munera Xbo expēſas aſſeſſores ac notarios et ꝑſonas teſtimonij cauſa vocandas: illa precipim⁹ obſeruari in hmōi conſeruatorib⁹ per oia ꝗ in delegatis iudicib⁹ cōſtitutio a nobis ſuper hoc edita obſeruanda decernit. Quicquid aūt cōtra premiſſa vel eoꝝ aliquid attentari cōtigerit oīno decernim⁹ irritū ⁊ inane. In ipſo etiā.c. ponitᷣ pena ꝯſeruatorib⁹ quidē: vt ſi de alijs ꝙ de manifeſtis iniurijs et violentijs ſcienter ſe intromiſerint: ſeu ad alia que iudicialē indaginem exigūt ſuā extēderint poteſtatē: eoipſo ꝑ annū ſint ab officio ſuſpēſi. Et vt dicit ibi Glo. ſuper Xbo officio et beneficio: qđ eſt eius ſequela. vt xxxij.di. Preter. ⁊ idē eſt ſi hoc agerēt ignorātia craſſa vel affectata. Pars aūt que hoc fieri ꝓcuraret ſententiā excōicationis incurrit. de qua.ſ.in titu.de excōi. Joh.an.ibi in glo. ponit ex ipſo tex. ſex vel qnq̄ differentias inter conſeruatores ⁊ iudices alˢ delegatos. ¶ Quarū prima eſt. ꝙ iudex delegat⁹ poteſt eſſe canonic⁹ eccleſie cathedralis: cōſeruator nō. ¶ Secūda eſt. ꝙ eius ꝗ eſt michi iudex delegat⁹ ſaluo iure recuſationis: poſſim ei eſſe delegat⁹ iudex in alia cauſa. Sed in cōſeruatore ſec⁹ etiā ſi nō opponatur exceptio. ¶ Tertia eſt. q2 ſaluo iure recuſationis ſubditū michi bene poſſum impetrare delegatū: ſed nō cōſeruatorem. ¶ Quarta eſt. q2 delegatus a principe poteſt cauſam ſibi cōmiſſam in totū vel in partem cōmittere. vt de offi.dele.c. Paſtoralis. ſed non cōſeruator. Licet Guil. dixerit cōtrariū in ſpecu. ſed nō tenetᷣ in hoc: cū text⁹ iſte cōtradicat. ¶ Quinta circa penā: q2 dato ꝙ legat⁹ ſe intromitteret de his que nō ſunt ſue iuriſditiōis non propterea habet locū pena in illum: q2 nō inuenitᷣ expreſſum. Sed ꝯſeruator incurrit penā. vt patet in textu. ¶ Sexta poteſt poni. q2 etſi cōſeruator haberet ex priuilegio ꝙ poſſet alteri delegare: nō tamen hoc poſſit niſi ꝑſonis ꝗ haberent cōditiones ſupradictas cōſeruatorū. Sed delegat⁹ poteſt ſubdelegare ei cui potuiſſet delegari. In omnib⁹ alijs predictis ſex exceptis equiparātur cōſeruatores alijs iudicibus delegatis. ſm̄ Joh.an.in glo. ¶ Itē nota ꝙ cum ſunt plures cōſeruatores deputati ꝓ vno prelato monaſterio ſeu eccleſia quo ad negociū ceptū: poſt vnū illoꝝ cōſeruatoꝝ ꝑpetuatᷣ iuriſditio in alijs ꝯſeruatorib⁹ nō obſtāte morte ꝯcedentis. Itē licet poteſtas executoris dati ad gratiā non pereat re integra mortuo papa. vt co.ti.ca. Si ſuper gratia. Tamen poteſtas cōſeruatoris priuilegiorū in quibus cōtinentur gratie bene perit quo ad nō cepta morte cōcedentis: vt patet in textu. Hec Joh.and. Que ſunt intelligēda niſi in ipſa cōceptiōe cōſeruatorū exprimeretur ꝙ non obſtante morte concedentis durarent ipſi cōſeruatores dati. quod credo cōmuniter hodie fieri.

[margin:] Differētia ꝯſeruatoris et delegati.

¶ De ordinarijs et pertinētibus ad ipſorum officium. Cap̄.v.

De officio ordinarij Alexāder. iij. florentino epo. Cū ab eccleſiaꝝ prelatis eccleſiaſtica ſententia in malefactores aliquos ꝓmulgatur: rata debet et firma cōſiſtere: ⁊ vſq̄ ad ſatiſfactionē digniſſimā inuiolabilr obſeruari ⁊c. de offi.ordi.c. Cū ab eccliaꝝ. Dicit ibi gl. ꝙ qlz prelat⁹ collegiate ecclie lꝫ ſubſit epo: eſt tn̄ iudex ordinarius ⁊ habet iuriſditionē cognoſcēdi ⁊ excōicādi: vt patet in hoc.c.⁊.xv.q.iiij.c. ſi. et de iudi.c. Decernim⁹. Et dico illū prelatum hoc poſſe facere ⁊ hr̄e talē iuriſditionē ꝗ elect⁹ eſt a collegio ſeu ab vniuerſitate. Et idē intelligo ſi preficiatur vniuerſitati vel collegio ab eo ꝗ habet adminiſtrationē cū iuriſditiōe. Unde et abbas excōicare poteſt. ſcꝫ ſubditos/ et habet iuriſditionē/ vt de ſimo. Sicut. Et hoc niſi cōſuetudo ꝯtra tales eſſet in cōtrariū: nō tamē poſſunt excōicare cū illa ſolēnitate qua epi. Et de hac intelligunt illud. c. Debent. xi. q.iij. et xvi.q.ij. Uiſis. Alij vero dicunt ꝙ prelati inferiores epis ſubditos eis excōicare nō poſſunt

niſi cõſuetudo que iuriſditionē dat ſit in ɔtra-
riū.ſcȝ ꝙ tales excõicent. Exempti aūt prelati
ꝑcipue religioſoꝝ cū habeāt iuriſditionē quaſi
epālem in ſubditos ſuos vtiqȝ ipſos excõmuni
care poſſunt. De hoc tamen ſcȝ quis poſſit ex-
cõmunicare habes diffuſe in tit.xxiiij.ca.lxxv.
Joh.an.in nouel. ſic ſummat.c.Si ordinarius
ſubiectus epō in ſibi ſubditū ferret iuſtā ſentē
tiā:epō illā ſeruari faciat:ꝛ eā ſine ſatiſfactiōe
et illius cõſciētia nõ relaxet. Tamē vt dicit ibi
glo.ſi ſecus faceret/ſcȝ abſoluendo talē a iuſta
ſententia:ꝛ contra voluntatē ordinarij ex quo
ſuperior eius eſt:teneret abſolutio.ſed male fa
ceret ille epō et cõgri poſſet:ſicut fecit ille ple-
banus ſancti Pācratij cõtra epm florētinū in
tali caſu. vt patet in dicto.c. et dicit glo. ſuper
vbo in malefactores.ꝙ ſi ſint malefactores ec
cleſiarū conuenire eos prelati poſſunt ſub quo
iudice maluerint.de fo.cõpe.Cum ſit.ꝛ vtroqȝ
gladio vti ɔtra eos ſi ſpectat ad eos.vt de ſen.
excõi.c.Dilecto.li.vj.Sup vbo obſeruari.di-
cit Joh.an.ꝙ placet Inno.ꝙ minores iudices
ordinarij vel delegati a principe vel a quocūqȝ
iudice alio:ꝛ etiā ſubdelegati poſſunt exeq̄ ſen
tētias per iuriſditionē quā habent.ſcȝ excõicā
di:interdicēdi:vel ſilia.arg.de offi.dele.c. Si-
gnificaſti. Quādo vo ſunt talia ꝙ non poſſunt
facere iudices minores: vel ſubdelegati: ſicut
in corporalem poſſeſſionē mittere:tunc nõ ipſi
ſed alij exequūtur. ꝛ ſic loq̄r.l.ff. de re iudi.l.a
diuo. Et idē de maiorib⁹ iudicib⁹ qn̄ executio
fiēda eſt extra terminos ſue iuriſditiōis. Sup
vbo/ clericos vel laicos. Habet ergo pleban⁹
nedū curā laicoꝝ: ſed etiam clericorum parro
chiam ſuam inhabitantium.Hoſti.

De ordinario iudice quis §.I.

ſit multa notat ſup dicto.c. Cū ab eccleſiarum
Ad hoc J.ca.vj. in fi. Jo.an.ſm Inno.ꝛ Hoſt.Dicit Innocen. ꝙ illi
dicūtur ordinarij prelati vel rectores:ꝛ habere
ordinariā iuriſditionē qui ab vniuerſitate eli-
gunt̄ in prelatos ꝛ ſuperiorē cõfirmationē re-
cipiūt:vt in auť.de defen.ci.§.interim.vnde et
rector cuiuſlibet vniuerſitatis eſt ordinarius.
Et qui eligit̄ ab his q̄ ſunt alicuius ꝓfeſſiōis:
negociatiōis: vel artis:ſicut ſunt piſtores:cer
dones:phyſici:canoniſte et ſiles: adeo ꝙ tā de
publicis cauſis ꝙ̄ de ꝑuatis quas habēt occa
ſiōe ſocietatis ſocij cogūtur inter ſe reſpõdere
ſub tali rectore nulla exceptione obſtāte. Acto
res tamē nõ cogūtur eos conuenire ſub eo: im
mo ipſos cõuenire poſſunt corā iudice ſub quo
domicilium habent:vt hec oīa probātur. C.de
iuriſdi.om.iudi.l.fi. Inde eſt ſm Hoſti.ꝙ ſcho
lares diuerſos iudices habent.eſt tn̄ in optio-
ne eorum ſub quo reſpondeāt:vt de fo.cõpe.ꝙ
clericis.Dicit etiā Inno. ꝙ corpora vel colle-
gia alicuius artis/ſocietatis vel negociatiōis
licita ſunt et approbata a lege. vn̄ poſſunt ha-
bere in his que ad negociationē vel ad ſocieta
tem pertinent arcā cõmunē ꝛ ſyndicū ꝛ iudicē
ſine tamen preiudicio dn̄i ſui ſi quē habēt. ar.
C.de iur.om.iudi.l. fi. Et poſt multa ſubdit di
ci poſſe(forte nõ male) nõ attendi in collegijs
iſtoꝝ piſtoꝝ:cerdonū ꝛ hmõi/ ꝙ ſint de vna ꝓ-
uincia vel de diuerſis : vel ꝙ oēs de vna ciuita
te ſint/de vno collegio vel plurib⁹:ſed tn̄ attē-
ditur ꝙ ſint tres vel plures q̄ cõueniāt:vel vni
uerſitatē faciant pro iuſticia cuiuſlibet ſeruan
da.et ſi in aliquo diſcordant ſtandū eſt maiori
parti:niſi minor pars rõnabile q̄d pretendat.
Hec aūt in ciuitatib⁹ potiſſime q̄ carent iudi-
cibus ſm Inno.locū habent:in quib⁹ qn̄ nõ re
peritur alius eſt ad epm dioceſanū tanq̄ ad or
dinariū recurrēdū/ etiā in tpalibus: vt in auť.
vt diffe.iudi.§.in ciuitatib⁹.coll.ix. Unde hec
iura collegioꝝ ſeu corporū vigent in ciuitati-
bus precipue lõbardie. que etſi dn̄m habeant:
ipm tamē dn̄m vt expediret reipublice nõ re-
cognoſcunt. Sic nec rex Frācie: vel bohemie:
vt in.c.per venerabilē.q̄ fi.ſint legi. Quicquid
aūt ſcribat̄ hoc putat Hoſt. iuſtū eſſe ꝙ ciuita-
tes et alia loca que habēt dn̄m ſpecialē:nõ de-
bent dn̄ium aliqđ vel iuriſditionē aliquā in ſui
dn̄i preiudiciuȝ vſurpare. Et ideo ꝙ̄uis ꝑdicta
corpora ſiue collegia ſint approbata a iure: et
iuſtum ſit ꝙ dn̄s eis ſua priuilegia ſeruet:ſi tn̄
incipiāt ſuos terminos excedere:et iura ſue iu
riſditiōis dn̄i vſurpare:de iure ſunt ꝑ ipm dn̄ȝ
coercēdi ꝛ refrenandi.ar.ix.q.iij. Priuilegiū.
hoc ei expedit reipublice vt ſit vnus dn̄s ꝛ nõ
plures. Sed verū eſt ꝙ de facto aliqn̄ ſimul cõ
gregati dicūt illud Sap. ij. Sit fortitudo nr̄a
lex iniuſticie. vn̄ et dn̄os cõculcāt ꝛ hoc quātū
ad laicos.quātū aūt ad clericos ꝑtinet:nullus
etiā ex electione iuriſditionē cõſequit̄ niſi pri-
mo a ſupiore cõfirmet̄ vel approbet̄: vt patet i
eo qđ legit̄ de elec.ca. Noſti. Exceptis q̄buſdā
caſibus:vt notat̄ de appel. Quia nos. Ex quo
aūt approbatus vel cõfirmat⁹ eſt canonice q̄s
a ſuperiori ad beneficiū cū cura:de iure cõi iu-
riſditionē habet:vt hic ſcȝ in.c. Cum ab eccle-
ſiarū. Is aūt qui curā nõ habet per cõſequens
nec iuriſditionē ordinariā:cū priuat⁹ ſit:niſi a
principe ordinarius ɔſtituat̄:vt de reſti.in in-
te.c. Cauſa. Uel niſi ſit officialis vel vicarius
ordinarij.vt de offi. vica. c.j.vel niſi habeat ex
conſuetudine:vt de off.archi.c.fi. Que cõſue-
tudo ꝛ priuato canonico in familia ſua iuriſdi
tionem dat ordinariā:qđ dic vt notat̄ de fo. cõ
pe.c.Cum contingat. Hoc tamen ſcias ꝙ mu-
lier vel etiā laicus quantūcūqȝ religioſus non

pōt eccleſiaſticā cenſurā exercere: vt extra de maio. ⁊ obe. c. dilecta. ſm Hoſt. Sed Inno. aliter poſuit. Dicit enī ꝙ ad hoc ꝙ ꝑlatus habeat iuriſditionē ordinariā in clericos/opꝫ ꝙ vniuerſitas q̄ illū eligit ſit clericoꝝ vel religioſoꝝ: vel al's idē ꝑlatus iuriſditionē ab eccl'iaſtico ꝑlato habeat: ⁊ ꝙ elect⁹ ſit clericus vel religioſus cum al's nec dare nec recipe poſſunt ſpūalē iuriſditionē. ſ. excōicandi/interdicēdi/et ſimiliū. Itē ꝙ eligat̄ in prelatū: nam ſi eligeret̄ ad aliquā dignitatē in eccleſia/ad primiceriatū/ archipreſbyteratū/cuſtodiā ⁊ hmōi: non hꝫ ordinariā: niſi ꝯſuetudo tribuat eis/qḋ pōt. de exceſ. prela. c. ij. Princeps aūt eoipſo ꝙ cōſentit tacite vl' expreſſe nō errans in iure vel in facto ꝙ aliq̄ faciāt collegiū: vt q: ſcribit ex certa ſciētia alicui vniuerſitati/ vel ſindicū eoꝝ admittit videt̄ cōcedere eis ius vniuerſitatis: q: vt ordinari⁹ facit. Tacite etiā eoipſo ꝙ dat ſiue cōmittit alicui aliquā ciuitatē vel caſtrū vel villā: vt ff. de offi. prefe. vr. l. j. Idē cū papa dat delegationē in ꝓuincia. de offi. lega. c. ij. lib. vj. vel dat archidiaconū vel aliquid ſimile. Et idē intelligas ſi ab alio conferat̄ vel cōmittat̄: qui tñ habeat poteſtatē. ar. ff. de iudi. l. cū pretor. Et ſm Inno. lex dicitur dare iuriſditionē ordinariā: eoipſo ꝙ aliquem ordinariū vocat. Sed ⁊ a lege hꝫ dñs iuriſditionem ordinariā in vaſſallos et arbitri electi a ſubdito ⁊ ep̄o ſuo in eoſdem. xj. q. j. c. ſi clericus. Et conſilijs preſidentes. de iudi. ca. j. Et preſidentes capitulis ꝓuincialibus religioſorum. de ſtatu mo. c. in ſingulis. et de maio. et obe. c. cum olim.

¶ Ordinarij ꝓ maxime dicūt̄ §. II.

ep̄i: ⁊ hi debēt punire crimina ⁊ inuocare cum expedit brachiū ſeculare. Un̄ ex ſynodo Iohānis pape dicit̄. Habeant ep̄i ſingularū vrbium in ſuis dioceſibus liberā poteſtatē adulteria ⁊ ſcelera inquirere: vlciſci ⁊ iudicare ſm ꝙ canones cēſent abſq3 impedimēto alicui⁹: et cū op⁹ fuerit publicū cōuocent auxiliū nō ad preiudicandū/ſed poti⁹ ad ea que ſunt deo placita ꝓſequendū. de offi. ordi. c. j. Ubi dicit glo. ſup verbo inquirere: tunc. ſ. qñ frequens ⁊ clamoſa fama eſt ꝯtra ſubditū que obtinet vices accuſatoris vt de accu. c. qualiter ⁊ qñ. Sup verbo iudicare. glo. vndecunq3 ſit ille. Preſes enī ꝓuincie debet purgare ꝓuinciā malis hoibus: nec diſtinguit vndecunq3 ſint. ff. de offi. ꝑſi. l. ꝑſes ꝓuincie. ⁊ vj. q. iij. placuit. Sup verbo canōes dicit glo. ꝙ canones dicūt vt ep̄i cauſas ſynodoles ad ep̄m deferāt. xxxv. q. vj. ep̄s in ſynodo. In ſynodo enī quā annuatim debꝫ facere ep̄s cū clero dioceſis ſue debet cōſtituere aliquos in diuerſis parrochijs in ciuitate ⁊ extra viros timoratos clericos: ⁊ etiā ſeculares pōt conſtituere q̄ dicunt̄ teſtes ſynodales. Et hi debēt referre ep̄o in ſynodo vel dictim que ſciūt emergere in dioceſi indigētia correctione/ vel ꝓuiſione. Dicit aūt ibi glo. ꝙ ad ep̄os ꝑtinet inquirere de hmōi criminib⁹ eccleſiaſticis/de adulterijs: de cōſanguinitate inter virū et vxorē: vt xxxv. q. vj. ep̄s in ſynodo. Itē de hereſi. de here. c. excōicam⁹. De crimine vſurarū/ſimonia/ſacrilegio/⁊ ſilibus que ꝓprie ſpectant ad iudicē eccleſiaſticū. Et ꝑ ep̄os debēt puniri: et de quocunq3 mortali pctō. vt de iudi. c. nouit. Itē ex eo ꝙ dicit punire ſm ꝙ canones cenſent/eſt arg. ꝙ iudex debet iudicare ſm allegata et ſm canones ⁊ leges: ⁊ non ſm cōſcientiā. Inducit ad hoc. c. ſummope. xj. q. iij. ⁊ iij. q. vij. iudicet. ⁊ alia iura. Ponit circa hoc duplicē opinionē. Aliqui dicūt cum iudex hꝫ ante ſe cauſam quā ſm cōſcientiā ſuam nouit iniuſtā: ſed ſm allegatiōes ⁊ ꝓbationes ſufficiēter apparet iuſta: nō debet iudicare ſeu dare ſentētiā/ſed alteri delegare. Alij dicūt ⁊ meli⁹ ꝙ iudicare hꝫ non ſm cōſcientiā: q: hoc eſſet vt priuata perſona: ſed ſm allegata ⁊ ꝓbata iudicare hꝫ vt publica ꝑſona. Si aūt cōſcientiā deponere non pōt/ꝗuis deberet deponere: nullo modo cōtra conſcientiā debet iudicare. De hac tñ materia diffuſius. ī. ti. eo. c. ij. §. vj. glo. ſuper verbo ad preiudicādū. i. q: per hoc nō acquirit iudex ſecularis inuocatus ius aliquod in preiudiciū eccleſie: vt ſcꝫ in poſterum poſſit talia ſua auctoritate attētare: niſi de mādato eccleſie. Inno. autē aliter exponit illud ad preiudicandū. i. q: ſi nō eſſet iudex ſecularis inique agi auxilium denegabit. xj. q. iij. qui reſiſtit. nec eſt cōtra qḋ ſ. dictum eſt de offi. dele. c. paſtoralis. q: ibi loquitur de ſubditis q̄ debent exequi ſententias maiorū ſuorū etiam iniuſtas: hic aūt loquitur de poteſtatibus ſecularibus que nō ſunt ſubdite ſed pares. di. xcvj. cum ad verū. Idem eſt in alijs ep̄is: vt ſi vnus ep̄s ferat ſentētiā iniuſtam: alius ep̄s non exequetur ſi nouit iniuſtā q: in bonis tm̄ debet auxilium impendere. di. x. c. penulti. Et intelligit hoc Inno. qñ ſine iudicio petit iudex eccleſiaſticus regem vel aliū rectorem aliquē ledi ⁊ iniuſte. Nam ſi in iudicio cōdemnatū petat caſtigari ꝑ regem debet hoc facere: et eſſet excōicandus ſi hoc non faceret. xxiij. q. v. adminiſtratores. Nec ei⁹ eſt inquirere an ſentētia eius ſit iuſta necne. Dicit etiā Inno. ꝙ ſi quis clericus vel laicus nō pareret ſententie ſui iudicis quē fatetur/vel notorium eſt eſſe ſuū iudicem: nec coram ſuperiori appellationē vel ſupplicationē ꝓſequitur ſm eum: nec aliquid ratiōabile pretēdit ſm Hoſt. eccleſiaſticus iudex poterit cenſurā ſuā exercere

re contra talē. Si vero ſit exēpt⁹ nō valet qđ fit a prelatis cōtra eū: qđ dic vt de priui.c.j.li.vj. Illud aūt certū eſt ꝙ etiā ſi ſit rex vel etiam im perator ſemꝑ poſt monitionē canonicam excōi cabilī ab ordinarijs ꝓ notorijs exceſſibus: niſi pareat. de iudi.c.nouit. niſi ſit nimis ſeuer⁹ vel iniurioſus. Tūc eñ papa vicari⁹ ſummi regis cognoſcet etiā de nō notorijs per modū accuſa tionis vel denūciationis ſm Inno. Hoſtienſis allegat de iudicibus.c.nouit. Glo.ſup illud pu blicū cōuocēt auxiliū alter alteri.i.iudex eccle ſiaſticus ſeculari iudici: ⁊ ecōuerſo. Hec eſt dif ferētia: qꝛ iudex ſecularis pōt cogi ꝑ eccleſia ſticū ad preſtādū ſibi auxiliū: ſed nō ecōtra. eo. ti. ad reprimēdū. ⁊ melius de iudi. c. qualiter. Nec mirū ſm eum cū ſecularis ſit inferior eo. Eſt etiam ſecūda differentia: qꝛ ſecularis non habet examinare ꝓceſſum eccleſiaſtici. Eccle ſiaſticus vero nunꝙ ad petitionē ſecularis ex cōicabitur: niſi ex cauſa ratiōabili ⁊ ſeruata for ma canonica: cui nec per pactū pōt renūciari. Unde ſi excōicādus aliquid voluerit obijcere audiet. xj.q.j.nemo. Et faciūt hec ad queſtio nē Johannis de monte murio: de ep̄o. Qui cū excōicaſſet prelatū dioceſis ſue: qꝛ nō recipie bat eum viſitantē. Qui tñ qꝛ prius appellaue rat: dicens ſe exemptū/et in poſſeſſione liberta tis: ⁊ nunꝙ fuiſſe viſitatum excōicationē con temnebat. Propter qđ ep̄s inuocabat contra eum brachiū ſeculare: prelatus ille dicit bra chium non eſſe prebendū. Queritur quid iuris? Multa inducit ꝓ ep̄o ⁊ contra ep̄m. Demū ſol uendo dicit ꝙ ep̄s in tali caſu nō poteſt inuoca re brachium ſeculare: nec cōpellere poteſt ad hoc iudicem ſecularē: nec cōpulſus tenet obe dire: dicens cōtraria iura loqui quando iudex eccleſiaſticus ꝓcedit ſeruato iuris ordine con tra illos qui de facto non de iure ſunt rebelles vel cum non eſt appellatum ex iuſta cauſa: vel ille contra quem procedit.

¶ Ordinarius qui ſcit non §.III.

oculis non habendo: ſed humani generis ini-
micum: fecit impetum inſultum ꝛ aggreſſum:
mouendo ſe de loco ad locum in et contra per-
ſonā R. et ipſum vulnerauit in capite dicti R.
cum dicto cultello: vna percuſſione et vulnere
ex qua percuſſione dictus R. incōtinenti mor-
tuus eſt. Et predicta omnia cōmiſſa ꝛ perpetra-
ta fuerunt per ipſum R. in perſonam dicti R.
tempore ſupradicto animo et intentione pre-
dictis in ciuitate peruſij. tali loco prope tales
confines contra formam iuris ſtatutorū et or-
dinationis dicte ciuitatis. Hāc autē formam

ꝓbat.l.libellorū.ff.de accu.quā obſeruat pra-
ctica. Ideo autē ponitur locus ⁊ tēpus: q̄ hec
ſunt de ſubſtātia inquiſitiōis: ſicut ⁊ de ſubſtā-
tia accuſatiōis. Ideo ponit̄ fama publica pre-
cedēte: q̄ fama loco accuſationis ſuccedit. Vñ
niſi precedat nō debet inquiri. extra de accu.c.
cū oporteat. ⁊.c.qualiter ⁊ q̄n. Ideo dicit̄ a fi-
dedignis: q̄ ſi nō ſunt fidedigni faciētes famā:
ſed ſuſpecti/malicioſi/vel maliuoli: ex eorū fa-
ma nō debet ad inquiſitionē ꝓcedi: vt in dicto
c.qualiter ⁊ q̄n. Hodie tñ peruſij de cōſuetudi-
ne nō ſeruat̄: q̄ pars nunq̄ petit copiam fame
ſibi dari: eo q̄ ex forma ſtatutorū pōt de omni
crimine inquiri. Unde in dicta ciuitate inquiſi-
tio eſt auxiliū regulare ſicut accuſatio. Ceſſan-
te ſtatuto et cōſuetudine bene poſſ3 peti copia
dicta. Si fieret inq̄ſitio de aliis criminib⁹ qui-
buſcūq3: a ſimili debet fieri ſcḋm ea que cōcurrūt
ad act⁹ illos exprimētia maleficiū ſiue delictū.

¶ In quibus cauſis poſſit §.II.

fieri inquiſitio. Angel⁹ de peruſio circa hoc po-
nit varias opiniōes. Et primo opinio glo. iuris
ciuilis dicit in.§.ſi publico. q̄ non pōt fieri in-
quiſitio niſi in his caſibus. Primo ratiōe in-
iurie illate preſbyteris aut eoꝝ miniſtris: etiā
in loco occulto exiſtētibus: vt in.l.ſi q̄s in hoc
genus.C.de epiſ.et cle. Secūdus caſus in cri-
mine ſuſpecti tutoris.l.iiij.§.preterea.ff.de ſu-
ſpe.tu. Tertius in charta falſa ꝓducta coram
iudice.l.iubemus.C.de ꝓbatio. Quart⁹ in fal-
ſo teſte. C.de fal.l.vbi. Quint⁹ in crimine no-
torio.l.ea q̄dē.C.de ꝓba. Sext⁹ in caſibus no-
tatis in.d.§.ſi publico. Alia opinio dicit q̄ l3
hoc verū ſit de iure: de cōſuetudine tñ de quoli-
bet crimine pōt inquiri fama publica precedē-
te: ⁊ clamoſa inſinuatiōe referēte. Et ita refert
Alber.de Gandino. Sed opinionē glo.p̄lo po-
ſitā Ang.reprobat in hoc q̄ dicit tm̄ in dictis
caſibus poſſe inquiri ⁊ nō in aliis. Ponit eñi ⁊
ipſe alios caſus in quibus pōt inquiri.ſ.cōtra
oēm ſacrilegū/latronē/et plagiariū.l.iiij.§.mā-
datis.ff.ad.l.iuli.pecul. Item contra facientē
ſeditionē in ciuitate.in aut̄.de māda.princi.§.
ſi. Item videt̄ poſſe inquiri regulariter contra
omnē malū hominē.l.cōgruit.ff.de offic.preſi.
¶ Nicolaus de Nacta in quadā ſua diſputa-
tione recedēs ab illa opiniōe glo.ponit ſex ca-
ſus in quib⁹ pōt inquiſitio fieri. quos Bar.ſi-
bi aſſumit ꝓ regulis in.d.§.ſi publico. Quorū
primus eſt ad denūciationē officialis.ſ.publi-
ci ad hoc deputati: vt cū per ſtatutū deputant̄
in comitatu officiales ne maleficia cōmittant̄:
vt.l.diuus.ff de cuſto.reorū. Secūdus pōt in-
quiri ꝓpter precedentē incidētem cognitionē
vt i falſo teſte.C.de teſti.l.nullū. Terti⁹ ꝓpter
precedētem generalē inquiſitionē: als fruſtra
fieret.l.cōgruit.ff.de offi.preſi. Oportet tñ in-
uento malefactore fieri circa eū ſpecialē inqui-
ſitionē ad hoc vt condēnari poſſit. Quart⁹ vbi
maleficiū corā iudice cōmittitur: vt falſa char-
ta.C.de ꝓba.l.iubemus. Quintus ꝓpter atro-
citatem criminis ⁊ iniuriā factā clericis: vt in
l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.⁊ cle. Sextus
ꝓpter criminis notorietatē: vt dicta.l.ea. Ad-
dit Bar.ſeptimū vbicūq3 ſine metu calumnie
⁊ ſine ſolēnitate inſcriptionis ꝓcedit accuſatio
⁊ ibi etiam pōt inquiri/qḋ ꝓbat per rationes.
S3 iſtud ſeptimū reprobat Ange.et addit aliū
caſu3 ſc3 in crimine ſuſpecti tutoris. ¶ Aliorū
opinio eſt q̄ duplex eſt inquiſitio. Una que p̄n-
cipaliter fit ꝓpter ſe ex officio iudicis nobili.
Alia mercēnaria ſeu incidēs que fit ex officio
iudicis mercēnario ſeu incidenter. Et p̄ia in-
quiſitio fit trib⁹ modis. Primo q̄n per famā
imploratur: vt in.l.iuſtiſſimas.C.de offi.rec.
ꝓuin. Nā fama tenet locū accuſatoris: vt in.c.
qualiter ⁊ q̄n.de accuſa. Secūdo q̄n per ꝓmo-
torē ꝓuocatur. extra de accuſa.c.cū oporteat.
Tertio q̄n per publicam denunciationē excita-
tur.l.ea q̄dē.C.de accu. Et ſubdit Ange.horū
opinionem iure canonico credo verā: quo iure
inquiſitio eſt remediū ordinariū. extra de ſen.
excō.cum deſideres. Sed iure ciuili ex ſola fa-
ma nō inquirit̄. Demū ip̄e Angelus ponit ſuā
determinationē p̄ diſtinctionē. Dicit eñi q̄ in-
quiſitio fit duabus de cauſis: q̄ aut ad priua-
tam vtilitatē principaliter/aut ad publicā. Ad
priuatā aūt vtilitatē regulariter nō fit inquiſi-
tio: q̄ que in iudicio agunt̄ ad partis poſtula-
tionē agenda ſunt: non ex officio.ff.de iudi.l.q̄
ſemel. Fallit hoc in caſibus.ſ.ſuſpecti tutoris:
quo ad vtilitatē pupilli inquirit̄ nemine poſtu-
lante. Et in datiōe tutoris qui dari pōt ex offi-
cio nemine petēte. Item ⁊ cēſitor pōt ad vtili-
tatē priuatā inquirere. Item ⁊ pretor inquirit
cōtra executores publicos ad priuatā vtilita-
tem/ne interim tributis ⁊ aliis vexēt̄ vexatio-
nibus: vt in aut̄.de man.prin.§.coges. Itē ep̄s
in cauſa vſuraꝝ inquirit cōtra vſurariū vt vſu-
ras priuato reſtituat: vt de iureiu.c.ad noſtrā.
Si ad publicā vtilitatē fit inquiſitio: tunc aut
in cauſis ciuilibus/aut in criminalibus. Si in
ciuilibus/regula eſt q̄ in oībus cauſis mere
ciuilibus ⁊ numerariis principaliter vtilitatē
reipu.cōcernētibus pōt ꝓcedi p̄ inquiſitionē:
vt.C.de bo.poſ.l.ſi q̄s. In cauſis xo crimina-
libus do q̄tuor regulas: quaꝝ prime tres ſunt
affirmatiue: quarta negatiua. ¶ Prīa regula
eſt q̄ vbicūq3 crimē eſt tale/q̄ accuſando iuris
ſolēnitas relaxat̄: de illo pōt inquiri. Probat̄
hec regula.C.de accu.l.ea. Unde q̄ cū ꝓcedit̄

Caſus inquiſitionis.

per accuſationē in multis ſolennitas iuris re-
laxatur:ideo de eo pōt inquiri. Quod etiā no-
tat Inno.in.c.veſtra. de cohabi.cleri.⁊ mulie.
Et inde eſt ꝙ ad denūciationē officialis publi
ci officialis pōt inquiri:q₂ per talem denuncia
tionē fit crimen notorium. ¶ Secunda regula
eſt ꝙ vbicunq₃ cōmittit crimen corā iudice:ita
ꝙ offendat pars/ vel iudicis maieſtas:pōt in-
quiri de eo. Probatur hoc.C.de teſti.l.nullū.
Unde ſi quis coram iudice ꝑducit falſum teſtē/
vel vtitur falſo inſtrumento:q₂ offendit aures
iudicis: merito ꝓpter offenſam iudicis maie-
ſtatis ⁊ partis/pōt cōtra eū inquirere. ¶ Ter-
tia regula eſt ꝙ vbicūq₃ crimen eſt de atrocio-
ribus fama publica precedēte / a fidedignis pōt
inquiri. Probat hoc.l.iiij.§.mādatis.ff.ad.l.
iuli.pecu. Uideo enī in iſtis actiōibus iuris ſo
lēnitatē relaxari: ergo poterit inquiri. Inter-
eſt ei reipublice atrociora delicta puniri vt ꝓ-
uincia malis hominib⁹ purgata remaneat.Et
reputatur inter atrociora iniuria q̄ fit clericis:
vt.C.de epiſ.⁊ cle.l.ſi ꝗs in hoc gen⁹. ¶ Quar
ta regula eſt negatiua:ſc₃ ꝙ in his caſib⁹ exce-
ptis nō poteſt in criminalibus cauſis inquiri.
Probat hoc per.l.reſcripto.§.ſi ꝗs accuſatus
ff.de mu.⁊ hono. Hoc videt intelligendū qn̄ iu
dex inquirit ad denunciationē ⁊ inſtantiā alte
rius:non autē ex mero officio ſuo hoc agit:vel
intelligēdū hoc de iure ciuili:ſecus de iure ca-
nonico: q₂ pōt et in aliis caſibus inquiri:et ita
practicatur: qđ etiam declarat in.§.ſequenti.
Poteſt autē inquiſitio impugnari ſemper cu₃
in aliquo eorū que ſunt de ſubſtantia inquiſi-
tionis deficit:ſicut accuſatio: cū defectus ſit in
ſubſtātialibus.Et tunc ex hmōi defectu ſubſtā
tialium non poſſet ꝓcedi ad cōdemnationē:qđ
verum eſt niſi inquiſitus ſit cōfeſſus crimē vel
non opponat talem defectū ſubſtātialiū. Nam
ex inquiſitiōe deficiente in ſubſtātialibus con
tra cōfeſſum crimen non opponentē defectum
ſubſtantialiū/poteſt ſequi cōdemnatio: vt ex-
preſſe dicitur.c.j.de confeſſis.lib.vj.

¶ De ſubſtātialibus inqui §.III.
ſitionis dicit Ange. ꝙ quinq₃ ſunt neceſſaria.
Primū eſt ex parte iudicis inquirentis:⁊ hoc
eſt ꝙ ſit cōpetens iudex:al's non tenet inquiſi-
tio.vt de reg.iur.ea que fiunt.lib.vj. Ubi ſcien
dū ſm ipſum ꝙ in cauſis meri imperij: vt ſunt
criminales cauſe: ſolus iudex habēs merū im
periū pōt principaliter inquirere:q₂ ei⁹ nego-
cū ſolus ipſe h₃ iuriſditionē.ff.de iuriſ.om.iu-
di.l.iubere. Incidēter autē iudex ciuiliū cau-
ſarū pōt inquirere de cauſis meri impij. C.de
teſti.l.nullū. Ut cu₃ teſtis deponit falſum corā
iudice ciuiliū cauſarū et non habente merū im
periū. Nā tūc ratiōe incidētis cognitiōis cau-
ſa meri impij deuoluta eſt ad ſuā iuriſditionē.
Et punit talis inquirēs inquiſitū ſm aliquos
pena extraordinaria:ſm alios ordinaria.Sed
hic notandū ꝙ ſi clericus deponit falſum corā
laico:ꝗuis in hoc caſu glo.in dicta.l.nullum.⁊
ſm Cy.clericus poſſit puniri ꝑ iudicē laicum.
Ray.contrariū dicit ꝑ.c.ſi diligēti.extra de fo.
cōpe.Et iure quidē antiquo ciuili glo.et eā ſe-
quentes verū dicūt: ſed iure canonico Ray.ve
rum dicit:⁊ ſic tenendū eſt.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ in
aut.ſtatuimus. In cauſis vero ciuilibus ⁊ pe-
cuniariis ad publicā vtilitatē ſpectātibus in-
quirere pōt om̄is iudex ad cuius iuriſditionē/
officiū/⁊ cognitionē talis cauſa ſpectat. Ad pri
uatā aūt vtilitatē: vt ad remouēdū tutorē vel
curatorē tanꝗ̄ ſuſpectū rome ꝑtor inquirit/ vl'
ſubdelegatus:in ꝓuincia ꝓcōſul. Et cū hodie
poteſtates terrarū in terra quā regūt teneāt lo
cū preſidis / corā eis agēda eſt queſtio ſuſpecti
tutoris :ad inquirendū vero cōtra vſurariū vt
vſurā reſtituat poſſunt inquirere ordinarij lo-
coꝝ:⁊ eoꝝ vicarij. extra de vſuris.c.ad noſtrā.
Scđm qđ requirit qđ eſt ex parte inquiſiti eſt
vt ſit de iuriſditiōe iudicis inquirētis quo ad
iſtum articulū:al's nō poſſet cōtra ipſum inqui
rere.extra de foro cōpe.ſi diligenti.et aut.ſta-
tuim⁹.C.de epi.⁊ cle. Tertiū qđ requirit eſt ex
parte cauſe ſeu materie de qua inquirit: qđ ꝓ
tanto dicit/q₂ nō ſemꝑ in omni negocio pōt ꝓ-
cedi ꝑ inquiſitionē: ſ₃ tm̄ in quibuſdā: de qui-
bus dictū eſt in.§.ꝓcedenti. Quartū qđ reqrit
eſt ex parte cauſe incitātis inqſitionē: qđ dicit
ꝓ tanto/q₂ fama publica ⁊ clamoſa inſinuatio
a fidedignis ꝓcedēs/incitat iudices ad inqui
rendū:adeo ꝙ inquiſitio fieri nō pōt niſi prece-
dat diffamatio a viris honeſtis:non maliuolis
⁊ maleficis:nō ſemel ſed pluries:⁊ ꝙ ſit tāta ꝙ
ſcādalū generet nec tolerari poſſet ſine pericu
lo:vt in.c.qualiter ⁊ qn̄.in ſi.de accuſa. Hoc tm̄
fallit in tribus caſibus. Prio vbi inquirit ad
remotionē prelatorū regulariū:q₂ tunc non eſt
neceſſe ꝙ diffamatio ſit tāta ꝙ ſine ꝑiculo vita-
ri nō poſſit:vel ꝙ ſcādalū generet. Et eſt ratio:
q₂ tales facilius remouent ab officiis ſuis:vt in
dicto.c.qualiter.de accu. Itē fallit vbi inquiſi
tio fit preſente parte ⁊ nō opponēte ſe diffama
tam nō eſſe vel diffamationem precesſiſſe nō le-
gitime:vt de accu.ca.ij.lib.vj. Itē fallit vbi in-
quiſitio format contra cōfeſſum crimen.c.j.de
cōfeſ.lib.vj. Item fallit in inquiſitiōe generali
que fit cōtra caput ⁊ mēbra eccleſie alicui⁹ ci-
uitatis/caſtri/vel loci : de delicto in genere de
quo loquit.c.j.ex᷑ de offi.ordi.⁊ ita tenet Hoſt.
in ſumma.Et ꝑ hoc ꝑ₃ ꝙ ſyndicatores rectoꝝ
q̄ ſyndicāt caput ⁊ ei⁹ mēbra:puta poteſtatem

capitaneū vel ei⁹ officiales: poſſunt cōtra eos
inquirere in genere de delictis cōmiſſis p eos
in eoꝝ officio: non precedēte fama publica/vel
clamoſa inſinuatiōe: et ita de cōſuetudine ſer-
uat. Fallit etiā qñ per inquiſitorē ꝓceditur ad
denūciationem publici officialis: vt de offi.cu-
ſto.c.fi.ꝛ ita tenet Hoſti. Itē fallit cū iudex in-
quirit ex mero ꝛ puro officio/ꝛ non ad inſtiga-
tionē alterius: vt in.c.j.de offi.ordi. Et per hoc
ſint cauti rectores terrarū: ꝙ ad hoc vt ab eis
nō poſſit peti copia diffamationis: ſemꝑ cū for-
māt inquiſitiōes dicāt. Hec eſt inquiſitio quā
facit talis. N. cōtra talem. N. ex ſuo mero offi-
cio. Itē fallit vbi iudex ex neceſſitate ſui officij
inquirit/vel vbi vertit periculum aiarū: ibi nō
eſt neceſſaria diffamatio ſm formā predictam.
In criminali ꝟo in quo iudex ꝓcedit ex neceſ-
ſitate officij nō eſt neceſſaria diffamatio: qđ no
tandū ꝓ inquiſitiōibus que fiūt hodie per re-
ctores terrarū: an ſit neceſſe diffamationē pre-
cedere. Nā ſi de neceſſitate officij inqrere tene
tur/nō eſt neceſſaria diffamatio. Sꝫ ſi inquirit
ex voluntate/nō neceſſitate: tunc ſi inquirit ad
petitionē alteri⁹ eſt neceſſaria diffamatio: ſi ve
ro ex mero officio vel ad denūciationē publici
officialis/nō eſt neceſſe diffamationē precede-
re: vt dictū eſt. Quintū qđ requirit de ſubſtan
tia inquiſitiōis eſt ex parte forme: vt.ſ.inquiſi-
tio ſit apte cōcepta ꝛ habeat debitā formā: alſ
nō pōt ſequi cōdemnatio: vt in.c.qualiter.et.c.
inquiſitiōis.ꝛ.c.cū oporteat.de accu. de quib⁹
formis dictum eſt.ſ.§.j. Debet ergo in inquiſi
tione apponi locus ꝛ tēpus delicti tanꝙ ſubſtā
tialia: alia vero opportuna ſubſtātialia in libel
lo accuſationis ſm formā libelloꝝ. inſtituta de
pub.iudi.ꝛ ſm glo.ibi.ꝛ ſm Inno. non debent
obſeruari in inquiſitione. Sed Iaco.but.quē
ſequit Ange. dicit ꝙ excepta inſcriptiōe onus
alia ſolennitas que ſeruatur in accuſatiōe/ſer-
uāda eſt in inquiſitiōe. Item in inquiſitiōe de-
bet ꝓcedi contra preſentē: nam ſi abſens eſt/ꝛ
ſe per cōtumaciā nō abſentauerit: citādus eſt.
Sed hoc de conſuetudine nō ſeruatur/qꝛ ſem-
per inquiritur de delicto: ſiue inquiſit⁹ ſit pre-
ſens ſiue abſens per contumaciā vel nō. Item
ꝙuis litis cōteſtatio fieri nō debꝫ in cauſa in-
quiſitionis: qꝛ cōteſtatio litis fit per interroga
tionem ꝛ reſponſionem rei animo litem cōte-
ſtandi: vt.l.j.C.de li.conteſta. Sed hic non eſt
actor: ergo non eſt dare litis cōteſtationē: fieri
tñ debet ꝑ iudicē interrogatio/ ꝛ per eū reſpon
ſio. Item ꝙuis inquirēdus debeat interroga-
ri de his de quibus iudex debet inquirere: ad
hoc vt ipſe habeat facultatem ſe defendēdi: et
poſtea ſi inquiſitio debeat formari: ſi ordo iſte
ꝑuertitur.ſ.ꝙ pri⁹ fiat inquiſitio ꝙ inquiſitus
interrogetur: inquiſitio eſt nulla: vt in dicto.c.
qualiter. Sed hoc de cōſuetudine non ſeruat:
ſed cōtrariū. Item ſi iudex inquirat ex officio:
non tenet ſe inſcribere/ ſed charitatiuā denun
ciationē facere. Item in inquiſitione inquirēs
facit cōcluſionē per hec verba. Super quibus
omnibus ꝛ ſingulis dependētibus ꝛ connexis
ab eiſdē: ꝛ prorſus extraneis dictus iudex in-
quirit: vt.ſ.dictum eſt. Et eſt valde vtile hanc
cōcluſionem facere: qꝛ per hanc cōcluſionē iu-
dex intentat certā legem in puniendo: ꝛ hoc no
tat Bar. Item cū iudex inquirit de homicidio
contra Titiū fuiſſe culpabilē de furto vel adul
terio: de illis ſcꝫ furto et adulterio cōdemnari
nō poteſt: qꝛ reſpectu furti vel adulterij nullus
eſt confirmatus locus/nullūqꝫ tēpus deductū:
ergo ꝛc. Quod verū eſt: niſi de crimine conſta
ret per ꝓpriā cōfeſſionē: qꝛ tunc lꝫ illud crimē
nō ſit in inquiſitione deductum/ratione cōfeſ-
ſionis poteſt ſequi cōdemnatio. extra de cōfeſ.
ca.ij.lib.vj. Et ratio eſt: qꝛ tunc nulle ſunt par-
tes iudicis in confeſſum / niſi in cōdemnando.
Que autē ꝓbationes requirant vt ex inquiſi
tione poſſit ſequi condemnatio? dic ꝙ quando
inquirit contra laicum de crimine/requirūtur
ꝓbationes apte ꝛ neceſſario concludentes: vt
in.l.ſciant.C.de ꝓba. Si vero contra religio-
ſos inquiritur de crimine/ requirunt ꝓbatio-
nes magis exacte: vt extra de ſimo.ca.licet.et
cōtra religioſum ipſum ꝓbationes diuerſimo
de requirūtur. Nam aut aliquid inquirit con
tra religioſum ad correctionē ſm regulā: ꝛ tūc
ſm eandem de plano fienda eſt nō ſeruata for-
ma predicti.c.qualiter. vt notatur de appella.
c.reprehenſibilis. et.§.preſenti decreto ſtatui-
mus vt nec prelati niſi ꝛc. Aut inquirit vt ab
adminiſtratione remoueat: ꝛ tunc quādo agit
de priore vel abbate curam habente auctorita
te dioceſani inſtituto/eſt quo ad quedā ſeruan
da forma dicti.c.qualiter. lꝫ non quo ad omnia
qꝛ nō vocabitur modo predicto vt ſe poſſit de-
fendere: vt de accu.c.ad petitionem. Et remo-
ueri poteſt a predicta adminiſtratione leuius
et ex leuiorib⁹ cauſis ꝙ clerici ſeculares. Et in
hoc ſpectanda eſt conſuetudo ſpecialis locorū
religioſorū: vt in.c.qꝛ nos.de appella. Quādo
vero agitur de priore ſimplici vel alio officiali:
tunc talis inſtituitur ꝛ deſtituitur ad abbatis
arbitrium: vt notat Inno. in dicto.c.qualiter
ꝛ quando.de accuſationibus.

¶ Quando autē ꝛ quō ſit §.IIII.

ꝓcedēdum. Nota ꝙ cum ſubditus aliquis vel
etiam prelatus offendit: ſi per clamorem ꝛ fa-
mā ad aures ſuperioris peruenerit: non quidē
ortam a maliuolis/ſed prouidis et honeſtis: ꝛ

nõ ſolum ſemel ſed ſepe debet veritatem dili-
gentiꝰ perſcrutari vt puniat ſi oporteat:nec ex
hoc ſequiẗ ꝙ idẽ ſint accuſator ⁊ iudex: ſed fa-
ma eſt loco accuſatoris. ex̄ de ſimo. c. Licʒ heli.
Et pro maiori huiꝰ declaratione dicit Rich.in
iiij.di.xix. ꝙ fama mala q̄n̄ꝗ eſt a certo moto-
re q̄n̄ꝗ ab incerto.de cõſecra.diſ.iiij. Sanctũ.
Quãdo habet ortũ ab incerto motore:ſi ad au-
res ꝓlati deuenerit per clamoſam inſinuatio-
nem ⁊ ex ea ſcandalũ in populo generetꝰ/debet
ꝓcedere ad inquiſitionẽ : ꝗuis nullꝰ ſit qui ſe
offerat ad accuſandũ factũ vel famã. Sciendũ
tamẽ ꝙ malã famã non faciunt dicta paucorũ:
talẽ vt propter illã prelatus debeat procedere
ad inquiſitionẽ.extra de accu.c. Inq̄ſitiõis.in
glo.vbi diciẗ.dicta paucorũ nõ infamãt. fama
eñ debet eſſe per villã ſiue per parrochiam ad
hoc vt fiat inq̄ſitio.ij.q.j. Deus oĩpotẽs. Et cũ
ꝓcedit ad inquirẽdũ inquiri nõ debet de q̄bus
infamia non ꝓceſſit.Si aũt habet ortũ a certo
motore vel certis motoribꝰ .tunc ſi illi nõ ſunt
inimici ſed ꝓuidi ⁊ honeſti debet prelatꝰ ꝓce-
dere ad inquiſitionẽ.Si aũt ſunt inimici ⁊ ma
liuoli:tũc aut cõſtat ita eſſe nõ certitudine: ſed
per preſumptiões nõ violẽtas:et tũc etiã ꝓlatꝰ
ad inquiſitionẽ ꝓcedere debet. Si aũt conſtat
eſſe tales per legitimas ꝓbationes vel eoꝝ cõ
feſſionẽ vel violẽtas preſumptiões/⁊ infamatꝰ
alꝰs fuerit boni nois:⁊ perſona notabilis : non
credo ꝙ prelatꝰ ꝓcedere debeat ad inq̄ſitionẽ.
ex̄ de purga.cano.c. Cũ in iuuentute. Quidã
tñ dicũt ꝙ vndecũꝗ orta fuerit mala fama ꝓ-
cedẽdũ eſt ad inquiſitionẽ:⁊ infamato canoni-
ca purgatio indicẽda eſt ſaltẽ propter ſcãdalũ.
extra de accu.c. Qualiter et quãdo. Sed hoc
credo intelligendũ quãdo illi a quibꝰ infamia
ortũ habuit nõ probãtur eſſe inimici vel mali-
uoli. Hec Richar.in.iiij.diſt.xix.q.iij. ar.iij.in
Inquiſitio iudicis ex officio.
corpore arti. ¶ Differt autẽ inquiſitio quã fa-
cit iudex alio procurante ſiue ꝓmouente:⁊ ea
quã ipſe facit ex officio ſuo ad clamorẽ fame:
in hoc ꝙ vbi fiat alio ꝓcurãte nõ eſt cogendus
aduerſariꝰ iurare ne ꝓpter hoc ꝓmotor inqui
ſitionis poſſit inſtrui: ſed ipſe tenetur probare
ſuã intentionẽ: alꝰs puniretꝰ ſuſpenſione vel ali
ter donec ſe purgauerit ꝙ nõ aĩo calũniãdi cri
mina impoſuit.extra de calũ.c.Cum dilectus.
¶ Itẽ publicatis atteſtationibꝰ nõ recipientꝰ
aliĩ teſtes:q2 timeretur de ſubornatione. Sed
vbi iudex inquirit ex officio: tũc is ꝯtra quem
inquiriẗ eſt cogẽdus iurare ꝙ reſpondeat veri
tatẽ ad interrogata. Et hoc dico ſiue inq̄ratur
cõtra priuatam perſonã/ſiue cõtra cõuentum.
Itẽ publicatis atteſtationibꝰ poteſt denuo ab
aliĩs teſtibus inquirere veritatẽ.ij.q.v.Habet
et.c.Mennã. Forma aũt iuramẽti teſtiũ in cau
ſa inquiſitionis eſt hec. Si eſt cõtra perſonam
et crimẽ determinatũ:iurat teſtis ꝙ ſuper cri-
mẽ dicet plenã veritatẽ.extra de ſimo.c.Licet
heli.Si xõo eſt inquiſitio ſuper ſtatu eccleſie:iu
rat dicere q̃ ſcit vel credit de eccleſia reforman
da:vel ꝙ reſpõdeat veritatem ad interrogata.
extra de accu.c.Cum dilectus.Et in talibꝰ iu-
ramentis non debet iurare de occultis. Nam
ſecretorũ ſolus deꝰ eſt iudex et cognitor. diſt.
xxxij. Erubeſcãt impiĩ et aperte intelligant iu
dicia ſancti ſpiritꝰ eos ⁊c.⁊.ij.q.v.Conſuluiſti.

¶ Ad inquiſitionẽ iudicis. §.V.

Utrum teneatur inquiſitus de omnibꝰ aperi-
re veritatem ⁊ manifeſtare de quibꝰ fuerit in-
terrogatus. Nota circa huiuſmodi diſtinctio-
nẽ. Petrus de palu.in.iiij. diſt.xix. Aut certũ
eſt ꝙ iudex inquirit de crimine in caſu in quo
poteſt de iure:et tunc tenetur ſibi homo dicere
veritatem:tam de ſe q̄ de alio:quia mentiri in
iudicio eſt mortale. Aut certum eſt ꝙ ipſe iniu
ſte inquirit: vtputa q2 non preceſſit accuſatio:
nec denũciatio:nec clamoſa inſinuatio:nec in-
famia illius:nec factũ eſt diuulgatũ:nec denũ-
ciatũ. Nec in ſpeciali:puta talis fecit tale cri-
men:vbi iacet occiſus:ſed neſcitur a quo. Nec
in generali:puta tale monaſteriũ eſt diffama-
tum de diſſipatione religionis.tunc enim non
teneẗ nec de ſe nec de alio : quia ille in hoc non
eſt ſuus iudex.Si ſit dubiũ vel iuris vel facti
preſumendum eſt pro iuſticia iudicis:et debet
ſibi homo dicere veritatẽ/vel magis ponere ſe
in ipſius iudicio : cũ ſciat tale crimen qꝺ nullꝰ
alius ſcit:niſi forte vnus ꝙ habeat cõſiliũ vtrũ
teneatur nominare perſonã: ⁊ ſicut ille iudica
uerit ita faciat:q2 iuſſus iudicis in dubiĩs ex-
cuſaẗ.Similiter de latrone qui torquetur. Si
eñ tale crimen eſt in ſe vel in alio qꝺ iuſte poſ-
ſit ſubiĩci inquiſitioni:teneẗ dicere tam de ſe q̄
de alio:alꝰs nec de ſe nec de alio. Eo aũt ipſo ꝙ
homo vnicũ crimen habet ꝓpter qꝺ iudex in-
ſte ꝓcedit cõtra eũ in illo crimine inquirendo
ex hoc ipſo et de aliĩs poteſt inq̄rere : q2 nõ ꝓ-
pter occultationẽ peccati:ſʒ peccatoris de oc-
cultis homo ꝓhibeẗ iudicare.Ubi ergo iã per
vnicũ crimẽ eſt diffamatus: ⁊ de aliĩs debet di
cere veritateʒ: ⁊ ſimiliter ſi ſociĩ ſui ſunt in tali
ſtatu ꝙ iuſte cõtra illos agi poteſt ꝓ vnico cri-
mine:etiã de aliĩs oĩbꝰ ⁊ põt ⁊ debet eos ꝓde-
re:q̄ñ eoꝝ correctionẽ nõ ſperat: maxime cum
pctm̄ illorũ ſit in ꝑiculũ cõitatis : vt q2 ſcit eos
fures ⁊ latrones et impenitentes. Nã illũ qui
iam penituit accuſare non debet: niſi iuſte no-
minatim de eo interrogaretur. Hec Pe.de pa
lu. Qualiter ſit procedendũ quando ſit contra
ſingularem perſonã. Nota primo ꝙ debet fieri

Inquiſi= tio ɔtra ſingulā rē pſo= nam.

inquiſitio in loco in quo cōuerſata eſt pſona cō
tra quā inqrendū eſt. xxiij.q.j. Paratus.⁊ ex
de preſumptio. c. Quoſdā. Citabit aūt is con
tra quē inquirendū eſt: ⁊ ſic debet eſſe preſens
niſi ſe p cōtumaciā abſentauerit. Et debet fieri
corā eccſie ſeniozibus. Item exponēda ſunt ei
illa capitula de quib⁹ fuerit inquirend⁹: vt fa=
cultatē habeat defendendi ſe. Et nō ſolum di=
cta teſtiū ſunt ei dāda: ſed etiam noīa: vt quid
⁊ a quo ſit dictū appareat: ⁊ ne per ſuppreſſio=
nē noim detur audacia diffamandi. Dicit An
geius de peruſio: q noīa teſtiū ſunt dāda inqſi
to poſt depoſitionē eo⁊.i.atteſtationeȝ: ⁊ ante
dari nō debent: vt ceſſet omnis materia corrū=
pēdi teſtes. Ita notat Hoſtiē. ſuper. c. Qualr
et qñ. de accu. ¶ Itē nota ſm Guidonē ⁊ An
geliū: q teſtes nō poſſunt examinari parte non
citata p.l. Si qñ. C. de teſti. Nā teſtes exami=
nati parte nō citata: nō inferunt preiudiciū nō
citato. Item ⁊ admittende ſunt eius exceptio
nes ⁊ replicationes legitime. Hec oīa ex de ac
cuſa.c. Qualiter et qñ. ⁊. v.q.ij. Si primates.
Et talis poteſt opponere contra inquiſitorem
de ſuſpecto vel q talis ſit criminoſus: ⁊ contra
denūciationē vel litteras ad inqrēdū impetra
tas: et contra teſtes et dicta eo⁊. ex de accuſa.
Cū oporteat. Nā nō debent admitti teſtes niſi
legitimi. ¶ Itē inquiſitor debet facere iurare
et teſtificare etiā illos qui denūciauerūt. ex de
ſimo.ca. Licet heli. Secus eſt in via accuſatio=
nis: qꝛ accuſator nō poteſt eſſe teſtis. de accu=
ſatio. Cū. P. ¶ Itē ſciēdū q in nullo crimine
poteſt procedi ad inquirendū ex denunciatio=
ne: niſi preceſſerit fraterna correctio vt habet
in dicto ca. Licet Heli.

¶ Qualiter procedendum §.VI.

ſit in inquiſitiōe generali: cū cōmittitur alicui
inquiſitio eccſie tā in capite q̄ in mēbris. Dic
q debet procedi de plano ⁊ ſine ſtrepitu iudicij
cum nō deceat ſeruos dei talib⁹ implicari. ex
de accuſa.c. Olim. non tamen q ordo iudicia=
rius omnino pretermittat: ſed per modū qui di
cetur. j.c. Proximo. §.j. Item in tali iudicio
reperient teſtes quales in eccleſia inueniunt:
qꝛ q̄ domi fiūt p domeſticos ꝓbari oportet. ex
de teſti.c. Veniēs. Qñ aūt fit inquiſitio de ali=
quo matrimonio: ꝓuidebit de expenſis inqſi=
tori: vel monachis q̄ pſequūtur cōtra abbatem
monaſteriū de reb⁹ ſuis: ⁊ nō tm̄ denunciātib⁹
et accuſantib⁹: ſed etiā quos iudices ad proſe
cutionem negocij idoneos duxerint aſſumen=
dos. extra de accu.ca. Ex parte. Durante vero
inquiſitione debent monachi obedire abbati
in licitis et honeſtis: dūmodo non impediatur
proſecutio negocij. extra de accu.c. Olim. Itē
nota q nō poteſt prelatus ſuis ſubditis inter=
dicere ne reuelent ſtatum ſuū vel eccleſie: aut
perſonarū his qui miſſi ſunt ad inquirēdū cor=
rigendū et reformandū. Nec tenent ſententie
excōmunicationis ſuſpēſionis ⁊ interdicti con
tra hos late. ¶ Nec etiā iuramenta promiſſio
nes et obligationes alique facte ad celādum.
Inſuper ab inquiſitorib⁹ talis temeritas aiad
uerſiōe digna precipit caſtigari. extra de offi.
ordi.c.qꝛ plerīq.li. vj. Effectus aūt inquiſitio
nis eſt hic: qꝛ ſi inquirit cōtra prelatū vel habē
tem adminiſtrationē ⁊ cōuincit: pena ei⁹ eſt re
motio. exēplo villici diffamati cui dictū eſt. Iā
nō poteris ampli⁹ villicare. Luc. xvj. extra de
accu. Qualr et qñ. Si vo nō habet adminiſtra
tionē: pena eſt arbitraria ſm merita pſone: et
qualitatē exceſſus. extra de accu.c. inqſitiōis.
in fi. Sed hoc fallit in criminib⁹ enormibus q̄
ordinis executionē ⁊ beneficij retentionē poſt
pactā penitētiā impediūt. vt eſt i ſimoniaco in
ordine et beneficio. extra de accu.c. Inquiſitio
nis. Que dicātur enormia habes. j. parte ca.
ti. de ſuſpēſiōe. De inqſitione hereticoꝝ habes
ē.in.ij.parte.ti.xij. de infidelitate.ca.iiij.

Effect⁹ inquiſitionis.

Titulo xvij.c.ij et.iij.

¶ Circa inquiſitionem §.VII.

religioſorum vel etiam clericorum. ſic dicit ma
giſter Simon. Aut inquiſitio ſit in gñali ſuper
ſtatu eccſie vel capituli. aut cōtra determina=
tā perſonā. Et ſi in gñali ab oībus tūc eſt inqui
rēdū. Et ſunt oēs tam beniuoli q̄ maliuoli au=
diēdi et extranei poſſunt oīno repelli: ⁊ ſimili=
ter infames. Et qñ ſic procedit ſcȝ cōtra perſo
nā determinatā: deponentes contra eā in pri=
mis iurent anteq̄ eoꝝ teſtimoniū vel depoſitio
admittat. iij.q.ix. Hortamur. ⁊ extra de accu.
c. Qualiter et quando. Si vero in hmōi inqui
ſitione oēs vel multi dicāt ſe nichil ſcire de pſo
na per certā ſcientiā: ſed ſolū per famā: ⁊ forta
ſe credulitatem: nō per hoc fit cōuictio: nec per
hoc poterit in aliquo puniri: qꝛ nichil p hmōi
depoſitionem probatur niſi ſola fama: que ad
puniendū non ſufficit. Et niſi adſint teſtes aliij:
ſolūmodo eſt tali perſone infamate purgatio
indicenda ſm arbitriū iudicis ⁊ perſone qua=
litatem et modū infamie ſuſcitate. Iſtud habe
tur extra de accu.cap. Inquiſitionis. ⁊.ij.q.v.
Preſbyter. ⁊ per totū. Cum autē fit inquiſitio
cōtra determinatā perſonā ad petitionem par
tis agentis contra eā Primo iudex deſcēdēs
ad inquiſitionē habita perſona preſente inqui
rere debet de fama perſone delate: et ſi inuene
rit eam infamatā procedat teſtes admittendo
aliter non eſt in inquiſitionis negocio ꝓceden
dū cōtra ipm. extra eo. Cū oporteat. Et q̄uis
actor probauerit eam infamatā / adhuc pſona

rea ꝓbare poterit ſe bone fame.extra de accu.
c.cũ oportcat.Et tũc preſtãtius erit priuilegiũ
bone fame ꝙ ꝓbare infamie.Et hoc tenẽdũ eſt
niſi ꝓbetur factũ:ꝙ ſi ꝓbari non poterit ꝓcu=
rans inquiſitionẽ grauiꝰ puniatᷓ.extra de calũ.
c.cũ dilectus. Fama ꝟo inuẽta de ꝑſona apud
paucos: vel leues ꝑſonas nõ cogit nec dat oc=
caſionẽ prelato ad inquirẽdũ:precipue de ꝑſo=
na q̃ prius fuit clare ⁊ bone fame.Secꝰ ſi apud
plures bonos ⁊ graues:qꝛ fama apud tales ſu
ſpitiõibus violẽtis ſm cõditionẽ ꝑſone de qua
agitᷓ facit quodãmodo ꝓbationẽ. Nam etſi ſin
gula nõ poſſint:ſimul tñ collecta valent. ex̃ de
teſti.c.preterea. Nichil eſt em̃ aliud in hac ma
teria ꝓbatio ꝙ rei dubie per teſtes vel inſtru=
mẽta:vel preſumptiões oſtẽſio.xxxij.q.j.dixit.
Sic ergo ꝓcedens cõtra perſonã inquirẽdo ex
fama:prio citabit eã vel vocabit ſm modũ reli
gioſoꝝ qui artiꝰ obligantᷓ ad obedientiã prela
tis ſuis ꝙ ſeculares:⁊ faciet iurare eũ ſuꝑ veri
tate dicẽda de his de qbꝰ infamatus eſt.extra
eo.cũ dilecti. Aliq̃ tñ religioſi ex conſuetudine
omittũt iuramẽtũ: ⁊ ponũt tales ad examẽ ſuꝑ
ꝟitate dicẽda ꝑ ꝓceptũ: ⁊ addũt qñq₃ excõica=
tionẽ ꝓpter ꝑtinacẽ inobedientiã aliquoꝝ.Et
ſuꝑ dicto.c.cũ dilecti.dicit ꝙ cũ fit inquiſitio ſo
lum ad correctionẽ ſiue ad penitẽtiã valde libe
rius eſt ꝓcedẽdũ ꝙ qñ ꝓceditᷓ ad depoſitionẽ
⁊ ad penã: ⁊ maxime circa ſeculares:qꝛ tũc ſc₃
in primo caſu ꝓceditᷓ in fauorẽ eius cõtra quẽ
agitur. Nõ ſic autẽ ſemper in ſecũdo caſu. Be=
nedictus.xij.in ſtatutis ſuper ſtatu fratrũ mi=
norũ.c.xvj.ſic ait. Si exceſſus enormes occul=
tos tñ per vnũ ſolũ contra aliquẽ dicti ordinis
fratrẽ:alſ bone fame alicui ſuperiori ipſius ſe=
crete denũciari cõtigerit:non recipiatur hmõi
denũciatio ad fratrẽ:vt ꝓpterea ad inquiſitio
nẽ ſeu iudicialẽ diſcuſſionẽ ꝓcedatᷓ:niſi denun
ciãs requiſitus ꝑ ſuperiorẽ eundẽ ſe dicat fore
paratũ ea que ſic dicit:⁊ ꝓut ea denũciat depo
nere vt teſtis et in preſentia denũciati iurare:
nec regiſtretᷓ hmõi denũciatio ĩ libris ordinis:
niſi ꝓfatus ſuꝑior veriſimiliter credat vel eſti=
met poſſe ſuper denũciati exceſſus teſtes alios
idoneos reperiri:poſſet tñ ſuꝑ eis hmõi denun
ciatio ꝑ ipſum ſuperiorẽ recipi: et denunciatio
quãto breuiꝰ poterit in ſecreto maneat:⁊ ꝓut
diſcretioni ſue videbitᷓ faciendũ. Ubi aũt denũ
ciatori alius vel teſtis idoneus ſuꝑ hmõi occul
tis exceſſibꝰ poſtea appareret : ad ſecretã (ſi ei
viſum fuerit:etiã ſi denũciatꝰ abſens ⁊ remotꝰ
extiterit) informationẽ ꝓcedere:et tam primũ
ꝙ ſecundũ ⁊ quoſcũq₃ alios teſtes idoneos re=
cipere:recepto priꝰ ab eo corporali iuramento
informari. Infra tñ biẽniũ tenetᷓ prelatꝰ denũ=
ciatũ vocare/⁊ ei ꝓceſſum habitũ exponere/ac
iuſtitiã circa eum facere:alſ elapſo biẽnio ipſi
denũciato nocere nõ poſſit. Si ꝟo pluriũ ſingu
lariũ ꝑſonarũ teſtimonia cõtra fratrẽ aliquem
ſuꝑ exceſſibus eiuſdẽ generis habeãtᷓ:ex qbꝰ
ꝓbabiliter redditᷓ ſuſpectus:tunc ad veritatis
inquiſitionẽ pleniorẽ etiã ſi expediẽs videbitᷓ
per arctationẽ ꝑſone cõtra quã habebũtᷓ hmõi
teſtimonia ꝓcedatᷓ ſm modũ ſuſpitiõis ⁊ qua=
litatis exceſſus:ac ſtatũ conditionis ꝑſone. Et
ſi crimen ꝑ hmõi inquiſitionẽ non ꝓbetur/ipſe
denũciatus remaneat infamatus:indicatur ei
purgatio:vel alio modo ꝓuideatur ordinis ho=
neſtati et fame denunciati. Ubi aduertendũ ꝙ
in toto iſto ꝓceſſu ordinato ad iſtos religioſos
quaſi nichil nouũ eſt : ſed antiqua iura ad eos
ſunt rationabiliter applicata.

¶ Notandũ etiam ſm pre= §.VIII.
dictũ Simonẽ ꝙ cũ queritᷓ vtrũ prelatꝰ teneatᷓ
ꝓcedere ad inquiſitionẽ qñ nõ ſperat inde ꝓfe
ctũ? Bñdetᷓ ꝙ duplex eſt inquiſitio ꝑlati. Una
eſt quã tenetᷓ facere certis tẽporibꝰ generali=
ter ſuper ſtatu eccleſiarũ curie ſue:vt in viſita=
tione fit. Et cũ ad hanc obligetur ex officio/nõ
debet dimittere ſiue credat ꝓficere ſiue nõ: vt
di.xviij.c.qm̃ quidẽ. Alia inquiſitio eſt ſpecia=
lis que fit cõtra determinatã ꝑſonã. Et ad hãc
nõ tenetᷓ niſi fama acclamãte vel aliqua ꝑſona
deferẽte. Et tũc tenetᷓ ad eã faciẽdã ſm formã
iuris: vt dictũ eſt.ſ.§.iiij.ſiue credat ex ea in=
quiſitũ ꝓficere ſiue nõ. Nã ſi non ꝓficiet circa
illã/ꝓficiet circa alias ꝑſonas que ſunt ſcãda=
lizate ex fama audita : donec viderint circa eã
fieri qđ iura diſponũt. Si aũt inter illos alios
q̃ ſunt in cõgregatione ſunt aliqui quibꝰ cedit
ad vtilitatẽ:alij quibꝰ eſt ad ſcandalũ vel dãnũ
aie/differri põt:⁊ qñ opportunitas faciendi eã
fuerit corã illis quibꝰ cedere poterit ad bonũ:
ita tñ ꝙ finaliter nõ ſuperſedeatᷓ ab actu iuſti=
tie ꝓpter malũ aliquorũ: ⁊ maxime cum bonũ
inde ſequens maius reputetᷓ ꝙ damnũ in gene
re ſuo:vel niſi forte multitudo ſit in culpa ⁊ ti=
meatᷓ ꝙ velit inſurgere ad defendendũ eã:tunc
eſt ſuꝑſedendũ ad tẽpus.diſt.lxxxij.plurimos.
Itẽ notandũ ſm ipſum Simonẽ ꝙ clericũ vel
religioſum vehemẽter preſumptũ de crimine/
⁊ nolentẽ recognoſcere veritatẽ:licet vtiq₃ po=
nere ad queſtionẽ.i.tormẽta: ꝙuis em̃ ſm iura
ciuilia liber homo nõ debeat poni ad torturã/
ſed ſolũ ſerui:vt.ff.de queſtionibus.ꝑ totũ. Ue=
rum qꝛ dicitᷓ Io.viij. Qui facit peccatũ ſeruus
eſt peccati.ideo talꝭ clericus vel religioſus cũ
innoteſcit de aliquo enormi crimine/⁊ vehemẽ
ter ſuſpectꝰ eſt:vt ſeruꝰ põt poni ad queſtiões.
vt.vj.q.j.c.j. Et poſſunt arreſtari vel detineri:
qđ etiam cõfirmatᷓ per ſtatutũ dñi Benedicti:

xij. ad minores dicētis ꝙ poteſt talis artari: vt ptȝ in .§. precedēti. tñ nullo modo eſt a queſtionibꝰ inchoādū. de reg. iuris. cū in cōtēplatiōe. Cuius cauſa eſt: qꝛ ſiue prelatus ſiue alius de eiꝰ mādato ꝗ̄ clerico parato corrigi ⁊ obedire volēti vim infert: excōicatus eſt. extra de ſen. excō. vniuerſitatis. Hoc tenēt Hoſtiē. ⁊ Archi. Si eñ ſtatim fieret/ nulla ꝑſumptione ꝓcedente eſſet locus appellādi. ij. q. vj. nō ſolēt. Queſtiones tñ hmōi circa clericos debēt eſſe moderate: ⁊ ꝓpter periculū excōicationis: et ꝓpter hoc ꝙ iudicium peſſimū eſt qđ ꝓcedit ex ſuſpitione vel ex torta cōfeſſiōe: ſicut dicit̃. xv. q. vj. ſi ſacerdotibus. ⁊. ff. de queſtiōibꝰ. l. j. §. i. cū. xv. Queſtioni fidē non ſemꝑ nec tñ nunꝙ̄ habēdā cōſtitutiōibus declarat̃. Etenī res eſt fragilis ⁊ ꝑiculoſa que ỽitatem fallit: Nam plerīq₃ patientia ſiue duricia tormētoꝝ ita tormēta contemnūt/ vt exprimi ab eis ỽitas nō poſſit. Alij tanta impatiētia ſibi ſuſcipiūt tormēta/ vt mentiri potius ꝙ̄ tormēta pati velint: ita fit vt etiā vario modo fateant̃: vt non tam ſeipſos ꝙ̄ etiā alios crimīet̃. Itē dicit ꝙ in vicijs corrigēdis vbi ius deficit. i. qđ nō loquit̃ de correctiōe vel modo punitiōis talis criminis: ſequēda eſt cōſuetudo loci ī modo puniēdi crimina. Nec debet ꝑlatus introducere nouā cōſuetudinē ſimpliciter/ vel alicuiꝰ alteriꝰ loci ad puniēdū ꝓpter hoc vt efficaciꝰ corrigāt̃ vicia ſi ex hoc ſcādalū oriat̃: qꝛ nō ſunt faciēda mala vt eueniant bona. Roñ. iij. Malū eſt aūt ſuſcitare ſcādala. Circa religioſos ꝑcipue moderāde ſunt correctiones ne reſiliāt totaliter a ſtatu bono. Tria aūt ſunt particularia bona que integrant virū perfectū in religiōe. Et ſi circa particulare bonum ſic fiat reformatio/ ꝙ fiat deformatio vel deſtructio alterius boni: iam deficit ratio boni integri et ꝑfecti. Nam ſm Dioñ. Malū omnipharīā eſt: bonū vero ex perfecta ⁊ integra cauſa. Sic ergo tollendū eſt malū inobediētie/ vel incōtinentie/ vel ꝓprietatis in religioſis: vt aliqua pars boni integri remaneat: ⁊ ꝑcipue obediētia nullatenus deſtruat̃. Nā ꝙ̄diu illud remanet: ſpes ſemꝑ remanet de correctiōe alioꝝ defectuū. arg. xxiij. q. v. quid ergo. ⁊. xj. q. iij. noli te recedere. Item notādū ꝙ cū in priuilegijs religioſoꝝ dicitur ꝙ poſtpoſitis rimulis ⁊ apicibus iuris poſſint libere ꝓcedere prelati ad correctionē vicioꝝ: non per hec verba tollitur/ nec per hmōi exigūtur a iure cōi: ad qđ omnes catholici tenētur. extra de cōſti. c. j. Sed nō tenent̃ ad ea que non ſunt de ſubſtātia iuris ſeu ordinis iudiciarij: ſine quibus nō pōt ꝓcedi in iudicio cōtentioſo. Sicut ⁊ cum dicit̃ in cōſtitutionibus fratrū predicatoꝝ: ꝙ electiones fiant ſm formā canonicā alijs ſolēnitatibꝰ iuris relegatis: ſi aliquid dimitteret̃ cū ꝓcedit̃ ꝑ ſcrutiniū qđ ſit de ſubſtātia forme: caſſaret̃ electio ſed ea que nō ſunt de ſubſtātia forme: vt collatio zeli ad zelū et hmōi: per illa verba tollunt̃. Itē in. c. Quis. de penis. li. vj. dicit̃: ꝙ quis carcer ſit deputatus ad cuſtodiā reoꝝ: ſi tñ prelatus clericos cōfeſſos vel cōuictos de criminibus eoꝝ exceſſibus et ꝑſonis/ ceteriſq₃ circunſtantijs ꝓuida deliberatiōe pēſatis in ꝑpetuū vel ad tēpus carceri mācipet: nō eſt improbandū. Non tñ de facili eſt clericus carceri mancipādus: qꝛ excōicatꝰ eſt ꝗ̄ iniurioſe detinet clericū. extra de ſen. excō. nuper. nec eſt a quocūq₃ exiſtimādū ꝙ ꝑ hoc quis infamis efficiatur ꝙ eſt carceri mancipatꝰ: cum qñq₃: vt dicit̃ eccle. iiij. De carcere et catenis quis egredit̃ ad regnū: vt ptȝ ī Joſeph incarcerato iniuſte. Geñ. xxxix. ſed et princeps apoſtoloꝝ incarceratus pluries: vt ptȝ Act. v. ⁊ Act. xij. c. Et ſimiliter vas electionis: vt ptȝ. ij. ad Coꝛ. xj. c. et Johannes baptiſta. vt patet Matth. xiiij. Marci. vj. Luce. iij. ⁊ Johan. iij. cap.

De modo ꝓcedendi per accuſationem. Cap. viij.

Iudicis non eſt ſine accuſatore dānare: qꝛ dñs Judam cum fuiſſet fur: qꝛ nō eſt accuſatus minime abiecit: vt habetur. ij. q. j. in manifeſta et nota. vbi dicit glo. ꝙ nemo eſt cōdemnandus ſine accuſatore. Sed fallit hoc in octo caſibus. Primo in charta ſuſpecta: cui fides nō fit. C. de ꝓba. l. iubemus. Secūdo cū teſtis fraudulēter ⁊ ꝓcaciter rñdet. C. de teſti. l. nullꝰ. Tertio in tutore ſuſpecto. ff. de ſuſpec. tuto. l. iij. et. iij. q. ij. qꝛ ea. Quarto qñ maritus excipiendo cōdemnat̃ de lenocinio. ff. de adul. l. ij. Quinto qñ calumniator punit̃. C. de calum. l. j. Sexto qñ ꝓbat̃ crimen ꝑ inquiſitionē. extra de accu. c. qualiter ⁊ qñ. Septimo cū deficit reus in purgatione. ex de ſimo. c. de hoc. Octauo in notorijs: vt in iſto c. in manifeſta. De notorio ſic dicit Amb. Manifeſta accuſatiōe non indigēt: vt habet̃. ij. q. j. manifeſta. vbi dicit glo. ꝙ aliud eſt fama ſeu famoſum/ aliud manifeſtū/ aliud notoriū. Fama qñq₃ ex ſcientia/ qñq₃ ex ſuſpitiōe ꝓcedit: qñq₃ ex certo auctore/ qñq₃ ex incerto auctore ꝓcedit: vt de cōſe. diſ. iiij. ſanctū. Manifeſtū eſt qđ ſemper ex ſciētia ⁊ certo auctore ꝓcedit: et qđ poteſt ꝓbari: vt. C. de teſta. l. heredes. Itē etiā dicitur qñq₃ occultū qđ poteſt ꝓbari. C. de appella. eas. Et occultū dicitur qđ quinq₃ ſciunt. vt de pe. diſt. j. §. hec autē. Item dicit̃ manifeſtum qđ ptȝ per cōfeſſionem vel ꝓbationē/ vel per euidētiam rei. extra de verbo. ſigni. c. cum olim. ⁊ ſic ſumit̃ hic. ſ. pro notorio. Sed nota ꝙ

Tho.I iiij. diſ. xiij.q.i. ar.iij.q. iij.ꝛ in iij.pte q. lxxxij arti.iij. ad.iiij.

Notoriū triplex

triplex eſt notoriū.notoriū facti:notoriū iuris:
et notoriū pſumptiōis. Notoriū facti eſt qđ
exhibet ſe et offert oculis oīm.i.qđ ita habet
euidētiā facti:ꝙ nō poteſt negari.ſeꝫ ꝓbabilr.
extra de coha.cle.ꝛ mulie.c.Veſtra.ꝛ i tali nō
audiꝛ appellās.ex̄ de appel.c.Preterea.ꝛ cre
ditur ſimplici aſſertioni officialis.vt.iiij.q.iiij.
§.aliqñ. nec requiriꝛ hic ſciētia oiꝫ ſed pluriū
Eſt aūt quoddā factū continuū ſiue permanēs
quoddā interpolatum:quoddā trāſiēs ſtatim.
In notorio facti cōtinui null⁹ ordo iuris requi
ritur.vt extra de coha.cle.ꝛ mulie.Tua.et in
iſto.c.Manifeſta. In notorio facti interpolati
ſemiplena probatio requiritur.ex̄ de vſuris.c.
Cū in dioceſi.Notoriū actu nō permanēs pro=
babiliter poteſt negari.ex̄ de ſorti.Ex tuarū.
Notoriū iuris eſt de quo eſt aliquis condēna=
tus vel cōfeſſus:tamē in iſto notorio qñꝗ ꝯtra
negantē ſe eſſe conuictū requiriꝛ ꝓbatio.vt ex̄
de ſen.ꝛ re iudi.c.Sicut.Itē qñꝗ nō ſufficit ꝙ
ꝗs ſit cōfeſſus niſi ſit cōfeſſus ꝛ cōuict⁹.vt.ij.q.
vj.§.Sunt quorū.Notoriū pſumptū eſt.vt ſi
quis habit⁹ eſt pro filio alicui⁹ publice:ibi non
requiriꝛ ali⁹ ordo iuris.ex̄ de fi.preſby.c.Mi=
chael. Hoc eni ꝙ aliꝗs ſit filius alteri⁹ non pō
teſt vere probari.ff.de conditio.ꝛ demonſtra.l.
Lucius.ſed poti⁹ per pſumptiōes.Hec oīa
in gl.dicti.c.Manifeſta.q̄ etiā ponitur in ſum=
ma cōfeſſorꝫ.Sed Antonius de Butrio ſup.c.
Veſtra.facit diffuſum tractatum de notorio.

¶ Quomodo iudex ꝓcedere §.I.

debeat ſup crimine notorio in iudicio. Super
hoc angel⁹ de peruſio ponit ſententiā aliquorꝫ
dicētiū:qꝛ aut loqmur in notorio iuris.i.in no
torio iudicati: et tunc cū iſtud notoriū ſit inci=
dēs nō mutat formā iudicij.et ideo ſm̄ formā
negocij eſt ꝓcedendū de ꝓbationib⁹ ꝛ de teſti
bus.Aut in notorio facti:ꝛ tūc ſi iſtud notoriū
ſit oībus:ita ꝙ nec celari nec infici poſſit nō re
quiriꝛ aliquis ordo iuris:nec etiā citatio:qꝛ ci
tatio ſolum fit ad hunc effectū:vt citat⁹ ſe poſ=
ſit defendere: ſed ibi nulla cadit defenſio pro=
pter notorietatē. Si autē ſit notoriū negabile
in iudicio:tunc neceſſaria eſt partis citatio: et
ſi pars habeat legitimā excuſationem ſenten=
tia eſt ipſo iure nulla.ꝛ hanc excuſationē pars
poteſt allegare in cauſa nullitatis.ſec⁹ ſi pars
fuiſſet citata et contumax:ſm̄ Inno.in.c.Ve=
ſtra.de coha.cle.et muli.Itē ſi quid allegatur
eſſe notoriū ꝛ negatur et non probatur/ proceſ
ſus eſt nullus: qꝛ factus preter ſolennitatē or=
dinis iudiciorū ſm̄ Inno. Et hanc nullitatem
poſſet citatus vel non citatus in cauſa nullita
tis allegare et probare.Aut ergo allegaꝛ nul=
litas ex eo ꝙ non eſt notorium: et hoc poteſt al
legari ꝛ probari in cauſa nullitatis indiſtincte
aut allegatur nullitas: quia licet ſit notorium
tamē competebat defenſio: puta notoriū eſt ꝙ
ego occidi Titium cum reuera euꝫ occiderim
ad meā defenſionem. Et iſto caſu ſi non fui ci=
tatus potero allegare in cauſa nullitatis. aut
fui citatus et nō potero.Et aduerte:qꝛ iſta poſ
ſunt tolerari in criminib⁹ in quibus imponun
tur pene relegationis vel infra: ſed in alijs in
quibus apponūtur pene relegationis ꝛ ſupra.
tūc qꝛ abſens dānari nō poteſt:licet ſit hoc no=
toriū que dicta ſunt nō poſſunt ꝓcedere:niſi il
le qui damnat hoc ſuppleat de plenitudine po
teſtatis.Queritur autem cū iudex inquirit de
crimine velut notorio quod cōſtat iudici:tamē
non conſtat ꝙ crimē ſit notoriū.cū queritur an
poſſit ſequi ex ea inſtantia condēnatio? Reſpō
detur ꝑ diſtinctionē.qꝛ aut iudex proceſſit tali
ter ꝙ tenet proceſſus etiā ſi nō eſſet notoriū de
crimine.ꝛ crimen eſt tale de quo poteſt inqui=
ri etiā ſi nō eſſet notoriū.Et qꝛ qualitates noto
rietatis nō mutāt delictū nec penā:ꝛ ſic ſeq̄ po
teſt cōdēnatio. Aut proceſſus factus eſt null⁹
vbi crimē nō eſt notoriū:vel eſt crimen tale vbi
nō poteſt inquiri niſi rōne notorietatis: ꝛ tunc
non poteſt ex eadē inſtantia ſequi condēnatio.
Et hoc videtur fuiſſe de mente Inn̄.in.c.Sta
tuimus.de offi.dele.li.vj. Quod intellige niſi
crimen cōſtaret per cōfeſſionē partis:vel pars
renunciaſſet executioni huic:vt notat Inno.in
c.Cū ſemper.de furtis. Et ratio eſt:qꝛ cōfeſſio
inducit notoriū:ꝛ in cōfeſſuꝫ nulle ſunt partes
iudicis:niſi in cōdēnādo.Et cū queriꝛ quando
iudex inquirit de crimine tanꝗ notorio: an ſit
neceſſe probari notoriū? Quidā dicūt ꝙ non:
immo ſi iudex tanꝗ priuatus ſcit iſtud eſſe no
torium ſufficit:licet tanꝗ iudex ignoret:vt no=
tat Inn̄.in.c.Interpoſita de appel. Immo pl⁹
dicit ipſe Inno. ꝙ ſi iudex ꝓcedit ſuper noto=
rio:licet ignoret illud eſſe notorium:ſufficit vt
ipſe notat in.c.Veſtra.de coha.cle.et mulie.Et
cum queritur an poſſit eſſe notorium niſi pro=
betur factum quod dicitur eſſe notorium:licet
quidam dicunt ꝙ non.alij dicūt cōtra ꝙ eo ipſo
ꝙ probatur notoriuꝫ: probatur qđ dicitur eſſe
notorium: eo ꝙ omnes ita dicunt: aſſerunt et
affirmant nemine contradicente. Et hanc opi
nionem dicit eſſe veram.

¶ Qui prohibeātur accuſare §.II.

habeꝛ.ij.q.i.Prohibeꝛ.Vbi ſic dr.li.viij.ff.ti.
de accu.ꝛ inſcriptio. Prohibenꝛ accuſare alij
ꝓpter ſexū vel etatē:vt mulier ꝛ pupillus. alij
ꝓpter ſacramentū:vt qui ſtipendiū merentur.
Alij ꝓpter magiſtratum ꝛ poteſtatem in qua
agētes ſine fraude in ius euocari non poſſunt.

Alij ꝑpter delictū ꝓpriū: vt infames. alij pro‐pter turpē queſtū vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habeāt nūmos ve ad ac‐cuſādū vel nō accuſandū acceperit. Alij ꝑpter conditionē ſuā: vt liberti ꝯtra patronos ſuos. alij ꝑpter ſuſpitionē calumnie: vt illi q̄ falſum teſtimoniū ſubornati dixerūt. Nōnulli ꝑpter paupertatē: vt ſunt qui min⁹ q̄ quinquaginta aureos habēt. hi tñ oēs ſi ſuā iniuriā ꝓſequan‐tur: morteq̄ ꝓpinquorū defendāt: ab hac accu‐ſatiōe nō excludūt. liberi libertiq̄ nō ſunt ꝓhi‐bendi ſuarū rerū defendendaꝝ gratia de facto parentū patronoꝝ ve cōqueri. veluti ſi dicāt ſe vi a poſſeſſione eoꝝ expulſos: non vt crimen in eos intendant: ſed tm̄ vt poſſeſſionē recipiant. Nā et fili⁹ de facto matris nō eſt ꝓhibitus cō‐queri: ſi dicat ſuppoſitū ab ea partum: quo ma‐gis coheredē habeat: ſed eā reā lege cornelia facere ꝓhibētur. Ab alio delatum ali⁹ deferre non poteſt: ſed eum qui abolitione publica vel priuata interueniente: aut accuſatore deſiſten‐te vel de reis exemptus eſt: deferre nō ꝓhibeẗ Glo. ibi ꝑpter ſacramentū ſcilicet qđ preſtant ſcȝ ſe nō vitaturos mortē propter ſalutem rei‐publice. ꝑpter magiſtratū. loquitur de eo qui ante adminiſtrationē deliquit. talis nō poteſt cōueniri dū eſt in adminiſtratione. Uel intelli‐gitur hoc de maioribus iudicibus: qui etſi nō poſſint tunc in iudicio cōueniri: preſtabunt tñ cautionem de ſtando iuri poſt depoſitā admi‐niſtrationē. ff. de adulterijs. l. Si adulterium. Sine fraude/id eſt pena. queſtū. i. queſtus ſu‐ſpitionē. Qui cepit duos accuſare et vult ter‐tiū accuſare preſumiẗ q̄ faciat cauſa queſt⁹ ni‐ſi ſuā vel ſuoꝝ iniuriā proſequaẗ. Sed ⁊ duos nō poteſt accuſare niſi diuerſis libellis: niſi cri‐mē eſſet cōmune vt adulteriū: tūc eñ in vno li‐bello poteſt accuſare. Nūmos. q̄ dat pecuniaȝ non in cauſa ſanguinis habeẗ pro ꝯuicto. ij. q. iij. §. Notandū. Sed in cauſa ſanguinis lȝ da‐re accuſanti: ſed ſi iuſte accuſauit non lȝ in foro cōſcientie: ſed in foro iudiciali: q2. ſ. talis nō pu‐niẗ: accuſanti aūt nūq̄ licet recipere ab accuſa‐to. j. q. j. Cōcuſſiōis. Qui falſum. Iſti repellūẗ lȝ nō ſint ifames. extra de ordi. cogni. c. Cū di‐lectus. ꝑpter pauptatē. ꝑpter idem repelliẗ teſtis. dū tamē rōne paupertatis ſit ſuſpectus. nō vt crimē. niſi atrocē iniuriā feciſſent: vel niſi noīe alieno ꝯuenirētur. Abolitiōe publica: tri‐pliciter fit abolitio: aut publice ob diē inſignē vel ob rem proſpere geſtā. aut priuatim accu‐ſatore petēte: aut ex lege qñ accuſator deſiſtit vel mortuus eſt. In publica abolitione poteſt actor repetere reū finitis ferijs infra. xxx. dies ſȝ in alijs duab⁹ nō admittiẗ q̄ deſiſtit: ſed ali⁹ infra. xxx. dies admittitur. Hec omnia in glo.

¶ De laicis vtrū admittātur §. III.
ad accuſationē clericoꝝ. Nota ſup hoc glo. ſū. ij. q. vij. in prin. vbi ſic d2 ſm Bar. Brix. laici ſi ſunt bone fame admittūtur ad accuſationē cle‐ricoꝝ. ij. q. vij. clericos. Et Grā. idē ſentit: vt pa‐tet per totā. q. Alij dicūt q̄ laic⁹ ꝓpriū prelatū accuſare poteſt ꝑpter delictuȝ: q2 ſua intereſt habere bonū prelatū. vt. xxiij. di. c. Illud. Cer‐tior eſt opi. q̄ nō poſſit niſi ſuā iniuriā ꝓſequaẗ vt. iiij. q. vj. Oibus. extra de teſti. c. de cetero. Et hoc niſi in crimine hereſis: ⁊ in crimine ſi‐monie et leſe maieſtatis. xv. q. iij. Sane. extra de ſimo. tāta. ⁊ in crimine ſacrilegij ſm quoſdā xvij. q. iiij. ſi q̄s ſuadēte. §. qui aūt. In his autē oibus ita demū admittūtur: ſi bono zelo denū‐ciant crimē. extra de ſimo. lȝ hely. Et ſi accuſa‐tus fuerit vite ſuſpecte. ij. q. j. In primis. q2 ſi accuſat⁹ eſt vite ſuſpecte admittūtur laici ma‐le vite. Si autē fuerit bone vite: tūc admittun‐tur ſolū laici bone vite. extra de ſimo. c. ꝑ tuas Bar. Clerici xo admittūtur ꝯtra clericos: niſi fuerint criminoſi vel irregulares. ij. q. vij. ꝓſu‐mant. ⁊ c. ipſi apli. Tales tamē q̄ ſunt irregu‐lares bñ admittunẗ ad accuſationē eoꝝ q̄ ſunt eiuſdē ordinis cū eis vel inferioris. vt in. d. c. ipſi apli. Silr ipſi monachi audiunẗ. extra de accu. c. Ex parte. Et hec vera ſunt de ſolēni ac‐cuſatione. Sciendū eſt q̄ accuſatio debet fieri in ſcriptis. ij. q. viij. c. q̄ crimē. ſȝ hoc nō eſt ſem‐per neceſſariū puta in leui crimine. ff. de accū. l. leuia. Silr in notorio non reqriẗ: q2 in hmōi nec accuſator reqriẗ. extra de accu. c. Euiden‐tia. Secus in nō notorijs: etiā ſi manifeſta ſint xj. q. iij. Eoꝝ. Itē accuſatio debet exprimi viua voce ⁊ preſente accuſato. ij. q. viij. Per ſcripta. Item debet fieri accuſatio cū inſcriptiōe. i. ac‐cuſator debet ſe obligare ad penaȝ talionis. vt ij. q. viij. c. Quiſq̄. Excipiuntur tamē quidā ca‐ſus: vt in leui crimine: ⁊ in crimine apoſtaſie: ⁊ cū marit⁹ accuſat vxorē de adulterio. ſ. quo ad ſeparationē thori ⁊ ſimilib⁹. Sciendū tamē q̄ etſi accuſator nō inſcribat ex natura tamen ac‐cuſationis hmōi pena calumnie venit. C. de ac‐cu. l. fi. Quō accuſatio reddaẗ vitioſa per calū‐niā preuaricationē ⁊ tergiuerſationē habes. ii. Et ibi etiā habes qñ q̄s teneẗ ad accuſandū. et q̄ nō debet ob hoc recipere pecuniā: et ibi etiā de accuſato multa habes. Nota tamē q̄ qñ cri‐mē nō directe opponiẗ per modū accuſationis vel denūciatiōis ſed ꝑ modū exceptiōis: vt cū et obijciẗ accuſatori vel teſti ad hoc vt ab accu‐ſatione vel teſtificatiōe repellaẗ: vel electo vt a ꝓmotiōe excludaẗ: nō eſt neceſſaria inſcriptio Sed ſi obijciatur iam cōfirmato. puta in cōſe‐cratione: obijciēs ſe debet obligare ad penam extraordinariam ad arbitrium iudicis citra

ij. q. lx viij. arti. j. ad. iij.

ij. q. lx vij. ar. ij. Quō dȝ fieri ac‐cuſatio

ij. ij. q. lx viij. ar. iij.

vinculū inſcriptionis. Nam electus ſic ꝓbato crimine perdit quod ꝑ electionē ⁊ ꝯfirmationē ei fuerat acquiſitū: ſed prius habita non amittit. extra de accu. c. qualiter ⁊ quando.

¶De accuſatione matrimonij §.IIII.

exigit penitere. xj. q. iij. cuꝫ apud theſſalonicã.
Itẽ cũ ſnia lata eſt in muliere ꝑgnante: differt
eñ vſqꝫ ad tẽpus partꝰ. ff. de re iud. l. ꝑgnãtis.
Itẽ ſi capitalis ſentẽtia eſt lata i ſeruũ: differt
executio quouſqꝫ reddiderit ratiocinia admi-
niſtrationis quã geſſit. C. de bo. poſ. l. j. Itẽ cum
qs eſt cõfeſſus de crimine ⁊ inde negat/ retru-
dat in carcerẽ: vt poſtea reductꝰ apud acta au
diat: ⁊ iteret cõfeſſionẽ. Sũt ⁊ alij plures effe-
ctus ſentẽtie q̃ dimittunt ob breuitatẽ. Et no-
ta ſm Ray. ꝙ regulariter nec ſentẽtia nec res
inter alios acta vel iudicata preiudicat aliis.
extra de fi. inſtru. ca. inter dilectos. Fallit tñ in
multis caſibꝰ. ſ. cũ cauſe cõnexe ſunt. diſ. lxxxj.
tãtis. iij. q. vj. hec q̃ppe. ⁊ ex̃ de accu. c. ad peti-
tionẽ. Itẽ in cauſa libertatis. ff. de ſta. ho. l. in-
genuũ. Itẽ in cã filiatiõis. ff. de liberis agno. l.
j. Itẽ qñ quis pñs fuit ⁊ ſciebat cauſam agi. ff.
de re iud. l. ſepe. Itẽ in querela inofficioſi teſta
mẽti. ff. eo. ti. ꝙ papinianꝰ. Itẽ ſm Ray. regu-
lariter nec ſnia nec alia res inter alios acta al
teri ꝓdeſt. Fallit tñ hoc in certis caſibꝰ. Prio
in querela inofficioſi teſtamẽti. ff. eo. ti. ꝙ papi
nianꝰ. Itẽ in re diuiſibili. ff. ſi ſerui. vẽ. l. loci. §.
cõpetit. Itẽ in re cõi cũ pupillo. ij. q. vj. §. diffini
tiua. Itẽ ꝓdeſt vbi res eſt cõis cũ fiſco. hec ha
bent extra eo. c. fi. Subleuat aũt ſnia ſꝫ Ray.
quatuor modis. Prio ꝑ appellationẽ. ij. q. vj.
ca. j. Et de hac dicet in ſeq. c. Scđo ꝑ ſupplica-
tionẽ: vt cũ lata eſt a principe vel ab alio a quo
nõ licet appellare. xxv. q. ix. veniam. Tertio ꝑ
querelã falſi: vt ſi dicat lata per falſos teſtes ⁊
alias falſas ꝓbatiões. ex̃ de teſti. c. ſicut nobis.
Quarto ꝑ in integrũ reſtitutionẽ. ex̃ de in in-
teg. reſti. ꝑ totũ. Et dicit Guil. ꝙ querela falſi
hꝫ locũ vſqꝫ ad. xx. annos. C. de fal. l. querela.

¶ De litis cõteſtatione. Cap. xiij.

DE litis cõteſtatiõe dicit Greg. ix.
ꝙ non ꝑ poſitiones ⁊ rñſiones ad
eas: ſed ꝑ petitionẽ in iure ꝓpoſi
tam. i. in iudicio/ ⁊ rñſionẽ ſecutã
litis cõteſtatio fit. ex̃ eo. ca. j. Ubi
dicit glo. ꝙ litis cõteſtatio exordiũ veꝫ litis ſi-
ue cauſe principiũ appellat: ⁊ vbi principiũ de-
eſt nil põt ſuperedificari. j. q. j. cum Paulus. ⁊
cuiuſlibet rei principiũ maxima pars eſt. Et lꝫ
litis cõteſtatio ſit principiũ/ tñ neceſſe eſt libel
lum precedere ſuper quo fiat litis conteſtatio.
vt extra de libel. ob. ca. j. Eſt autẽ litis cõteſta-
tio negocij principalis hincinde apud iudicem
facta narratio ⁊ ſubſecuta reſpõſio: ſiue negan
do ſiue cõcedendo: quod eſt intelligendum vt
fiat animo ꝓcedendi in cauſa: et ea intentione
directe et ex ꝓpoſito. Unde ſi aliquis ꝓponat
factũ coram iudice non ea mente vt reſpõdea-
tur ſaluo iure ſuo et ſine ꝑiudicio: nõ erit pro-
pterea litis conteſtatio facta: cum hec fiãt non
ad iudicis interrogationem/ ſed motu ꝓprio.

Cõteſtatio autem fieri debet interrogante iudice: actore proponente ſuam actionem: et reo reſpondente ad interrogatiõnẽ iudicis vt mos eſt. Ubi ergo litis conteſtatio non precedit: nil valet qḋ agit̃. vt extra eo. c. j. Et poteſt ratio aſſignari: per poſitiões et reſpõſiones ad eas nõ fit litis cõteſtatio. Qui eñ ponit aliqḋ dictum vel factũ: nichil petit ab aduerſario: nec oñdit per hoc ſe velle agere. Et ita p hoc nõ poſſet ferri ſñia abſolutiõis vel ɔdẽnatiõis cũ nil petitũ ſit p poſitionẽ: ſꝫ oſtẽdit̃ aliqḋ eſſe factũ vel dictũ vel ꝓmiſſum ⁊ ſentẽtia ſemp formanda eſt ſm modũ agẽdi. extra de accu. c. qualr ⁊ qñ ad ſi. et cõdẽnatio nõ eſt facienda niſi ad hoc actũ ſit. extra de or. cog. c. Cũ dilect⁹. in ſi. Berñ. Libelli oblatio vtrũ ſit de ſubſtãtia ordinis iudiciarij ponit Berñ. in gl. extra de libel. obla. c. j. opiniones recitat pro et cõtra: ⁊ cõcludit tãdẽ ꝙ meli⁹ videt̃ de iure canonico ꝙ ſit de ſubſtãtia. Eſt aũt libell⁹ ſcriptura in qua cõtinet̃ res q̄ petit̃ ⁊ cauſa petendi et nomen actoris ⁊ rei. vt extra eo. p totũ. Et ſemp offerẽdus eſt iſte libellus iudicis per eũ reo: vt ipſe reus deliberare poſſit. iij. q. iij. §. offerat̃. ⁊ in ſcriptis dꝫ dari: et i principio litis. in modicis tamẽ cauſis ſcriptura nõ requirit̃. vt. xj. q. j. Si quis cũ clerico Eſt aũt duplex libell⁹. ſcꝫ poſtulationis qui datur in ciuilib⁹ queſtionibus. extra eo. c. j. Et accuſationis qui datur in criminalib⁹ actionib⁹. vt. ij. q. viij. c. per ſcripta. §. libellorum. Berñ.

De appellatione. Cap̄. xiiij.

DE appellatione aliqḋ breuiter vidẽdum eſt: de quo confuſe agitur. ij. q. vj. per totũ. Et ibi dicit glo. ſummaria in principio queſtionis hec q̄ ſequũtur. Appellatio eſt ꝓuocatio inique ſentẽtie querelã ɔtinẽs: tñ etiã in his que extra iudiciũ agũtur appellat̃. vt in electione. extra de appel. cõſtitutis. Circa appellationẽ ergo primo querit̃ vtrũ valeat ſtatutum ſeu ordinamentũ alicui⁹ municipij ꝙ nõ poſſit appellari niſi ad iudicẽ illi⁹ loci. ⁊ videt̃ ꝙ ſic: qꝛ ſtatutũ eſt quidã cõſenſus et pactũ ciuiũ illius loci vbi fit. ſed ɔſtat ꝙ quis poteſt remittere p pactũ ius appellãdi. C. de tẽp. ap. l. ſi. ergo et p ſtatutũ. ⁊ maxime p ſtatutũ tollit̃ ius cõe in illo municipio. ff. cõis p̄di. l. vẽditor. Sed cõtrariũ eſt rei veritas. Et ratio eſt qꝛ iuriſditio collata in iudicis appellatiõe per legẽ vel principẽ non poteſt tolli vel minui p ſubditos. di. xxj. c. inferior. immo ſ̄ponit̃ neceſſitate obſequẽdi. extra de cõſti. c. eccl̃ia. Iã enim ex hoc videret̃ eneruari iuriſditio imperij et romane eccleſie et vires principalis negocij exhauriri. C. de p̄ci. impera. offe. l. iij. Circa qḋ nulla cõſuetudo valere poteſt. extra de cõſue. c. j. Itẽ pactũ litigatoꝝ facere nõ poteſt ꝙ appellandi generalr renũcietur vel remittat̃. extra de appel. c. ij. ergo nec p ſtatutũ. Itẽ tale ſtatutũ eſſet diminutio iuriſditiõis et libertatis eccl̃e ⁊ imperij: ⁊ ideo ipſo iure nullũ: ⁊ hec eſt veritas: qꝛ in oibus ſemp intelligit̃ ius ſuperioris exceptuꝫ. extra de iureiuran. c. venientes. Sed municipes in cõdendo legẽ bone poſſunt renũciare appellationi. vt notat Inno. in. d. c. veniẽtes. Sed quid ſi aliqs appellat ſimpliciter dicens. Ego appello a tali veſtro p̄ceptoꝛ nec dicat ad quẽ. Reſpõdet Specu. ꝙ valet. Et intelligit̃ appellare ad proximũ ſuperiorẽ. ff. de appel. l. j. Nã in dubijs non eſt a iure recedendũ. Hoc aũt diſponit ius vt gradatim appellet̃. vt extra eo. dilecti. Et idem ſi non dicat appello: ſed ſubijcio me ſub protectione ſedis apoſtolice vel alteri⁹ iudicis appellatiõis: habet̃ eñ ꝓ appellante.

Licet autẽ appellatio ſit §. I. cõmune remediũ: tamẽ in multis caſib⁹ reijcit̃ Primo ſi nõ ſit interpoſita infra. x. dies. C. de appel. l. vlti. Sed hodie currũt a die ſententie vt ibi notat̃: qꝛ tẽp⁹ hoc quantũ ad ſui initium eſt vtile. vnde nõ currit niſi a tpe ſententie: et a tpe currit quo agere poteſt. Sed quãtũ ad ꝓgreſſum eſt continuũ. ij. q. vj. anterioꝝ. Uñ ſpõtanea appellationis omiſſio purgat ſententie turpitudinem. vt notatur extra de offi. deleg. c. paſtoralis. ita ꝙ poſt lapſum decẽ dierũ: etiã ſi iniuſta ſit ſentẽtia executioni mãdat̃. lapſus enim termini renunciationẽ inducit. ff. de acq. here. l. q̄diu. in ſi. et hoc niſi iuſta cauſa etatis vel alia reſtitutionẽ ad appellãdũ idulgeat. ff. de mino. p totũ. Nec poteſt iudex hoc tẽpus decẽ dierũ ad appellãdũ ſtatutũ ⁊ tp̄s anni vel biennij ad ꝓſequendũ ipſam. ⁊ tp̄s reſtitutionis in integrũ conceſſum minuere. vt notat̃ ex de appel. cũ ſit. ⁊ idẽ ſm Dy. in omni dilatione q̄ dat̃ ſine miniſterio iudicãtis: vt notat̃ extra de re. iuſ. li. vj. qꝛ indultũ a iure bñficiũ nemini eſt auferendũ. hinc eſt ꝙ ſi iudex mãdat alicui vt ſoluat aliqḋ vel faciat: infra. x. dies licebit ei appellare. Unde lꝫ ſñia ſit ſub cõditione data. vel etiã ad terminũ maiorẽ q̄ decẽ dierũ: dꝫ tñ appellare ĩfra. x. dies: lꝫ ɔditio ĩ ſñia adiecta nõdũ exiſtat ⁊ termin⁹ nondũ aduenerit ff. qñ appellã. ſit. l. j. Nõ eñ poſt. x. dies licebit appellare: vt notatur extra de appel. c. p̄terea. et ibidẽ notat Inno. Sed cũ datur ita breuis termin⁹ in quo nõ poteſt deliberare ad plenũ: et ſic incidere poteſt in prõptũ periculũ: vtputa triũ dierũ: vel alius minor decẽ dierum qui terminus modicus appellatur: tunc licebit a breuitate termini appellare. extra de dila. c. j. et hoc niſi ex cauſa minor daret̃: q̄ tamẽ cauſa eſt in dilatione exprimẽda. vt notatur in. d. c. j.

Sc̄do nō appellat a iudicio momētanee poſſeſſiōis: lꝫ ſm canones appellari poſſit. extra de teſti.c.ſignificauit. Itē non appellat ſm leges ab interlocutoria vel ab aliquo grauamine ante ſententiā.C.quoꝝ appel.nō reci.l.iij.niſi i caſibus ibi notatis:ſꝫ in iure canonico ſecꝰ. Tertio nō appellat a mero executore. extra de appel.c.nouit.niſi modū excedat vel citiꝰ exequat vt ibi notat. Quarto nō appellat a creatione muneris vel nōiatione:qđ eſt vtilitate tm̄ priuatū.vt tutela ⁊ cura.ff.qñ appel.ſit.l.j.§.ſi qs ſed a reprobatiōe executiōis poteſt appellari vt ibi.in alijs aūt muneribꝰ publicis autoritate ⁊ vtilitate eſt ſecꝰ.Quinto nō appellat a criminibꝰ enormibꝰ:que legunt.ff.de appel.l.cōſtitutus.qđ intellige vt ibi notat.Item in heretico nō appellat.extra de here.c.vt inquiſitionis.li.vj.Item in raptore feminaꝝ. C.de rap.vir.l.j.Item in falſatore monete et in eo qui fecit aliquē de cuſtodia exire.C.de fal.mone.l.j. Item in aliquibꝰ alijs criminibꝰ in quibus leges ꝓhibent ſpālr appellare.vt extra de elec.c.cū in cūctis.Sexto nō poteſt appellari ꝓpter naturā cauſe.ſ.cum res dilationem nō recipit: vtputa ne teſtamētū aperiat:ne iſcriptꝰ heres in poſſeſſionē mittat:⁊ ne pignꝰ vendere liceat et quedā alia q̄ habēt. ff. de appel.reci.l.fi. Et idē videtur dicendū in caſibꝰ in quibꝰ ſummatim cognoſcit: puta in alimentoꝝ exhibitiōe ⁊ in alijs caſibꝰ qui celeritatē requirūt (als deſiderāt) licet quidā aliter dicāt.Septimo regulariter nullꝰ criminoſus appellat qñ tria interueniūt ſm azonē.ſ.ꝙ ſit cōuictꝰ cōfeſſus ⁊ argumētis ſupatꝰ.ff.quoꝝ appel.nō reci.l.ij. ſꝫ aliquo iſtoꝝ deficiēte poteſt appellare ipe vel aliꝰ ꝓ eo.ff.eo.l.nō tm̄. Nota tamē ꝙ ſi nōie alicuius qs appellat:ſiue in ciuili:ſiue in criminali: ſi is ꝓ quo appellat ratū habeat: debet ratificare infra tp̄s appellatiōis iterponēde. Et qđ dictū eſt de cōfeſſiōe intelligit de cōfeſſiōe ſpōtanea nō in tormētis nec terrore tormentoꝝ facta. vt in.d.l.iij.Sed videt ꝙ cōfeſſus in iure canonico nō appellet:q2 ꝯfeſſio in iure facit notoriū et a notorio nō appellat.extra eo.cum ſit romana.⁊ hec opi. videt innui extra de appel.c.romana.li.vj.Sed cōtrariū potiꝰ poteſt ex illo.c.haberi. vñ iure canonico et ciuili cōfitens appellat ſi iuſtam appellationeꝫ faciat.i. iuſtā cauſam inſerendo : puta q2 errore vel propter territionem tormentoꝝ: vel quia cōfeſſionem expoſitam declarare intēdit: vel aliquid aliud rationabile. vt.ff.de appel. l. creditor. als ſi a ſententia ſup confeſſione lata appellat abſolute ſine expreſſiōe cauſe nō audit. vt dicit archi.e.ti.romana.lib.vj. Octauo nō appellat debitor fiſci ſeu reipublice.C.quoꝝ appel.nō reci.l.fi.

Itē officialis criminalr cōdemnatus a ſuo iudice: eo ꝙ in officio ſuo male ſe habuiſſet nō appellat.C.eo.ti.l.nulli. Itē nō appellat debitor ex calculo fiſcali vel ex tributaria functiōe: et ex alio caſu q̄ oēs legunt.C. quoꝝ appel. nō reci.l. abſtinēdū. Itē delinquēs a pena delicti non appellat:q2 pene certe ſinguloꝝ delictoꝝ ſunt.ff.de ꝟb.ſigni.l.ſi qua. ſed a mulcta bene appellat.vt ibi. Itē nō appellat vere cōtumax niſi veniat iudice ſedēte ꝓ tribunali.vel niſi ex iuſta cauſa venire impediat.vt. ff. de re iudi.l. cōtumacia. Ficte autē contumax appellat. Uere aūt contumax dr:cui iudex precepit vt adſit vt notatur.C.quō et qñ iu.l.ceſſante. Item qñ pſonaliter eſt citatus:ſed ⁊ cū citatꝰ reſpondet ſe nō venturū/ non eſt dubiū ꝙ eſt ꝟe cōtumax vt notat.ff.de appel.l.eū q. Sed ficte cōtumax dr qñ nō fuit inuentus : puta citatus ad domū vt ibi:quo caſu tp̄s appellādi a die a tpe ſcientie cōputat:et hoc intellige in cōtumace abſente. Cōtumax aūt p̄ſens: puta in nō exhibendo audit appellās.ff.eo.l.creditor.§.iuſſꝰ. Dic tm̄ ꝙ i hoc audit appellās cōtumax.ſ. vt cauſā ad ſuperiorē trāſferat:nō vt a ſentētia excōicationis releuet.vt extra de ſen.excō. ꝑ tuas. in gl. ij. Item nō appellat q̄ in iudicio ſe ꝓfitetur nō appellaturū.ff.a qbꝰ appel.nō licꝫ.l.ij.ſꝫ extra iudiciū nō ſufficit renūciatio: niſi cū pacto conueniat cū aduerſario ſe non appellaturū.C. de tēpo.appel.l.fi. Itē nō appellat a delegato:qñ delegās ꝓhibet appellationē:vt ſi dicat appellatione remota:qđ tamē ſolꝰ princeps facit. Et idē ſi papa.extra de offi.dele.c. ſup queſtionū. quo tamē caſu ſolū friuola appellatio interdicta ꝓhibet. vt extra de appel.c.ſup eo. in glo. j. Unde nichilominꝰ a grauamine appellabit: q2 tūc nō cōtra reſcriptū: ſed cōtra iudicis maliciā appellat.vt notat.ij.q.vj.§.biduū. Itē nō appellat ꝓpter autoritatē iudicantiū:vt a principe.vt in dicta.l.ij. Itē a ſenatu.i.a toto ſenatoꝝ cetu ſm Azo. Itē a prefecto pretorio.vt.ff. de offi.prefec.preto.l.j. Itē nō appellat ab arbitro:q2 nulla eſt eius ſentētia. C.de arbit.l.ij. Sed ſm canones pōt a ſentētia arbitri ſupplicari.vt.ij.q.vj.a iudicibꝰ. Itē nō valet ſi appelletur a correctore. extra de appella.c. reprehēſibilis.in fi. et hoc niſi modum excedat. Item non appellatur a citatione.extra.e.cum parati.niſi a breuitate termini appelletur : vel niſi fiat citatio cōtra formam canonis.extra de reſcrip.lib.vj. Item nec licet tertio prouocare.i. appellare.extra de appel.c.directe. In caſu tamen ſemel tm̄ appellat.vt in auc. de ſacroſan. ec.§.ſi quis. Item non valet appellatio ꝟbotenus facta ſeu viua voce: ſed debet fieri in ſcriptis.ff.e.l.j. niſi fiat eadē die ⁊ iudice in eadeꝫ

figura iudicij exiſtēte: ⁊ tunc nō opꝫ in ſcriptis appellare: qđ eſt verū iure legū: ſed iure canonū ante ſentētiā appellādo nō valet appellatio in eodē die etiam facta/ niſi fiat in ſcriptis: qm̄ nō valet niſi cauſa inferatᷣ. Qn̄ ergo dicitᷣ ꝙ viua voce pōt appellari: intelligitᷣ a ſentētia diffinitiua in qua nō opꝫ inſeri cauſam. Sꝫ ſi in appellatiōe facta ab interlocutoria iudicis viua voce appellās verbotenus exprimat cauſam legitimā: nō video cauſam q̄re nō valet. Itē non valet appellatio ante ſentētiā/ niſi cauſaꝫ ꝓbabilē cōtineat: vt.ff.eo.et.c.vt debit⁹.eo.ti. Itē non ꝓcedit appellatio ſi iudex reuocat grauamē a quo appellatᷣ. vt extra eo.cū ceſſante. Dicit tn̄ Inno. ꝙ iudex nō pōt reuocare ſententiā interlocutoriā poſt.x.dies ſine licētia illius ꝓ quo data eſt: ſed ante.x.dies pōt: niſi appellās aliquas feciſſet expēſas: q: tūc nō pōt niſi pri⁹ ei reficiātᷣ expēſe: eis eni͂ nō reſtitutis nō videtᷣ reuocatū grauamē plene. Appellatio etiā non ꝓcedit ſi peniteat appellantē. Itē dicūt aliqui ꝙ nō valet appellatio niſi ſint petiti apl'i.extra e.c.cordi.lib.vj. ſed dic ꝙ nō eſt de ſubſtātia appellatiōis petitio apl'oꝝ: q: pñt peti infra.xxx.

Apl'oꝝ petitio.

dies.extra.e.ab eo.lib.vj. Sꝫ ſi infra.xxx.dies a die late ſentētie cōputādos/ nō a die petitionis apl'oꝝ nō petantᷣ: videtᷣ deſerta appellatio. C.de appel.l.qm̄ nōnulli. Itē nō valet appellatio ſi deficit in forma: vt q: non cōtinet a q̄/ aduerſus quē/ ⁊ a qua ſentētia: vt in dicta.l.j. Itē non valet ſi nō interponitᷣ corā eo a q̄ appellatᷣ qđ fieri dꝫ.vt.ff.de appel.l.cū q̄dā. niſi qn̄ eius copia haberi nō pōt: q: interim etiā tp̄a appellatiōis nō currūt: ⁊ niſi eius violētia timeatᷣ inſte: vt in dicta.l.cū q̄dā. Tunc eni͂ ꝓ appellāte reputatᷣ dūmodo publice ꝓteſtetur: vt dicta.l.q̄dā. Sed ⁊ tūc videtᷣ ꝙ nō teneat appellatio: lꝫ metuat ei⁹ violētiam ſi corā eo nō appellatᷣ: cū copia de eo haberi nō pōt.extra.e.c.ſi.ſecus tn̄ de cōſuetudine obſeruatᷣ: pōt tn̄ iudex ad quē appellatᷣ adiri/ ⁊ coram eo appellari. Et dic vt plene no.ex̄ de appel.c.appellatio.li.vj. Itē nō valet appellatio ſi appellatᷣ ad iudicē inferiorē vel iuriſditionē equalē habētē. Debet ei ad mai⁹ tribunal appellari.di.xxj.inferior. Itē lꝫ ſit maior ad quē appellatᷣ/ tn̄ nō eſt iudex cōpetēs inter ip̄os litigātes: vt appellatᷣ ad metropolitanū ꝓuincie: cui nō ſubſunt litigātes/ nec iudex a q̄ ꝓuocatᷣ.xj.q.ij.c.j.⁊ de off.iudi.ordi.c.paſtoralis. Itē nō valet appellatio ſi non fiat ex ordine et gradatiꝫ.extra.e.c.dilecti.omiſſis tn̄ mediīs appellatᷣ ad principē. Item dicūt nō valere qn̄ ſentētia a qua appellatᷣ eſt nll'a. Nā ex hoc nō videtᷣ iudiciū deuolutū ad iudicē appellatiōis: immo primus iudex ꝓſiciat ⁊ cognoſcit. C.quō ⁊ qn̄ iudex.l.ſi p̄ſes. Sꝫ verius eſt ꝙ valeat appellatio ⁊ ꝙ iudex appellatiōis de nullitate pōt cognoſcere: q: etſi nō p̄ncipaliter/ tn̄ incidenter de nullitate queritᷣ. Hoc tn̄ eſt verū ſi in appellatiōe de nullitate ſit mētio. vt ex̄ de appel.c.cordi.li.vj. De qua quidē nullitate ⁊ poſt decē dies: et qn̄cūqꝫ pōt obijci ⁊ cognoſci. habes extra de offi.iudi.dele.c.paſtoralis.§.q: vo. Et ſm Othonē tāto tp̄e pōt obijci de nullitate/ quāto tp̄e durat actio cuius noīe iudicatū fuit. Pōt quoqꝫ obijci cōtra ꝑſonā iudicis ad quē appellatᷣ ꝙ eſt excōicat⁹/ interdictus/ vel ſuſpēſus/ vel infamis: vl' ꝙ ei⁹ iuriſdictio eſt finita: ⁊ alia q̄ poſſent obijci cōtra iudicē cauſe p̄ncipalis. de qb⁹ dicit Spec.in ti.de iudi. Itē non valet appellatio ſi appellatᷣ ab electiōe vt nō fiat. extra de elec.c.ꝯſiderauimus. ſed vt nō fiat niſi canonice: bn̄ valet vt ibi. Itē ꝓhibitum eſt appellare a dilatōne iuramenti neceſſarij vel iudicialis. Sūt ⁊ alij caſus quos notat Specu.in ti.de appella.§.itē. Et dicit ꝙ iudex appellationis tenetur ſequi leges tēporis prioris ſiue loci: vt no.xij.diſt.c.illud.

¶ Que ſint partes iudicis a §.II.

quo appellatᷣ: ſi ſibi videtᷣ ꝙ appellatio ſit fruſtratoria. Et ſuꝑ hoc diſtingue: q: aut euidēter apparet ꝙ ſit appellatio legitima: aut ꝙ ſit fruſtratoria et illegitima: aut dubium eſt de hoc. ¶ Primo caſu eſt deferēdū: al's qui nō defert punitᷣ ſm leges pecunialiter in.xxx.pondo auri.vt.C.eo.l.qm̄. Sed ſm canones deponitᷣ ab officio.ij.q.vj.decreto.et extra de appella.c.de priore. Et nichilominus oīa attētata in priſtinū ſtatū reuocat iudex appellatiōis ex ſuo officio.extra de iureiu.c.veniētes. q: nichil eſt innouandū appellatiōe pēdēte. ¶ Scđo caſu nō dꝫ iudex ei deferre.extra eo.c.cū appellationibus.lib.vj.vn̄ ea non obſtāte exequatᷣ: ꝗuis iudex appellatiōis poſſit retractare qđ actū eſt: vt notatᷣ.ij.q.vj.ad romanā.ibi videas. Si eni͂ iniuſte appellationi defertᷣ: nō eſſet reuerētia/ ſed malicia ⁊ imprudētia: ⁊ ſic teneretur.ff.de euic.l.ſi per imprudētiā. ⁊ faceret litē ſuam: vt inſti.de oblig.que ex quaſi delic.in p̄nci. ¶ In tertio caſu dꝫ deferre. extra eo.cū ſpeciali.pōt tn̄ vti cautela verboꝝ que legitᷣ et notatᷣ eo.ti.cū ceſſante. Dicēdo vcꝫ admitto: ſi ⁊ inquantū de iure debeo. Et nota ꝙ cū petuntᷣ apl'i: ſi non defertur appellatiōi/ dicit iudex: appellationi nō defero/ et apl'os refutatorios cōcedo. Pōt etiā iudex cū petuntᷣ apl'i ſumere ſibi dilationem ad cogitādū ſeu deliberandū quos apl'os dare voluerit. Si autē defert appellatiōi dꝫ dicere: appellationi defero. ⁊ cum petuntᷣ apl'i dicere: apl'os reuerētiales cōcedo. Qn̄ vero appellatur a ſentētia: ſed in abſentia iudicis: vt

qꝛ timet̃ ne eum ledat: tunc appellat̃ corã ali-
qua honeſta ꝑſona: ⁊ dant̃ ab ea ꝑſona que nul
lam iuriſditionem hꝫ in ea apli teſtimoniales.
¶ Item nota ꝙ ab vna et eadẽ ſentẽtia vtraqꝫ
pars põt appellare: qñ.ſ. illa ſentẽtia ꝯtinet di
uerſa capl'a. vt in.c. Raynutius. extra de teſta.
Conſueuit eñ tunc quelibet pars appellare a
ſentẽtia ꝗtum ad illam partẽ que facit contra
eũ: ⁊ in alijs approbare eã: vt ꝟbi gratia. Si iu
dex det ſententiã diffinitiuam ꝓ vna partium
cũ hoc ꝙ alia pars cõtra quam ſententiatũ eſt
non teneat̃ ei reficere expenſas litigij facti: vt
qꝛ habuit iuſtã cauſam litigandi ꝓpter mate-
riam valde dubiã: põt iſta pars ꝓ qua eſt data
ſentẽtia appellare quo ad hanc partẽ: ſcꝫ a gra
uamine expenſarũ ſibi non reficiendarũ: ⁊ alia
pars quo ad ſentẽtiam datam contra eam.

¶ Que ſint partes iudicis §. III.

appellatiõis in inhibitiõibus ſiẽdis. Et circa
hoc dicit ſpeculator valde plene in ti. de appel.
§. de officio. Sꝫ tu dic breuiter ꝙ cõſtituto ap
pellatore corã iudice appellationis ante oĩa fa
cienda eſt fides de ſua appellatiõe: al's audiri
non dꝫ: nec ad citationẽ vel inhibitionẽ eſt ali-
quatenus ꝓcedendũ: qꝛ non põt dici cauſe ne-
gociũ ad eũ deuolutũ: niſi conſtet appellationẽ
interpoſitã. extra de appella. c. romana. lib. vj.
Unde tanꝗ ſit iudex incõpetẽs nichil valet qꝺ
agit: appellatiõe aũt corã eo exhibita ſiquidẽ
apparet interpoſita ante ſentẽtiam: nec eſt ſibi
cauſa incerta: tũc nedũ quid inhibeat / ſed nec
ſuꝑ hoc citet partes: immo oĩno reijciat. vt in
dicto. c. romana. Et idẽ ſi ſit interpoſita a diffi-
nitiua / ⁊ apparet ꝙ ſit facta in caſib⁹ a iure ꝓ-
hibitis expreſſe qui ponunt̃. ff. de appel. re. l. ſi.
Uel ſi facta eſt ab eo vel ab eis a quibus appel
lare nõ licet: nã in his caſibus non eſt ad aliud
ꝓcedendũ: ſed reijcienda appellatio. ff. de ap-
pel. reci. per totũ. Si aũt de predictis nõ appa
ret / ſed dubium ſit: tunc dꝫ partes citare: qꝛ de
vnoquoqꝫ negocio p̃ſentibus partib⁹ ⁊c. ff. de
re iudi. l. in vnoquoqꝫ. Et appellato nõ cõparẽ
te põt iudex inhibere: nã ⁊ ꝓnũciare põt in cau
ſa ſm̃ Azo. altera parte abſente: vt ipſe notat
in ſumma eo. ti. glo. penul. Sed partibus p̃ſen
tialiter cõſtitutis ſiquidem obijciat̃ ꝙ appel-
latio a grauamine nõ cõtinet cauſam legitimã
vel ꝙ appellatio a grauamine vel a diffinitiua
nõ fuerit interpoſita infra decẽ dies: ⁊ alia op-
poſitio hmõi ſic opponat̃ / ꝙ cauſe negociũ non
eſt ad appellatiõis iudicẽ deuolutũ: tũc nõ eſt
inhibitio faciẽda niſi pri⁹ cõſtiterit cauſam ad
ſe delatã: vt in dicto §. ſi vero. Nã iudex appel
lationis nõ dꝫ aliquid precipe: nec iudex infe-
rior dꝫ executionẽ retardare quouſqꝫ cõſtet ꝙ
ad eũ ſit deuoluta iuriſditio: vt ex͂ de reſcrip. c.
dilectus. Et idem ſi dicat̃ appellatũ: vel a diffi
nitiua in caſib⁹ ꝓhibitis. ſ. ſuꝑ notorio: vel de
quo cõfeſſus eſt ⁊ ſimilibus. Tunc eñ qꝛ ex inſpe
ctione appellatiõis nõ ptꝫ de iuſta appellatiõe
vel iniuſta / nõ dꝫ inhibere niſi poſtꝗ cognoſce
re cepit de p̃dictis: vt de appel. c. romana. lib.
vj. Nã aũt appellatũ eſt an ſentẽtiã ſi obijciat̃
ꝙ non eſt emiſſa ex cauſa ꝓbabili: tunc ſi appa
reat palẽter ꝓbabilis: puta in iure expreſſa po
teſt inhibere anteꝗ cognoſcat an ſit ꝟa: vt ex-
tra de appel. c. non ſolũ. lib. vj. Et inhibitiõe fa
cta nil eſt innouandũ: extra vt lite pẽ. nil inno.
c. j. ⁊ ideo reuocãdũ ſi innouet̃. Sed ſi dubitat̃
an cauſa ſit ꝓbabilis / nõ dꝫ inhibere donec in-
cipiat cognoſcere: vt in dicto ca. romana. Hec
aũt cognitio videt̃ cõſiſtere vt ſufficiat ſuꝑ hoc
litẽ cõteſtari: ⁊ extũc inhibeat: qꝛ tũc iudicium
cognitiõis ſumit initiũ: que quidẽ litis cõteſta
tio fit in cauſa appellatiõis: etiã vna parte ab-
ſente. ¶ Circa reuocationẽ itaqꝫ eius qꝺ inno
uatũ eſt a die diffinitiue ſentẽtie: ſiue ante ap-
pellationẽ ſiue poſt / ſemꝑ eſt ꝑ appellatiõis iu
dicẽ reuocandũ: vt in dicto. c. nõ ſolũ. Illa vero
que innouant̃ poſt appellationẽ ante ſentẽtiaꝫ
interpoſitã nõ reuocant̃ donec cõſtet cauſaꝫ in
appellatiõe inſertã eſſe verã: niſi talis innoua-
tio fieret poſt inhibitionẽ legitimã: qꝛ ſiue cau
ſa in appellatiõe inſerta ſit vera ſiue nõ / eſt re-
uocãda: vt ibi dicit̃. Appellatione aũt interpo
ſita ab aliquo actu vel grauamine extraiudi-
ciali nõ debẽt reuocari inouata: ꝗuis de ꝟita-
te cauſe iudex appellationis cognoſcere cepit
Nec ꝓpter hoc officiũ primi iudicis impedit̃ /
quin illud exequi poſſit. Uñ nõ ꝓdeſt cauſe in-
ſertio niſi de eius ꝟitate ꝓbet̃: vt notat archi.
in dicto. c. romana. poterit tñ ad finẽ. Hinc eſt
ꝙ dicit Innoc. ꝙ a tali grauamine extraiudi-
ciali vel actu: vt eſt electio / cõfirmatio / preſen
tatio ⁊ hmõi: non eſt neceſſe infra decẽ dies ap
pellare: qꝛ ſalua eſt ſibi oĩs exceptio ⁊ oĩe ius
ꝗuis nõ appellaret: vt ipſe notat extra de his
q̃ fi. a maio. par. ca. c. ij. Et idẽ ſpeculator ĩ ti. de
appel. Sꝫ hodie iure nouo infra decẽ dies a ta
libus opꝫ appellare: poſtea vero nõ ꝑ viã appel
latiõis ſed ꝑ cõtradictionẽ ⁊ alia remedia pñt
reuocari. extra eo. c. cõcertatiõi. li. vj. ad inſtar
ſentẽtie arbitri a quo nõ licet appellare: põt tñ
ei cõtradici ⁊ opponi / ac etiã ſupplicari: vt no-
tatur. ij. q. vj. a iudicib⁹. §. j. De ꝓſecutione vel
nõ ꝓſecutione cauſe appellatiõis circa hoc dic
ꝙ terminus ꝓſequẽde appellatiõis eſt triplex.
Primus qui ſtatuit̃ ad iter capiẽdũ. extra de
ſen. ⁊ re iudi. cũ cã. Secũdus eſt ad preſentãdũ
iudici: vt in. c. cum ſit romana. de appella. et hi
duo ſunt ab hoĩe. Tertius ſtatuitur a lege: ſcꝫ

annus vel bienniū. Primꝰ ergo terminꝰ ꝛ ſcḃs
poteſt prefigi ꝛ limitari tā a iudice ꝙ̄ a pte. ex
co.c.oblate.ꝛ.c.romana.lib.vi.ꝛ tūc tenet̄ ap=
pellās proſequi cauſam ſuā infra terminū ſibi
prefixū.vt ibi dr.qḋ ſi nō faciat ꝓcedit̄.et fit vt
notat̄ in clemē.ſepe.de vbo.ſig.in glo. Si vo
nec a iudice nec a pte aſſignatꝰ eſt terminꝰ:tūc
lꝫ appellatori etiā ante finē anni vel bienniꝫ im
petrare iudicē et cauſam appellationis coram
quo appellans tenebatur cōparere et cauſam
ꝓſequi.vt i dicto.c. oblate.niſi appellās impe
tratū iudicē vt ſuſpectū recuſet ꝛ niſi prematu
re fuerit ab appellato iudex impetratus.

De modo agendi ſine figura et ſtrepitu iudicii. Cap.xv.

De iudicio agendo ſine figura ꝛ ſtre-
pitu iudicii. Sciendū ꝙ aliqñ cōmit
tūtur cauſe cū adiunctiōe quorūdā
terminoꝝ.aliqñ dr ꝙ cognoſcātur ſi
ne figura ꝛ ſtrepitu iudicii: aliquan
do ſummarie:aliqñ ſimplr ꝛ de plano:aliqñ de
facto:aliqñ ſine oī ſolēnitate ſeu nulla iuris ſo
lēnitate ſeruata.q̄ vba ſingula ſunt declarāda.
Quō intelligat̄ vbū ſimplr. Nota ꝙ iſtud vbū
Simpli=citer. ſimplr remouet intricationē ordinis iudicia=
rii. ꝛ ſm hoc iudex remouebit doloſas ꝛ mali=
cioſas ꝓtelationes ꝛ exceptiōes:ſed bona ſim
plicitate canonica ꝓtelata procedit in iudicio
ſm Pau.in clemen.diſpendioſam.de iudi.

Item iſtud verbum de pla= §.I.
De plano. no exponitur ſm Pau. in dicta cle.diſpendio
ſam.i.ſine ſtrepitu iudicioꝝ:ꝛ vt iudex nō com
pellat̄ ꝓ tribunali ſedere ꝛ in foro ꝛ loco cōſue
to:ſed in domo vel alibi cognoſcere poſſit:ꝛ die
bus feriatis ob vtilitatē hoim.vt.ff.quis or.in
bo.poſ.ſeruet̄.l.ii. libellꝰ tñ offert̄. ff. de adul.
l.miles. §.ſexaginta. Et ꝓbationes plures re
quirūtur.de iudi.c.nouit.ſꝫ Pau.ibi.Bar.ve
ro hoc vbū in extrauaganti ad reprimendam.
multipliciter capit: tractās que cauſe agitari
poſſent de plano.ꝛ quid importet hoc vbū:cō
cludens ꝙ ſi cauſa eſt vilis: qꝛ de vili vel leui
materia vel vilium pſonarū:et tūc accipit̄ de pla
no/ꝙ iudicet nō ſedendo ꝓ tribunali: ꝛ ſic non
in alto loco cognoſcit. Itē importat ꝙ nō ſerue
tur ſtilus alius iudicioꝝ: ſed ſine libelloꝛ aliis
ſolennitatibꝰ cognoſcat̄ veritas.vt no.Bar.in
dicta extrauagāti in verbo.de plano. Sufficit
eñ talis qualis narratio ſeu petitio. ſm Bal.
in.l.nec quicꝙ̄.§.de plano.ff.de offi.proconſu.
Si vero cauſa eſt grauioris ponderis et tūc de
bet agitari cauſa plene ꝛ ſolēniter cognita ve=
ritate.l.iudicis.C.de iudi.quod tamē fallit in
quibuſdam caſibus qui notantur in.c. nouit.
de iudi. Dicit tamē Bar. in dicta extrauagāti
ꝙ non eſt neceſſe ꝙ iudex ſedeat pro tribunali
alto:ſed in camera poterit fieri. ꝛ ſic non ſerua
bit ea que ſunt de leui ſolēnitate. Unde proce=
ditur tunc in feriis inductis ob vtilitatē hoim.
Et hoc quando tota cauſa debet agitari de pla
no. Si vero queratur de aliquo articulo: ꝛ tūc
ſi queritur an poſſit procedi et quomodo. Di=
cas ꝙ talis articulus agitari poterit de plano
hoc eſt iudice nō ſedente pro tribunali:ꝛ die fe
riata ob vtilitatem hominū. vt per Bar.in di=
cta extrauaganti in verbo Plano.

Quomodo intelligatur §.II.
verbū.ſine ſtrepitu iudicii. Nota ꝗcquid dicat Sine ſtrepitu.
Bar.in dicta extrauagāti. Dicas ſm Pau. in
dicta cle. diſpēdioſam. ꝙ qñ dr ſine ſtrepitu iu
dicii/tūc iudex reprimet aduocatoꝝ ꝓcurato=
rū et partiū clamoſam garrulitatē et ſophiſti=
cas cauillationes:ꝛ pernicioſam iuris ſolenni
tatē.facit ad hoc.c.nichil. de preſcrip. Et facti
veritatē pure ſimpliciter ꝛ de plano conſidera
bit.arg.c.dilecti.de iudi.ꝛ ita notat Hoſt.in.c.
ea q̄ l.§.ꝙ ſi abbas.de ſta.mo. Repellit etiā ex
ceptiones ꝛ appellationes dilatorias ꝛ fruſtra
torias:ꝛ ſuperfluam multitudinem teſtium re
frenabit.ꝛ ſm hoc dabit̄ libellus: fiet litis con
teſtatio/ꝛ alia ſubſtantialia obſeruabūtur.ſed
in nō ſubſtantialibꝰ iudicis officiū exuberabit
nec per eoꝝ omiſſionem vitiabitur proceſſus.

Itē quomodo intelligat̄ §.III.
verbum. ſine figura iudicii. Quid autem ſit fi Sine figura.
gura et quomodo capiatur per doc. in cle. ſe=
pe.de vbo.ſigni.ꝛ liceat habeat multas ſignifi
cationes:tamen hic accipitur pro actu exami=
nationis ꝛ deciſionis cauſe. Figura ergo iudi
cii eſt ꝙ partes ſine pacto ſui ordinē debitū et
debitā propoſitionē. ꝛ ex hac figura iudicium
capit ſuū eſſe:et ſuā ſubſtantiā. Dicas ꝗcqd di
cat gl.et pau.in dicta cle.diſpēdioſam.ꝙ ꝑ hec
verba ſine figura iudicii iudex releuatur ab oī
figura et forma iudicii inducta a iure ciuili: et
tenetur obſeruare omnē formā et figurā iudi=
cii inductam de iure gentium ſeu naturali. de
quibꝰ loquitur dicta cle. Sepe. Et eſt per hoc
neceſſe. Primo ꝙ pars citetur. vt patet in. c.
Paſtoralis.de iudi. quia et hoc de iure natu=
rali. Secundo neceſſe eſt ꝙ perſone legitimen
tur. vt patet in dicta extrauaganti. alˀs eſſet
abſurdum ꝙ facto alterius nō habentis man=
datum alter lederetur. Tertio requiritur peti
tio:ſed non forma libelli. Unde ſufficit ſimpli
citer petitio in ſcriptis vel voce que ſufficit ꝙ
contineat ſolam narrationem non concluſio=
nē. Quarto dicas ꝙ ad impediendum proceſ=
ſuꝫ in tali cauſa poterit opponi exceptio rei iu
dicate vel finite: quia de iure naturali non eſt

vt bis iudicetur. Poterit tñ iudex tūc repellere exceptiones q̄ magis differūt ⁊ fruſtrāt cauſam q̄ veritatē ipſam reſpiciant. ſm Bar. ibi: nō tamē cognoſcet ſimul de exceptiōib⁹ determinatorijs et peremptorijs vel ordine prepoſtero. vt eſt caſus in. c. exhibita. de iudi. Quinto dicas q̄ in talibus caſibus ꝓcedet dieb⁹ feriatis in vtilitatē hoim ⁊c. Sexto cōclude q̄ in tali cauſa lis nō eſt cōteſtāda: q: cōteſtatio eſt ſolēnitas ciuilis. eo tamē caſu quo merita cauſe tractari incipiūt. vt q: ꝓponūtur exceptiones perēptorie: vel ſiūt poſitiōes ⁊ articuli/ habetur lis ꝓ conteſtata. vt habet in. c. j. de elec. in lib. vj. ⁊ ibi gl. Septimo cōclude q̄ iurandū eſt de calūnia/ ne ỽitas occultetur. C. de iura. calū. l. iij. Et eſt neceſſariū q̄ preſtetur iuramentū in tota cauſa etiā de iure naturali ⁊ diuino. vt notatur extra de iureiu. c. et ſi xp̄s. et Exod. xxij. Octauo conclude q̄ lȝ iudex in tali cauſa debeat abbreuiare dilatiões: nō tamē ſic quin ꝓbatiões neceſſarie admittātur ſm Bar. Nono cōclude q̄ in tali cauſa teſtes debent iurare et iurabūt parte preſente. Decimo dicas q̄ in tali cauſa nō poterit actor petere a notario q̄ edat iſtrumēta: q: hoc nō ſolū ꝓhibitū eſt iure ciuili ſed etiā naturali equitate. C. de edē. l. q̄ accu. Undecimo dicas q̄ in tali cauſa nō requiritur cōcluſio. nā ſtatim cū liquet iudici accuſatio: poteſt ſentētiare abſq̄ alia ꝯcluſiōe. vt pȝ in illa ſentētia. iiij. Reg. iij. nec eſt neceſſe dare terminū ad allegandū. Duodecimo cōclude q̄ in tali cauſa debent partes citari ad audiendū ſentētiā intelligit̄ ſpālr̄ ⁊ limitate ad hoc. ⁊ ſufficit citatio nō peremptoria: et vnica ⁊ nō tres. Tredecimo cōclude q̄ hoc caſu nō requirūtur ſolēnitates circa ſentētiā q̄ a iure poſite ſunt. vñ nō eſt neceſſe q̄ ferat̄ iudice ſedēte ꝓ tribunali: ⁊ valebit etiā ſi ſit lata pte p̄ſētevl̄ abſēte.

¶ Qualiter intelligatur §. IIII.

Sūmarie. iſtud verbum ſummarie. Circa ordinē ꝓcedēdi concludo q̄ ſummarie debet intelligi. i. breuiter. ita tamē q̄ totā ſubſtantiā cōprehendat l. j. ff. de re iudi. vnde in proceſſu nil de ſubſtantialibus debet omitti. ⁊ ideo libellus debet eſſe ita bene format⁹: ſicut cum ordinarie procedītur. ff. ad exhiben. l. iij. in prin. Itē cōteſtatur lis. Itē ſententia diffinitiua datur. Operatur tamē iſtud verbū effectū: q: lȝ al's non poſſent dilatiões abbreuiari niſi cauſa cognita: tamē in his abbreuiādis illa ſola cauſa eſt ſufficiēs ſcȝ q̄ debeat agitari ſummarie: non tamen ita poſſent abbreuiari dilationes vt probationes legitime pereant: tamē hoc eſſet impedire cauſe cognitionē quod non poteſt/ cū cauſe cognitio ſit de ſubſtantia iudicij. C. de ſen. l. prolatā

Si tamē exceptiones que opponūtur in hoc iudicio requirunt altiorē indaginē et tunc ſi poſſunt per aliud iudiciū examinari: nō admittuntur per iudicē ſed in alio iudicio reſeruabūtur vt in. l. de teſta. ff. ad trebel. Si ỽo in alio iudicio examinari nō poſſunt: et tunc in illo examinabuntur. vt. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhibendum

¶ Qualiter intelligatur ver§. V.

De facto. bum de facto. Circa quod dic. ſi dicatur ꝓcedas de facto ſcȝ eo modo vcȝ manu regia. l. ij. in prin. ff. de re iudi. ⁊ ſic omiſſa omni iuris ſolēnitate: nō aūt q̄ iura alterius vllo modo ledātur contra naturalē equitatē. vt tenet Bar. in dicta extrauag. in verbo videbitur. tamen ipſe Bar. in ꝯſilio. cxij. dicit q̄ ſenſus eſt q̄ ſine cauſe cognitione et ſine probationib⁹ deueniatur ad ſententiā. facit etiam quod ipſe notat in. l. ſi ſocietatem. §. arbitroꝝ. ff. pro ſocio. Bal. ỽo in. l. ſolam. in fi. C. de teſt. dicit q̄ qñ iudex habet arbitrium de iure ⁊ de facto: tunc nō poteſt credi teſti reddenti malā cauſam ſeu nullaȝ. ſi tñ eſſet rō pſuaſiua ⁊ nō plene poſſet ei īherere. argu. c. ſtatutū. §. aſſeſſorem. de reſcrip. lib. vj.

¶ Quomodo intelligatur §. VI.

Sine oī ſolēnitate. verbū. ſine oī ſolēnitate ſeu q̄ nullā ſolennitatē iuris ſeruet. Circa hoc cōclude q̄ per hec ỽba tollit̄ oīs ſolēnitas iuris ciuilis. Ea ỽo q̄ ſunt de iure gentiū naturali vel diuino ſublata non ſunt. puta q̄ in ore duoꝝ vel triū ⁊c. Ex quo infertur q̄ tunc ſufficit cōſtare per duos teſtes. l. j. ff. de teſta. mi. ſm Bar. ibi. nō poterit tamen tollere defenſionē cū ſit de iure naturali. vt in cle. paſtoralis. §. ceterū. de ſen. ⁊ re iudi. Unde nō poterit examinare teſtes parte abſente. ſed bene poterit recipere abſq̄ iuramento ⁊ dieb⁹ feriatis in honorē dei. cū hec ſolēnitas īducta ſit de iure ciuili ſȝ Bar. i. l. filiuſfa. ff. de dona. ſed hoc nō ꝓcedit de iure ⁊c. duo dicta ꝓxime ō. Itē poterit vigore taliū verboꝝ admittere teſtes ⁊ perſonas a iure reprobatas. puta relegatas et infames. ff. de teſti. l. cum coniuncta. fallit in duobus caſibus.

¶ Quomodo intelligatur §. VII.

Bona equitate ⁊c. ỽbū. bona equitate omiſſis ſolēnitatib⁹ iuris. Circa qd̄ dicas q̄ nō debet itelligi de bona equitate hoc eſt nō habito reſpectu ad ciuilia iura. q: hoc eſt cōtra. l. bona fides. ff. depoſiti. ſed dȝ itelligi hoc eſt nō inſpectis illis iurib⁹ q̄ ponūt quaſdā ſolēnitates ſeu ſubtilitates: q̄ veritatē negocij nō tāgūt: ⁊ iſta vocant̄ apices iuris ſm Bar. in. l. ſi fideiuſſor. §. quedā. ff. mādati. Negociū vero principale decidi debet p iura. vnde ſeruanduȝ eſt ius cōmune. ⁊ hoc ſi detrahit iuri gentiū ex cauſa. al's ſi nō intromittit ſe ei detrahēdo ſȝ nō adhibet ei robur/ tūc ſeruādū

eſt ei ius gentiũ.vbi mera ⁊ ſola equitas debet
attendi. Itẽ ſi cauſa cõmittat̃ de veritate ⁊ in=
ſticia/debet intelligi de veritate cui ius patro=
cinat̃.nõ autẽ ꝙ ex nudo pacto agatur.vt dixit
Bal.in.l.intimo.C.de ſen. facit etiã qđ ipſe no
tat in.l.ſi cũcta.C.de dotis ꝓmiſſione.

De decem ſeruandis ſucceſſiue in iudicijs. Capl'm.xvj.

Hec ſunt que in iudicijs frequenter
fiunt. Nã primo adit̃ iudex compe
tens: citatur reus: offert̃ libellus:
dat̃ terminus reo ad reſpõdendũ
libello: recuſat̃ aliqñ iudex: oppo=
nunt̃ exceptiones ꝑ reũ: dat̃ terminꝰ ad reſpon
dendũ: fiũt atteſtatiões ante litis cõteſtationẽ:
de calũnia iurat̃: ſtatuit̃ terminus ad ꝓbandũ
de iure: vel ſm̃ cõſuetudinẽ fiunt poſitiones et
reſponſiones: fiunt interrogationes ſiue capi=
tula ſuꝑ q̃bus teſtes debẽt reſpõdere parti ad=
uerſe: fiunt ꝑ aduerſariũ q̃ſtiones q̃ debẽt pre=
ſentari parti aduerſe: ꝓducunt̃ teſtes ⁊ proba
tiones: et debẽt p̃ſente altera parte examinari
et aperiri: vel ꝑ cõtumaciã abſente exceptiões
dant̃ ꝯtra teſtes: debet dari copia actoꝝ: deide
dat̃ terminꝰ ad allegandũ: cauſa cõmittit̃: etiã
habet̃ ꝯſiliũ ſapientis: fert̃ diffinitiua ſentẽtia:
vel interlocutoria: appellat̃ infra tp̃s. mandat̃
ſentẽtia executioni.ꝑ.l.a diuo pio.ff.de re iudi.
Ad ſũmã ergo noticiã iudicij cõſueti vſus quo=
dãmodo attingẽdã venio ⁊ diſtinguo decẽ tp̃a.
Primũ eſt tp̃s ante citationẽ. Scđm eſt tp̃s ci
tatiõis. Tertiũ eſt tp̃s rep̃ſentatiõis. Quartũ
eſt tp̃s dilationis. Quintũ eſt tp̃s litis ꝯteſta=
tionis. Sextũ eſt tẽpus ꝓducẽdarũ ꝓbationũ.
Septimũ eſt tp̃s renũciatiõis ꝓducendorũ te=
ſtiũ. Octauũ eſt tp̃s diſputationũ ⁊ allegationũ
ꝓponendarũ. Nonũ eſt tp̃s renũciationis ea=
rũdẽ. Decimũ eſt tẽpus ꝓlationis ſentẽtie.

Circa primũ ſcʒ ante tẽpus §.I.

citationis duo ſunt notãda. Unũ gñale ex ho=
neſtate quidẽ. vt anteꝗ̃ aduerſariũ ad iudiciũ
trahas eũ moneas vt tibi ſatiſfaciat.C.de pig.
l.debitores. Aliud eſt ſpeciale et neceſſariũ vi=
delicet vt ſi ſit libertꝰ nõ citet patronũ niſi ve=
nia petita.C.de in ius vo.l.j. Item ſiliter filius
emãcipatus patrẽ vel matrẽ.C. ꝙ cum eo.l.fi.
Si autẽ eſt in poteſtate patris: nullo modo niſi
in peculio caſtrenſi.ff. de iudi.l. lis nulla. ſed
ipſe demũ eſt corrigendus.

Circa tẽpus citatiõis nota §.II.

quattuor. Primũ ꝑtinet ad ipſuʒ iudicẽ. vt ſcʒ
quãlibet partẽ citet ad inſtãtiam actoris. vt in
aut̃.de mãda.prin. niſi ꝑſone ſint exceptuate a
iure.ff.de in ius vo.l.j.⁊.iij. Scđm ꝑtinet ad eũ
qui facit citare. vt ſcʒ cõgruo tp̃e nõ die feriato
citatio porrigat̃. al's reus venire nõ tenet̃.C.de
ferijs.l.dies. Iteʒ ꝙ nõ aſſignet terminũ in die
ſolẽni. nã tũc reus ĩpune non parebit.ff.ſi q̇s in
ius vo.l.ij. Et hoc caſu ſi reus venerit: ꝯſueue=
rũt expenſe peti ab actore ſi ignorauerit factuʒ
puta dicit ſibi aſſignatũ eſſe diẽ ſolennẽ ⁊ actor
ꝯſueuerit ei ꝯdẽnari tanꝗ̃ temere in ius voca=
uerit.ff.de iudi.l.eũ quẽ temere. Itẽ vide ſi iu=
dex ignorauerit: talis ignorãtia citato nõ no=
ceat.l.error.ff.de iur.⁊ fac.igno. Tertiũ re=
ſpicit partẽ citati. tenet̃ eñ venire etiã ſi de al=
terꝰ iuriſditiõe ſit.ff.de iudi.l.ſi q̇s ex aliẽa. Et
hoc caute itellige.ſ.cũ dubiũ ſit an ſit de iuriſdi
tione ſua vel nõ.vt.ff.de iudi.l.ij. Reſpicit etiã
ipſaʒ citationẽ ꝑemptoriã.ff.de iudi.l. ad ꝑem
ptoriũ.cũ ſequẽti.licet dicte leges ante diffini=
tiuã ſñiam loquant̃.nã ſi reus nõ venerit ĩ ipſo
ꝑemptorio: fit miſſio in oĩ bono hodie ꝓ mẽſu=
ra debiti declarati ſi eſt actio ꝑſonalis. in aut̃.
de exhib.⁊ itro.reis.§.ſi q̇dẽ. Ante miſſionẽ tñ
in poſſeſſionẽ q̇dã debẽt interuenire.ſ.ſũmaria
cognitio.ff.de rebus du.l.ſi is a quo. Si ỽo ſit
actio realis ⁊ ꝯuocatꝰ latitet ⁊ occultet: vel do
lo deſijt poſſidere: fit miſſio in poſſeſſionẽ oĩm
bonoꝝ.et ſequit̃ vẽditio: vel fit miſſio in poſſeſ
ſionẽ rerũ petitarũ.vt.ff.ex qui.cau.in poſ.l.ful
cinius.req̇rit̃ hͦ caſu ſũmaria cognitio. Quidã
tñ dicũt debere fieri miſſionẽ in poſſeſſionẽ tñ
rei petite inſtar actiõis ꝑſonalis. Sed vltima
opi.obtinet de ꝯſuetudine ⁊ ſic fit miſſio in poſ
ſeſſionẽ rei petite. ⁊ reꝰ veniẽs ĩfra annũ audit̃
etiã ſuꝑ poſſeſſorio oblata cautiõe ꝑ.l.ſi q̇s.C.
de p̃ſcrip.xxx.annoꝝ.⁊ hoc ſi lis nõ eſt ꝯteſtata
vere facta miſſio in poſſeſſionẽ ꝑ cõtumaciã nõ
veniẽtis audit̃ de ꝓprietate nõ de poſſeſſione.
Idẽ ſi eſſet quaſi cõtumax: quia veniens tñ de
proprietate audit̃.l.ij.C.vbi in rem actio.

Circa tẽpus ỽo repreſen= §.III.

tatiõis ꝯſidero tria: q2 aut venit reꝰ ⁊ nõ actor:
aut venit actor ⁊ nõ reꝰ: aut venit vterq;. Pri=
mo caſu põt reus liberari ab inſtãtia iudicij et
cãcellare edictũ.C.de iudi.l. ꝓperãdũ. vel põt
petere vt actor citet̃: ⁊ eo nõ ꝯparẽte cognoſcet
de cauſa p̃ncipali: licet lis nõ ſit ꝯteſtata. Et de
forma citatiõis actoris habes in aut̃.de reli.§.
oẽm.coll̃. viij. Sed vix tñ ꝯtingit ꝙ reus petat
actorẽ citari ſed petit ſe abſolui. Scđo caſu
cõpetit actori petere expẽſas: ſi plures ſunt fa=
cte citatiões: ⁊ ad primã nõ venit: ⁊ facit ius ꝓ
eo.C.de iudi.l.ſancimus. et ſic cõſuetũ eſt fieri
in q̇buſdã partibꝰ. Iudex tñ ꝯſueuit iſtã q̃ſtio=
nem reſeruare diſcernendã in ꝓceſſu cauſe vel
negocij. Quidã tñ dicũt nõ debere ꝯdẽnari: cũ
ante ꝑemptoriũ nõ dicat̃ cõtumax: qđ eſt verũ

quantū ad miſſionē in poſſeſſionē: nō quātū ad ꝯdēnationē ꝑ ꝑdictas leges. Uel iſtud itelligiᷓ poſtꝙ ꝑuentū eſt ad ſententiā. ¶ Tertio ꝟo caſu qñ ſcʒ vterqʒ actor et reus aſſunt in iudicio: ſufficit actori ſuā actionē vel petitionē vel reſcriptū dare ad euitādā ipſiꝰ cauſe ꝓrogationē que fit libellorū porrectiōe. Et ſi eo ſimpliciter ꝓponēte et ſine libelli oblatione pars aduerſa cōfeſſa fuerit: ꝯdēnatio nō ſequiᷓ: ſed iā cōfeſſo cōſignaᷓ terminus qui iure ꝯdēnato tribui ſolet. ff. de ꝯfeſſis. l. licet in ciuilibꝰ. hoc caſu poſt cōfeſſionē ſic fienda ꝯdēnatio tribui ſolet. C. de pe. l. ſententiā. Si aūt vult ſibi offerri libellū de iure cōi: hoc eſt vt offeraᷓ ſibi. vt in auē. de exhib. ⁊ intro. reis. §. ſancimus. col. v. Cōſuetū eſt autē iudici libellū offerri et porrigi ꝑ iudicem reo. vt in auē. de litigio. §. ad excludē. circa ꝑn. coll. viij. Cautiones ꝟo que in. d. §. dicunᷓ non ſeruanᷓ. Qualiter aūt formari debeat libellꝰ: dic vt. ff. de edē. l. j. et ſic recedit reus datis inducijs. Nota ꝙ ſi petitio actoris fuerit inſerta citationi. ita ꝙ cōuentus poſſit certiorari: et ſic plane deliberare: denegabunᷓ ei inducie deliberatorie. et ſic ꝯſueuerūt facere cauti petitores per decre. ex̄ de dilationibus. c. preterea.

¶ Circa tēpus exceptionis §. IIII.

Nota ꝙ cautus debet eſſe reus ne inordinate eas proponat: nā ſi exceptiones ꝯtra reſcriptū cōpetant expeditionis via opʒ eas primo proponi. nā ꝑ eas cōminuunᷓ ſeu eneruātur vires reſcripti quo ſublato tota iuriſdictio euaneſcit: nā ſublato principali tolliᷓ acceſſoriū. C. de codicil. l. j. Si aūt habet exceptiones ꝯtra ꝑſonā: puta qꝛ dicit actorē excōicatū ⁊ ita repellendū: vel cōtra iudicē: qꝛ dicit eū ſuſpectū cū ſit eius inimicus / vel aduerſarius ſit de eorꝫ familia vel ex aliqua alia cauſa: tunc tutius poterit iudicē recuſare: niſi ſit forte exceptio oppoſita contra ꝑſonā ⁊ in ea nō obtineret / ſero ad recuſationē iudicis recurreret. ff. de iudi. l. j. nā cū recipiendo interlocutionē iudicis approbauerit: nō poterit poſtea reprobare. ff. de neg. geſt. l. pomponius. Secus eſt aūt ſi ſuccūberet: cū vterqʒ viā eorꝫ intēdebat declinare. ff. de inoffi. teſta. l. cōtra minorē. Si ꝟo nullā habeat exceptiōeʒ: vel ſi habeat / ꝓcurator nō poterit in ea obtinere. Cōſueuit multa opponi ꝯtra libellū. vt de obſcuritate: ⁊ multe alie ꝗ notanᷓ in tex. ff. de rei ven. l. ſi rem. et in glo. ⁊ in alijs iuribꝰ. Et nota ꝙ qui exceptionē ꝓponit ⁊ nō ꝓbat ꝯdēnaᷓ ad expenſas. ex̄ de do. ⁊ ꝯtu. c. cauſam. Debet etiā terminus aſſignari a iudice ad oēs exceptiōes dilatorias. vt ex̄ de excep. c. Paſtoralis. Poſt terminū veniens ꝓcurator non auditur niſi in tribus caſibus notatis in. d. c. paſtoralis.

¶ His igitur viſis ſequiᷓ de §. V.

tēpe litis cōteſtande. Litis aūt ꝯteſtatio fit per narrationē ⁊ rñſionē. C. de lit. cōteſt. l. j. ſiue reſpondeat negādo ſiue affirmādo. nā licet cōfiteaᷓ libello oblato: adhuc tñ cōdēnandus non eſt. vt. ff. de iudi. l. iulianus. nec ob. qḋ diciᷓ ꝙ nulle ſunt partes iudicis in ꝯfitentes: qꝛ hmōi intelligiᷓ quo ad cognoſcendū: cū de facto iam cōſtet nō debet ſequi ꝯdēnatio: qꝛ ibi nulla fuit cauſe cognitio: hic aūt ſic cū libellus oblatus ⁊ inducie date ad rñdendū: ⁊ ideo pōt ſequi ꝯdēnatio. Poſt ꝯteſtationē litis duo nota. Primo ꝙ ſtatim ſit porrigēdū iuramētuʒ de calūnia: ſʒ ꝑmo actori ꝙ reo: vt. C. de iur. calū. l. ij. nec pōt remitti a ꝑtibꝰ: vt. d. l. ij. §. ſed qꝛ. pōt tñ remitti tacite vt a pluribꝰ crediᷓ. vt. ff. de ꝓcu. l. filius. ¶ Scḋo no. ꝙ circa poſitiōes litis vna pars nō teneᷓ alteri rñdere niſi ab ipſa interrogeᷓ. primū poniᷓ in auē. de his ꝗ ingre. ad appel. §. fi. coll. v. cū facto ꝓpoſito oīa ſub eiſdē atteſtationibus dicta itelligunᷓ. vt qḋ ꝗſqʒ iur. ⁊c. ff. qḋ ꝗſqʒ iuris in rubro ⁊ nigro. Cōpelliᷓ reꝰ ſi obſcure rñdeat declarare: alioqn puniᷓ ac ſi taceret. vt. ff. de interro. ac. l. de etate. ſi ſit ꝑſona ſuſpecta ad malignādū: vt. e. ti. l. qui interrogaᷓ. Quibuſdā tñ iudicibꝰ ꝯſueuerūt partes rñdere qḋ credit vel nō credit. ar. C. de iur. calū. l. ij. Sʒ errāt cū qñqʒ ſit neceſſariū ꝙ dubitent: vt. ff. de iureiu. l. ij. Cautꝰ tñ dʒ eſſe actor in poſitionibꝰ ne copulatiua ꝯiūctiōe vtaᷓ. nā poterit ⁊ altera ꝑte vera exiſtēte tota falſa negari. ff. de re. du. l. cū his. §. cū ita. In diſiunctiua ſufficit ꝙ altera pars ſit vera: nec ꝓponat in plurali dicēdo hos fundos eſſe meos: cū idē iuris ſit i his qḋ in copulatiuis. Nō aūt refert an altera pars rñdeat ad interrogata ꝑti vel iudici. Et nota ꝙ ad oēs interrogationes nō cogiᷓ rñdere ꝗs niſi tñ ad qōnes ꝑtinētes. vt. ff. de ꝓba. l. ad ꝓbationes. nec ad eas de ꝗbꝰ dubitat nec ad eas ꝗ eēnt cōtrarie ꝑcedētibꝰ rñſionibꝰ: ne incideret in piuriū dicēdo cōtrariū ⁊ ſibi eſſet ꝑiudiciū. vt. C. ſi aduerſus vē. l. j. nec negatiue teneᷓ rñdere que ꝓbare nō pōt. Nā loco ꝓbatiōis ſunt iſte poſitiones inducte. vt in auē. de his ꝗ ingre. ad appel. §. fi. coll. v. Iudex tñ de negatorijs ſuo officio pōt expedire. vt in. c. ſtatuimus. ex̄ de ꝯfeſ. lib. vj. ꝑ Inno. Et nota ꝙ de eodē pōt ꝗs ſepiꝰ interrogari: poteſt eīn eſſe ꝙ priꝰ nō credebat: nūc aūt ꝑ ptis antefactionibꝰ credit. argu. ff. de interro. ac. l. ij. Et nota ꝙ magna ſubtilitas eſt in ipſis poſitiōibꝰ faciēdis. Nā qñqʒ qḋ negaᷓ directe fit ꝑ obliquū ſicut i diuerſis ꝑtibus potes cognoſcere. Iteʒ caue ne rñſio ſiue aſſertio tui aduerſarij ſit obſcura: nā tūc accipiendū eſt qḋ ei vtiliꝰ eſt: ſʒ facias eū cogi vt ꝯfiteaᷓ certū

Certū aūt teneas ꝙ poſitiões nunꝙ̄ fiūt niſi li-
te ꝯteſtata.C.de libertis ⁊ eo.li.l.libertus.

¶ Circa tēpus probationū §.VI.

nota ꝙ ꝓbationes producunt̄ ſuppoſite et ne-
gate.et nota circa hoc.xij. ¶ Primo ꝙ p̄ſente
aduerſarij parte examinari debent niſi adeſſet
cōtumacia.vt.C.de teſti.l.ſi qñ. ¶ Scḋo teſtes
debēt eſſe iurati. ¶ Tertio debent teſtes paſci
ſeu expenſe eis dari a parte ꝓducēte eos.vt.e.
ti.l.q̄ liberti. ¶ Quarto nota ſup̱ circūſtantijs
factis a parte ꝯ quā ꝓducunt̄ vel ei⁹ aduocato
poſſunt fieri interrogatiões. vt.ff.de adul.l.po
ſtulet.§.qm̄. Et he īterrogatiões dant̄ partib⁹
in ſcriptis ⁊ dant̄ iudici vt p̱ ip̄m fiāt:ne ſi ipſe
p̱ ſe interrogaret quodāmodo videret̄ didiciſſe
teſtificata. ¶ Quinto ꝙ ſi alia pars didicerit
teſtificata:nō poterit poſtea ꝓducere teſtes:in
auſ.de teſti.§.illud. ¶ Sexto nota ꝙ ex quo qs
tertio ꝓduxerit teſtes quarto ꝓducere nō pote
rit:niſi cū ſolēnitate q̄ habet̄ in.d.§.qr vo.et in
l.fi.de ferijs.De ꝯſuetudine vo q̄ eſt optima le
gū interpres:dant̄ plures dilatiões. ¶ Septio
nota ꝙ ſi teſtis aliqḋ vbū obſcurū ꝓduxerit:il
lud poterit declarare. pōt etiā teſtis ſi teſtificā
do errauit ſe incōtinēti corrigere. ex̄ de teſti.c.
preterea. ¶ Octauo nota ꝙ poſt publicationē
iudex eſtimat ſi fuerint cōfuſe teſtificati. ex̄ de
teſti.c.cū clamor.ff.de qōnib⁹.l.repeti. In caſu
tñ legis ſi cōfuſe depoſuerūt: iterato examina-
bunt̄ ſi aduerſario placuerit. Inſup̱ ⁊ eoꝝ ⁊ ad
idē etiā admittunt̄:vt extra de teſti.c.veniens.
¶ Nono nota ꝙ iudex veniētes teſtes ex offi-
cio ſuo cogit teſtificari et ad teſtimoniū venire
ex officio: quēadmodū ad cognoſcendū ſigna.
In criminalib⁹ autē ſm canones teſtes nō co-
gūtur.vt ex̄ de teſti.cogē.c.dilectoꝝ. ¶ Decio
nota ꝙ iudex non debet pati ineffrenatā teſtiū
multitudinē ꝓduci:vt.ff.de teſti.l.j. Que autē
ſit ineffrenata multitudo. glo.interp̄tat̄ nume
rū.ex̄ de teſti.c.cū olim. ¶ Undecimo ꝙ lite nō
cōteſtata teſtes nunꝙ̄ admittunt̄ ex parte acto
ris niſi in caſibus. vt in auſ. de teſti.§.hec vo.
coll̄.vij.et ex̄ vt lite nō cōteſta.c.qm̄. Quo autē
caſu nō vocato ⁊ nō cōparente ſiue abſente ſine
malicia vt cōueniri nō poſſit:admittunt̄ ⁊ vale
būt eoꝝ atteſtationes:dūmodo actor cōueniat
reū infra annū et ſtatim denūciet eoꝝ teſtiū re-
ceptionē:aliter nō valebūt:vt in.d.c.qm̄ frequē
ter. Reus aūt indiſtincte ſuos teſtes ꝓducere
pōt ſm doc.nſos.ff.de do.ex.l.pure. ¶ Duode
cimo nota ꝙ teſtis cauſaꝫ ſui dicti dꝫ reddere ſi
fuerit interrogat⁹ de ea.C.de teſti.l.j.Et decre
talis dicit ꝙ de ſingulis prudēter inqrendū eſt
ſcꝫ de cauſis/loco/tp̱e/fama/viſu/auditu/ſcien
tia/credulitate/certitudie, vt ex̄ de teſti.c.l ol,

Productis nāq̄ teſtib⁹ ſup̱ ipſi⁹ ꝓductiōe re-
nūciatiōe facta iudex atteſtatiōes publicet:ad
eas publicādas partib⁹ diē aſſignet:qb⁹ publi
catis ⁊ acceptis certū originale remaneat pe-
nes ip̄m iudicē de ꝯſuetudine ſiue de iure ſiue
penes ſcriptorē:vt ex̄ de teſti.c.qm̄ ꝯ falſam.

¶ Poſt hoc ſequit̄ tempus §.VII.

diſputationū ⁊ allegationū ꝓponēdarū.de quo
in auſ.de teſti.§.ſi vo dicūt.et.§.fi.coll̄.vij. Nā
partes diem accipiūt ad obijciendū in p̱ſonā ⁊
dicta teſtiū:et diſcutiendū vtrū plene vel ſemi-
plene ꝓbatū ſit vel nullo modo. Fiūt aūt obie-
ctiones multiplices ꝯtra numerū et cū dicto ꝙ
pluries exigunt̄ ꝯtra qualitatē p̄ſentes : ſcꝫ an
fuerūt rogati/an non: qḋ in quibuſdā exigitur
caſibus. Itē an teſtes ſibiipſis cōtradicant : vel
aliter an ſint ſerui vel liberi : an amici vel ini-
mici: vel ſint honeſti vel inhoneſti : cogniti vel
incogniti : an plura vel neceſſaria dixerint : et
alia multa ſunt in auſ.de teſti. coll̄.vij.C.et.ff.
de teſti. Itē an ſit cauſa criminalis vel ciuilis:
an crimen piurij: an aliud crimen : an teſtis ſit
de crimine emēdatus: an p̱ſeueret:⁊ iſtud cri-
men infamiā imitet̄ an nō.ex̄ de teſti. Poſt pu
blicationē non licet opponere in p̱ſonas niſi in
tribus caſibus:ſcilꝫ ſi ante publicationē fuerit
proteſtatus : vel ſi ſic poterit de nouo didiciſſe
qḋ obijcit : vel iuramento firmauerit ꝙ ad hoc
malicioſe nō probat.Et ꝓbat̄ hoc ex̄ de teſti.c.
p̄ſentiū. ¶ Et nota circa hoc tēpus ſm ius ca-
nonicū p̱emptoria exceptio poteſt opponi ⁊ ꝓ-
bari : licet vtraq̄ pars didicerit teſtificata. vt
ex̄ de teſti.c.ex tenore.qḋ tamen ſic intelligo ſi
repulſio preceſſit ante publicationē teſtiū ſem-
per p̱emptorie p̄ponenda.Scḋm vo ius ciuile
dicunt ſecus eſſe dū didicerint teſtificata. vt in
auſ.de teſti.§.quia vo.ſm tamen vtrūq̄ ius in
cauſa appellatiōis pōt opponi et reprobari.C.
de appel.l.eos. et ex̄ de fide inſtru.c. cū iohes.
Et oīa hec oppoſita in principio ⁊ non probata
vel ſemiplene probata:poſſunt in cauſa appel-
lationis ꝓbari:vt dictū eſt.ſ. ¶ Nonū tēp⁹ eſt
renūciationis allegationū tam de iure ꝙ̄ de fa
cto.de quo.C.de iudi.auſ. iubemus. que dicit
in cauſa concluſum. vt ex̄ de proba.c.qm̄ con-
tra falſam. Iudex tamen ſepe ſepius interro-
gat vtrāq̄ partē.vt.C.de iudi.l.iudices.et iu-
cōfratrē alicuius loci religioſi: retentis tamen ſibi bonis ſuis eligendo apud illum ſepulturā non liberabit a canonica portione: ſicut nec liberat etiā ab epiſcopali iuriſditione: etiā ſi ipſi religioſi ſint exempti. ex̄ de priuil. c. cū ⁊ plantare. Hoſt. ⁊ Hoſti. De leproſis aūt intrātibus domos leproſoꝝ ⁊ moriētibꝰ: vtrū debeat dari canonica portio priori eoꝝ eccīe. Dicit Guil. in hoc ſtandū eſſe ꝯſuetudini: de iure tn̄ eos nō teneri. Si autē infirmus de ſua parrochia faciat ad aliā ſe deferri: ⁊ ibi moriatur: dabit canonica portio priori eccleſie. ex̄ eo. de his.

Cum defunctus eccleſie §.VI.

ſue relinquit decē: eccleſie aūt alteri vbi eligit ſepulturā relinqt mille. Dicit Raymū. ꝙ ſi defunctus legauit illa decē hoc modo ꝙ eccleſia eſſet illis cōtenta pro canonica ſua: ⁊ ſacerdos ſciuit cōditionē ⁊ recepit legatū: videtur renūciaſſe iuri ſuo: ⁊ ideo nō poterit plus petere aliquā portionē. Sed ſi defunctꝰ abſolute relinqt ⁊ ſacerdos abſolute recepit: poterit nichilominus de ceteris portionem ſibi vendicare. ex̄ de teſta. c. officiſ. Uel ſaltē poterit agere ad ſupplementū cōputatis illis decē: ſicut filius cōſtitutus in minori parte ꝙ̄ legitima poteſt agere ad ſupplementū. C. de inoffi. teſta. l. ſi quādo. et ex̄ de emptio. ⁊ vendi. c. cū dilecti. Si ꝗs eligit ſepulturā in ꝓpria eccleſia et nichil legās: cū tamen aliis eccleſiis multa leget. Dicit Ray. ꝙ ſi eſt cōſuetudo ꝙ eligentes ſepulturā ei aliquid legēt: ſemꝑ poterit illud illa eccleſia petere ab heredibꝰ non iure actionis: nec differēdo ſepulturā: ſed implorando auxiliū ſuperioris. ex̄ de ſimo. ca. ad apoſtolicā. ſed ſi non eſt cōſuetudo nichil poteſt petere: ſed ſolis funeralibus debet eſſe cōtentus. Nā tenetur ex officio ipſum ſepelire. Poſſet quoqꝫ in hoc caſu implorare auxiliū iudicis aduerſus heredes: ſi deprehendatur dolus teſtatoris vel hereduꝫ. Similiter aduerſus rectores aliarū ſi ipſi in dolo deprehendant̄. Item in illis regionibus vbi de omnibus mobilibus que poteſt defunctus in teſtamēto relinquere ſeu legare eccleſia exigit terciam partē ⁊ morienti iniūgit ſacerdos ꝙ reuelet omnia mobilia ſua ſicut dicit̄ fieri in britannia minori. Credit Guil. ꝙ cōſuetudo hec non debet preiudicare iuri cōmuni: niſi ſit legitime preſcripta: ⁊ cōtradictorio iudicio obtenta / vel autoritate ſedis apoſtolice ꝯfirmata. Nec ſufficit conſtitutio epiſcoporū illius loci niſi adſit cōſenſus ſubditorū quos tangit: nec tenentur illi precepto morientes obedire.

De canonica portione §.VII.

ratione ſepulture quomodo teneant̄ ad eā ꝑ̄di catores ⁊ minores. Not. in cle. dudū. de ſepul. vbi inter cetera ſic dicit̄. Cōſtituimus et ordinamus vt predictoꝝ ordinū fratres de obuentionibus oībus tam de funeralibus ꝙ̄ de quibuſcunqꝫ ⁊ quomodocūqꝫ relictis diſtincte vel indiſtincte ad quoſcūqꝫ certos vel determinatos vſus de ꝗbus etiā quarta ſeu canonica portio dari ſiue exigi non cōſueuit vel nō debet de iure: necnō de datis: ⁊ qualitercūqꝫ donatis in morte ſeu mortis articulo: aut in infirmitate donātis ſeu dātis de q̄ deceſſit quōcūqꝫ directe vel indirecte fratribꝰ ipſis vel aliis ꝓ eiſdem: quartā partē / quā autoritate aplīca taxamus et limitamus / parrochialibus ſacerdotibus ⁊ eorū rectoribus ſeu curatis largiri integre teneant̄: facturi ⁊ curaturi ne quod in morte ab infirmis hmōi dandū fratribꝰ ipſis exiſtiment in eorūdē dantiū ſeu donantiū ſanitate ſibi dari vel donari procurent: in ꝗbus ꝑ ipſos vitandis eoꝝ intendimus ꝯſcientias onerare: ⁊ paulopoſt. Ultra portionem autē hmōi nil valeant parrochiales ⁊ rectores curati aut prelati exigere ſupradicti: ⁊ paulopoſt. Cōſuetudines cōuentiones ſtatuta et pacta inquantū ſunt premiſſis vel alicui ꝑmiſſoꝝ ꝯtraria penitus reuocamus. Nota ſm̄ Frā. de zab. ſuꝑ iſta cle. Primo ꝙ ius ſepulture nō cōpetit eccleſiis nō parrochialibꝰ: niſi ſpecialit̄ eis cōcedat̄: ſicut hoc conceditur fratribꝰ ꝑ̄dicatoribꝰ ⁊ minoribꝰ. vt in iſta clemē. paulo ſupra. Scd̄o not. ꝙ cū ꝗrit̄ vtrū dicti frēs poſſint proceſſionaliter cū cruce ingredi parrochiā inuito rectore ad ſuſcipiendū funus eius ꝗ elegit apud eos ſepeliri. Pe. de ancha. tenet ꝙ ſic: qꝛ hic ꝑmitti͞t fratribꝰ liberā ſepulturā habere: ⁊ vno ꝑmiſſo ꝑmittunt̄ ꝑ̄paratoria neceſſaria. de offi. dele. c. preterea. Sed Fran. de zab. dicit ꝙ ꝯ̄triū obſeruat̄: qꝛ nō leuat̄ funus niſi iubēte ſacerdote parrochiali: et hoc tutius ne detur materia rixe. ſed qd̄ dicit Fran. alicubi non ſeruat̄. Nota tertio ꝙ quo ad fratres de ꝗbus hic canonica portio limitata eſt ad quartā. Et ab taxatiōe ſm̄ Lau. de zen. nō licet recedi tū ſit papalis. diſt. xix. in memoriā. In aliis autē caſibus quanta ſit hec canonica ſtatur ꝯſuetudini: vt in. c. certificari. de ſepul. Nota quarto: ꝙ ſi nō relinquat̄ aliquid fratribꝰ predictis ab eo qui apud eos eligit ſepulturā: ſed frater aliꝗs ex eis dat̄ executor ad certā ſummā diſtribuendā arbitrio ſuo: et ipſe diſtribuit in frēs. glo. Jo. an. ſuꝑ verbo: oībus obuētionibꝰ. refert quādā declaratoriā emanaſſe a Bonifacio. viii. de qua ipſa glo. mētionē facit ꝙ canonica debet̄. et idem dicit glo. qn̄ decedēs nichil reliquit fratribꝰ: ſed mādat executoribꝰ vt ipſis frībꝰ dent aliꝗd vel ꝓmittāt ꝙ quarta debet̄. qd̄ etiā tenet Frā. de zab. ⁊

Pau.ꝗ etiã dicit locũ hr̃e hoc non tm̃ de reli-
ctis ad determinatos vſus ſiue indetermina-
tos:et hoc ſiue ſit vſus ſacer:vt ꝓ cõſtruẽdo ca
pellã:ſiue nõ ſacer vt ꝓ victu. ¶ Quinto no.ſu
per vbo funeralibus ꝗ dicãt̃ funeralia: ⁊ dicit
glo.ibi. ꝙ declarauerat Bñdictꝰ in ſua decre.
inter cũctas.illa eſſe ꝗ cũ funere deferunt̃: ſta-
tuẽs ibi de candelis ꝗ dant̃ ad manus quartã
nõ deberi. Sꝫ qꝛ reuocata eſt illa cõſtitutio pu
to etiã ex illis cãdelis deberi: ⁊ lꝫ hoc ſit rigo-
roſum:hoc tñ nõ vult lr̃a iſta ⁊ vbũ oĩbꝰ: puto
etiã teneri eos de his que legãt̃ ꝓ miſſis dicẽ-
dis. Frã. vo de zab.poſt pau.⁊ lau.dicit fune-
ralia eſſe bona ꝗ obueniũt eccl̃ie rõne funeris
ſiue ante corpus cõditũ in terra ſiue poſt: et de
his debet̃ canõica. ¶ Sexto querit Frã.quã-
tũ durent funeralia:an.ſ.dũ corpꝰ tradit̃ ſepul
ture:vel ꝑ totã illã diem vel ꝑ ſeptimã:vel.xx.
vel.xxx.diẽ vel anniuerſariũ. Recitat ſuꝑ hoc
diuerſas opiniões ⁊ nõ clare ſoluit. ¶ In ſepti
ma tñ queſtiõe vbi ꝗrit ꝗd de anniuerſario.xx.
vel.xxx.recitat Paulũ dicentẽ de his oĩbꝰ de-
beri: qđ aſſerit ſibi placere. Et ſubdit. Conſue
tudo tñ nõ hꝫ ꝙ debet̃ canonica niſi de his que cũ
funere deferunt̃: vel ꝗ offerunt̃ dũ funus eſt in
eccl̃ia. Dicit etiã Frã.poſt Lau.ꝙ ſi cũ funere
ducunt̃ eqͥ cũ armis de his deberi ꝗrta. ¶ No
ta ſeptimo ſcḋm glo. ꝙ cũ hec cõſtitutio ſit iuris
veteris correctoria:et ſit reſtringẽda.ex̃ de re.
iu. Que a iure. ad alios ꝙ̃ ad minores ⁊ ꝑ̃dica
tores nõ eſt extendẽda. Refert tñ Frã.de zab.
Jo.an.in apoſtil.dicere ꝙ Clemens.v.ꝓroga
uit eã ad heremitas. Joh.xxij.ad carmelitas.
Un̄ ſi ꝗs eligeret ſepulturã apud ſorores ordi
nis minoꝝ vel predicatoꝝ: cũ hec cõſtitutio ſit
reſtringẽda nõ hꝫ locũ in eis.ſcḋm Fran.de zab.
¶ Octauo nota ꝙ ſi teſtator legatũ ſoluit invi
ta nichilominꝰ debet̃ quarta: qꝛ videt̃ ſoluere
vt legatũ.ſcḋm glo. Pau.⁊ Fran. ¶ Nota nono
ꝙ ſi defunctꝰ petierit cũ habitu dictorũ fratrũ
ſepeliri: nichilominus quarta debebit̃ ſꝫ glo.
Pau.⁊ Frã. Nã etſi ad eoꝝ religionẽ trãſierit
in egritudine de qua decederet debet̃ quarta.
¶ Nota decimo ꝙ ſi defunctꝰ mãdauit aliqua
dari ſingulis fratribꝰ ad eoꝝ cõmoditatẽ: pu-
ta emptionẽ libroꝝ vel veſtiũ:de hmõi etiã de-
bet̃ quarta ſcḋm glo. Pau.⁊ Jo.de lig.⁊ Frã.qꝛ
negari nõ põt quin illud ſit relictũ monaſterio
cũ nõ poſſit religioſus capere.xij.q.j.nõ dicatis.
¶ Itẽ ſi defunctus reliquit alicui ꝙ in eccl̃ia
fratrũ faciat cõſtrui capellã ⁊ emat illi ornamẽ
ta: nichilominꝰ etiã debet̃ quarta ſcḋm Joh.de
lig.qđ placet Frã. ¶ Undecĩo nota ꝙ ſi teſta-
tor donauit in mortis articulo vel legata invi-
ta ſoluit/poſtea eccl̃ie ſepultura interdicit̃:ita
ꝙ ibi ſepeliri nõ põt: dicit Paulꝰ ꝙ nichilomi
nus debebit̃ canonica. Et idẽ dicit videri ſi ca
ſu alibi ſepelit̃: qꝛ forte apud priores nõ potuit
deportari: ſed cõtrariũ tenet Frede.in ꝯſilijs.
Et idem Frã.de zabarel. dicẽs: ꝙ ſi ꝑpetuo dꝫ
remanere ſepultꝰ in alia eccl̃ia:ſolũ de relictis
illi eccl̃ie/ vel de funeralibus dabit̃ canonica:
qđ ꝓbat ꝑ litterã huius Clemẽ. vbi determi-
natur quartã dandã ſolũ ab eccleſia in qua ꝗs
ſepelit̃. ¶ Duodecimo nota predictos fratres
nõ teneri ad hãc quartaꝫ de his que relinquũt̃
eiſdẽ ꝑ eos ꝗ apud illos nõ ſepeliũt̃ ſcḋm Inno.
Ab.⁊ Arch.⁊ glo. Et hoc eſt verũ niſi fieret in
fraudẽ:vt.ſ.moriẽs ꝓpterea alibi eligeret ſe-
peliri ad ſuggeſtionẽ fratrũ quibꝰ legat ne te-
neant̃ ad quartã:qꝛ tunc debet̃ quarta. ¶ No
ta tredecĩo ꝙ ſi ep̃s ſepeliat̃ in monaſterio mẽ
dicantiũ:nichilominus canonica debet̃: ⁊ hoc
cathedrali eccleſie que eſt parrochia ep̃i:et ibi
debet iacere:niſi aliud diſponat ſꝫ Frã. ¶ No
ta decimoquarto ꝙ ſi ſcholaris in ſtudio eligit
ſepulturã apud fratres/⁊ eis legauit de bonis
que hꝫ in partibꝰ ſuis: ꝙ quarta dabitur ꝓut
ꝓbabiliter dici põt illi eccleſie/ in cuius parro
chia ꝓ maiori parte anni morã traxit: obſer-
uatur tñ ꝙ detur quarta parrochiali eccl̃ie in
qua morabat̃ tẽpore mortis:et hoc qñ eccleſie
ſunt diuerſaꝝ dioceſum:qꝛ ſi eſſent in eadẽ dio
ceſi/tunc fieret diuiſio inter eccleſias. ¶ Nota
decimoquinto ꝙ dicta quarta põt peti ⁊ a fra-
tribus ⁊ ab heredibꝰ ſcḋm glo.⁊ Paulũ:ꝗ etiaꝫ
dicit ꝙ ſi heredes ſoluũt curatis liberati vidẽ
tur a fratribus ſaltẽ ope exceptiõis doli. Frã.
dicit ꝙ glo.eſt vera anteꝙ̃ ſoluãtur legata poſ-
ſent curati quartã vẽdicare:ſed ſi anteꝙ̃ vẽdi-
cẽt ſoluta ſint legata fratribus: nichil ampliꝰ
põt ab heredibus peti: qꝛ ſoluerũt vt manda-
uit teſtator ꝑ hoc littera iſta que nichil mãdat
heredibus:ſed tm̃ ipſis fratribus ꝙ tm̃ quartã
ſoluant:qđ tenet Zen. Si tñ heredes ſoluerũt
quartã curatis/tunc ꝓcedit dictũ Pauli: ꝙ ſi
fratres petant integrũ legatũ poterũt excludi
exceptione doli. ¶ Nota ſedecimo ꝙ fratres
ꝓcurãtes fraudes circa iſtã materiã: vt qꝛ ꝓ-
curãt relinqui ſororibꝰ ſancte Clare/vel ami-
cis:de quibus cõfidant qui nõ tenent̃ ad cano-
nicam:que exẽpla ponit Paulus ⁊ hmõi:ꝙ in
hoc caſu tenent̃ ad duo:ſcꝫ ad reſtitutionẽ eoꝝ
in quibus damnificati ſunt curati:⁊ quo ad ra
tionẽ corã deo:ꝙ ſi fratres ꝗ ꝓcurauerũt hanc
fraudem nõ ſunt abſoluẽdi. Dicit Lau.ꝙ ꝑ or
dinẽ fiat reſtitutio iuxta ordinem poſitũ de pri
uil.clemẽ.religioſi. ¶ Nota decimoſeptimo ⁊
vltimo ꝙ ad quartã iſtam ſoluendã nõ poſſunt
cõpelli ꝑ ordinariũ:nec ratiõe huius hꝫ iuriſdi
tionẽ aliquã cõtra eos:qꝛ obſtãt eorũ exẽptio-
nes. Per clemen.eñi iſtã reuocant̃ priuilegia

quorūcūq; etiā exēptoꝝ inquantū impedirēt ſo
lutionē quarte:ſed ꝑ hoc nō tollunt priuilegia
exemptiōis/ cū obligatio ad quartā poſſit eſſe
durāte exēptiōe.Sed coertio fit per ſuū iudicē
ſcʒ papam vel legatū:niſi aliud cōcederet ordi
narijs ſm glo.⁊ Pau.lʒ aliqui cōtrariū dicāt.
Sed nota ꝙ Jo.xxij.qui ꝓmulgauit clemē.cō
ceſſit ordini predicatorū priuilegiū ꝙ de lega-
tis ad ꝑpetuū cultū factū eccleſijs ipſius ordi
nis ab eligētibꝰ ibi ſepulturā: aut etiā ꝓ fabri
ca/pitantijs/victu/⁊ veſtitu: vel anniuerſarijs
ſeptimo.xx.vel.xxx.aut etiam de his que abſo
lute fratribus legant in vltimis volūtatibus:
nec fratres nec executores teſtamētoꝝ teneāt
aliquibus eccleſijs ad canonicā portionē.Qḋ
priuilegiū fuit poſtea ꝑ Greg.xj.⁊ per multos
alios innouatū: ſed q: ipſe Johānes poſt cōceſ
ſionē priuilegij ꝓmulgationē fecit Clemē.⁊ in
ꝓmulgatione cōſtitutiōes inſtituunt et habēt
vigorē:ideo aliqui doctores dicebant clemen.
frangere ⁊ tollere ipſʒ priuilegiū. Alij cōtra:ꝙ
priuilegiū frangebat: tandē Martinꝰ.v.inno-
uās dictū priuilegiū declarauit ꝙ nō obſtante
clemē.dudūʒ.nō tenemur ad canonicā portio-
nē. Similiter ibi declarat ꝙ illud xbū priuile
gij ſalua iuſtitia illarū eccleſiarū de quibꝰ mor
tuorū corpora aſſumūt: nō intelligit de his de
quibꝰ fit mētio in priuilegio:de quibꝰ non de-
bemus ſoluere quartā: ſed de alijs puta fune-
ralibus. Sic ergo de funeralibꝰ debemꝰ quar
tam dare:nō autē de legatis. Et que ſint fune-
ralia iam dictū eſt.Un̄ de ipſo tenore ipſius pri
uilegij plenꝰ.ā.in.j.parte vbi plenius habet.

¶ De ſepulture ꝓhibitiōe. §.VIII.

In eccl'ia vel cimiterio ſiue loco ſacro non de-
bent ſepeliri infraſcripti.Prio nullꝰ infidelis
nec iudeꝰ/nec paganus/ nec hereticus etiaʒ ſi
poſt mortē appareat de hereſi.de cōſe.di.j.ec-
cleſiā.et.xxiiij.q.ij.ſane.Scḋo ꝓhibet morientı
in torneamēto.Et exponit Hoſtiē.etiā ſi q̇s ibi
vulnꝰ letale acceperit:lʒ poſtea ſuꝑuixerit:qui
quis peniteat ⁊ ei eucharıſtia nō neget/care-
bit tn̄ eccl'iaſtica ſepultura.extra de tornea.c.
j.hoc tn̄ de illo intelligit q̇ venit cauſa exercē-
di ſe in torneamēto.Et ſm Guil'.de armigeris
coꝝ qui eis in armis ſeruiūt:ſecꝰ de aſtātibus
cauſa curioſitatis ⁊ hmōi.extra de tornea.c.ij.
Tertio ꝓhibet ſepultura illis q̇ ſe occidūt: vt
xiij.q.ij.quibꝰ.⁊.xxiij.q.v.placuit.qḋ intelligē
dum eſt ſm Guil'.ſi interfecerūt ſe ex deſpera-
tiōe vl' iracūdia:ſecꝰ ſi ex fatuitate ⁊ hmōi.Un̄
ſic dicit Berñ.extra.e.ex parte.Si quis ꝓpter
fugam precipitaret ſe in aquā:q: ſic credebat
inde euadere: nō imputat ei etſi cōtrariū eue-
niat:⁊ hoc cum ꝓ bono ⁊ licito hoc facit.ar.di.

xiij.nerui.et.xxiij.q.v.de occidendis.Quarto
ꝓhibetur ei de quo eſt certum et manifeſtū nō
fuiſſe cōfeſſum: vel non cōicaſſe ſemel in anno.
extra de pe.⁊ re.ca.oīs.Et hoc intellige niſi ſe
ſuꝑ hoc emēdaſſet in articulo mortis cōfitēdo
⁊ cōicādo:vel ſaltē ſigna cōtritiōis ⁊ hmōi emē
dationis oſtēdiſſet in fine : q: tunc nō negabit
ſepultura:qḋ etiā dicit Jo.de imo.Quinto ꝓ-
hibetur monacho q̇ reperit ꝓprietarius in fi-
ne.extra de ſta.mo.c.ſuꝑ quodā. talis dʒ ſepe-
liri in ſterquilinio.Sexto blaſphemꝰ dei.extra
de maledi.in fi. Septimo gn̄aliter quilibet no
toriꝰ pctōr decedēs in ipſo notorio mortali eſt
priuādus ſepultura eccl'iaſtica.xiij.q.ij.quibꝰ.
⁊.c.nō eſtinientꝰ. Et hoc locū hʒ ſi nō ſint eccle
ſie recōciliati ꝑ pniam: vel ſi nō apparent ſaltē
ſigna contritiōis in eis:ad qḋ ꝓbandū ſufficit
vnus teſtis.xxvj.q.vj.q̇ recedūt. q: tūc ſepeliē
di eſſent.Sed heredes tenēt ſatiſfacere ꝓ eis.
ex̄ eodē.parrochiano. excepto tn̄ eo q̇ morit in
torneamēto:vt dictū eſt.Itē ꝓhibet ſepultura
manifeſtis vſurarijs.Itē tpe interdicti illis de
illo loco vbi eſt poſitum interdictū dum durat.
Item excōicato excōicatione maiori etiā intu
ſte.xxiij.q.ij.ſane.Iteʒ excōicato etiā minori:
qn̄.ſ.hoc eſt notorium ſm Guil'. De his plura
habes pertinētia ad declarationē.j. ¶ De ſe- Ti.xx
pultura aūt taliuʒ nota ꝙ ſi aliquis predictoꝝ
quibꝰ de iure prohibet ſepultura eccleſiaſtica
ſepultꝰ fuerit in ſacro loco:ſi corpꝰ eius diſcer
ni poſſit ab oſſibꝰ alijs:exhumādus eſt ⁊ ꝓijciē
dus eſt extra locū ſacrū.al's nō.extra.e.ſacris.
et eccl'ia ſiue cimiteriū recōciliādū.extra de cō
ſe.eccle.ꝯſuluiſti. occulti tamē pctōres ſunt ſe
peliendi:q: manifeſtari nō debet pctm̄ alteriꝰ
occultū per viā iſtā. latentia eīn pctā vindictā
nō habēt.dicit aug.puta cōfitet aliquis parro
chiali de aliquo crimine occulto qḋ nō ꝓponit
dimittere ꝓpter qḋ nec abſoluit:ſi talis petat
alia ſacramēta:parrochialis nō poteſt denega
re:nec tandē eccl'iaſticā ſepulturā. Sepeliētes
aūt tales ſciēter peccāt mortal'r: q: ꝯtra decre
ta ⁊ ordinatiōes eccl'ie faciūt.arg.xxv.q.j.vio
latores. Sepelientes aūt ſciēter publice excōi
catos vel noīatim interdictos vel manifeſtos
vſurarios vltra pctm̄ etiā incurrūt maiorē ex-
cōmunicationē. cuiꝰ materie declarationē ha
bes diffuſe in ti.de excōicatiōe. Ipſis etiam ſe ti.xxiiij
pultis nocet ſi hoc ꝓcurarūt : q: de ſua ꝑſum- caꝑ. x
ptione grauiꝰ in inferno puniūtur. vn̄ Grego.
Que pctā grauiora deprimunt:ſi ſe in ſacris
locis ſepeliri faciūt:reſtat vt ꝑ de ſua ꝑſumptio-
ne iudicentur.xiij.q.ij.ca.Cum grauia.

¶ De quibuſdā de quibus §.IX.

poſſit eſſe dubiū:vtrum debeāt ſepeliri in loco

ſacro vel ſepulti dimitti. Nota ergo primo ꝙ ſi aliquis parrochianus ſit mortu⁹ qui nō ſit cō-feſſus infra annū ſuo ſacerdoti: nec accepit eu-chariſtiā: ꝗuis videaꝶ ꝙ ſacerdos poſſit ei in-terdicere ſepulturā per ca. oīs vtriuſqꝫ. de pe. ⁊ re. Joh. tñ de imola credit contrariū. Ratio qꝛ in dubio debet ꝓſumi ꝙ nō deliquerit: ⁊ ꝙ non fuit immemoꝛ ſalutis eterne. j. q. vij. ſancim⁹. Potuit eñ aliis legitime cōfiteri: qꝛ mēdican-tibus fratribus: vt ptꝫ ex clemē. dudū. ⁊ de ei⁹ cōſilio abſtinere ab euchariſtia: ⁊ nō debet pre-ſumi ꝙ nō fecerit. Idē ſi delictum tale eſſet oc-cultū: ⁊ ꝑ hoc nō debet publicari: ergo ⁊c. Ra-ptoꝛi rerū per violentiā ſi hꝫ vnde poſſit redde-re ablata: niſi reſtituat vel ſecuritatē plenā de reddēdo faciat: denegabunꝶ ei ſacramēta ⁊ ſe-pultura. Si vero cū haberet vnde redderet / di-ſtulit vſqꝫ ad mortē penitere: ⁊ tūc eſt impotēs ad reſtituendū: ſi al's eſt cōtritus ⁊ diſpoſit⁹ ad reſtituēdum ſi poſſet / dabunꝶ ei ſacramēta: ſed priuabiꝶ ſepultura eccliaſtica ad terroꝛē alioꝝ niſi parētes vel amici eius vellent reſtituere ꝓ eo: qꝛ tūc nō priuabiꝶ ſepultura. Et multo ma-gis priuabiꝶ ſepultura: immo et ſacramētis ſi eſt impenitēs. extra de rap. c. ex litteris. ⁊ c. ſu-per eo. Et intelligiꝶ iſte rigoꝛ de raptoꝛib⁹ ma-nifeſtis nō occultis. ſm Inno. ar. in dicto. c. ſu-per eo. Suſpēſus vel alio mō inſtitiat⁹ ꝓpter ſcelera ſua: ſi moꝛiaꝶ impenitēs denegāꝶ ei ſa-cramēta ⁊ ſepultura. Sed ſi ſunt contriti: ſicut nec penitētia nec viaticū: ita nec ſepultura ne-ganda eſt. xiij. q. ij. c. ſi. Uerū ad deponēdū eos de patibulis requiritur licētia iudicis ſecula-ris ꝗ debet faciliter eā cōcedere. Mulier pre-gnās ſi ipſa moꝛtua certū eſt ⁊ ꝓlem quā hꝫ in vtero moꝛtuā eſſe ſepeliēda eſt cū ea: ſed ſi du-bitaꝶ de vita ꝓlis ſcindēda eſt: ⁊ ſeparādus fe-tus. ⁊ ſi moꝛtu⁹ inueniretꝶ / tūc extra locū ſacrū fetus recondeꝶ. ſm Hoſt. De cadauere autē iā ſepulto vel etiā ſepeliendo: qꝛ ſi dubitatur vtrū ſit xpiani / vel infidelis / vel excōicati in melio-rem partē interpretandū eſt: niſi aliqua ꝓbabi-litas eſſet de oppoſito. xiij. q. ij. nō eſtimem⁹.

De ſtatu hoſpitalarioꝝ et de iuriſditiōibus / ⁊ ceteris ad ea ꝑtinētibus. Titulus. xj.

De cōditiōe hoſpitalarioꝝ. Cap. j.

EGo autē mendicus ſum et pau-per: dñs ſollicitus eſt mei. ps. xxxix. Clarū eſt ꝙ ſm corticeꝫ littere illud nō pōt intelligi de ipſo Dauid loquēte cū nō fue-rit paup: ſꝫ diues et rex iſrael. Spūaliter autē. i. de pauperta-te internali ipſe ⁊ quilibet iuſt⁹ dicere pōt: qꝛ mē-dicus ſum in gratuitis bonis nīl de me habēs ⁊ pauper in naturalibus: parū. ſ. habens vigo-ris in cognoſcēdo verū ⁊ appetēdo bonū. Sed dñs ſollicit⁹ eſt ad ꝓuidēdū homini de vtroqꝫ per legē et etiā ſacramenta. Quantū aūt ad lit-terā loquendo in ꝑſona xpi certū eſt ꝙ chriſtus fuit paup ⁊ mendicus quo ad vſum tēpoꝛaliū. At eñ ait apl's ad Ephe. ij. De⁹ qui eſt diues in mia ꝓpter nos egenus factus eſt: vt nos ſua pauptate ditaret. Et cū etiam ſm humanitatē omniū rerū dominiū haberet: ꝓpter qꝺ Jo. in apoc. vidit ipm dei filiū habere ſcriptū in femo-re ſuo. i. in humanitate. Rex regū ⁊ dñs dñan-tium. Uñ et Pilato dixit Tu dicis: qꝛ rex ſum ego. Jo. xviij. tñ vt paup ⁊ mēdicus viuere vo-luit vt nobis exēplū preberet ſcꝫ cōtēptus mū-danoꝛū ſm illud Aug. Oia terrena cōtempſit homo xps: vt cōtēnēda eſſe demōſtraret. Pau-per ergo fuit: qꝛ vt ipe ait Mat. viij. Fili⁹ hois nō hꝫ vbi caput ſuum reclinet. Mēdicus: qꝛ ex elemoſynis que ſibi ⁊ diſcipulis dabanꝶ ſuſten-tabaꝶ: illa habens in cōi cum aplis. Uñ Aug. Habebat dñs loculos oblata a fidelib⁹ cōſer-uans: vt ſuis ⁊ alioꝝ neceſſitatibus ꝓuideret. xxiij. q. iiij. duo iſta. Pauper natus eſt quē ma-ter pānis vilibus inuoluit ⁊ reclinauit in pre-ſepio. Sed dñs ſollicitus fuit de eo mittēdo re-ges magos qui eum honoꝛarēt: et auro contra inopiā ſubleuarēt. Sꝫ mater ſanctiſſima ſciēs filiū amplecti pauptatē: cito ſm Ber. Diſper-ſit dedit pauperibus. ps. cxj. Ita vt in die pu-rificatiōis nō agnū / ſed par turturū vel pullos columbarū: qꝺ erat ſacrificium pauperū offer-ret. Luc. ij. Cōuerſaturus in mūdo pauperem ſcholam diſcipuloꝛū elegit ipe pauper: ſed mu-lieres ſancte que eū ſequebanꝶ in doctrina au-diēda miniſtrabāt ei de facultatib⁹ ſuis: vt di-ciꝶ Lu. viij. Et nud⁹ in cruce moꝛtu⁹ pre pau-pertate ⁊ mēdicitate: ſepult⁹ eſt in alieno ſepul-chꝛo ⁊ expēſis alienis. Sicut ergo dñs ſollici-tus fuit de eis in cōuerſando inſpirādo mulie-res: ⁊ alios ad ſubueniēdū ſue neceſſitati: ita ⁊ in moꝛte ad ꝓuidēdū de ſepultura. Pauperes ait ipe ſemꝑ habetis vobiſcū. Mat. xvj. Et aliſ quidē pauptatē ferunt inuiti: et aliſ patiēter ſuf-ferunt: aliſ ſpōte aſſumūt: vt veri religioſi dicē-tes cū Hiero. habēs victū et veſtitū his cōtēt⁹ ero: ⁊ nudā crucē nudus ſequar. xij. q. j. cleric⁹ ꝗuis eñ in ea non cōſiſtat perfectio aīe: ſed in charitate ſm apl'm ad Col. iij. ſuꝑ oīa chari-tatē habete: qꝺ eſt vinculū ꝑfectiōis: qꝺ diffu-ſe declarat beatus Tho. ij. ij. q. clxxxiiij. ar. j. ⁊ Jo. caſſianus in colla. j. Moyſi. eſt tñ inſtrumē-tum tendēdi ad ꝑfectionē. Oibus tñ pauperi-bus inuitis vel volūtariis dñs ſollicit⁹ eſt ꝓui-dēdo eis. Et paup ꝗdē dicaꝶ quaſi parū habēs

apo. xix

Luce. ij

Mat. ij.

j. Ti. vj

in pera. Sed mendicus quaſi manu dicēs. qꝺ plus eſt ſcꝫ petens elemoſynā: ⁊ ꝓpterea inſpirauit mentes hoim ad fouēdum hoſpitalia in qbus ꝓuideat pauperib⁹ et mendicis ſiue ſanis: ſiue infirmis: ſiue paruulis derelictis. vñ et quilibet eoꝝ dicere poteſt cū ſuo capite xp̄o Ego mēdic⁹ ſum ⁊ pauper: dñs ſollicit⁹ eſt mei ¶ Poteſt etiā dici ꝙ ideo poſt mēdicitatē addit et paupertatē tanꝙ quid plus: q: mendic⁹ petens aliqñ multa recipit / et ſic nō erit paup: ſꝫ qñ etiā petendo parū inuenit: tūc eſt mēdic⁹ et pauper. vt lazarus vlceroſus mēdicus petēs a diuite epulone: ſedit pauper ⁊ nemo illi dabat de micis q̄ cadebāt de menſa diuitis. Lu. xvi. Sollicitus eſt autem domin⁹ hoꝝ pauperum tripliciter nec enim eos deſerit.

¶ Plures homines ad hoſpitalia pro eis facienda / dotāda: et per legata ⁊ elemoſynas augenda inſpirando.

¶ Ad hoſpitalia ipſa regenda pauperib⁹ ſeruiendo et prouidendo alios inſtigando.

¶ Ad ipſa cōſeruādat diligēter exercēdā hoſpitalitatē prelatos ad hec inqrēda mādando.

¶ Quantū ad hoſpitalarios §. I.

et ſeruitores pauperū. Sciendū ꝙ oportet eos eſſe munitos magna patientia, et benignitate: nec attēdāt ad qualitatē eoꝝ qui aliqñ ingrati et diſcholi ſunt: ſed ad perſonā quā repreſentāt in ſua neceſſitate. ſ. dñm ieſum xp̄m. qui ait Matthei. xxv. Qꝺ vni ex minimis meis feciſtis: michi feciſtis. Et ad p̄miū qꝺ inde habent expectare. ſ. regnū celoꝝ. Dicet enī eis a xp̄o: vt ipſe teſtat. Uenite bñdicti patris mei percipite regnū vobis paratum. et quaſi cauſam cōceſſionis regni aſſignans ſubdit. Eſuriui enim et dediſtis michi manducare ⁊c. hoſpes erā et collegiſtis me. ſ. in peregrino vos hoſpitalarij. infirmus fui. ſ. in paupere infirmo et viſitaſtis me vos ſeruitores ſeruitoꝝ. Et certū eſt ꝙ quilibet bon⁹ fili⁹ patri ſuo. ſeru⁹ dño. amicus amico cū magno affectu ⁊ diligentia debet ſeruire inneceſſitatibus: ſed multo magis fieri debet chriſto patri dño amico noſtro in pauperibus. caueat tamē ſibi a peregrinis ne aſportent bona hoſpitalis. Ut enī dicit Gratian⁹ de pe. di. ſ. Mus in pera: ignis in ſinu: ſerpens in gremio male remunerant hoſpites ſuos. Cū charitate autē ⁊ benignitate recipiat: nō cū murmuratione ſm illud apoſtoli. ſ. pe. iiij. Hoſpitales ſine murmuratione. Circa infirmos autē debet hoſpitalari⁹ tria obſeruare. Primo vt ꝓuideat eis de ſacramētis. et valde laudabilis mos eſt vt in principio qñ hoſpitale intrat infirmus ſi poteſt cōfiteatur vel poſtea: vel quando aggrauatur infirmitas, ⁊ de confeſſione cōmunione

pl. q. i. c. i. an ſi nem.

et extrema vnctione ꝓuideat tpe ſuo per ſe. vel per aliū ſufficientē: et ſi nō habet mittat ꝓ aliquo idoneo: ⁊ de bonis ſuis permittat infirmū diſponere ad placitū. poteſt tamen et recōmendare hoſpitale. qꝺ etiam ex ſe ille libere debet facere. Secūdo debet de neceſſariis eis ꝓuidere: non ſolū ad victū: ſed etiā medicū et medicinas ſi eſt hoſpitale pro infirmis deputatū. hoc tamen ſm facultatē hoſpitalis. Et medici etiā ſi non reciperent ſalariū vt quia hoſpitale eſſet tenue: gratis debent ꝓuidere. Mortem enim languentibus probatur inferre qui hanc cum poteſt nō excludit. inquit Symmachus papa diſt. lxxxiij. Si autē eſt opulentum congruum eſt ei prouidere de congruo ſalario q: nemo cogitur de ſuo facere beneficiū. ¶ Tertio debet eum per ſe vel per alios hortari ad patiētiam bonis verbis et ſanctoꝝ exemplis qui patienter ſuſtinuerunt graues ⁊ diuturnas infirmitates et neceſſitates / vt Job / Tobias / Gregori⁹ papa / Bernardus / Egidius / ⁊ alij. ⁊ ſtimulum carnis datum paulo apoſtolo Auguſtinus et quidam alij intelligunt fuiſſe aliquam infirmitatem corporalem ſiue iliacā paſſionē: ſiue dolorem capitis: qui tamē dicebat: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virt⁹ chriſti. ij. Cor. xij. Et Amb. de pe. di. ſ. quod nocet corpori iuuat ſpiritū: ⁊ egritudo carnis peccatum repellit. Et ſi infirm⁹ cōqueritur debet tamē ſeruiens ei cōpati et conſolari / nō increpare dure. Diabolus enī aliquādo ſtimulat infirmū ira et ſeruientē tedio et impatientia: vt ab vtriſq auferat meritum ſuum Unde legitur de quodā in vitaſpatrū dicto Eulogio: qui ſuſcepit quendam pauperem leproſum in domū ſuā ad ſeruiēdum in obſequium dei: ⁊ poſt plures annos quibus Eulogius cū omni diligētia ſeruierat: demū cepit leproſus inſtigante diabolo turbari et de oībus que ſibi Eulogius faciebat in ſeruiendo conqueri: etiā eum contumeliando / et petendo ꝙ reponeret eum in locum priſtinū vnde ſumpſerat: ꝓpter eius perſeuerantes querelas quaſi incitabat eū dimittere: ſed ſaniori ductus conſilio pſuaſit infirmo: vt ambo accederent pro conſilio in hac re ad ſanctum Antoniū: quib⁹ aduenientibus auditis beatus Antonius leproſum reprehendit de ſua ingratitudine erga ſeruientē et Eulogiū de ſua impatientia ⁊ tedio erga infirmum iraſcentem: declarans hoc procedere ex inuidia diaboli qui procurabat per hoc eos perdere meritum acquiſitum ſuoꝝ laborum: exhortans eos ad conſtantiam: quia in breui eſſet remuneratio eorum: qui conſolati reuertentes ad ſua in bona patientia: inde ad modū cum migrarunt ad dominum leto fine.

ij. Cor. xij.

De ſctō Eulogio.

¶ Quantũ aũt ad epiſcopos §.II. ſpectat prelatos et patronos. circa hoſpitalia debent habere diligẽtiã ꝙ hoſpitalitas ibi ſeruetur ſm illud ad qđ ſunt ordinata ⁊ tpalia bene diſpẽſentur. vnde dr extra de relig. do. c. iij. De xenodochijs et alijs ſimilibꝰ per ſollicitudinẽ epoꝝ in quoꝝ dioceſi exiſtunt: ad eaſdem vtilitates quibꝰ cõſtituta ſunt ordinẽtur. et ſuper hac decretali eximiꝰ doctor Lapus de caſtelli. fecit tractatũ cũ queſtionibꝰ centum vel circa: que. j. ponũtur breuiter ad declarationẽ huiꝰ materie hoſpitaliũ. ⁊ in. c. ad hec dicit Urbanus. ꝙ ſi locꝰ ad hoſpitalitatis vſum ⁊ pauperũ prouiſionẽ fuerit ſicut moris eſt autoritate põtificis cõſtitutꝰ: cũ ſit religioſus nõ debet humanis vſibꝰ deputari: ſicut de veſtibꝰ et ligneis vaſis et alijs vtẽſilibus ad cultũ religionis ꝑ põtificẽ deputatis. ⁊. x. q. j. dr. Quecũqꝫ res eccl'iaſtice ſunt conuenit cũ oi diligentia ⁊ bona fide que deo debẽ (qꝛ oia ꝓuidet ⁊ cuncta iudicat) gubernari et diſpenſari cũ iudicio epi et poteſtate: cui totiꝰ plebis aie ſunt cõmiſſe / ex cõcilio antiocheno. qđ intelligiẽ qñ hoſpitale nõ habet patronũ vel nõ eſt exemptũ. Nã ſi habet patronũ: ad cũ patronũ pertinet prouidere de rectore: vt. j. declarabiẽ. ⁊ ad epm viſitare. vt. j. patebit. In clemen. qi cõtingit. de relig. do. quia hoſpitalium rectores locoꝝ ipſoꝝ cura poſtpoſita: bona res et iura ipſoꝝ interdũ ab occupatorum et vſurpatorũ manibꝰ excutere negligunt: qñimmo ea collabi ⁊ deperdi / domos edificia ruinis deformari permittũt: ⁊ nõ attento ꝙ loca ipſa ad hoc fundata ⁊ fidelium erogationibꝰ dotata fuerint vt pauperes reciperent inibi: ⁊ ex ꝓuentibꝰ ſuſtentarenẽ eoꝝ: id renuũt inhumaniter facere: prouẽtus ipſos in vſus ſuos dãnabiliter cõuertendo ⁊c. Sãcimus vt hi ad quos pertinet loca ipſa ſtudeant in predictis omnibus ſalubriter reformare: ac occupata ⁊ deperdita et alienata in ſtatũ debitũ reduci faciant ad ipſarũ miſerabiliũ perſonaꝝ receptionẽ ⁊ ſuſtentationẽ debitã iuxta facultates eoꝝ rectores ipſos cõpellere nõ omittãt: in quo ſi cõmiſerint negligẽtiã vel defectũ ordinarijs locoꝝ iniũgimus: vt etiã ſi pia loca predicta exemptionis priuilegio munita conſiſtant: per ſeipſos vel alios impleant oia predicta et ſingula / ⁊ rectores eoſdẽ vtiqꝫ non exemptos ꝓpria: exemptos vero et al's priuilegiatos apſica ad id autoritate cõpellãt: contradictores cuiuſcũqꝫ ſtatꝰ aut cõditionis exiſtãt ac prebẽtes eiſdẽ contra premiſſa cõſiliũ: auxiliũ vel fauorẽ: per cenſurã eccleſiaſticã et alijs iuris remedijs cõpeſcendo ⁊c. Ex iſta clemẽtina declarantur multe ex queſtionibus infra poſitis: vnde frequenter allegatur.

¶ De his que pertinent ad hoſpitalarios et hoſpitalia. Capitu. ij.

Notandum primo ꝙ hoſpitalia diuerſis noibus nũcupanẽ. vt eñ dicit glo. xxiij. q. viij. ſancimꝰ. Dicũtur enim aliquãdo xenodochia. et eſt xenodochium locus venerabilis vbi paupes et peregrini recipiunẽ. Diciẽ etiã pothotrochiũ locꝰ. ſ. vbi pauperes et ꝓpter ſenectutẽ ſoli infirmi curãtur. Orphanotrophiũ eſt locus vbi pueri parentibus orbati paſcũtur. Orphotrophiũ eſt locꝰ in quo infantes aluntur. Dicũtur ⁊ alijs noibus magis vſitatis: ⁊ domꝰ dei: domꝰ mie: domus fraternitatis: domꝰ pietatis: domus ſancti lazari et hmõi. Et dicit Lapꝰ de caſtellioñ. ꝙ primus hoſpitalarius fuit Ioticus noie. vt. C. de epiſ. ⁊ cle. l. j. Sed quo ad recipiẽdũ ꝑegrinos in domo ꝓpria legiẽ de abraã Gñ. xviij. queꝫ imitatꝰ eſt Loth nepos eiꝰ. Gñ. xix. In nouo aũt teſtamẽto fuit Martha: q̃ recepit frequenter xp̃m in domo ſua in bethania. Luc. x. vnde dr hoſpita dñi. ¶ Queriẽ aũt ſcdo vtrũ poſſit inſtitui aliqua religio ad hoſpitalitatẽ. Et reſpõdet Lapus allegãdo Tho. ij. ij. q. clxxxviij. arti. iij. ꝙ ſic. Et ratio eſt: qꝛ cũ ſtatus religiõis ſit quaſi quoddam exercitiũ perducendi ad ꝑfectionem charitatis. Charitatis autẽ diuerſa ſunt opera. qꝛ quedã pertinentia ad vitã cõtemplatiuã qua vacatur deo. quedã ad actiuã, qua intenditur charitati ꝓximi. Inter opera vite actiue qbus exercetur charitas ad proximũ eſt hoſpitalitas ſumẽdo large. ¶ Sciendũ eſt tamen ꝙ aliud eſt religionẽ eſſe fundatã ad hoſpitalitatẽ: vt religio cruciferoꝝ ⁊ ſancti Antonij de Uienna. et ſancti galli de Florentia et hmõi. Aliđ eſt religioſos habere hoſpitalia vt ſancti Iohãnis hieroſolymitani: ⁊ ſancte Marie theutonicoꝝ ⁊ kalatrenſiũ et hmõi. Et primo modo illud eſt exercitiũ cui principal'r inſiſtere debẽt: ⁊ principale inſtrumentũ per quod venire debẽt ad perfectionẽ charitatis. Scdo modo habẽt ꝓ principali aliud exercitiũ ⁊ inſtrumentũ quo tendũt ad ꝑfectionẽ: tamẽ ⁊ hoſpitalitatẽ ſeruant ad quã gñaliter tenenẽ oẽs clerici: vt patet di. xlij. per totũ. ⁊ multo magis religioſi. e. ẽ de prebẽ. c. de monachis. Uñ Hiero. ait in quadã epl'a. Oẽs ad nos veniẽtes leta fronte ſuſcipimus et eis pedes abluimꝰ preter hereticos. Et benedictus hoc etiam mandat in regula. immo etiam et quadam pia coactione inuitandi ſunt. exemplo illorum euntiũ in Emaus: qui chriſtum exiſtimantes peregrinum coegerunt eũ ad manendum. Luce vlti. c. Et multo magis facere tenenẽ habentes ad hoc hoſpitalia ordinata: de quibus dictum eſt

¶ Queritur tertio vtrũ religioſus poſſit prefici hoſpitali? Rñdet Lapus ꝙ glo. de relig. do. in cle. tenet ꝙ nõ. Et ratio eſt: q: ꝙ monach⁹ extra monaſteriũ intituletur: hoc eſt ꝓpter curam aiarũ. de regula. c. ſup eo. Ubi ergo hoſpitalis regimen cura careat ceſſat ratio iſta: ergo non põt ibi ꝑfici. Idẽ tenet Frede. de ſenis in cõſilio. xxviij. Et Paulus de lea. cle. cũ contingit. de relig. do. addens niſi eſſet hoſpitale alicui⁹ religiõis. Lapus autẽ dicit diſtinguendũ ꝙ ſi religioſus ille ꝗ preficitur ſit religionis que ꝑncipalr eſt fundata et dedicata hoſpitalitati: vt ſancti Antonij/⁊ ſancti galli de florẽtia ⁊ hmõi nõ video quare nõ poſſit prefici hoſpitali. Sed ſi religioſus nõ eſt talis religiõis. ſ. principalr inſtitute ad hoſpitalitatem: tũc ſubdiſtinguitur: q: aut hoſpitale eſt annexũ eccl'ie curate: ⁊ tũc prefici põt hoſpitali ꝓpter curã: aut etiã ipm hoſpitale hꝫ collegiũ religioſoꝝ a quib⁹ eligitur hoſpitalari⁹: vt in ſctõ Gallo de florẽtia: et tũc etiã poterit ꝑfici religioſus ibi: q: curã hꝫ ⁊ iuriſditionẽ in collegiũ: vt de elec. in. c. dudũ. ij. aut etiam hoſpitale eſt de mẽſa ⁊ ꝓprietate talis religionis: ita ꝙ ſpectat ad dictã religionẽ regimen dicti hoſpitalis: nõ tñ inſtituitur ibi certus ⁊ intitulatus rector, ⁊ tũc idẽ ſicut poſſunt mitti ad alia opa ⁊ loca ꝓmouenda ⁊ cuſtodiẽda: ⁊ ſic mittuntur ad litigãdũ/⁊ allegãdũ/et aduocandũ: multo forti⁹ ad curandũ paupes. Si autẽ hoſpitale eſt ſine cura animarũ qḋ requirit certum rectorẽ per ſe: tũc dico ꝙ lꝫ ſit certe religionis ad quã ſpectat illud cõferre: nõ credo religioſo poſſe cõferri/ q: non ceſſat ꝓhibitio: nec credo valere conſuetudinẽ in hoc: ſicut nec valeret in hoc ꝙ religioſus ꝑficeretur beneficio ſimplici. Sed ꝗd de cõuerſis religionũ que nõ ſunt ꝑncipaliter inſtitute ad hoſpitalitatẽ: nũquid poſſunt ꝑfici hoſpitali eo caſu quo non põt prefici monachus? Rñdet Lap⁹ ꝙ ſi eſt laicus ⁊ illitteratus põt ei cõmitti: nã cõmittitur ei cultura agroꝝ ⁊ edificare ⁊ alia mechanica: fortius officiũ curãdi pauperes. Ceſſat eñ in eo cauſa ꝓhibitionis. Nã hec cura nõ facit in eo ceſſare contemplationẽ vel predicationẽ: q: hec nõ exercet in monaſterio. Sed ſi cõuerſus eſſet clericus et litterat⁹: q: tenetur ad officiũ vt monachi: nõ poſſet talis prefici hoſpitali. Sed nũquid põt cõmitti regimen hoſpitalis mulieri? Rñdet Lapus ꝙ põt ſi eſt hoſpitale ſine cura animarũ. Et ratio: q: non eſt dare in iure regulas hoc ꝓhibentes: et qḋ non eſt ꝓhibitum intelligitur eſſe cõceſſum. xiij. q. j. c. j. ſed ⁊ mulieribus cõmittitur cura et regimen monaſterioꝝ que habẽt annexa hoſpitalia: ⁊ ſic regũt vtrũqꝫ ergo fortius hoſpitale tñ: ⁊ hoc puto verum ſi eſſet hoſpitale deputatũ ad receptionẽ mulierum: quo caſu eſſet honeſtiſſimũ. Credo tñ ꝙ cõſuetũ regi ꝑ maſculos nõ poſſet cõmitti mulieribus: q: mutatur per hoc ſtatus beneficij. Et ſi obijceretur clemen. q: cõtingit. de relig. do. que dicit ꝙ cõmittantur ꝓuidis viris ⁊c. ergo nõ mulieribus. Poteſt reſpõderi ꝙ ibi maſculinum cõcipit femininũ: ſicut ⁊ de elec. c. generali. lib. vj. ⁊. xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente.

¶ Nũquid poteſt regimen §. I. hoſpitalis cõmitti duobus? Reſpõdet Lapus ꝙ ſic. Nã tales equiparantur tutoribus: ⁊ inſtar tutoꝝ debẽt facere inuentariũ: et aſſignare rationẽ ſingulis annis: vt in cle. q: contingit. de relig. do. Sed cõſtat ꝙ plures tutores poſſunt dari vni pupillo/et quilibet eoꝝ adminiſtrare inſolidũ: niſi certus modus et forma alia a teſtatore quõ ſe habeant in adminiſtrãdo imponatur. Unde ⁊ tales rectores hoſpitaliũ dicũtur potius habere beneficiũ ꝙ officiũ: qḋ puto verum in hoſpitalibus que nõ cõferuntur in beneficium eccleſiaſticũ: ſed ad curã ⁊ gubernationẽ ſcḋm cle. q: cõtingit. Et põt cõmitti cura inſolidũ: vel etiã ꝙ vnus ſine alio non adminiſtret qḋ cõgruentius eſſet. Sed que cõferuntur in beneficiũ vendicant ſibi locum ſcḋm regulã beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ. ſ. vt tñ vni conferantur: puto etiam ꝙ ſi cõſueuit gubernari per vnum nõ põt cõmitti duobus. Sed cũ cõmittitur duobus: nũquid põt cõmitti ita ꝙ vnus ſit maſculus alius femina? Reſpõdet Lapus ꝙ ſi eſt verũ qḋ ſupra firmatũ eſt: ſcꝫ ꝙ femine poſſit cõmitti: ⁊ hoc maxime qñ hoſpitalia ſunt diſtincta: vt illud qḋ eſt ꝓ mulieribus gubernetur per hoſpitaliſſam: ⁊ qḋ eſt ꝓ viris ꝑ hoſpitalariũ. Nec eſſet hoc abſonũ ꝙ hoc exprimeretur in cõmiſſione. Et ſic maritus et vxor poſſent preficꝫ vni hoſpitali: ita ꝙ marit⁹ eſſet hoſpitalarius ꝓ viris/⁊ vxor hoſpitaliſſa ꝓ mulierib⁹: ⁊ maxime in his hoſpitalib⁹ que habẽt habitationes diuiſas viroꝝ ⁊ mulierũ qui ibi recipiuntur ad hoſpitium. ¶ Sed queritur viceuerſa vtrum vn⁹ poſſit ꝑfici in duobus hoſpitalib⁹: ⁊ ꝙuis prima facie videatur ꝙ non: q: videntur incõpoſſibilia cũ vtrũqꝫ requirat perſonalẽ reſidẽtiam: ⁊ ſic in vtroqꝫ deſeruire nõ poſſit: vt dicitur a ſimili de beneficijs in. c. de mlta. de prebẽ. Contrariũ tñ dicit Lapus: qḋ videtur verũ. Et ratio eſt: q: dici nõ põt ꝙ de iure cõi hoſpitale requirat pſonalẽ reſidentiã de neceſſitate: ⁊ maxime cõtinuã. Nam poſſet deſeruire ꝑ aliũ: et ſic equaliter in vtroqꝫ ſe collocare/ꝓuidere/⁊ aſſiſtere/⁊ cõſulere in occurrẽtib⁹: ⁊ ad hoc facit qḋ notat Johãnes cal. in. c. ſup inordinata. de prebẽ. vbi dicit ꝙ põt quis habere eccleſiã non curatam in. xiiij. anno etatis: q: etſi in tali

etate nõ poſſet ipſe dicere miſſam ꝑ ſe ad qđ ordinaꝶ eccleſia: põt tñ dicere ꝑ aliũ: nec ius arctat rectorẽ eccłie vt ꝑ ſe hoc faciat: et ſic poſſet q̃s habere plura bñficia ſimplicia: qđ cõiter ſeruaꝶ: ⁊ deſeruire ꝑ aliũ in vno eorũ cũ non põt per ſe: ⁊ multo forti⁹ hoc in hoſpitalib⁹ ad ſimilitudinẽ tutorũ q̃ poſſunt ſimul plures tutelas gerere: ⁊ ꝓ vtroq꜅ cauere et vtriq꜅ ꝑ ſe diligenter ⁊ al's vacare: ⁊ maxime cum hoſpitalia ſunt in vna dioceſi: ⁊ forti⁹ ĩ vna parrochia: ⁊ multo magis in vno fundo/ vel vna via vicina. Et qđ dicit Jo.an. de cõceſſi. prebẽ. in rub. ꝙ habẽs beneficiũ curatũ recipiens ſecũdum qđ de ſtatuto vel al's requirit reſidentiã: nõ ex hoc vacat primũ/ ſed eſt pri⁹ in hoc caſu neceſſaria admonitio. Et idẽ tenet Inno. et hoc idẽ intelligẽdũ eſt de hoſpitalib⁹ que cõferunꝶ in beneficiũ: ⁊ ea ratione ſi nõ ſunt curata vel habentia collegiũ: q꜅ tunc idẽ eſt iudiciũ habẽdũ: vt de prebẽ. c. de multa. Et ꝙ vnus poſſit habere plura hoſpitalia ſimul tenet Guil'. de monte lau. in cle. ꝑ litteras. de prebẽ. Fateor tñ cõcludit Lapus hoc nõ eſſe vtile nec honeſtũ. Et poſſet eṗs cogere rectorez ad dimittendũ alterũ: maxime ſi minus diligẽter ꝓuideret vtriq꜅: qđ in beneficijs ſimplicib⁹ dici ſolet. Sed nũquid põt quis habere beneficiũ curatũ ⁊ hoſpitale? Rñ. Lapus ꝙ ſic eadẽ ratione. Et multo forti⁹ hoſpitale ⁊ ſimplex beneficiũ: omnia eñ iſta habent rationẽ: q꜅ nõ eſt cautũ in iure hoſpitalarios ad ꝑſonalẽ reſidentiã arctari. Sed queriꝶ nũquid põt quilibet erigere hoſpitale ꝓ libito volũtatis? Rñdet Lap⁹ quilibet põt domũ ſuã factã vel fiendã deputare ad hoſpitalitatẽ ⁊ ad tẽpus hoſpitare paupes: ſicut ⁊ alia opera eleemoſynarũ facere. Sed talis locus nõ erit religioſus/ nec gaudebit immunitate eccłiaſtica: ⁊ nec inter loca eccłiaſtica computabiꝶ: nec erit ſub iuriſdictiõe eṗi ⁊ poterit ad humanos vſus redire: ⁊ etiam vendi/ donari/ ⁊ emi. Ita notat Hoſti. in ſumma de eccleſijs edificandis. Pe. ⁊ Inno. et ea iura que dicũt ꝙ talia fieri nõ poſſunt ſine auctoritate eṗi: intellige vt ſint eccleſiaſtica: al's vt ſint ꝓfana bene fieri poſſunt. et hoc dicit glo. in clemẽ. q꜅ cõtingit. de relig. do. ⁊ Jo.an. poſt Vincẽ. ⁊ Lãcre. dicit ꝙ põt quis habere oratoriũ ⁊ hoſpitale in ꝓpria domo: nõ tñ põt ibi celebrari facere ſine auctoritate eṗi de cõſe. di. i. vnicuiq꜅. Dicit tñ Hoſti. ꝙ põt interuenire cõſenſus eṗi ⁊ poſt factũ: poſtq̃ autẽ auctoritate eṗi eſt factũ non põt ad alios vſus deputari: vt eo. tit. ad hmõi. Sed nũquid tale hoſpitale vel oratoriũ factum auctoritate eṗi gaudebit immunitate eccłiaſtica/ ⁊ ei⁹ rector? Hoſti. notat ꝙ oratoriũ tale nõ gaudeat immunitate eccłiaſtica: q꜅ non intelligiꝶ dedicatus deo: nec locus ſacer. Idẽ tenet Guil'. ⁊ Zab. q꜅ eñ qđ hodie eſt oratoriũ/ cras poterit fieri camera. Goffre. ſentit cõtrariũ: nõ eñ aliter determinat Lap⁹: niſi ꝙ hoſpitali cõpetit beneficiũ reſtitutionis in integrũ. De rectorib⁹ autẽ taliũ hoſpitaliũ vtrũ gaudeant immunitate eccleſiaſtica: Dicit Guil'. in ſpec. ꝙ ſic ſi fecit hoc auctoritate eṗi: etiã ſi ſint vxorati: al's nõ. hoc idem tenet Hoſt. in ſumma de hoſpitali et rectore eius: ⁊ ꝙ gaudeãt immunitate eccłiaſtica vterq꜅. Dicit Guil'. in ſpec. quinimmo priuilegiũ canõis: ſi quis ſuadẽte. xvij. q. iiij. al's nõ: vt dictũ eſt: q꜅ ſequereꝶ abſurdũ: poſſet eñ per hoc quilibet ruſticus aſſumere ſibi habitũ religioſum: ⁊ cõſtituere ſibi regulam quã vellet: ⁊ fraudare dños ſuos tallijs et alijs debitis ſeruitijs. Sed nũquid hꝫ hoſpitale beneficium in integrũ reſtitutionis ſi ledi cõtingat: vt habeꝶ etiã de reſti. in integ. c. j. Reſpõdet Lapus. hec queſtio tãgiꝶ per Jo.an. in nouel. c. ij. de in integ. reſti. vbi dicit ꝙ noie eccleſie includunꝶ nõ ſolũ monaſteriũ/ ſed ⁊ omnis pius locus: omnia iſta equiparãtur. de teſta. c. requiſiſti. Et cum hoſpitalia fuerint inuenta vt paupes infectiq꜅ lepra in eis recipianꝶ: ⁊ ex eorũ ꝓuentu ſuſtentenꝶ: queritur vtrũ omnia hoſpitalia teneãtur paſcere paupes/ veſtire/ et hoſpitari eos? Reſpondet Lapus ꝙ hec hoſpitalia differunt re ⁊ nomine: nam ſicut diuerſis nominibus nũcupanꝶ vt dictũ eſt. ş. ita et ad diuerſa officia deputantur. Et ſm hoc tenẽtur aliqua ad veſtes dandas: aliqua ad ſuſcipiendũ expoſitos: aliqua ad educandũ vel ſuſcipiendũ infirmos: et ſic que dicũtur in clemen. q꜅ cõtingit. referantur ſingula ſingulis. Si eñ eſt hoſpitale ad recipiendũ peregrinos: nõ tenetur ad infirmos niſi in caſu neceſſitatis: quando per alia ſubueniri non poſſet ⁊ illud poſſet.

¶ Ad quem ſpectat dictorũ §. II.

locoꝝ ⁊ receptoꝝ in eis cura/ ſeu correctio/ ſeu reformatio/ ⁊ emẽdatio? Rñdet Lap⁹ põt hoc ſpectare ad diuerſos et diuerſis modis: poteſt ſpectare ex ſtatuto appoſito in fundatione: põt ſpectare ex cõſuetudine vel ꝑuilegio ſedis apoſtolice: vt in dicta clemẽ. q꜅ cõtingit. his ceſſantibus ad loci ordinariũ ſpectat de iure: vt extra eo. de xenodochijs. et. xvj. q. vij. oẽs baſilice. Et addit Zab. etiã ad patronos põt ſpectare ⁊ eoꝝ liberos. vt. xvj. q. vij. filijs. Sꝫ q̃d ſpectat ad officiũ taliũ? Rñdet Lapus in hoc debent curare ne rectores illorũ locorũ inhumaniter recipiãt dictos pauperes: ne ꝓuentus in ſuos vſus cõuertãt: ⁊ ipſa loca in ꝑdictis ſalubiliter reformare atq꜅ occupata deꝑdita ⁊ alienata indebite ĩ ſtatũ reduci debitũ facere: ⁊ ad

ipſarū miſerabiliū perſonarū receptionē et ſuſtentationē debitā iuxta facultatē locoꝝ cōpellere rectores. vt in dicta clemen. quia cōtingit. et vbi predicti negligāt predicta facere: puta patroni hoſpitalium vel alij ad quos hoc ſpectat: tūc ſm Rap. iniūgitur ordinarijs locoꝝ: ꝙ etiā ſi pia loca predicta ſint priuilegio exemptiōis munita per ſeipſos vel alios impleāt oia ⁊ ſingula premiſſa: et rectores eoſdē vtiqꝫ nō exemptos ꝓpria: exēptos aūt ⁊ priuilegiatos apoſtolica ad id cōpellere debent autoritate. Contradictores cuiuſcūqꝫ ſtatꝰ vel cōditionis exiſtant atqꝫ prebentes cōtra premiſſa conſiliū auxiliū vel fauorē: ꝑ cenſurā eccleſiaſticā: ⁊ alia iuris remedia cōpeſcendo: attamē nulliū ex hoc priuilegijs ſeu exemptionibus eoꝝ preiudiciū generando. Et dicit Jo. an. in glo. ſuꝑ cle. quia cōtingit. in eo caſu eſſe hoc preceptuꝫ ordinarijs vt faciant qđ dicitur. Et ſi tales ad quos ſpectat ꝓuidere defectibꝰ hoſpitaliū negligunt: ⁊ nō ſint ſub iuriſditiōe ordinariū: ꝯpellet tñ eos autoritate dicte cle. quia cōtingit. ipſe ordinariꝰ ſed vbi nō ſit negligētia in hmōi exemptis: nō habet ſe intromittere ordinariꝰ. Sed vbi is qui habet prouidere hoſpitali ſit laicꝰ et rector hoſpitalis ſit clericꝰ: quō poterit laicus cōpellere clericū. cōtra illud. xcvj. di. bene quidē. Rñdet lapus. poteſt dici ſm zab. ꝙ predictā cōpulſionē non faciat per ſe laicꝰ ſꝫ per aliū. puta epm ad inſtātiā eiꝰ. Unde in illa clemē. quia cōtingit. exponit̃ verbū cōpelli. i. compelli facere. Et ſi querat̃ quō patebit de negligentia predictoꝝ in quo caſu tenet̃ ordinariꝰ ꝑdicta facere. Reſpondet glo. in cle. quia contingit. ex perfecto notorio. vt de cenſi. c. romana. lib. vj. vel per aſſignationē termini ad hoc prefixi ⁊ elapſi. et idē zab. et multi alij. An dicta loca poſſint cōferri in beneficiū. i. in titulū beneficij clericis ſecularibus. Rñdet Rapus. nō: quia hoc ꝓhibet dicta clemē. quia cōtingit. nec valet cōtraria cōſuetudo obſeruata niſi in duobꝰ caſibꝰ: vcꝫ qñ in fundatiōe dictoꝝ hoſpitaliū ſecus cōſtitutū fuerit ſeu per electionē ſit de hmōi rectore prouidendū. Cuius aūt cōditionis debeant eſſe ꝑ quos regūtur et gubernantur hoſpitalia: ponitur in dicta cle. quia ꝯtigit. de reli. do. Dicit̃ ei ibi ꝙ dꝫ ꝯmitti eoꝝ gubernatio viris ꝓuidis ⁊ idoneis et boni teſtimonij: qui ſciant et velint et valeāt loca ipſa et bona eoꝝ ac iura vtiliter regere: et eoꝝ redditꝰ ⁊ ꝓuētꝰ in vſum miſerabiliū perſonarū fideliter diſpenſare. ⁊ ꝙ in vſus alios cōuertere predicta preſumptio veriſimilis nō exiſtat: ſuꝑ quo onerātur cōſcientie eoꝝ ad quos ipſoꝝ locoꝝ cōmiſſio pertinet. hec ibi. Et dicit ibi glo. ordinaria ꝙ ſignāter dicit committere nō conferre: quia collatio fit in perpetuū: ſed cōmiſſio ad tēpus: et ideo bñficia dicūtur cōferri quia dātur in perpetuū. i. durāte vita illius cui cōferūtur: et tutoribꝰ quia ſunt tꝑales: dicunt̃ cōmitti adminiſtratiōes. Et ſm hoc rectores hoſpitaliū eſſent tꝑales. Sed vt dicit glo. cōſuetudo nō admittit hāc lec. immo inſtituūtur ꝑpetui rectores in talibꝰ locis. Recuperus aūt in quodā ſuo cōſilio dicit ꝙ de mēte clemen. eſt ꝙ nō ſint perpetui. Et lꝫ glo. dicat ꝙ conſuetudo hoc non patiat̃. tamē vbi nulla eſt conſuetudo optime poſſet ad tēpus cōmitti talis adminiſtratio. Paulus aūt dicit in dicta cle. ꝙ conferre ⁊ cōmittere aliqñ ſumūtur vt diuerſa. aliqñ vt idē. ⁊ ſic ſumūtur in littera ſcꝫ ꝓ eodē: et qđ tm̃ ꝓhibet̃ ſi fiat. i. ſi detur in bñficiū. Aſſignat aūt Paulꝰ vt refert Rapꝰ rationē quare ꝓhibetur hoſpitale dari in bñficiū: vcꝫ quia ad beneficiū habēdū oportet eſſe clericū. ex de trāſac. c. ex litteris. Et talis ſcꝫ clericꝰ bñficiatꝰ facit fructus ſuos: ⁊ tenet̃ ad horas ⁊ ad alia ad que alij clerici. ſed ſi gubernatio ſimplr̃ cōmittitur hoſpitalis ceſſant iſta. Itē beneficiū debet conferri infra certū tēpus: ⁊ in eo eſt neceſſaria inſtitutio. nō ſic aūt in cōmiſſione hoſpitalis. ⁊ a beneficio repelleret̃ quis propter bigamiā vel alios defectꝰ: nō aūt a gubernatiōe hoſpitalis. Item beneficiū quādoqꝫ datur in ſuſtētationē eius cui confertur: vt in. c. ij. de cle. pu. in duello. Sed nō hoſpitale: quia in hoc attendit̃ pauperū prouiſio nō hoſpitalarij ſuſtentatio. ¶ Poſito autē caſu ꝙ laicꝰ edificet hoſpitale de licētia epi cū oratorio vel ſine eo propter qđ locus ille dr̃ religioſus ⁊ edificator efficitur patronꝰ. vt de iure pa. c. nobis. ad quē ſpectabit ꝓuiſio rectoris illius hoſpitalis ad patronum vel ad epm? Rñdet lapus ꝙ ſolꝰ patronꝰ ponit ibi rectorem. Et ratio eſt: quia in talibꝰ vt dictū eſt. ſ. nō eſt neceſſaria canonica inſtitutio. nec habet tempus limitatum ad cōmittendum talē gubernationem. vnde non eſt neceſſe ꝙ propter hoc recurratur ad epiſcopū. Nec obſtat ꝙ de iure patronatꝰ ſolum patronis acquiritur ius preſentandi: quia illud habet locū in eccleſijs et alijs locis vbi requiritur inſtitutio canonica vel confirmatio. ſed in huiuſmodi hoſpitalibus non requiritur hoc. Hoc etiam ſentire vĩdetur zab. in dicta clemen. quia contingit. dicit enim ꝙ patrono acquiritur ius ſm naturā rei cuius eſt patronus. Nam in eccleſia collegiata non acquiritur ius preſentandi ſed conſentiendi electioni facte in capella acquiritur ius preſentandi. vt de iure pa. c. nobis. Sed in hoſpitali acquiritur patrono ius committendi gubernationem hoſpitalis. Et ſm hoc non indiget talis rector cōfirmatione epiſcopali ſi in ipſo hoſpitali nō reqrit̃ inſtitutio canonica.

hoc antē ƀ:q: ſi hoſpitale haberet curā aīarū:
tūc indigeret cōfirmatione epāli:niſi eſſet exē-
ptū vel aliter priuilegiatū. dicit tamē idē Lap⁹
q̄ vbi in aliquo loco emanauit aliqua cōſuetu
do gnālis vel ſpecialis circa hoc illa eſt ſeruan
da. Sed in caſu quo ad patronū hoſpitalis ſpe
ctaret preſentatio / ⁊ ad epm̄ cōfirmatio de con
ſuetudine vel aliquo iure ſpeciali:nūquid ante
confirmationem eſt premittendū edictū gnāle
vel ſpeciale ſm̄ formā.c.ſi. de elec. Reſpondet
Lapus q̄ in illis hoſpitalibus que nō cōferun
tur in beneficium nō oportet ſeruare illud.ſ.de
premittēdo edictū. Et hoc q: hic nō fit electio
vel collatio:ſed cōmiſſio.tum etiā q: non com-
mittitur cura animaꝝ. Unde et iam cōſului q̄
ad capellam ſeu altare erectū in eccleſia de li-
centia epi poteſt deputari ſacerdos ad miſſas
celebrandas ſine confirmatione vel edicto:niſi
alia conſuetudo obſtaret. Idē ſentire videtur
zab.ac guil. qui guil.dicit. q̄ ſi hoſpitale nō ſit
principaliter edificatum ad miſſam celebrādā
vel aliqđ eccleſiaſticū ſacramentū exhibendū:
nec ſit ibi cōſtitutus perpetuus vicari⁹ ſeu dos
aſſignata pro eo:lꝫ ibi ſit altare ⁊ de lnīa epi ce
lebret ibi edificatū pro oratorio: nichil ibi pōt
epſ vendicare niſi inquātū poſſet de aliis piis
locis legatis pro aīa fundatoris relictis. pro-
bātur hec de cōſe.di.j.vnicuiqꝫ.⁊ de teſta.c.he
redes. Et ꝯcludit lapus. Nō intelligas iſta de
hoſpitalib⁹ que cōferūtur in beneficiū ſeu que
regunt̄ per religioſos:ſeu que habent eccleſiā
ſed de illis ſolū que laicis gubernāda cōmittū
tur. Sed nunqd talia hoſpitalia poſſunt cōmit
ti clericis gubernāda? Reſpōdet lapus. vtiqꝫ
dūmodo nō in bñficiū. Dicit eñi clemē. q: con-
tigit.q̄ cōmittāt̄ ꝓuidis viris: nec dicit laicis
Ex quo ḡ cle.nō ſic diſtiguit:nec nos debemus
diſtiguere.xxxj.q.j.ſi ds. Idē ſentit zab.⁊ pau.

De hoſpitalib⁹ exemptis §.III.

vel religioſoꝝ exemptoꝝ. Et primo q̄rit̄ cū hoſ-
pitale ſit exēptū ⁊ immediate ſubiectū roma-
no pontifici nullū habens ſuperiorē vel aliū ad
quē correctio vel reformatio pertineat illi⁹ et
cui⁹ rector negligit illa facere ad q̄ tenetur:nū
quid ordinarius poterit ſupplere ⁊ corrigere?
Reſpōdet lapus q̄ nō. Nā clemen.q: cōtingit
que cōcedit ordinariis autoritate apl̄ica i exē
ptis in defectū eoꝝ ad quos ſpectat.talis cor-
rectio. et in caſu noſtro proponit̄ nullū eſſe ad
quē ſpectat correctio:ergo null⁹ defect⁹ vel ne
gligentia ſuppleri poteſt. Nec obſtat q̄ habet
ſuperiorē papā:immo facit ꝓ:q: nūq̄ papa ƀ
negligentiā cōmittere:et ſi illā cōmittat:null⁹
illā ſupplere poteſt vel debet. Ipſe eñi ſupplet
negligētiā alioꝝ/nemo ſpā.de elec.c,lꝫ.⁊.ꝗ.q.
iij. Alioꝝ. In nō exemptis aūt puto quātūcūqꝫ
nō habeant aliquos ad quos ſpectet correctio
vel reformatio:ad epm̄ ſpectat:vt de reli.do.c.
de xenodochiis. Quid ſi hoſpitale aliquoꝝ re-
ligioſoꝝ immediate ſubiectoꝝ ſedi apl̄ice non
habēs aliquē ſuperiorē aliū ſeu ad quē de iure
ſpectaret correctio ⁊c. vt.ſ. cui⁹ rector deficit
in exercēdis his ad que tenetur ſm̄ formā cle.
q: cōtingit. Nunqd poterit cogi per ordinariū
loci? Reſpondet lap⁹ q̄ in talib⁹ hoſpitalibus
epſ nullam ſuā vel apoſtolicā habeat autorita
tem:moueor q: dicta exēptio fuit libera. Un̄ ſi
ꝓuiſio poſtea facta de illis corrigendis per ſu
periores ſuos nō vendicat ſibi locū in illis : nō
tamē ceſſat diſpoſitio dicte exemptionis:q: po
tuit alia eſſe ratio. Et lꝫ ſuperiores fuerint cau
ſa impulſiua:tamē illa ceſſante nō ceſſat diſpo
ſitio.ar.eoꝝ que notantur in ca.inter corpora-
lia.extra de trāſla.prela.⁊ plurib⁹ etiā aliis ca
pitulis:nō poterūt tales religioſi per epm̄ re-
formari. Unde q: ex quo ſunt exēpti: ⁊ eoꝝ ſu-
perior nō eſt in culpa vel defectu nō eſt loc⁹ con
ceſſioni facte ordinario: q: fit ſub certo modo.
Illo ergo deficiente deficit cōmiſſio. Itē quia
papa eſt ſuperior:qui de ſe nō intellexit. Item
q: eius negligentiā nemo ſupplet. Et hoc pu-
to verū:⁊ ſic ſeruari feci in curia archiepāli flo
rētina/ q̄ per dictā clemē.procedebat cōtra ho
ſpitalariū ſancti galli imediate ſubiectū ſedi
apl̄ice.⁊ eſt religioſoꝝ q̄ ꝓfitēt̄ regulā.b.aug.

De rectorib⁹ hoſpitaliū §.IIII.

quo ad ſatiſfactionē et iuramētū cū committit̄
eis gubernatio ad diuina ⁊ ſacramenta. Dicit
lapus.q̄ tales ad inſtar tutoꝝ et curatorū de-
bēt iuramentū preſtare: ac de locoꝝ ipſorū bo-
nis inuētaria facere ⁊ ordinariis ſeu aliis qb⁹
dicta loca ſubſunt:vel deputādis ab eis annis
ſingulis de admīniſtratiōe ſua reddere rationē
vt in dicta cle.q: cōtingit. Sed nunqd ſatiſda
būt ad qđ tenent̄ tutores et curatores? Rn̄det
lap⁹ glo.ordinaria dicte clemē. tenet q̄ nō niſi
eſſent ſuſpecti ꝓpter vxorē et filios. Sed vt di-
cit ibi gl.talib⁹ ſuſpectis non debet cōmitti gu
bernatio taliū hoſpitaliū.ergo a talib⁹ nō exi-
gitur ſatiſdatio. Sed nūquid iurabūt ad in
ſtar tutorū ſcꝫ vtilia facere ipſis hoſpitalib⁹ ad
que deputāt̄:⁊ inutilia pretermittere. pſonas
et res ad cōmodū et vtilitatē eoꝝ bona fide cu
ſtodire:et in vſum miſerabiliū pſonaꝝ cōuerte
re:⁊ īuētariū de bonis ipi⁹ facere ⁊ alia facere
ad que tenentur maxime ſm̄ formam clemen.
Dicit lapus. q̄ ſi committantur talia hoſpita
lia aliis factis q̄ in dicta cle.dicantur ſeu con-
ferantur in beneficium clericis ſecularib⁹: vi-
detur eſſe irrita ipſo iure talis commiſſio ⁊ ita

videť ſentire glo.in dicta cle. Nā ſi tales nō fe
cerint inuentariū nec iurauerint:vel rōnē red-
dere noluerint tpe cōgruo: q̄uis ſm glo.dictū
videať ꝓbabilis intellectus dicte clemē. ꝙ ex
hoc ſit irrita talis cōmiſſio:tñ cōiter nō ſic itel-
ligiť:ſed tñ illis ceſſantib⁹ predicta facere po-
terūt cogi ꝛ cōpelli remedijs oportunis:etiā ꝑ
remotionē illarū perſonaꝝ a dictis locis tanq̄
ſuſpecti.et ſicut ad inſtar tutoꝝ ꝓficiunť: ſic ad
inſtar tutoꝝ remoueanť. ¶ Sed nūquid tales
rectores tenenť ſingulis annis reddere rōnem
per ſe etiā nō requiſiti? Rñdet Lapus ꝙ ſuffi-
cit ꝙ requiſiti hoc faciant.et ita tenet glo.et ſic
ſeruať. Sed qs celebrabit diuina officia et mi-
niſtrabit eccľiaſtica ſacramēta rectori familie
pauperib⁹ et infirmis taliū hoſpitaliū? Rñdet
Lapus.ſi talia hoſpitalia habeāt altaria ſeu ci
miteria ab antiquo:ꝛ plures celebrantes ꝛ ec-
cleſiaſtica ſacramēta rectori ꝛ familie ꝛ paupe
ribus hoſpitaliū adminiſtrātes: ſeu parrochia
les rectores ꝯſueuerūt illis exercere premiſſa:
Nota vim cōſuetudinis bone.
eſt ſeruāda antiqua ꝯſuetudo quo ad exercen-
da ꝛ adminiſtranda ſpūalia. vt in dicta clemē.
quia cōtingit in ſi. De iure ergo cōi fundat ma
trix eccleſia in hoſpitalibus ſitis in parrochia
ſua intentionē ſuam quo ad iſta ſpūalia:tamen
poſſunt preſcribere : vt hec per ſuū ꝓpriū ſa-
cerdotem faciant. vt no.ibi glo.

¶ Nūquid poſſit erigi hoſpi- §.V.

tale in parrochia matricis eccleſie illa irrequi
ſita:vel inuita? Rñdet Lapus de hoſpitalibus
nō religioſis .i.nō factis autoritate epī/non eſt
dubiū : nā q̄libet poteſt deputare domū ſuā ad
hoſpitalitatē inuito epō ꝛ multo fortius inuito
rectore matricis eccľie. Quod intellige qñ vt pri
uatas domos ſic deputāt. Sed ſi ſub effigie vel
ſigno vel denominatiōe loci eccľiaſtici: nō eſſet
licitū : imo poſſet epūs loca illa deſtruere:q2 cō-
tra iuris ꝓhibitionē factū eſt:facit quod notat
Inno.de reli.do.c.ad hec.et tenet cardina.flo-
reñ.hoc. Sed ſi loq̄mur de facto cū capella vel
de hoſpitali perpetuo ſcz cū autoritate epī : ita
ꝙ ſit locus eccleſiaſticus: de hoc cōſueuit dubi
tari. Nā licet ſit regulare ꝙ vna eccleſia in pre
Exēpla fortia ꝙ nemo cum iactura alteri⁹ ꝓficiat
iudiciū alterius cōſtituenda non ſit.xvj. q.j. c.
eccleſie.et.c.quicunq3. qꝺ ſi fiat deſtruenda eſt
maxime ſi operis noui nūciatio rite facta non
preceſſerit:tamen illa iura loquunť de eccleſia
nō de hoſpitali ſiue eccleſia vel capella. Et illa
eſt ratio / ne aliquid iuris antiquioris eccleſie
noue acquirať: vt in.d.c.eccleſie.et.c.quicūq3.
que ratio ceſſat in hoſpitalibus predictis. Cō-
trariū tamen eſt verū ſcz ꝙ nullus locus eccle-
ſiaſticus pōt erigi in aliqua parrochia ea inui-
ta ſcilz antiquiori eccleſia. Et iſto caſu nomine
eccleſie veniunt hoſpitalia ex quo fauor eccle-
ſiarū reſpiciť:qꝺ etiā tenet Lapus. Nec ceſſat
ratio preiudicij:q2 hoſpitale debet habere do-
tem de qua decima nō ſoluiť. Item ſi habet ca
pellā vel oratoriū accedūt oblatiōes:ꝛ ſic videť
minui dignitas ꝛ vtilitas rectoris antique ec-
cleſie. Unde ꝛ de facto vidi queſtionē ꝙ quedā
imago beate Marie picta in pariete dom⁹ cu-
Nota diligenter.
iuſdā laici fecit miraculū : ꝓpter qꝺ maximus
concurſus oblationū fuit:ſup quibus mota eſt
queſtio ꝛ ſentētiatū fuit ꝓ parrochia. Et eſt ſi-
milis queſtio que notať de cele. miſſa. ſup ru-
brica. Sed quid ſi erigatur hoſpitale in limite
eccleſie veteris? Rñdet Lapus ꝙ acquiriť ius
patronatus ex hoc ipſi eccleſie. vt.xij.q.ij.apl'i-
cos.et.xvij.q.iiij.queſti.et no.Hoſt.in ſumma.
Sed queriť vtrū hoſpitali debeat certa dos aſ-
ſignari? Rñdet Lapus ꝙ nō. Io.an.poſt Hoſt.
ꝙ hoſpitali ſicut et eccleſie in cōſtitutione eius
debet certa dos aſſignari. vnde ſm eū ꝓcedet
libellus talis : peto hoſpitale cū ꝑtinētijs ſuis
et intelligitur tunc de dote tñ : que de iure ad
hoſpitale ꝑtinet. Et ſi querať de quātitate do-
tis:ſcz quanta debeat eſſe? Rñdet Lapus.re-
curreť ad ar.a ſimili.de cōſecra.eccle. cū ſicut.
et qꝺ ibi nota.in glo.ordinaria: q2 alia dos re-
quiriť i eccleſia/alia i monaſterio vt ibi.ſicut ꝛ
alia in hoſpitali. Tanta enim debet eſſe dos in
eccleſia ꝙ ſufficiat ad luminaria ꝛ ad vitā mi-
niſtrorū. xvj. q.vij. pie mentis. exiſtimatio eſt
epiſcopi. In hac ſcz hoſpitalis dote habebitur
reſpectus alioꝝ hoſpitaliū.arg.in auť.de eccle
ſiaſticis titu.§.ſi quis. debent aūt prouideri vt
Affirme ſūt res neceſſarie
habeant affirmas .i. prouiſiones rerū neceſſa-
riarū. Et in hoc cōſiderabitur ſpes hoſpitalis.
Nam ſi ſit deputatū ad hoſpitandū pauperes:
tunc principalis cura erit in lectis. Alia ſunt
deputata ad curandū infirmos:et tunc princi-
palis cura erit in bonis ꝛ deuotis miniſtris et
expertis in opere medicine:ꝛ ſic de ſingulis.et
ſm hoc erit prouidendū de dote eius.

¶ De cōceſſione per litteras §.VI.

aplicas vel legatorū ſedis aplice ſup ꝓuiſione
quorūcūq3 clericoꝝ cōceſſa directas. Nūquid ꝑ
has poterit eis prouideri de hoſpitali? Rñdet
Lapus nō per cle.ꝑ lr̃as.de prebē.etiā ſi hoſpi
talia illa habeāt eccleſias vel capellas vel alia
iura ſpūalia annexa/niſi de eis ſpecialiter ca-
ueatur. vt in dicta clemē.per lr̃as. et hoc verū
eſt ſi littere ſint gratioſe ſiue in forma paupeꝝ.
vt dicit Pau. Sed qd de lr̃is aplicis ſup reſer
uatione fructuū bñficiorū? Rñdet Lapus : hāc
queſtionē tangit glo.ſup dicta clemē.per lr̃as.
et dicit ꝙ talia nō includunť niſi exprimantur.
Et eſt ratio ſm glo. quia ex quo ſunt deputata

ad certū vſum ſine expreſſa licētia pape ad aliū
vſum cōuerti nō debent. vt in dicta cle. quia cō
tingit. Sed nūquid talia beneficia vacantia p
mortē officialis pape: ſeu p obitū decedētiū in
curia: habēt locū in eis decretales prima ꝛ ſe=
cūda de preben. lib. vj. Rñdet Lapus ꝙ nō de
iure cōi: qꝛ illa ca. allegata loquunt̃ ſolū de bñ=
ficijs ꝛ dignitatibꝰ: ergo nō habēt locū in hoſpi
talibus ratione iam dicta. ¶ Si aūt ſup talibꝰ
Extra= bñficijs emanarent extrauagantes: ꝑut ema=
uagan= nauerūt reſeruationes circa bñficia: eaꝝ tenor
tes no= eſſet inſpiciendus. ex̃ de priuil. c. porro. et niſi
ue mor= fieret expreſſa mentio in illis nō includerent̃.
tificant Nec mirū: qꝛ predicta iura loquētia de benefi
cano= cijs vacantibꝰ in curia includūt beneficia ſpe=
nes. ctantia ad patronos laicos vt videtur innuere
glo. ſup dicta decretali. et de p̄bē. li. vj. Et ſm h̄
de hoſpitalibꝰ habentibꝰ patronos laicos non
eſſet dubiū. Sed nūquid in illis duobus caſibꝰ
poſſint cōferri clericis in beneficiū. de quibꝰ in
dicta cle. qꝛ cōtingit. includunt̃ in lr̃is ſup ꝓui
ſione facienda impetrantibus clericis. Rñdet
Lapus. glo. in dicta cle. per lr̃as. tenet ꝙ non.
Nota Sed nunquid eſt generaliter verū ꝙ in lr̃is ad
bene. bñficia impetratis non includant̃ hoſpitalia?
Rñdeo: diſtinguēdū eſt ſm Lapū vt diſtinguit
glo. in cle. p lr̃as. qꝛ aut hoſpitale eſt principa=
le cui accedit eccl̃ia vel capella: et tūc p dictas
lr̃as nō debetur. Si vo eccleſia ſit principalis
habens annexū hoſpitale: tūc debet̃ per tales
lr̃as ꝛ venit ratione acceſſorij qđ principaliter
nō veniret. facit eo. ti. ſup eo. li. vj. in dubio vo
quia extat eccleſia ꝛ hoſpitale: nec cōſtat qđ ſit
principale: et qđ acceſſoriū: dicit predicta glo.
ꝙ ſi apparet poſſeſſio ꝛ denominatio ꝛc. de pre
ben. c. cū de beneficio. lib. vj. Si non apparet:
repelletur impetrans. Cōſtat enim principale
hoſpitale: nec cōſtat illud acceſſoriū eccleſie: et
certū eſt ꝙ ſi hoſpitale ꝛ eccleſia eſſent annexa:
ita ꝙ neutruꝫ eſt principale haberet locū dicta
clemen. per lr̃as. ſm glo. predictā. Sed nunqđ
legati de latere poſſunt cōferre dicta hoſpita=
lia? Rñdet Lapus. ſi ſunt hoſpitalia in quibus
laici obtinent ius patronatus: non eſt dubiū ꝙ
ſicut nō cōferūt eccleſias collegiatas: eadē ra=
tione nec hoſpitalia collegiata. Sed in hoſpi=
talibꝰ ſpectantibꝰ ad eccleſias collegiatoꝝ vel
ad clericoꝝ diſpoſitionē videt̃ dubiū: qꝛ ſicut
poſſunt conferre talia bñficia: ita ꝛ hoſpitalia.
Glo. tamē ordinaria ſup dicta clemē. per lr̃as.
videt̃ ſentire cōtrariū. Et hoc idē notat Pau=
Nota quid de lus ibi. Vidi tamen ꝯtrariū de facto ſepe: ꝛ le=
lega= tꝰ qđ gati de latere talia hoſpitalia ꝯferūt. Sed licet
de iure talia hoſpitalia nō includant̃ in litteris apoſto
fiat. licis vel legatoꝝ eius ad beneficia impetratis
nūquid in lr̃is epoꝝ includent̃? Rñdet Lapus

ſm Zab. in dicta clemē. non: niſi ꝑut hodie ca
uetur in dicta cle. de religio. domi. Sed Guill.
de monte laud. dicit ꝙ ordinarij ea poſſunt cō=
ferre clericis ꝛ eis aſſignare ꝓ titulis ꝑpetuis
dū tamen conſuetū ſit p plures de antiquo regi
tanꝗ̄ habentia curam animarū vel altaria: vel
hoc conſtitutū fuit a fundatione: vel quis per
electionem creetur in ipſis locis.

¶ De quibuſdā ad que nō §. VII.

tenent̃ hoſpitalarij ſeu hoſpitalia: de qbꝰ poſ=
ſet dubitari. Et p̄mo ſciendū ſm Lapū. ꝙ hoſpi
talarij qbus cōmittunt̃ hoſpitalia gubernāda:
inquantū hoſpitalarij nō tenent̃ ad diuinū offi
ciū ſeu horas. Nam ꝛ laici etiā vxorati poſſunt
eſſe hoſpitalarij q̄ ad officiū non tenent̃. Et ra=
tio eſt: qꝛ nō eſt iure cautū ꝙ teneant̃. Sed cle=
rici qbus collata ſunt hoſpitalia in bñficiū te=
nent̃: qꝛ bñficiū dat̃ propter officiū. Et ſilr̃ ſi
hoſpitalarius eſſet in ſacris cōſtitutꝰ: ꝗuis il=
lud nō haberet in bñficiū. Non etiā tenent̃ ta=
lia hoſpitalia ad cathedraticū. ſm Pau. in cle
men. qꝛ contingit. Et ratio qꝛ bona taliū locoꝝ
tenent̃ ad ſuſtentationē pauperū tm̄: ergo non
ad aliud vnde nō ad cathedraticū: qꝛ nō eſt hoc
iure expreſſum: nec dos p hoc a principio fuit
inſtituta. ¶ Itē nō tenent̃ ad procurationē cū
epũs viſitat ſm Paulū in dicta clemē. qꝛ cōtin=
git. Ex hoc ꝓbat̃ ꝙ epũs nō poſſit viſitare talia
hoſpitalia: quādo ſcꝫ procuratio debet̃ ꝓpter
viſitationē: ſed ad ꝓcurationē nō tenent̃ hoſpi Nota li
talia. Si ergo vult corrigere vel emendare ali bertatē
qđ epũs ad qđ tenet̃ ſm formā dicte cle. inqui= hoſpita
rat ꝛ nō viſitet. Sed de viſitando alij doctores lium.
tenēt ꝯtrariū. Nā Frede. de ſenis in cōſilio. cv.
tenet ꝙ epũs viſitando vel nō viſitādo curā de=
bet habere in hoſpitalibꝰ ꝙ fiant ibi ea ad que
ſunt inſtituta. et dicit hoc ꝓbari in. c. romana.
de cenſi. lib. vj. §. pia. Idem Io. an. ꝛ archi. Et
iſtud eſt verius: nec obſtat ratio pauli. Nā epũs
debet viſitare eccleſiā pauperū nō obſtāte pau
pertate: ꝛ nō debet exigere i dicto caſu. vt. d. c.
romana. ita ꝛ hoſpitalia viſitet et nil exiget cū
pauper intelligat̃: cū oia pauperibus erogari
debet. ¶ Itē non tenent̃ ad decimas papales
hoſpitalia. Dicit enim glo. ſup clemen. ſi bene=
ficioꝝ. de decimis. ꝙ hoc hodie eſt expeditum
p declarationē clemen. honorij ꝛ bonifacij. viij.
vbi dicit̃: De redditibus prouentibꝰ leproſoꝝ
domoꝝ dei ꝛ hoſpitaliū que in vſus pauperū ꝛ
infirmoꝝ cōuertunt̃ decime non ſoluunt̃. Sed
quid ſi cōſtat hoſpitale edificatū ſed non cōſtat
de auctoritate epi: nūquid cenſebitur locus ec=
cleſiaſticus cū alis vt dictū eſt: non dicatur lo=
cus eccleſiaſticus hoſpitale: niſi ſit factū auto=
ritate epi? Reſpondet Lapus. ꝙ Frede. de ſe=

nis in conſilio.cvj. dicit ꝙ ex quo non apparet
cōtrariū in dubio preſumitur: ex quo vocatur
hoſpitale ⁊ habet faciē loci eccleſiaſtici: vt col-
ligitur de priuilegijs patentibus. vnde ⁊ notat
archi. de cōſecra. diſt. j. ne moyſi. ſi dubiū eſt an
in cōſtitutione eccleſie interuenerit autoritas
epī nec ne: debemus preſumere ꝙ interuene-
rit ex quo habet ſigna loci eccleſiaſtici: ⁊ maxi
me ſi talis locus denominatur a noīe alicuius
ſancti: puta dicit̃ hoſpitale ſancti Petri ⁊ can
ciani: immo ⁊ plus dicit Frede. ꝙ etſi nō ſit cō-
ſtructū hoſpitale autoritate epiſcopi: ad epm̄
tamē ſpectat curare vt ſeruentur in eo ea ad q̃
deputatū eſt. cū perſone degentes ibi ſint miſe
rabiles, et ſub ꝓtectione eccleſie eſſe dicantur.
Sed queritur an in talibus hoſpitalibus ha-
beat locū clemen. diſpendioſam. de iudi. vt ſcʒ
in eis ꝓcedatur ſimpliciter et de plano ⁊ ſum-
marie ſine ſtrepitu et figura iudicij? Reſpōdet
Lapus ꝙ hāc queſtionē tangit glo. ordinaria:
et tenet ꝙ ſic ꝑ verbū officijs quod eſt in dicta
clemen. quare nō eſt dubiū ꝙ rectores talium
locoꝝ dicūtur habere. Sed nūquid in iſtis fiet
miſſio in poſſeſſionē cauſa cuſtodie: cum in be-
neficijs non fiat. extra de eo q̃ mittitur in poſ.
cap. j. lib. vj. Reſpondet Lapus: hanc queſtio-
nem determinauit dn̄s meus Lapus abbas: ⁊
concludit ꝙ non fiat miſſio in poſſeſſionē: quia
ex quo poteſt procedi in tali cauſa lite non con
teſtata. vt. ſ. dictū eſt. cum ſit dare viam ordi-
nariā / non recurrit̃ ad extraordinariā. Quid
ergo de clemē. ad compeſcendas. de ſequeſtra.
nunquid habebit locum in iſtis hoſpitalibus?
Reſpondet Lapus. Credo ꝙ ſic per idētitateʒ
rationis: ⁊ per ea que notat dn̄s meus Lapus
abbas in dicta queſtione: vbi dicit ꝙ noīe offi-
cij et beneficij eccleſiaſtici venit locus religio-
ſus ⁊ eccleſiaſticus: et iure eccleſiaſticorū be-
neficioꝝ cenſeri debet. nec obſtat clemē. per lit
teras. de preben. cum ſimilibus. quia loquitur
in ambitioſis et odioſis in quib⁹ fit ſtricta in-
terpretatio. Sed nunquid clemen. cupientes
de elec. habeat locū in hoſpitalib⁹? Rn̄det La
pus. ꝙ Joh. an. ⁊ Bar. ⁊ Guil. dicūt ꝙ nō. et idē
ſentit Archi. et Joh. mo. q2 aliud eſt hoſpitale
aliud eccleſia. Eodē modo poteſt q̃ri vtrū ca. j.
de elec. lib. vj. habeat locum in hoſpitali? Re-
ſpōdeo Lapus abbas videtur ſentire ꝙ ſic: qđ
etiā michi placet non obſtante ꝙ. c. cupientes.
locū non habeat: nā illa loquitur de cathedra-
libus ⁊ regularibus eccleſijs: ſub quoꝝ voca-
bulo hoſpitalia non comprehendunt̃. Sed de-
cretalis ſtatuimus. loquit̃ de electione / poſtu-
lationibus / prouiſionibus / ſed nō poteſt nega-
ri quia hoſpitali ꝓuideat̃ de rectore: de hoſpi-
talibus ergo intelligatur. Idē ſentire videtur
Paulus de legatis factis pro hoſpitali tenen
do: vel poſt ipſum factū eidem ſub diuerſis cō-
ditionibus. Et primo queritur quid ſi teſtator
relinquit quandā domū ſuā priuatam: vel cuʒ
mandauit ibi teneri lectos ad hoſpitalitatem
ſeruandā et vnū famulū ad recipiendū paupe-
res et ſeruiendū: nunquid poterit heres com-
pelli per epiſcopū ad ſeruanduʒ hoc? Reſpon-
det Lapus non eſt dubium ꝙ poteſt: ſicut et in
alijs legatis. de teſta. c. ſi heredes. cū ſi. immo
ſm̄ quoſdā omne legatū eſt pium: ⁊ de omībus
poteſt ſe intromittere epūs. vt de teſta. c. Johā-
nes. et no. archi. xj. q. j. ſilueſter. imo non poſſet
heres vel alius dictā domū ad alium vſum de-
putare: nō ex hoc quia locus ſit religioſus: ex
quo non eſt autoritate epī factus: ſed quia le-
gata ad pias cauſas facta non poſſunt ad aliū
vſum cōuerti q̄ꝫ diſpoſitū ſit a teſtatore vt in di
cta cle. quia contingit. de reli. do. et ita aſtrin-
get heredem ad hoc faciendū: et ſuccedet ipſe
ſi non faciet iſta cogere debet vt cōſeruet vt ad
eum ſtatum ad quem deputatum eſt per teſta-
torem vt pauperes recipiantur ⁊ bene tracten
tur ibidem: ⁊ hoc non ſolum quia perſone mi-
ſerabiles ſunt ſub ꝓtectione epiſcopi: ſed quia
etiam executio pioꝝ legatorū ad eum ſpe-
ctat: et ipſe eſt iudex. Idem ſentit Fredericus
de ſenis. Sed quid ſi tali domui relicte ꝓ ma-
nutenenda hoſpitalitate ibidem reliquerit cer
tas poſſeſſiones: nunquid ille poſſeſſiones te-
nebuntur ad tallias ⁊ onera laicorū? Reſpon-
det Lapus ſic. ex quo locus non eſt religioſus:
tamen illa ſoluit heres qui eſt obligat⁹ ad hāc
domum ⁊ poſſeſſionem ad hunc vſum ſeruare.
Ille eñ poſſeſſiones ſunt partes hereditatis ⁊
ad ipſum heredem ſpectant et pro ipſis obli-
gantur. Sed nunquid poteſt erigi hoſpitale et
in ſui fundatione ordinari ꝙ oīa bona ſibi reli-
cta vel quecūqꝫ obuenientia debeat alienare ⁊
eorū preciuʒ erogare pauperibus? Reſpondet
Lapus ꝙ nō. quia hoſpitale eſt locus eccleſia-
ſticus et religioſus: ergo debet ſubijci regulis
que habent ꝙ bona immobilia ſine cauſa et cū
ſolēnitate non alienentur. vt. x. q. ij. ꝰ. hoc ius.
immo non videtur valere conſuetudo ꝯtraria.
de rebus eccle. non alie. c. ſi quis preſbiterorū.
Sed contrariū puto verū. Non enim hoſpita-
lia hoc caſu incedunt pari paſſu cum eccleſijs
propter diuerſaʒ rationē. Nam bona eccleſia-
rū a principio cōſtituuntur pro ſeruientibus ⁊
onerib⁹ epiſcopalibus ⁊ papalibus ⁊ legatorū
clericorū ſine quo ordo eccleſiaſticus confun-
deretur: ſed bona hoſpitaliū deputant̃ ꝓ pau-
peribus ſuſtentandis: vnde fructus non faciūt
ſuos vt prelati rectores hoſpitalium. Preter-
ea videmus hoc in religioſis mendicantibus

Nota curam epi.

Nota.

Nota de mendicantibus.

ꝙ bona immobilia capiũt vt vẽdãt ⁊ ſibi de pre
cio ꝓuideant cũ illa retinere nõ poſſunt: ſm ea
que notant̃ de ꝓba. ca. in preſentia. ⁊ de relig.
do. ca. j. lib. vj. in glo. hinc eſt ꝙ põt preſcribere
hoſpitale ꝙ capiat oĩa legata relicta pauperi-
bus in vna ciuitate: vt refert Joh. an. et ſpecu.
¶ Et hui⁹ occaſiõe querit Jo. an. an valeat ſta
tutum factũ in ciuitate ꝙ legata talia ſoluant̃
alteri hoſpitali vel religioſo collegio in preiu-
diciũ dicti hoſpitalis: allegat ꝓ et cõtra: ſoluẽ
do tenet ꝙ nõ per plura iura. ⁊ c. veſtra. de loc.
Itaqꝫ ꝑ dictũ ſtatutũ nullũ preiudiciũ põt ge-
nerari predicto hoſpitali. ¶ Sed queritur (qđ
põt frequenter cõtingere) teſtator iuſſit edifi-
cari hoſpitale / vel eccleſiam / vel monaſteriũ in
certo loco: nũquid poterit fieri in alio? vel nun
quid poterit tale legatũ cõuerti in aliud pium
opus: vel ex ꝓcio exponẽdo in ipſa edificatiõe
reparare ſeu augmẽtare aliud hoſpitale? Ad
hanc queſtionẽ que eſt trimẽbris reſpõdet La
pus ad primã partem ꝙ ſine cauſa non licet: q̃
Nota de vi vl timore voluntatis — vltima voluntas teſtatoris ꝓ lege ſeruãda eſt.
xiij. q. ij. c. vlt. ⁊ glo. j. ⁊ ea que ad certum vſum
largitiõe ſunt deputata fidelium / ad illum de-
bent ⁊ non ad aliũ ſalua ſedis apoſtolice aucto
ritate cõuerti. de relig. do. q̃ contingit. in cle-
men. Et ſicut hoc nõ licet in facto / ita nec i mo
do nec in loco. de reſti. ſpo. c. piſanis. Ex cauſa
vero licet: puta q̃ non põt in illo loco fieri hoc
extra de teſta. c. nos quidẽ. Et per ep̃m vel aliũ
inferiorẽ a papa. Ad ſecũdam partem idẽ di-
cit ꝙ nõ poteſt per alium ꝙ̃ per papã ſine cau-
ſa. Ex cauſa tñ etiam per alium inferiorẽ: vt di
ctum eſt de primo caſu. Et ſuꝑ hoc vide quod
ſcribit Lapus abbas in clemen. q̃ cõtingit. et
Bar. de ſaxo ferrato in libello minoricarũ. Ad
partem tertiã dicas idem per omnia. Et facit
hoc ad queſtionẽ quam notauit ſpeculator de
inſtru. edi. §. nunc vero. ver. quid ſi teſtator. Et
Joh. an. de illo qui relicto herede et trib⁹ com
miſſarijs iuſſit edificari et dotari eccleſiã: quo
mortuo duo cõmiſſarij illud legatum cõuerte-
re voluerũt in transferendo vnum monaſteriũ
male ſituatum ad locũ alium: tertius cõmiſſa-
rius et heres diſſentiuit. Ex hoc tenet ꝙ nedũ
duo ex tribus / ſed nec omnes tres cõtra volun
tatem heredis: q̃ in eccleſia nouiter cõſtructa
ius debet acquiri patronatus: et per id memo
ria defuncti conſeruat̃: ⁊ remittit Jo. an. ad ea
que no. in c. nos quidẽ. de teſta. Verũ in predi
ctis excludit̃ auctoritas apoſtolice ſedis: q̃ vt
dicit Guil. de monte lau. ipſe põt in legatis ad
pias cauſas quicquid vult facere. Sed vtrũ le
gati ap̃lice ſedis poſſint iſta legata ſine cauſa
cõuertere ad alios vſus. Et tenet glo. ordina-
ria ſuper clemen. q̃ cõtingit. ꝙ non. Et idẽ La-
pus abbas. ¶ Sꝫ quid ſi teſtator legauit vnũ
hoſpitale fieri i fundo ſuo ꝑ executores: ipſumqꝫ
dotari ad vſum pauperũ. Executores autẽ au
ctoritate prelati volũt facere vnam eccleſiam
religioſoꝝ: nũquid poſſunt hoc facere? Reſpõ-
det Lapus abbas et tenet ꝙ non. Refert Joh.
an. cum quibuſdam iuriſtis cõſuluiſſe contra-
rium: aſſignant ꝓ ratione / q̃ qui magis ⁊ me- Nota.
lius facit nõ aliud ſed idẽ facit: ſed pl⁹ eſt eccle
ſiã religioſoꝝ facere vel edificare ꝙ̃ hoſpitale.

¶ De rectore hoſpitalis §. VIII.

quo ad modũ hoſpitalitatis. Et primo querit
vtrũ hoſpitando vel elemoſynas largiẽdo poſ
ſit ꝑferre cõiunctos extraneis? Reſpõdet La-
pus: hec queſtio tangitur de cohabi. cle. c. j. Et
deciditur ꝙ vtiqꝫ preferendi ſunt ꝓpinqui ex-
traneis: quod eſt intelligendum ſi egeant: non
autem ſi ſunt diuites vel vt diuites faciat. Ad
quod etiam facit diſtin. lxxxvj. non ſatis. circa
finem. contra tamen facere videtur diſtin. xlij.
ſi quis. vbi dicitur ꝙ in hoſpitali nõ debet eſſe
delectus perſonarũ. i. diſcretio: quod poteſt tñ
intelligi vt ſcilꝫ nõ attendatur ad qualitatem
perſone: puta q̃ amicus vel conſanguineus:
ſed ad indigentiam magis. ¶ Sed nũquid ho
ſpitalarius poſſet eligere ad hoſpitandũ et re-
ficiendũ / ⁊ alios actus ad quos deputatus eſt
exercendum certos pauperes perpetuos: ita
ꝙ illis viuentibus alius non admittatur? Re-
ſpondet Lapus: ſi hoſpitale eſt deputatum ad
hoſpitandum ⁊ pauperes reficiendum: vel ad
alium actum charitatis exercẽdum: non puto
licite predictam electionem facere / q̃ non vi- Nota de rõnabili obſequio.
detur talis fuiſſe mens conſtituentis: nec tan-
tum debet dari vni: vnde aliĩ ſcrupuloſo corde
moueantur. In diſtributione enim debẽt plu-
ra cõcurrere ⁊ conſiderari diuerſa in indigen-
tibus: vt patet diſt. lxxxvj. ca. non ſatis. Et de
hac materia multa habes in ſecunda parte ti.
j. ca. xxiiij. de inhumanitate. ⁊ in quarta parte
titu. v. de miſericordia. nõ ergo illa que debẽt
obſeruari in hmõi: qui totũ hoſpitalitatis offi
cium ad certas perſonas conuerteret ceteris
excluſis: nam aliis iniuria fieri videretur. Et
poſſet hoc per epiſcopũ corrigi tanꝙ̃ indiſcre-
te factum: vt q̃ vſum debite hoſpitalitatis et
mentẽ diſponentis peruertit ſeu reſtringit: vt
in clemen. q̃ contingit. Non tamẽ nego quin
poſſit fundari hoſpitale a principio cũ iſto or-
dine: vꝫ ꝙ rector teneatur eligere decẽ vel plu
res certos paupeꝛ perpetuos ꝓ facultatibus
hoſpitalis: ⁊ illos ſolos reficere vel hoſpitari:
⁊ vno eorum decedente alter ſubſtituatur: hoc
enim appoſitum in principio non eſt illicitum.
In re ſua quilibet eſt moderator et arbiter. Et

cuilibet eſt licitū in re ſua ponere cōditionē honeſtā et maxime autoritate epiſcopi etiā ꝗ alr̄s de iure cōmuni non procederet. vt de relig. do. cōſtitutus. Unde ⁊ patronus in eccleſia poteſt ſibi reſeruare vocē cōſentiente epiſcopo: iuxta ea ꝗ notanꝭ in.c.nobis. de iure patro. ¶ Idez ſepe fit in domibus deputatis pro ſtudentibus prout diſpoſuit do.car.ſabineñ.bono.⁊ magnꝰ ſeneſcallus regni ſicilie prope florentiā in monaſterio quod fecit carthuſienſiū. hoc etiā fieri conſueuit in leproſariis: vt certi leproſi vſqꝫ ad certū numerū eligantur: vt in hoſpitali ſancti Euſebii iuxta florētiā. Queritur exinde an reſeruatio generalis facta de beneficiis Johannis.xxii. comprehēdit hoſpitalia collegiata in quibus ſunt cōuerſi laici eligentes ſibi rectorē quādoqꝫ clericū / quādoqꝫ laicum? Reſpondet Lapus hanc queſtionē mouet Frede. de ſenis in opere ſuo. et tenet ꝙ non. mouet eum: quia nomine eccleſiarū monaſteriorū vel prioratuū non comprehenduntur hoſpitalia ſiue in materia fauorabili: ſiue in materia odioſa. Et ſemꝑ illa tria videlicet monaſteria eccleſie ⁊ pia loca ponuntur vt diuerſa: ⁊ ſub diuerſis vocabulis nūcupantur: ⁊ ſic nō ſunt idem: quia etſi reformatio talium locoruꝫ pertineret ad papam propter diutinā vacationē fraudaretur hoſpitalitas cōtra mentem iuris. de relig. do. in clemen.ii. ſm eum. Sed nūquid poſſunt rectores hoſpitaliū adminiſtrare vel agere ante preſtitum iuramentū ⁊ ante confectū inuentariū ad que tenenꝭ in clemen. quia cōtingit? Reſpōdet Lapus ꝙ hanc queſtionem mouet Paulus in dicta clemen. et dicit ꝙ non: ſicut nec tutor nec curator. Et oīa opponi poſſunt ꝯtra iſtos ſicut que cōtra tutores ⁊ curatores opponi poſſunt reſpectu iuramēti nō preſtiti vel inuentarii nō cōfecti cū inſtar eorū ad hec duo teneanꝭ. Sed nūquid valet cōſuetudo que habet ꝙ oīa bona hoſpitali relicta etiam immobilia alienet ⁊ in vſum pauperū deputet? Reſpondet Lapus valet vtiqꝫ. Sed nūquid in alienatione taliū bonoꝝ immobiliū hoſpitalis requiriꝭ illa ſolēnitas iuris que requiriꝭ in alienatione rerū eccleſie? Reſpondet Lapus ꝙ Pe. de bella. ꝓut refert Pau. in cle. q: cōtingit. tenet ꝙ decretū eſt neceſſariū in immobilibus. In his aūt ꝗ ſeruando ſeruari nō poſſunt: nō requiriꝭ. alle. C. de admi. tu. lex ꝗ tutores. Et iſta faciunt ad id qđ obſeruat hoſpitale ſctē Marie noue de florentia: cuiꝰ rector cōſueuit de triennio in triennium impetrare licētiā a dño archiepō florētino vendēdi et alienādi que obuenire cōtingit vel cōtinget ipſi hoſpitali ⁊ vigore dicte licētie ꝑima vendit. Queriꝭ nunquid iſtud de iure fieri poſſit? Rñdet Lapus. nō eſt dubiū ꝙ in bonis eccleſiarū non ſufficeret dicta licētia vbi requiritur materia: ſcꝫ iuſta cauſa. et forma. ſ. tractatus inferioris ⁊ autoritas ſuperioris: ſed talis licentia diffuſa vaga ⁊ incerta nō poteſt ꝓdicta includere. Sed in hoſpitalibus puto idē ſi loquerenmur de dote primaria que ꝯſtituta fuit ⁊ ſine qua epiſcopus nō debet pati hoſpitale de nouo erigi. vt. ś. dictū eſt. Sed de bonis obuenientibus ex relictis vel ex elemoſinis fideliū: iſta facilius poſſunt vendi: quia cauſa ſemꝑ eſt vniuerſalis ꝑpetua ⁊ iuſta: ſcꝫ vt diſtribuanꝭ in vſus pauperū: et ideo dicta licentia generalis poteſt ſe legitime ad dictaꝫ ꝑpetuā referre. Et ſi valet hec cōſuetudo ꝑ ſe: multo fortius cū licentia epī. et ſic dicta obſeruātia dicti hoſpitalis videꝭ poſſe ſuſtineri. Sed nūquid hoſpitale poſſit ꝓſcribere decimas? Rñdet Lapus ꝙ ſic ex quo eſt locus religioſus: vtputa q: erectus autoritate epiſcopi: vnde talia iura poſſunt ſibi accidere. vt de preben. ca. per lras. lib. vi. Et probaꝭ ꝑ clemen. q: cōtingit. vbi poſſit preſcribere ſepulturā pauperū ⁊ habere ibi preſbiterū celebrantē diuina ⁊ adminiſtrantē eccleſiaſtica ſacramenta. Sed nūquid rectores hoſpitaliū faciunt fructus ſuos? Reſpondet Lapus ꝙ glo. ſuꝑ cle. q: ꝯtingit. tenet ꝙ non / etiā ſeparatos a ſolo. idem zen. ibidē. Sed queriꝭ quot pauperes ⁊ infirmos teneatur hoſpitale recipere? Reſpondet Lapus. quot poteſt ex fructibus ⁊ facultatibus cōmode ſuſtentare. Ita dicimus de monialibus recipiēdis. vt de ſta. re. c.i. lib. vi. ita ⁊ in clericis inſtituēdis. eꝭ de inſti. c.i. Ita ⁊ in procuratione habenda eſt ratio facultatis. de cēſi. c. ſopite. Ita etiā notat zab. Et ꝑ hoc patet ꝙ plus abūdans ad plures recipiendos tenetur. hoc tamen ſm Paulū nō habet locū in leproſariis: q: ibi ſunt cōtinui ⁊ anno ſterili nō poſſunt nutriri: ab initio xo debuerūt tot recipi quot potuerūt cōmode ſuſtentari ſicut in aliis eccleſiis. vt de vita ⁊ honeſta. clericoꝝ. c. quoniā. Sed nunqđ poterit ꝑ perſonā aliaꝫ habilē vel haberi vel ꝓſcribi hoſpitale in proprietatē? Rñdet Lapus ꝙ ſic: q: etiā eccleſia ſic poteſt preſcribi: vt lite nō cōteſta. ca. ii. et eo. ti. c. eū qui. lib. vi. Unde fortiꝰ hoc in hoſpitali: ⁊ tunc regiꝭ ꝑ cuſtodē vel famulos eccleſie vel loci qui tale hoſpitale preſcripſerit. Idē puto de mēſa. et ea ratione: quia ſi eccleſia poteſt eſſe de menſa alterius: et per illū regi ſine proprio rectore: vt de exceſ. prela. ca. frequens. in clemen. Et idem puto ꝙ poſſet competere ponere hoſpitalarium ⁊ remouere ad nutum alicuius prelati eadem ratione.

Boni caſus.

Nota legē hoſpitalium.

¶ De hoſpitalibus quo ad ſepulturas. §.IX.

Quid ſi aliquis eligit ſepulturam

apud eccleſiā hoſpitalis: nūquid eccleſia parrochialis debet habere canonicam de relictis eis? Reſpondet Lapus ſm Hoſti. ⁊ Joh.and. eccleſia parrochialis de oībus relictis eis ꝓ anima debet habere canonicā. de ſepul. c. in noſtra. Et hoc ſiue relinquat eccleſie: vel eccleſie et fratrib⁹ ibi morantibus: ſiue in genere ſiue in ſpecie. ſiue dicat. relinquo hoc hoſpitali: immo ſm quoſdaꝫ ex quo elegit apud hoſpitalarios ſepeliri etiā de relicto hoſpitali etiā ſi expreſſe dicat nō pro aīa ⁊ ſepultura: vt de ſepulturis. c. de his. Sed quid ſi ibi nō elegit ſepulturā: ſed tm̄ de iure ibi ſepeliendus eſt: vel qꝛ ei dederit ſe ⁊ ſua: vel qꝛ factus eſt frater. vt ex de priuileg. ca. vt priuilegia. vel quia ibi erant ſepulcra parentū. eo. titu. cap̄. j. Reſpōdet Lapus ſm Hoſtieñ. ⁊ Joh.and. in cap̄. in noſtra. debet parrochialis de omnibus habere canonicam ex quo in eorū eccleſia ſepelitur de iure ſine electione. Quid ſi ibi ſepeliri non potuit per caſum fortuitū: puta quia tempore mortis teſtatoris locus ille erat occupatus ab hoſtibus: vel alia iuſta cauſa: vt quia in bello mortuus: nec potuit diſcerni corpus? Reſpondet Lapus: ꝙ ſm Hoſtieñ. et Johan.and. in dicto cap̄. in noſtra. habebit eccleſia parrochialis de oībus canonicam: ſecus ſi dixiſſet: relinquo hoc eccleſie ī qua ſepeliar ⁊ illud hoſpitali: tūc enim de relicto eccleſie vbi eligit ſepulturam deducet canonica portio ⁊ nō de relicto hoſpitali: quia hoſpitalarij ſunt exempti: et de his q̄ legātur locis exemptis (niſi ibi eligatur ſepultura) eccleſia parrochialis nil habebit. allegat de teſta. cap̄. officij. et de ſepulturis. Ea enim que ſic diuiſim ſunt hoſpitali relicta nō vident relicta hoſpitali pro ſepultura: ſed alr̄s pro anima. Sed q̄d ſi nec de iure debuit ſepeliri apud hoſpitalarios: nec ibi elegit ſepeliri: ſed de facto ibi alr̄s ſepultus eſt? Reſpondet Lapus: ꝙ ſm Innocen. ⁊ Johan.and. in cap̄. in noſtra. ꝙ de relictis nec in totum nec in partem reddet parrochiali eccleſie: ſed corpus tm̄ ⁊ oblatiōes et alia que ad ipſos ratione ſepulture deuenerūt: vt de ſepulturis. c. ex parte. Quid ſi hoſpitale habet parrochiam: id eſt habet eccleſiam que eſt hoſpitale? Reſpondeo ſm Innocentiū ꝙ in iſto caſu niſi eccleſia ſit exempta diuidet legatum factū eccleſie de quo percipietur canonica a legato facto hoſpitali: de quo nil percipiet cum ſit exemptū: vt de teſtamentis. cap̄. officij. ſed illa capitula ſm aliquos probant cōtrarium. Quid ſi teſtator dicat: relinquo hoc vel illud hoſpitali: non pro ſepultura: ſed alia iuſta cauſa? Reſpondet Lapus: in tali caſu nil percipiet eccleſia parrochialis: niſi relinquēs ſe trāſtuliſſet ad hoſpitalarios. de ſepulturis.

cap̄. de his. vel niſi eccleſia hoſpitali ſit vnita: ita ꝙ quicquid dicitur de vno neceſſe ſit vt intelligatur de alio: puta quia hoſpitale cum eccleſia ſua exemptum eſt: nec in ſpiritualibus: nec in temporalibus eſt aliquid in eis diuiſuꝫ ſpecialiter ⁊ ſeorſum. Item cum huiuſmodi loca ad pios vſus deputata diuerſis nominibus nuncupentur: ⁊ aliqua habeant altaria in quibus diuina celebrantur: aliqua habent ſimpliciter domos in quibus obſeruatur hoſpitalitas. Item eorū aliqua ſunt deputata ad pios vſus per laicos ſine autoritate epiſcopi: ⁊ multa talibus locis relinquuntur in vltimis volūtatibus ꝓ remedio animarū ſub diuerſis modis et verbis. Queritur an epiſcopus de his poſſit petere quartam? Reſpondet Lapus ſm dn̄m Franciſcum cluſinū in quodā ſuo opuſculo: ꝙ cum omnia predicta loca ſint pia: et oīa pia loca ad quartā teneantur: vt de teſtamentis. cap̄. officij. concludit omnia predicta loca ad quartam teneri. Et dicit Hoſtieñ. hanc opinionē probare in ſumma de ſepulturis. Et concludit ꝙ de omnibus relictis pro anima debet quarta. Et declarat que dicātur pro anima relicta: illa videlꝫ que relinquuntur eccleſie vel pio loco: etſi de anima nulla ſit mentio in legato. Itē quicquid ab extraneo relinquitur prelato: etiam ſi nomen prelati ſit expreſſum in legato. Itē dicit deberi quarta de relictis hoſpitali iure inſtitutionis. Item de relictis pauperibus alicuius hoſpitalis: quia legare pauperib⁹ alicui⁹ hoſpitalis vel loci eſt legare hoſpitali vel loco: quod expreſſe notat Johan.and. de conuer. coniu. in cap̄. dudum. quantūcunq; de relicto ſimpliciter pauperib⁹ gabella nulla ſolui debeat. Item non ſolū de mobilibus: ſed etiaꝫ de immobilibus q̄ relinquit in vltima voluntate teſtator: vt molendinis et hmōi aliis.

Utrum ep̄s poſſit accipere quartam.

¶ Querit ſi det pecunia pro hoſpitali habendo: vtrū cōmittatur ſimonia? Reſpondet Lapus. gloſa. j. q. vij. videtur ſentire ꝙ ſic: immo etiam ſi detur pro adminiſtratione pauperū. et videtur probari hoc. j. q. iij. ſaluator. vbi dare pecuniam pro officio caſtaldi aduocati vel iudicis eccleſie cōmittit ſimonia. Et glo. ibi tangit iſtam queſtionē: ⁊ ponit opiniones contrarias. Hugo dicit ꝙ in oīni adminiſtratione eccleſiaſtice rei committitur ſimonia ſi detur pro huiuſmodi pecunia: et eſt ſimonia ſm eū: quia prohibita. Alij dicunt ꝙ ſimonia eſt ſi eſt adminiſtratio talis que habeat aliquid ſpiritualitatis annexuꝫ. facit quod notatur extra de ſimo. cap̄. conſulere. et hoc videtur verum. Sed nūquid beneficium poteſt permutari cum hoſpitali? Reſpōdeo ſm Frede. de ſenis ꝙ ſic. ſi hoſpitale conferatur in beneficiū clericis: ſecus ſi

hoſpitale ſit conceſſum laicis. Sed ſi clerico ſit cõmiſſum vt bono iure non in beneficium: putat ꝙ poſſit fieri permutatio: quia non eſt titulus totaliter ꝓfanus: ſed eccleſiaſticus: nec poteſt vendi ſine vitio ſimonie. Si queratur quid poſſet opponi contra rectores bonoꝝ hoſpitaliũ? Reſpondet Lapus ꝙ poteſt opponi ꝙ non fecit inuentarium ſolẽniter ⁊ ꝙ ſit minor .xxv. annis. C. de epiſco. et cleri. Orphanotrophos. Item ꝙ eſt turpis perſona et ſuſpecte vite: vel ꝙ eſt ei interdicta adminiſtratio. iij. q. ij. cap. quia. Sed infra quantum tempus debet compleri hoſpitale? Reſpondet Lapus. Hoſtiẽ. dicit in ſumma. ꝙ infra annũ: ſi fiat oratoriuꝫ infra quinquẽnium. in aut. de eccleſiaſti. titu. §. ſi quis autem. Item queritur vltimo / vtrũ diocesanus poſſet viſitare hoſpitalia infectorum ſue dioceſis habentia altaria / oratoria / et campanilia? Reſpondet Lapus ꝙ Frede. de ſenis in opere ſuo tenet ꝙ ſiue ex teſtamẽto ſiue a principio inter viuos ordinatum fuit ꝙ locus talis eſſet deputatus ad vſuꝫ hoſpitalitatis: ſiue interuenerit autoritas epiſcopi ſiue non: poteſt per epiſcopũ viſitari: vt viſitando inquirat an ibi illud fiat propter qđ cõſtitutũ eſt: ⁊ propter qđ ibi fiunt elemoſyne a fidelibus: ⁊ maxime cum habeat ſigna / formam / ⁊ ſtatum loci pij ⁊ eccleſiaſtici: vel etiam ſic denominet. ad hoc de ſenten. excõ. c. ſi iudex. lib. vj. et quod notat archi. de preben. c. cũ de beneficio. lib. vj.

Impedimẽta hoſpitalarij.

De eccleſiis et patronis earum. Titulus .xii.

Eccleſia trib⁹ modis ſumit. Cap. i.

IN eccleſijs bñdicite deo: dño de fontib⁹ iſrael. ps. lxvij. Uos ſcꝫ fideles qui eſtis de fontib⁹ baptiſmalib⁹ iſrael. i. chriſtianitatis que deũ videt per fidẽ. Sic enim interpretatur iſrael ſcꝫ videns deum. De fontibus dico leuati ſiue renati benedicite deo. Bñdicit autẽ quis deũ corde colendo ⁊ recte de eo ſentiendo. ps. cij. et. ciij. Benedic anima mea dño. et Iob. j. Benedicant deo in cordibus ſuis. ore ipſum laudando ⁊ predicãdo. Iaco. iij. Ex ipſo ore benedicimus deum ⁊ patrẽ. opera virtuoſa propter deũ operando. Tob. iiij. Omni tempore benedic deum: ſcꝫ bene operando. Benedicite inquit deo in eccleſijs. Ubi nota ꝙ eccleſia tripliciter accipitur.

- Pro collectione fidelium generali.
- Pro ꝯgregatiõe iuſtoꝝ ſpeciali: alr̃s ſpũali.
- Pro edificatione lapidum materiali.

De prima dicit. i. Timo. iij. §. I.

Scias quomodo in domo dei oporteat te conuerſari que eſt eccleſia dei viui. i. cõgregatio fideliũ. Hec deſignãtur parabolice Matth. xiij. cap. cũ dicitur. Simile eſt regnum celorũ. i. preſens eccleſia: ſagene miſſe in mari: et ex omni genere piſcium cõgreganti. Mare preſens ſeculum: piſces homines: ſagena immiſſa doctrina euangelica: que ex autoritatibus connexis conſtat. hec capit piſces bonos et malos: quia ſub hac doctrina fidei cõcluduntur multi boni et mali: ſed in fine diſcernuntur. Unde Grego. xxiij. q. iiij. hec vita. ait. Hec vita que inter celũ et infernum ſita eſt ſicut in medio ſubſiſtit: ita vtrarũq; partiũ ciues cõmuniter recipit: quos tamen ſancta eccleſia indiſcrete. i. indiſtincte ſuſcipit: ⁊ poſtea in egreſſione diſcernet. Si ergo boni eſtis ꝙdiu in hac vita ſubſiſtitis, equanimiter tolerate malos. Naꝫ quiſquis malos non tolerat: ipſe per impatientiã ſibi teſtis eſt. quia bonus nõ eſt. Hec ille. Iſta mixtura multipliciter figurata eſt: ⁊ oppreſſio ⁊ ꝑſecutio bonoꝝ a malis ꝑ opa ⁊ mala exẽpla: vt ꝑ Cayn et Abel quorũ ex vno patre ⁊ matre ⁊ vna domo Cayn interfecit Abel. Sic in arca Noe ex filijs vnus reprobus inuentus eſt: ſcilꝫ Cham. In domo vna Abrae Hiſmael qui perſequebatur Iſaac fratrẽ ei⁹. In domo Iſaac vterini Iacob dilectus et Eſau odio habitus ꝑſequẽs fratrẽ ſuum Iacob. In domo Iacob filij perſequentes ⁊ vendentes fratrẽ ſuũ Ioſeph. Hinc et Hiero. Qui ſm carnẽ natus eſt perſequebatur ſpiritualẽ: nunꝗ autẽ ſpiritualis carnalem perſequitur: ſed ignoſcit ei quaſi ruſticano fratri. Scit enim poſſe ꝓficere per tempus. xxiij. q. iij. c. qui ſm. Iſta aũt tolerantia maloꝝ referenda eſt: vel quo ad ſocios in quibus quis nõ habet autoritatẽ coercendi: vel quo ad ea que iudicialiter puniri non poſſunt: q: nec probari ſi ad prelatos extẽdat. Nã mali chriſtiani qui alijs nocent: diuerſis modis coerceri a ſuis inſolẽtijs debent cũ poſſunt ꝑ rectores. qđ docet Augu. dicẽs. xxiij. q. iiij. qđ faciet. Quid faciet eccleſie medicina: ſalutẽ oĩm materna charitate cõquirẽs / tanꝗ inter freneticos ⁊ lethargicos eſtuans: nunqđ ꝯtẽnere: nunqđ deſiſtere vel dꝫ. vel poteſt ſcꝫ a correctione / vtriſq; ſi neceſſe eſt: vt ſit moleſta: q̃ neutris eſt inimica. Nã ⁊ frenetici nolũt ligari: ⁊ lethargici nolũt excitari. Sꝫ ꝑſeuerat diligẽtia charitatis: freneticũ ligare: lethargicũ excitare: ambo offendunt et ambo diligunt: ambo moleſtant ꝙdiu egri ſunt indignant: ſed ambo ſanati gratulant. Hec ille. Et poteſt freneticꝰ dici q̃ alijs nocet. lethargicus qui ceſſat a bono ad qđ tenet. Ille dꝫ refrenari

Inſignis ca non ex grego.

Attẽde prelate. ⁊ predicator.

⁊ iſte ad bonum debitum ſtimulari. Et dicitur hic eccleſia prelatus eccleſie. Nam vſitatū eſt vt a toto denominetur pars principalior.

Secundo modo ſumitur §.II.

eccleſia ꝑ cōgregatione bonorū fideliū, q̄ ſunt per charitatē xp̄o incorporati: de quo pōt intelligi illud pſ̄.xxxiiij. Confitebor tibi in eccleſia magna.ſ.virtute: ⁊ ꝑ.i.in populo graui ſcʒ moribus virtuoſis laudabo te. De hac Hiero. de pe.di.j.eccleſia xp̄i. Eccleſia xp̄i eſt non habens maculā mortalis culpe: nec rugam.ſ.erroris. Unde qui eſt aliqua ſorde peccati pollutus/de eccleſia dici nō pōt: nec xp̄o ſubiectus. hec ille. Ad idem facit qđ notat Amb.xxiiij.q.

Aure⁹ canon ambroſij. j.que dignior. Que dignior domus aplice predicationis ingreſſu q̄ ſancta eccleſia: aut quis preferēdus magis oībus videtur q̄ xp̄s, qui pedes ſuis cōſueuit lauare hoſpitibus: ⁊ quoſcunqꝫ ſua ſuſceperit domo ſcʒ eccleſie pollutis nō patiaꝛ habitare veſtigijs: ſed maculoſos ſi in ea receperit:lʒ vite prioris:in reliquū tñ dignatur reformare ꝓceſſus: hic eſt ſolus quem nemo debet deſerere: nemo mutare: ad quē di

Joh. vj citur Dn̄e ad quem ibimus: verba vite eterne habes. hec ille. Hec eſt eccleſia que regiꝛ a ſpirituſancto: corpus xp̄i myſticū qđ vegetaꝛ ſpi

Lu. xx. ritu eius: ꝑ qua xp̄s orauit ne fides deficeret. Unde ſemꝑ firma manebit quouſqꝫ transferaꝛ tota in triūphātē.de qua et Hiero.ait.xxiiij.q. j.omnibus cōſideratis. Omnibus cōſideratis: puto me non temere dicere aliquos ita eſſe in domo dei/vt ⁊ ipſi ſint eadē domus dei.ſ.eccleſia: vt dicit glo.que diciꝛ edificari ſupra firmā

Mat. xvj. petram.ſ.xp̄m: que vnica columba appellatur, que ſpōſa pulchra ſine macula et ruga: ⁊ hort⁹

Can. vj cōcluſus:fons ſignatus:pute⁹ aque viue:para

Canti. iiij. diſus cū pomorū fructu. De hac domo dicitur Qui habitare facit vnanimes in domo.ſ.eccleſie. hec ille. Et q̄uis deceat miniſtros eccleſie ſcʒ clericos in virtute laicos excedere: qꝛ vt dicit Hiero. valde eccleſiam dei deſtruit laicos meliores eſſe q̄ clericos. viij.q.j.qualis. tñ ſi ſint mali et quantūcūqꝫ mali: dūmodo tolerati cōferunt veritatē,⁊ virtutē ſacramētoꝝ: ⁊ acceptanꝛ a deo orationes.⁊ officia publica eoꝝ:qꝛ reſpicit deus ad eccleſiā cui⁹ illi ſunt miniſtri: non ad eos q̄ ſunt in hoc vt inſtrumēta mota a deo ad iuſtificandū creaturā. Unde Aug. Spiritusſanctus in ſancta eccleſia ita operaꝛ vt reprobos fugiat: ⁊ tñ per eorū miniſteriū reprobos colligat. j.q.j.ita fit. Sed nec per iniuſtā

Diuerſimode dr qs eē extra vel intra eccleſiā. excluſionem ab eccleſia, que fit a prelatis, efficitur quis extra hanc cōmunionē:nec ꝑ indebitam admiſſionē ſeu collationem ſacramentoꝝ efficiꝛ quis intra eā. Unde Aug. Sicut ig̃ quē ſacerdos in eccleſia tolerat: eſt tñ extra eccleſiā,⁊ extra corpus, cui⁹ caput eſt xp̄s:ſi ei oſtiarius.ſ.xp̄s nō aperit: ita nō ideo extra eccleſiā eſt:⁊ nō eſt de corpore ſi quis paſtoris ꝑiudicio cōpelliꝛ foris eſſe.j.q.j.vt euidēter. Ut euidenter oſtenderet dn̄s a ſpūſancto, quē donauit ſuis fidelib⁹ dimitti pctā nō meritis hoīm: quodā loco ſic ait. Accipite ſpiritūſctm̄:⁊ ꝯtinuo ſubiecit. Si cui dimiſeritis pctā remittunꝛ ei:hoc eſt ſpūſſanctus dimittit/non vos. Proinde ſicut ig̃ quem ſacerdos in eccleſia tolerat: eſt tñ extra eccleſiam,⁊ extra corpus, cuius caput eſt xp̄s: ſi ei oſtiarius nō aperit/ ita nō ideo extra eccleſiam eſt:⁊ non eſt de corpore ſi quis paſtoris preiudicio compellitur foris eſſe.

Tertio modo ſumiꝛ eccle §.III.

ſia ꝑ edificio materiali:de qua.j.Tim.iij.Uolo in eccleſia oratiōes fieri. De hac diciꝛ de cōſe.diſt.j.nemo.j. Nemo eccleſiā edificet anteq̄ ciuitatis ep̄s veniat ⁊ ibidē crucē figat:publice atriū deſignet. Et.j.q.j.placuit.j. Placuit vt de ordinatiōe clericoꝝ nulla ep̄i munera ſuſcipiāt. Sed (ſicut ſcriptū eſt) qđ gratis donante deo acceperūt/gratis dent: nō aliquo ꝓcio dei gratia,⁊ impoſitio manuū vendaꝛ:qꝛ antiqua diffinitio patrū ita de eccleſiaſticis ordinatiōibus ſtatuit dicēs:anathema ſit dāti,⁊ accipienti. Propterea qꝛ aliquāti multis ſcelerib⁹ obruti ſancto altario indigne miniſtrātes nō hoc teſtimonio bonoꝝ operū/ſed ꝑ effuſione munerum obtinent: opʒ non ꝑ gratiā munerū/ſed ꝑ diligētem prius diſcuſſionē: deinde ꝑ multorū teſtimoniū clericos ordinare. Ex hac auctoritate beati Ambro.⁊ Grego.ptʒ q̄ ſimoniaci ſicut ⁊ alij heretici a fide exorbitāt:⁊ ideo cōiter de illis intelligiꝛ qđ etiā de alijs decerniꝛ. Itē opponiꝛ q̄ ꝓphetia donum ſpūſſancti eſt:hoc aūt in veteri teſtamēto a ſanctis ꝓphetis vēdi conſueuerat: vñ Saul ad ſamuelē ꝑ vaticinio expetendo non niſi cū munere ire preſumpſit. Uxor etiā Hieroboā ad hoīem dei nō niſi cum munere acceſſit. Itē xp̄s a iuda vēditus auriculā ſerui ſanauit. Exēplo itaqꝫ Saulis ⁊ vxoris Hieroboā ptʒ q̄ donū ſpūſſancti emere vel vendere nō eſt peccatū. Exemplo xp̄i liquet q̄ ſpūſſanct⁹ etſi iniuſte a ſimoniacis venalis patetur/virtutis tñ ſue non obliuiſciꝛ:nec deſinit effectū ſue gratie etiā venditus preſtare. Sed de ꝓphetia beat⁹ Hiero. in micheā cōpetēter ſoluit malos tm̄ accepiſſe et nō bonos denunciaſſe. Et.j.q.ij.placuit.diciꝛ. Unuſquiſqꝫ ep̄oꝝ meminerit vt nō prius dedicet eccleſiā: niſi ante dotē baſilice,⁊ obſequiū ipſius ꝑ donationē chartule cōfirmatū accipiat. Nam nō leuis eſt iſta temeritas vt ſine luminarib⁹, vel ſine ſub-

Anteceſte ep̄i ⁊ pſ̄byteri ſacramētoꝝ adminiſtratores.

ſtantiali ſuſtētatione eoꝝ qui ibi ſeruituri ſunt: tanq̄ domus priuata cōſecret eccleſia. Et hic de partibus edificatiōis quid ſignificēt.ſ.ſtat⁹ eccleſie militātis que ponit Rich. vt habes in lib. exceptionū parte.ij.lib.x.q̄ hec myſtice exponit. In iſtis ergo eccleſijs ab omnibus benedicitur deus. Sed ꝓ nunc de materialibus loquendo a pluribus benedicitur.

¶ Benedicite ergo vos patroni deo in eccleſijs edificandis/dotandis/⁊ defenſandis.

¶ Benedicite ⁊ vos oēs xp̄iani deo in eccleſijs venerādis/⁊ mētibus ad deū applicādis.

¶ Benedicite ⁊ vos ep̄i ⁊ clerici deo in eccleſijs cōſecrandis/officiandis/⁊ ordinandis.

¶ Primo ergo benedicunt §.IIII.

deū patroni in eccleſijs dū eas cōſtruunt et dotant/⁊ iura ⁊ bona cōſeruant: vt in eis benedicatur deus. Sed hodie videt̄ de facto mutatū in lege vt veri⁹ poſſint dici latrōes q̄ patroni: vt merito eis cōueniat illud Eſa.j. Principes tui qui fuerūt primi ad edificandū: ſocij furum diripiētes bona eccleſiarū: oēs diligūt munera que dant̄ eis a rectoribus eccleſiarū: vt defendāt eos in malis: ſequūtur retributiōes: cū ſcꝫ preſentāt: non attendūt ad merita pſonaꝝ: ſed vnde plus valeāt habere emolumētū tēporale. Sed ſacrilegiū magnū eſt: vnde dicit̄.xvj. q.vij.ſi quis.iiij. Si quis principū vel alioꝝ laicorū diſpoſitionē vel dominationē rerū vel poſſeſſionē eccleſiarū ſibi vendicauerit: vt ſacrilegus iudicet̄. Item Greg.vij. dicit in cōcilio generali. Si quis impatoꝝ/regū/ducū/vel quilibet ſecularū poteſtatū vel pſonarū inueſtituram ep̄atus vel eccleſiaſtice dignitatis alicui⁹ dare p̄ſumpſerit: ſciat ſibi introitū eccleſie interdictū.xvj.q.vij.ſi q̄s deinceps.⁊ in.c.ſeq. dicit̄. Decernim⁹ vt null⁹ clericorū inueſtituras ep̄atus vel abbatie vel eccleſie de manu impatoris/vel regis/vel alicuius laice perſone viri vel femine ſuſcipiat: qḋ ſi p̄ſumpſerit recognoſcat inueſtiturā illam apoſtolica auctoritate irritam eſſe ⁊ ſe excōicationi ſubiacere. Itē ea. q.nullus.ij. dicit̄. Nullus laicorū eccleſias vel eccleſiarū bona occupet vel diſponat: q̄ ſecus egerit ab eccleſie liminibus arceat̄. Itē.q.ea. oēs.ij. dicit̄. Oēs baſilice.i. eccleſie que per diuerſa loca cōſtructe ſunt vel quotidie cōſtruuntur in ep̄i poteſtate cōſiſtant in cuius territorio poſite ſunt. Et dicit ibi glo. niſi aliquo priuilegio a iuriſdictiōe eius exēpte ſint. Ad ep̄m ergo ſpectat ordinarie inſtituere rectorē in eccleſia curata: vel ſimplici ſi non hꝫ patronos. Sed ⁊ hꝫ cōfirmare preſentatū a patronis infra tēpus eis datū: vel ad capitulū vacante ſede: vel ad plebanos quo ad eccleſias ſubditas ſue plebi: vbi ſit conſuetudo preſcripta vt ſeruatur florentie: lꝫ indecens videatur.

(Tirāt inuaſores bonorū eccleſie.)

¶ Varietas autē corū qui §.V.

ſunt in eccleſia deſignat̄ per ea ex quibus conſtituit̄ eccleſia materialis ⁊ ex ei⁹ cōſignatiōe. Vñ Rich. de ſancto Victore. Singuli lapides ſcꝫ eccleſie materialis ſunt ſignificatiui ſingulos fideles qui ſunt quadri ſtabilitate fidei et firmi v̄tute patiēdi. Cementū eſt charitas que ſingulos coaptat atq̄ viuificat: atq̄ ne per aliquam diſcordiā inuicem diſcrepēt vniformiter equat. Fundamentū ſunt apoſtoli et prophete. Parietes ſunt cōtemplatiui fundamēto vicini terrena deſerētes: ⁊ celeſtibus adherentes. Tectuꝫ hoc reſpectu q: deorſum pendet: ſunt actiui terrenis actibus ꝓximi ꝓpter imperfectionē ſuā minus celeſtibus intēdētes/ ac neceſſitati ꝓximorū terrena adminiſtrātes in alto ſunt: q: in officijs ſupra alios. Lōgitudo eccleſie cōſideratur ſm diuturnitatē temporꝫ: ſcꝫ tempore legis naturalis/ moyſaice/et gratie. Latitudo/ dum multoꝝ populoꝝ numeroſitas p diuerſas mūdi partes dilatat̄. Altitudo ſm differentiā meritorū ⁊ officiorū. In altitudine eīn erigitur dum ſup laicos eſt ordo ſacerdotalis: ſuper ſacerdotalē ep̄alis: et ſuper oēs tandem papa collocat̄. Sacrarium eccleſie ſignificat virginū ordinem. Chorus ordinē cōtinentium. Nauis ordinē coniugatoꝝ: ſtrictius ⁊ ſacrati⁹ eſt ſacrariū q̄ chorus: ⁊ chorus q̄ nauis ſic pauciores ſed digniores virgines q̄ cōtinētes: ⁊ cōtinētes q̄ cōiugati. Atriū eccleſie ſunt falſi xp̄iani: qui etſi ſanctificati ſunt baptiſmo: vt cimiterū benedictiōe: tñ pleni cadauerib⁹.i. corruptione vicioꝝ. Turris.i. campanile eſt nomē dñi iuxta Salo. Campane ſunt predicatores verbi dei. Feneſtre vitree ſunt viri ſpirituales p quos cognitio dei nobis luceſcit. Interior dealbatura ſignificat mundiciā cordiū. Exterior mundiciā corporum. Altare xp̄s. De eccleſia igitur materiali ꝓ nunc tractando.

(puerb. xviij.)

¶ Primo videndū eſt de eius edificatione.

¶ Secundo de eius immunitate.

¶ Tertio de eius conſecratione/ violatione/⁊ recōciliatione.

¶ Quarto de eius ornatu.

¶ Quinto de officiatione.

¶ De pertinentibus ad edificiū materiale eccleſiarum. Caplm.ij.

Sciendum igitur primo ſm Thom. ij.ij.q.lxxxv.ar.iij. q̄ determinatus locus exigitur ad adorandū: ſcꝫ eccleſia nō ꝓpter deum qui adoratur quaſi loco concludatur: ſed propter ipſos adorantes: ⁊ hoc triplici ratiōe. ¶ P:ſo

electio loci ad honorē dei.

ꝓpter loci conſecrationē: qua ſpiritualem deuotionē cōcipiunt orātes vt magis exaudiant. ¶ Secundo ꝓpter ſacra myſteria ⁊ alia ſigna ſanctitatis ibi cōtenta. ¶ Tertio ꝓpter cōcurſum multorū adorātiū ex quo oratio fit magis exaudibilis: ⁊ ſm quandā decentiā ꝗuis nō ſit neceſſariū: ſic diſponunt vt adoratio fiat verſus oriētē. ¶ Primo ꝓpter diuine maieſtatis indiciū: qđ nobis manifeſtat in motu celi qui eſt ab oriēte. ¶ Secūdo ꝓpter paradiſum ad oriētem cōſtitutū: quaſi queramus ad paradiſum redire. ¶ Tertio ꝓpter xp̄m ꝗ eſt lux ⁊ oriens nominatur ⁊ ab oriente aſcendit: et ab oriente expectatur ad iudicium venturus.

Caſus notabilis. ſi abbas excōicat ſacerdotē cenſuarium ſuū habens in eo poteſtatē ſi nō ſoluit:⁊ eps̄ excōicat ſi ſoluit. Rñdeo/appellet ſacerdos:et ſic tutus erit ar.per id qđ uo.de appel.c.ꝑterea.⁊ nunꝙ obliget eccleſiā nec cenſuȝ ſoluat: niſi ꝓbabilē et manifeſtā credulitateȝ habeat ꝙ ſoluere debeat ſm Inno.cuius tota mens eſt hec glo.ſed nec ꝑ oīa placent iſta. Quomodo eñ ſm Hoſt. potero ſcire de mente ſubtrahētis cenſum qua intētione hoc faciat:vtiqȝ hocipſo ꝙ ſubtrahit cenſum poſſum agere cōtra ipm poſſeſſorio vel petitorio: qđ dic vt plene no.in.c.ꝑuenit.eo.ti. ſed nec placet qđ dixit. ſcȝ ꝙ in his que de iure petuntur poſt appellationē interpoſitā teneat excōicatio. Hoc eñ verū eſſet ſi ſubditus appellaret ꝓ eo ꝙ liber eſt:et libertatē nō probaret. ſi autē appellet quia in dubio nō debet eps̄ ſibi ius dicere/ bene defendet eū appellatio. Et dicit Hoſti.ꝙ non ſolū requirunt̃ hec duo : autoritas ſcȝ epi ⁊ iuſta cauſa ad cenſum impetēdū ſed et ꝙ capitulū cōſentiat. vt ex̃ de his que fi. a prelatis.c.tua.et.c. paſtoralis. et etiā conſenſus eccleſie cui cenſus imponit̃ ſi eſt cōuentualis. vt de rebus eccle.non alie.c.fi. Fatet̃ tamē ꝙ ſola autoritas epiſcopi ſufficit maxime cum cauſa ad transferendū iuſtū titulū preſcribēdi. ⁊ ſic poteſt intelligi de dona.c.apoſtolice. Nec preſcribens ſuꝑ hoc debet habere malā fidem cū fulciatur autoritate pape qui hoc ius cōſtituit : maxime cum de tali re agatur quā papa poſſet tollere ⁊ cōtrariū eius conſtituere: ſcȝ ꝙ ſola autoritas epi ſufficeret ad plenū ius trāſferendū : ſi tamen haberet cōſcientiam remordentē:ꝗuis ſcrupuloſam illam ſequatur. vt de ſimo.c.per tuas. Item dicit Hoſti.ꝙ ſi cōſcientia dictat ei a quo petitur cenſus ꝙ debeatur: ſoluat ipſe rector:⁊ ſi dictat ꝯtrariū nō ſoluat. ſi dubitat in tali caſu obediat cuȝ ei precipit̃ vt ſoluat. vt de tēp.ordi.c. ad aures. Idem Goff. Item querit Hoſt. quid ſi cōſtare poſſit ꝙ olim preſtabat̃ ex cauſa:ſed tamē ceſſatū fuit a ſolutione eius legitimo vel longiſſimo tēpore preſcriptionis:nūc ṽo renouat⁹ eſt autoritate epi: nūquid ſit ſoluēdū:⁊ videt̃ ꝙ nō:qꝛ obſtat preſcriptio.e.ti.c.olim. Sȝ tenet ipſe ꝯtrariū. Et hoc tenet:qꝛ cenſus nō preſcribitur.C.de preſcrip. triginta annoꝝ.l.male.de relig.do.c.cōſtitut⁹. preſcriptio nō cadit i cēſum. Tum quia aliud eſt de nouo imponere:⁊ aliud renouare.vt de iudi.c.nouit. cum concor. tum quia non videtur facta deterior conditio eccleſie ſi ad id quod ab initio ſibi impoſitū fuit reuertatur.diſt.liiij.c.generalis.tum quia caſus videntur hic notari.de cen.c.cum venerabilis. Hec omnia Io.an.in nouella.

De diminutione cenſus §.II.

non fienda:et de ꝓcurationib⁹.c.olim.de cen. ſic ſummat Ioh.and. Soluendi ſunt cenſus ad antiquā monetā in qua cōſtituti fuerūt: niſi ſit in alterius monete ſolutione preſcriptū. vbi dicit Hoſti. ꝙ ſicut preſcribi nō poteſt.C. de preſcrip.xxx.annoꝝ.l.male agitur. Sic nec diminui ſaltē ab eo qui habet malā fidē.ar.de relig. do.c.cōſtitutus.qđ etiā tenuit Goffr.ſed ſi non habet malā fidē videt̃ poſſe preſcribi diminutio per illud.c.olim. Item.c.cum canonicis ſic ſummat Ioh.an. Ad antiquā monetā vel eius eſtimationē ſoluende ſunt penſiones antique. Capl'm fi.de cen.ſic ſummat Ioh.and.propter priuatū oratoriū procuratio non debet̃. Hec eſt autē differētia inter eccleſiā ⁊ oratoriū:qꝛ dicit̃ eccleſia vbi ſtatuta eſt certa dos ꝓ rectore:clericis ⁊ alijs neceſſarijs.de conſe.diſt.j.c.nemo. Oratorium ṽo quod non eſt dotatū nec edificatum ad miſſam celebrandam: ſed ad orandum.de conſe.diſt.j.vnicuiqȝ.de licentia tamē

epi pōt ibi qhq́ʒ celebrari. Sed in maiorib⁹ fe=
ſtiuitatibus nō dabit hāc licētiaʒ ſm Inno. Si
vero eſſet in oratorio aliquis rector cōſtitutus
vel aliqua certa perſona/vel vna de certis que
debent oratorio deſeruire: nō videt Inno. qua=
re epūs nō poſſit viſitare et ꝓcurationē ſuā exi=
gere. extra de relig. do. ca. de xenodochijs. Nā
ꝗuis tale oratoriū ſit gratia deuotionis factū
ſecularius tn̄ miniſter ei⁹ erat ꝑſentandus epō:
ſed alij cōtradicunt. ¶ In clem. de cēſi. c. j. ha=
bet ꝙ religioſi quicūq́ʒ ꝓ monaſterijs ⁊ eccle=
ſijs que ad eos quocunq́ʒ ſint titulo deuoluta
ꝓcurationes legatorū ſedis apl'ice iura epalia
et alia ꝓſtare ꝓ ipſis anteꝗ̄ ad eos ꝑuenirent
ſollicitius prōpte ſoluere ſtudeāt: niſi forte ſe=
dis apl'ice priuilegio exēptiōe ſcʒ facta ſpecia=
liter de hmōi ꝓcurationibus non ſoluendis vel
alia cauſa legitima ſe ab his valeāt excuſare.
¶ Capitulū quārto. de cen. ſic ſummat Ioh. an.
Que tenent ꝓcurare fratres alicui⁹ domus:
lʒ illorum numerus nūc creauerit ꝓcurabunt
oēs. Sed ſi ex eo nimiū grauarēt/eis ꝑ officiū
iudicis cōſulet. Et dicit ibi ꝙ ſm Pe. ⁊ Abb.
eſt hic ar. ad queſtionē de illo ꝗ habebit furnū
et molēdinū in emphiteoſim ſub pacto molēdi
et coquendi gratis dn̄o et familie ſue: habuit
poſtea dn̄s decē filios: ⁊ quilibet filius decē fi=
lios alios. vn̄ ſi oīb⁹ molat ⁊ coquat emphy=
teota/ expedit ſibi magis nō habere ꝗ̄ habere
de iure ſtricto tn̄ dicunt illū teneri: ſed iudicis
officio ſibi ꝓuidebit: vt nō teneat vltra primā
mēſurā: ſed Hoſt. dicit ꝑ hanc decretalē ſimpl'r
ad ſtatū primū habere reduci. vt in. c. cū cano=
nicis. C. de ſerui. l. preſes. qḋ dicit verū: niſi in
maiorı numero ſit preſcriptū. vt in. c. olim. eo.
titu. lʒ multa iura poſſent in cōtrariū allegari.

¶ De alienatiōe rerū eccl'ie. Cap. v.

De alienatione rerū eccleſie Nota ꝙ
dicit decretalis. Nulli liceat alie=
nare rē immobilē eccleſie: neq́ʒ hy=
pothece titulo obligare. Aliena=
tionis aūt verbū cōtinet cōditionē
venditionē/donationē/ꝑmutationē/⁊ emphy=
teoſim ꝑpetuū contractū. extra de re. eccle. non
alie. Ubi dicit glo. ꝙ hypotheca eſt obligatio
rei immobilis: ſicut pignus rei mobilis. Cōdi=
tionē appellat cōtractū ſub cōditiōe factū: vt ſi
ſoluat tributū: vl' do tibi talē rē ſi nauis veniat
ex aſia. Alienare: niſi ꝓ vtilitate eccl'ie. ¶ Sʒ
nota ꝙ iſta vtilitas eccleſie cōprehēdit oēs ca=
ſus quib⁹ ꝑmittit a iure alienatio rerū eccl'ie
qui ſunt quatuor: vt ponit glo. ſummaria. xij.
q. ij. in prin. Prim⁹ eſt cauſa neceſſitatis: vt ſi
debitum viget. x. q. ij. hoc ius. Secūdus cauſa
pietatis: vt ꝓ redēptiōe captiuoꝝ vl' alimonia
pauperū. xij. q. ij. aurū. Terti⁹ cauſa vtilitatis.

Alienatio rerū ꝑmittit

q. e. c. ſine exceptiōe. Quart⁹ cauſa incōmodi=
tatis vel minoris vtilitatis. q. ea. c. terrulas.
Itē vltra dictos Quint⁹ caſus ꝓpter eccl'iaʒ
edificandā vel cimiteriū ampliandū. q. e. c. au=
rū. Sextus eſt qn̄ epūs cū cōſenſu clericoꝝ pōt
donare quinquageſimā partē reꝝ ſue eccl'ie ꝓ
conſtructiōe monaſterij in illa dioceſi: vt. q. ea.
bone rei. Sed de forma alienatiōis eſt dubiū.
Nā glo. Bern. ſuꝑ dicta decretali dicit ꝙ ſer=
uata forma que habet. x. q. ij. hoc ius. Sʒ alia
glo. dicit ꝙ talis forma nō ſeruat hodie: ſʒ illa
forma que habet. xij. q. ij. ſine exceptione. Hoc
tenēt Hoſt. Io. an. Guil. Ber. etiā correxit ſe ⁊
idē tenet. Illud aūt. c. ſine exceptione/ cōtinet
ꝙ nō fiat alienatio talis ab epō niſi cū cōſenſu
⁊ cōtractu toti⁹ cleri: ⁊ ꝙ nō ſit dubiū illud ec=
cleſie ꝓfuturū: al's ſit irrita. Et dicit ibi gloſa
ꝙ etiā ſi eccleſia ex tali cōtractu nō ſit locuple=
tata: dūmodo nō ſit dānificata tenet cōtract⁹.
nā eo ipſo ꝙ nō eſt pauperior facta intelligit lo=
cupletata. ff. de ſolu. l. in pupillo. Sic ergo ſm
Ioh. in glo. xij. q. ij. in ſumma. et Guil'. In alie=
natiōe rerū immobiliū eccl'iaſticarū collegia=
tarū requirit conſenſus epi et capl'i. i. maioris
partis capl'i. In reb⁹ autē monaſterij requirit
ꝯſenſus abbatis capl'i ⁊ epi. xij. q. ij. abbatib⁹.
In alienatiōe rerū hmōi eccleſie parrochialis
requirit ꝯſenſus ſacerdotis ipi⁹ parrochie. x.
q. ij. ſi quis epūs. al's facta alienatio cōtra ꝑdi=
ctā formā nulla eſt: lʒ ſit in dicto caſu licita: vt
in dicto. c. ſine exceptiōe. Sed tn̄ ꝑſcripta for=
ma facta in caſu etiā nō cōceſſo tenet ipo iure.
extra de his que fi. a ꝑla. ſine cōſenſu ca. c. cum
nos. ſed ſi damnoſa fuerit eccleſie reſtituit. ex
de in integ. reſti. c. j. hec in. d. glo. Quidā etiaʒ
dicūt vt Goffre. ꝙ in hmōi alienatiōibus ſuffi=
cit ſeruare cōſuetudinē illius eccleſie cuius ſit
alienatio: etiā ſi ſit illa conſuetudo preter ius.
Sed Hoſti. ⁊ Guil'. tenent cōtrarium. Ioh. an.
eo. ti. c. j. lib. vj. dicit primā opinionē eſſe verā/
cū ꝯſuetudo eccleſie grauaret alienationē: ſe=
cundā vero vbi cōſuetudo laxaret. Item nota
ꝙ cū dicitur. ſ. in glo. Ioh. ꝙ requirit cōſenſus
epi in alienatiōe monaſterij: intelligit de mo=
naſterio nō exēpto. Nā in exemptis dicit Frā.
de zab. poſt Inno. ſuper clemen. monaſterioꝝ.
eo. ti. ꝙ requirit cōſenſus pape vel ꝑlati imme=
diati cui ſubſit eccleſia pleno iure: ſicut habent
plures priores ſuos abbates. Talis igit prela=
ti requirit faltē aſſenſus in exēptis: etiā ſi pre=
latus alienare vult cōuentū: ꝗuis clemen. illa
videat dicere de eo ꝗ non hʒ cōuentū: ita tenet
ibi glo. ⁊ ſic dicit ſe feciſſe ſeruare ad validādū
cōtractū. Item dicit Frā. ibidem: ꝙ conſenſus
pōt etiam interuenire poſt cōtractū celebratū:
vt no. eo. titu. c. j. lib. vj. Qḋ dicit Stephanus

Forma alienationis.

Cōſenſus epi

verū eſſe niſi bona q̄ alienat prelat⁹ ſpectāt ad mēſam cōuent⁹:q: tunc requirit̄ conſenſus ei⁹ in ipſo cōtractu. ¶ Itē dicit Joh.in glo.x.q.ij. hoc ius.ꝙ ſi aliquid datur eccleſie ea ꝯditione ne alienetur:ꝗuis videatur ꝙ nullo caſu poſſit alienari.in auť.de al'.et emphi.§.ſanctiſſimas iſtud nō eſt verū: q: nō valet hoc pactum cū ſit contra legē dei.vt.xij.q.ij.c.aurū.Bay. autem diſtinguit et dicit ꝙ ſi eccleſia habet alias poſ ſeſſiones quas ſcʒ poteſt alienare: ſic nō poteſt illā alienare:vt dicit lex inducta. Si nō habet alias poſſeſſiones:tūc poteſt in caſib⁹a iure ꝑ miſſis.concor.Inno.ꝛ Hoſt. ¶ Item ſi legare

Notabile dictum. tur monaſterio aliqua poſſeſſio qđ non poſſet tenere poſſeſſiones:vt ſunt mendicātes: etiā ſi adijceretur pena in cōtrariū facientē/nō videt̄ eſſe locus pene: ꝛ nō obſtante illa cōditione po

Conditio turpis. terit ꝛ debebit vendi:quia vt turpis cōditio eſt habenda ꝓ quo eſt ꝯtra ordinē ſuū:vnde ꝓ nō adiecta habetur: quinimo ꝛ cuicūꝗ eccleſie ſit data poſſeſſio:appoſita ibi cōditione aliqua vel modo vt ſcʒ aliqđ fieret : ſi nō fiat nō pōt ꝑ hoc reuocari datio : niſi ſit facta ita ꝙ ceſſante illa cōditione vel modo reuocet̄ vel reuocari poſſit. ex̄ de cōdi.appo.c.ſi. Iteʒ qđ dictū eſt.§.ꝙ hoc fiat ꝓ vtilitate eccľie:ꝗuis Laudul.dixerit ꝙ oportebat ꝙ ꝑciū rei vēdite eſſet verſum in vtilitatē eccľie:ꝛ ſit euidēs ꝛ ꝑpetua illa vtilitas vt in edificijs ꝑpetuis:emptionib⁹ aliaꝝ rerū/vel ſolutione grauis debiti:et ꝙ emptor debet eſſe curioſus vt videat ꝙ ſic conuertat̄. Fran.tñ de ʒab.ſup clemē.monaſterioꝝ.eo.ti.dicit ꝙ nō eſt neceſſe ꝙ duret verſum in vtilitatē eccleſie. Glo. etiā Jo. ſup dicto.c.hoc ius.dicit ꝙ emptor nō opʒ ꝙ ſciat ad quē vſum cōuertat̄ pecunia : ſed ſufficit ꝓbare ꝙ tūc eccľia indigebat pecunia. Dicit̄ etiā in eadē glo.ꝙ ſi plus offerat̄ de reb⁹ eccleſie q̄ valeāt : ꝙ tñ iuſtū ꝑciū debet accipi: q: eccleſia in ſuis ꝯtractib⁹ non debet dolū facere. Et Grego.dicit.xij.q.ij.ſicut eccľia. Sicut eccľia ꝓprias res amittere nō debet:ita in rapacitatis ardore aliena iuadere nō opʒ. poteſt tamē ep̄s aliquos ſeruos eccľie bene meritos manumittere.i.liberos facere.vt dicit̄.xij.q.ij. ſi quos.et vt dicit glo.ibi:dicit̄ bene meritus q̄ aliqđ inſigne ſeruitiū fecit eccľie. Sed notādū vt ibi ſubdit Gratian⁹.§.ſequēti:ꝙ ſerui eccleſiarū manumitti nō poſſunt niſi retento eccle-

Utrum ſucceſſor debeat ſtare cōtractib⁹ ꝑdeceſſoris. ſiaſtico patrocinio:niſi forte manumiſſor duos eiuſdē meriti et eiuſdē peculij eccleſie conferre voluerit:qđ probat ꝑ.c.ep̄s qui.ea.q. ¶ Queritur an ſucceſſor in prelatura prioratus/abbatiſſatus/vel epiſcopatus ꝛ hmōi teneatur ſtare cōtractibus factis ꝑ predeceſſorē ſuū circa immobilia. Reſpondeo per diſtinctionē: quia aut loquimur de cōtractu cōcernente verā alienationē proprietatis puta venditionis/donationis/ꝑmutationis ꝛ hmōi. et tunc ſi fuerit celebratus cōtractus cū debita ſolēnitate : que ſcʒ habet̄.xij.q.ij.ſine exceptione.et declaratur ſcʒ in iſto.§.ſed de forma. tunc eñ poſſeſſor ſtatim cepit proprietario poſſidere:ꝛ nō tollitur qđ ſolēniter actū eſt.vt.ff.de mino.l.in integrū. Aut loquimur de ꝯtractu cōcernente redditus qui ſpectāt ad prelatū:vt locatione:ꝛ tunc mortuo prelato vel tranſlato vel amoto non durat contractus alterius:vt.ff.locati.l.ſi quis domum. Et hoc niſi cōtraxiſſet: vt ſindicus monaſterij: vel ſolēniter cū cōſenſu capituli et pro vtilitate monaſterij: quia vtiliter geſtū debet haberi ratum.ff.de nego.geſt.l.pomponius. Ita diſtinguit Bal.de foro compe.in.c.dilecti. et ſequit̄ eū frater eius Pe.in.c.querelam. ne prela.vi. ſuas.ꝛ remittit ad notata.xij.q.ij.alienatiōes. et glo.in.d.c.querelā.diſtinguere videt̄ ſic.ꝙ ſi prelatus faciat locationem nomine ſuo: ſucceſſor non tenet̄ ſtare tali cōtractui:ſed ſi nomine eccleſie : tunc durat locatio predeceſſoris poſt mortē ei⁹. Reſtat ergo videre qñ dicat̄ fieri locatio noīe eccľie: ꝛ qñ noīe prelati.et videt̄ eſſe de mēte dicti Joh.cal.ſup dicto.c.querelam.ꝙ quotienſcūꝗ ꝑlatus locat noīe ſuo. vtputa exprimendo ꝓpriū nomen vel alius ꝓ eo vt ꝓcuratoꝛ eius:tūc nō tangit talis ꝯtractus ſucceſſorē. ad qđ facit.c.littere. de dila. Et ideo ſucceſſor poteſt ꝯtrauenire.vt in.c.relatū.de teſta. Si vo locatio fiat noīe eccleſie:vt q: dicit talis ꝑlatus ꝓ ſe ꝛ eccleſia ꝛ ſucceſſorib⁹:et tūc ſi nō locauit vel ꝯtraxit ꝓ vtilitate eccľie poteſt ſucceſſor ꝯtrauenire:nec tenet̄ ſtare tali ꝯtractui. vt de re.ꝑmu.c.ij.Si autē locauit vel contraxit pro vtilitate eccleſie:ꝛ tūc tenet̄ ſtare. Alienationes aūt rerū mobiliū ꝑdictā ſolēnitatē nō requirūt:q̄ tñ et ꝑcipue rerū quarū eſt vſus in eccleſia. vt calices/libri et hmōi. non ſine magna cauſa ꝛ rationabili fieri debēt.vt dicit̄ in.c.hoc ius.x.q.ij. Itē nota ꝙ nullus ꝑlatus religioſus poteſt vēdere reddit⁹ ſeu cōcedere alicui ad vitā vel ad certū tēpus:niſi neceſſitas vł vtilitas loci expoſcat:vel de cōſenſu cōuentus:vel ſi cōuentū nō habeat de ꝯſenſu ꝑlati ſui. in cle.monaſterioꝝ.eo.ti. Alienationes facte ab intruſis nō valent.xij.q.ij.alienationes. Et ſimiliter alienatiōes facte a ſciſmaticis. ex̄ de ſciſmati. c.j. Et tenent̄ reſtituere oēs ꝑdicta loca ꝛ res ꝛ fruct⁹ ꝑceptos.ex̄ de reſti.ſpo.c.grauis.ꝛ quomodo q̄ vtitur talib⁹ alienationib⁹ ſit excōicatus:habes.j.ti.de excōicatione. ti.xxiij ca.ix.

¶ Quia ſupra dictum eſt in §.I.

dicta decretali.nulli.eo.ti.ꝙ nec etiā in emphiteoſim debent dari poſſeſſiōes eccľie:ideo breuiter

emphi- uiter aliquid de emphiteoſi dicendū. Ubi ſcien
teoſis. dū ꝙ eſt nomē grecū: ⁊ latine interꝑtaſ melio-
ratio: ⁊ ab initio q̄dā viles terre ꝑ hūc ꝯtractū
cōcedebanſ quas recipiens meliorabat: ⁊ me-
liorationes ſue erāt: qꝺ poſtea ꝑmiſſum eſt de
fertilib⁹ ⁊ fructuoſis: ⁊ cōſiſtit in reb⁹ ſoli tm̄: ⁊
iuxta vulgare quorūdaȝ dicſ datio ad libellū.
Poſſeſſio ergo eccl'ie de nouo nō poteſt dari in
emphiteoſim ꝑpetuo. vt dicſ in. d. c. nulli. Si
tamē poſſeſſio erat pri⁹ emphiteotica ⁊ ꝑuenit
libere ad eccleſiam bene poterit dari in emphi
teoſim alteri etiā ꝑpetuo. Cōtrahiſ aūt emphi
teoſis interueniente ſcriptura. C. eo. l. j. et ꝑ cō
ſenſum dn̄i ⁊ emphiteote. vt ſcȝ ſtatim dn̄s pro
re ipſa aliq̄d accipiat ſm ꝙ inter eos eſt cōuen
tū. Itē de cetero ſingulis annis cōuentū cano-
nē. i. penſionē ſoluat. vt inſti. loca. §. adeo. ꝯtra-
hitur aūt aliqñ ad tēpus. x. vel. xx. annoꝝ ⁊ ſuc
cedit in hoc heres vſq ad dictū tēpus: aliqñ in
ꝑpetuū: et tūc nō auferſ emphiteote nec here-
dib⁹ eius q̄diu ſoluerit canonē. ſi tñ res illa ex
toto periſſet vel etiaȝ medietas nō debet tantū
Natu- exigi. Eſt aūt de natura emphiteoſis ſm Hoſt.
ra em- ꝙ liceat dn̄o emphiteotā expellere: ſi ꝑ triēniū
phiteo- in ſecularib⁹: vel ꝑ bienniū in eccleſiaſticis nō
ſis. ſoluerit penſionē. x. q. ij. hoc ius. nec teneſ dn̄s
cenſum requirere: q: dies ſtatuta ꝓ dn̄o inter-
pellat. Expellet aūt ſm quoſdā ꝓpria autori-
tate. ſm alios ⁊ veri⁹ ꝑ iudicē: qꝺ tenet Inno.
et hoc niſi celeriter ſatiſfaciat. vt dicſ ex. de lo
ca. c. ꝓpter. Et dico celeriter anteq̄ patiaſ tra
hi ad iudiciū. Itē poteſt emphiteota ius ſuū al
teri vēdere dn̄o prius requiſito ⁊ ꝓpoſito ꝑcio
quantū reuera inueniri poteſt. Si em̄ dn̄s com
parare voluerit cuilibet emptori eſt ꝑferēdus.
Si licentiā det: vēdi poteſt. Qui etiā ſi taceat
elapſis duob⁹ menſib⁹ a denūciatione vendere
poteſt ⁊ ſine cōſenſu dn̄i: dūmodo nō ꝑſonis ꝓ-
hibitis. vt ſunt potētiores emphiteota: ſi ſecus
fecerit ius ſuū amittit. Poteſt etiā emphiteo-
ta ius tale donare, ⁊ pignori dare etiā irrequi-
ſito dn̄o: ⁊ ſi ꝑſentib⁹ annis ſoluit: licet prius ꝑ
plures annos nō ſoluerit, nō pōt expelli. ¶ Eſt
quidā alius ꝯtractus q̄ dicſ ꝑcariū vel preca-
ria. de quo habeſ. x. q. ij. precarie. cū glo. j. et ex
eo. ꝑ totū. Et q: nō eſt multū in vſu omitto. ibi
potes videre. De emptione ⁊ vēditione ⁊ de lo
catione ⁊ de cōmodato ⁊ hm̄oi. habes in. ij. ꝑte
tit. j. c. viij. Itē dicit Gratianus. xij. q. ij. iniuſtū
videſ. §. itē ſi rectores. ꝙ ſi rectores eccleſie de
rebus ꝓpriis tantūdē eccleſie reſtituere volue
rint: eccleſiaſticas facultates libere dare poſ-
ſunt. Et cōſtabūt his q̄bus date fuerūt ꝑpetua
firmitate. qꝺ ꝓbat per. c. ſequēs. vbi dicit glo.
ꝙ hoc eſt verū qñ prius eſt habitus tractat⁹ cū
clericis ⁊ cōſenſūt, vel cū prius tantūdē dede-
rat eccleſie. Itē dicit Greg. q. ea. eccleſiaſticis.
Eccleſiaſticis vtilitatibus deſeruientes eccle-
ſiaſtica dignuȝ eſt remuneratione gaudere. Et
propter hoc dicit Gratianus ꝙ poſſunt res ec-
cleſie donari ꝓ remuneratione ſcȝ impenſi ob-
ſequij. Et ſi aliq̄d ꝓpter hoc iuſte fuiſſet alicui
ꝓmiſſuȝ: teneſ eccleſia obſeruare vt dicſ in. c.
quicūq. ea. q. ¶ Notandū etiā diligēter ꝙ di-
cit Amb. ea. q. c. aurū. Aurū habet eccleſia, nō
vt ſeruet: ſed vt eroget ⁊ ſubueniat in neceſſita
tibus. Quid eſt opus cuſtodire qꝺ nō adiuuat
an ignoramus quantū auri ⁊ argenti de tēplo
dn̄i aſſyrij abſtulerūt? Nōne melius conflat ſa-
cerdos ꝓpter alimoniā pauperū? Nōne dictu
rus eſt dn̄s. Cur tot inopes paſſus es fame mo
ri ⁊c. Et ipſe de ſe narrat calices feciſſe aliqñ
ꝯflare ad ſubueniendū pauperib⁹. diſt. lxxxvj.
non ſatis. a quo tale exempluȝ ſumpſit Augu.
vt refert ſimilia faciendi.

¶ De conſecratione eccleſiarū: et quomodo eccleſia violetur cōſecretur et reconcilietur. Capl'm. vj.

SAnctificauit tabernaculū ſuū altiſſi
mus: de⁹ in medio eius nō cōmone-
bitur. ps. xlv. Ut dicit Gratianus de
cōſe. diſt. j. in ꝑn. Tabernaculū moy
ſen dn̄o ꝑcipiente feciſſe ⁊ ſacraſſe cū
menſa ⁊ altari ei⁹ ⁊ ereis vaſis ⁊ vtenſilib⁹ ad
diuinū cultū explendū: legimus ſcȝ in Exodo. Exod.
Dauid regū piiſſimus qualiter amplificauerit xxvj. ij.
cultū dei: ⁊ tēplū dei edificare voluerit: ſed ꝓhi reg. vij.
bitus ꝓpter multū ſanguinē effuſum ſcȝ inimi ⁊. j. pal.
coꝝ: ⁊ ipſe impēſas collegerat. Salomō quoq xxij. et
filius eius qꝺ ipſe facere optauerat: iubente ⁊ xxviij.
auxiliāte dn̄o ꝑfecit: ⁊ tēplū cū altari: ⁊ reliqua
ad diuinū cultū ꝑagendū cōſecrauit. In lib. re- Et. ij.
gū legiſ. iij. Reg. viij. Si ergo iudei q̄ vmbre le pal. v. ⁊
gis ſeruiebāt hoc faciebāt: multomagis q̄bus vj.
veritas patefacta et gr̄a ꝑ xp̄m facta eſt tēpla
dn̄o edificare: ⁊ ꝓut melius poſſum⁹ ornare ea
q̄ diuinis ꝑcibus ⁊ ſctis vnctionibus deuote, ⁊
ſolēniter ſacrare: nō i aliis q̄ i ſacratis ab epis
miſſas celebrare ⁊ ſacrificia offerre debemus.
Unde iginius papa. Oēs baſilice cū miſſa ſem
per debet cōſecrari. de cōſe. diſt. j. oēs. j. Et ibi
dicit glo. miſſam eſſe de ſubſtātia cōſecratiōis.
ſed Hugo contrariū ſentit. Debet autē conſe-
cratio fieri per epiſcopū: non per aliū inferiorē.
diſt. xxv. c. perlectis. Sed vtrū ſit neceſſarium
ad conſecrationē eius ipſum epiſcopum conſe-
crantem dicere miſſam vel per alium facere di
cere. Hugo tenet ꝙ non. et hoc eſt clarū ſi miſſa
non eſt de ſubſtantia conſecrationis vt ipſe te-
net. Sed ſi eſſet de ſubſtantia: tunc oporteret
eum dicere vt alij dicunt.

Myſte= ca ſunt hec pro feſtis dedica= tiõis eccleſiaꝝ.

¶Ea autẽ que fiunt in conſe= §.I.
cratione deſignãt illa q̃ cõcurrũt ad ſanctifica=
tionẽ eccleſie militantis. Nã triplex circuitus
quẽ facit pontifex circa eccleſiã ab extra: ſigni
ficat circuitum quẽ fecit xp̃s ad ſanctificandũ
eccleſiã ſcʒ de celo in mundũ: de mũdo ad lim=
bũ: de limbo reſurgens e terra aſcendit in celũ.
ſm illud p̃s.xviij. A ſummo celo ꝛc̃. Uel etiam
triplicẽ ſtatũ eccleſie: ꝯiugatoꝝ viduarũ ꝛ vir=
ginũ: quas circuiendo viſitat ꝛ defendit. Tri=
plex ꝑcuſſio per ep̃m facta ad oſtium dicentẽ:
Attollite portas. deſignat triplex ius vel rõnẽ
quare debet ſibi aperiri introitus in cordibus
noſtris. Unde Anſelmus. Dñe debeo me tibi
totũ quia feciſti: ꝛ iterũ totũ quia redemiſti: et
iterũ totũ: quia tanta ꝓmittis ſcʒ teipſum. Fit
tertio aque aſperſio deſignãs baptiſmũ vel pe=
nitentiã qua mũdant̃ pctã. p̃s.l. Aſperges me
dñe hyſopo ꝛc̃. Quarto ſcribitur alphabetũ in
pauimẽto litteris grecis ꝛ latinis ſuꝑ cineres
ibi ſparſos: ꝛ ſcriptura fit ibi de angulo dextro
in angulũ ſiniſtrũ per trãſuerſum ꝛ ecõuerſo in
modũ crucis: ad innuendũ vnionẽ factã duorũ
populoꝝ in cruce xp̃i ꝛ fide articulorũ qui ſunt
prima elementa doctrine chriſtiane. Uel etiaʒ
cõtinentiã vnius teſtamenti in alio ꝛ ecõuerſo
in xp̃i incarnatione ꝯuenientiũ in materia. ſm
illud Ezech.j. Erat rota in medio rote. Fit etiã
ſcriptura ſuꝑ cineres: q: humiliari oportet ad
ſuſcipiendũ doctrinã fidei. Fit quinto pictura
cruciũ in parietib⁹ eccleſie intra ad ſignifican=
duʒ mortificationẽ ſenſuũ quã debẽt habere fi=
deles. ſm illud ad Gal.vj. Qui ſunt xp̃i carnẽ
ſuã crucifixerũt cũ vitijs ꝛ ꝯcupiſcẽtijs. Sexto
ponunt̃ luminaria ante cruces: ꝛ ſignificant lu
men agendorũ qđ debent habere in ſua cõuer=
ſatione: et recte intẽtionis in operib⁹. ſm illud
Luc.xij. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.
Septimo inũgunt̃ cruces chriſmate ad innuen
dũ odorẽ ꝛ nitorẽ bone fame. Eccli.xlj.c. Curã
habe de bono noĩe. ſic ſuũ tabernaculũ. i. eccle=
ſiã ſanctificauit. Et ex hoc eſt in medio eius ta
bernaculi. Uñ ꝛ cõgruenter figura crucifixi po
nitur in medio eccl'ie quaſi oẽs inſpiciat: q̃libet
ad eũ imitandũ attẽdat: oẽs defendat; oẽs au=
diat ꝛ vniat. vñ ꝛ naſcens ꝛ moriẽs ꝛ docens ꝛ
reſurgẽs in medio ſtetit: vt patet in euãgelio:
vt oſtẽderet in cõuerſatione/in doctrina/ in oĩ=
bus alijs mediũ tenendũ virtutis. Unde de⁹ in
medio ei⁹. Mat.xviij. Ubi ſunt duo vel tres cõ
gregati in noĩe meo: ibi ſum in medio eoꝝ. Sũt
in eccl'ia cõgregati duo ſtat⁹: clerici ſcʒ et laici:
vel tres: ꝯiugati: ꝯtinẽtes: ꝛ p̃lati in noĩe xp̃i in
fide formata ei⁹. Et ideo xp̃s in medio habitãs
ꝑ gratiã. Ezech.xiiij. Si fuerint tres viri Job
Noe ꝛ Daniel in medio ei⁹ ipſi liberabũt aĩas
ſuas. Job cõiugatos. Noe regẽs arcã p̃latos.
Daniel cõtinentes. in medio virtutis hi ſalua=
bũtur. Et q: xp̃s in eccleſia ideo nõ cõmouebit̃
tribulationib⁹/ ꝑſecutionibus/ tẽtationib⁹: nõ
recedet a virtute ꝛ veritate. Mat.vlt. Ecce ego
vobiſcũ ſuʒ vſq ad ꝯſummationẽ ſcl'i. Eccl's.j.
Generatio p̃terit/generatio aduenit: terra aũt
in eternũ ſtat. i. aliqui pretereũt recedentes ab
eccleſia ꝑ vitia: aliqui veniũt ad eccleſiã ꝑ con=
uerſionẽ: terra autẽ ipſa ſcʒ eccleſia ſemper du
rat. Et ſic tria notantur.

¶Eccleſie ſanctitas: ibi. ſanctificauit.

¶Eius ſocietas: ibi. deus in medio.

¶Eius firmitas: ibi. non cõmouebitur.

¶Sanctificauit tabernaculũ §.II. Mate= ria pdi cabilis ꝑ feſto dedica= tionis.
ſuũ. p̃s.xlv. Nota de ſanctificatione aĩe ad ſimi=
tudinẽ ꝯſecrationis eccleſie. Ubi ſciendũ ꝙ ec=
cleſia materialis multipliciter noĩat̃. ſ. baſilica
tẽpluʒ domus dei eccl'ia tabernaculũ. Baſilica
dicit̃ vt diſt.xlij. nõ oportet. Ubi dicit archidia. Baſili= ca.
baſilica dicit̃ palatiũ regis: baſilicos eñ grece:
latine rex interpretat̃. Uñ baſilica dicit̃ queli=
bet eccl'ia quia palatiũ eſt ſummi regis: ꝛ regi
regũ miniſtrat̃. Quidã tñ dixerũt eccl'ias ep̃a=
les tñ dici baſilicas: q: hmõi reges ꝯſueuerũt
fundare ꝛ dotare ſm Hug. Uel baſilica dicit̃ a
baſileo rege grecorũ: qui primo ſe fecit ſepeliri
apud eccleſiaʒ ſm Iſid. Uel đr a baſeo. i. fundo
fundas. Inde baſilica quaſi fundamentũ aliaꝝ
eccleſiarũ ſm Rau. Dicit̃ etiã eccleſia templũ. Tẽplũ.
xvj.q.vij. ꝛ hoc. Ubi archidiaconus dicit: tẽplũ
dicit̃ q̃ſi tecta ampla: q: ppl's ibi ſub vni⁹ tecti
amplitudine ꝯtinet̃ ꝛ ꝓpe ſunt maiores eccl'ie
Uel templũ a ꝯtẽplando: q: hoc ibi fieri debet.
Dicit̃ quoq eccl'ia. de ꝯſe. diſ.j. eccl'ia. q̃ inter= Eccl'ia.
pretat̃ collectio ſeu cõuocatio. Ubi dicit archi.
ꝙ đr cõuocatio ideo: q: ꝯtinet ppl'm ꝯuocatũ. ſ.
ab eo de quo apl's ad Rom.viij. Quos vocauit
hos ꝛ iuſtificauit. et ponit̃ ꝯtinẽs ꝓ cõtẽto. vbi
autẽ cõueniebat ppl's iudeoꝝ dicebat̃ ꝛ adhuc
đr ſynagoga q̃ interpretat̃ cõgregatio: q: virga
legis q̃ dura erat ꝛ aſpera: ille ppl's velut grex
irrationaliũ pecoꝝ cõgregabat̃. Sed in catho=
licis adunatio đr eccleſia. i. cõuocatio vbi cõue
nit q: amore ſpũſſancti ad vnã fidẽ: ꝛ p̃miũ fu=
turi ſeculi vocat̃: et participat corpus chriſti.

¶Domus dei đr. vt de reli. do. lib.vj.c. domũ Dom⁹ dei.
tuã decet ſanctitudo. Sic aũt đr quaſi ſpeciali
modo ibi habitet ꝑ ſacramenti ꝯtinuã exiſten=
tiã. ꝑ exauditionẽ: ꝑ iuſtificationẽ: ꝑ defenſionẽ
a diaboli iñſidijs. ¶Dicit̃ ꝛ tabernaculũ qđ eſt Taber naculũ
militare habitaculũ. Uñ Hiero. tractans illud
qđ dñs ait per Malach.j. ſcʒ: adhuc habitare
vos faciã in tabernaculis: ſicut in diebus feſti=
uitatis: ait. vt qđ facit baptiſma faciat ꝛ peni=
tẽtia: ꝛ habitẽt in tabernaculis ſaluatoris. i. in

eccleſia.de pe.di.j.ne forſitan.Sic expoſuit Ar
chi.illud ps.xlj. Tranſibo in locū tabernaculi
admirabilis vſqȝ ad domū dei.i.ab eccleſia mi
litante ad eccleſiā triūphantē. Quia igit̄ mili
tia eſt vita hoīs ſup terrā. Jo.vij.ideo eccleſia
vbi adunat̄ populus militās nō habēs hic ci=
uitatē manentē dicitur apte etiā tabernaculū.
Oīa aūt iſta cōueniūt aīe ſanctificate:nā baſi=
lica eſt ſummi regis ab eo fundata et dotata.
Templū amplū cōtinēs deū immēſum apta cō
templatiōi. Eccleſia cōuocatio omniū viriū ad
vnū finē.Domus dei ſuſcipiēs ſacramētū ⁊ in=
ſtificationē . Et tabernaculū ꝑparata ad gentē
bella tentatū.¶ Et nota ꝙ Pe.de tharan.ſup
Sāctifi epl'as tractās illud.j.Cor.iij. Templū dei ſan
catio ctum eſt qd̄ eſtis vos.ponit.x.que cōcurrūt ad
anime. ſanctificationē aīe figurata p ea que fiūt in ſan
ctificatiōe templi ſeu tabernaculi materialis.
Primū eſt eiectio oſſiū infideliū:qd̄ ſignificat
remotionē ptinaciū erroꝝ ⁊ vicioꝝ:⁊ hoc p cō=
feſſionē.Hiere.viij.Eiciēt oſſa regū et ṗncipū.
Secūdū eſt circuit⁹ triplex extra et intra eccle
ſiā.Et hec eſt circūſpectio int⁹ et extra circa co
gitatiōes/locutiōes/et operationes. Cant.iij.
Surgam et circuibo ciuitatē. Tertiū eſt trina
oſtij pcuſſio innuēs inſtigationē dei p inſpira=
tiōes oſtendēdo ei ſuā bonitatē: bn̄ficiorū lar=
gitatē:premiorū immēſitatē.Apoc.iij.Ego ſto
ad oſtiū et pulſo:ſi qs aperuerit michi ianuam
intrabo ad illū. Quartū eſt trina aſpſio cū hy=
ſopo de aqua exorcizata cōpoſita ex mixtura
aque/vini/⁊ cineris/⁊ ſalis: inſinuās cōpūctio
nem ⁊ dolorē triplici reſpectu cōſiderando vbi
fuit/qꝛ in pctō:⁊ ex hoc vbi erit/qꝛ in tremēdo
iudicio redditurus rationē.Eccl's vlti. Cūcta
que fiūt adducet dn̄s in iudicium:vbi eſt/qꝛ in
ſtatu piculoſo. ps.cxiiij. Pericula inferni in=
uenerūt me:vbi nō eſt.ſ.in paradiſo ꝓpter quē
eſt creat⁹.Ap'ls ad Ro.vij. Infelix ego homo
⁊c. ⁊ hec aſperſio cū hyſopo paſſionē ſignificat
xp̄i.ps.l.Aſpges me dn̄e hyſopo et mūdabor.
Quintū eſt incineratio in pauimētis: ⁊ ſignifi
cat humiliationē ex mortis recordatiōe et vi=
lis cōditiōis.Eccli.x.Quid ſupbis terra ⁊ ci=
nis? Sextū eſt deſcriptio alphabeti p cineres
in pauimēto eccl'ie: et ſignat humilitatē quam
debēt in mēte habere hi q ſacrā doctrinā recte
intelligere cupiūt.Eccli.iij.Que tibi precepit
de⁹ cogita ſemp.Zepherin⁹ papa.Sicut ſtel=
las celi nō extingut nox : ita mētes fideliū in=
herētes ſacre ſcripture firmamēto non obſcu=
rat mūdana iniqtas.di.xxxviij.ſicut.Septimū
depingūt cruces plures:et exprimūt tolerātiā
paſſionū.Mat.x.Qui nō accipit crucē ſuam ⁊
ſequit̄ me / nō eſt me dignus. Octauū inūctio
crucū chriſmate:qd̄ ſignificat ſpūalem letitiā,
Mat.vj.vnge caput tuum:vel vnctionē mīe et
cōpaſſiōis erga ꝓximū. Eccl's.ix. Oleū.ſ.mīe
de capite tuo.i.mēte nō deficiat. Nonū lumi=
naria accēdunt̄: ⁊ hec figurāt clara exēpla bo=
noꝝ operū cauēdo etiā a ſpecie mali.Luce.xij.
Sint lucerne ardētes in manib⁹ veſtris.Deci
mū ſancti alicui⁹ intitulatio eccl'ie: et hoc vite
ſctōꝝ conſiderationē ⁊ imitationē ſignificat.j.
Mach.ij. Memētote operū patrū que fecerūt
in generatiōib⁹ ſuis.Undecimū eſt miſſe cele=
bratio:⁊ hoc p cōtinuā dei laudē ⁊ grāꝝ actio=
nē.Ap'ls.j.ad Theſſa.v.In oīb⁹ grās agite.

Violat̄ autē iſtud taberna= §.III.

culū ſeu tēplū aīe:ſm illud ps.lxxiij. Pollue=
runt tabernaculū noīs tui.Qd̄ fit p pctā:⁊ pre
cipue p tria que magis abūdant et magis no=
cēt:et hoc fuit figuratū in violatiōe illius tēpli
qd̄ erat in hieroſolymis. Ter em̄ fuit violatū.
Primo p nabuchodonoſor q illd̄ incēdit igni:
vt ptȝ in.iiij.Reg.vlti. ⁊ ſignificat gulā ⁊ luxu
riam. Secūdo per Antiochū ſuperbiſſimū: vt
ptȝ in lib.j.Mach.j.c. ⁊ ſignificat ſupbiā ⁊ am
bitionē.Tertio p romanos.de qua ps.lxxviij.
Polluerūt templū ſanctū tuū: ⁊ ſignificat aua
riciā: ſed recōciliatū fuit illud tēplū p ſacerdo
tes tpe iude machabei: nūc aūt violatū ex cau
ſis de quib⁹.ſ.recōciliat̄ per ep̄ȝ cū aqua exor
cizata:ſed tabernaculū ſeu templū aīe violatū
p xp̄ȝ recōciliat̄ : ſed non niſi p aquā penitētie:
vbi cōcurrūt aque lachrymarū ⁊ cōtritiōis: ſal
diſcretiōis:vinū feruoris ⁊ dilectiōis: et cinis
humiliatiōis . Nota ergo ꝙ eccleſia cōſecrari
nō pōt niſi ab ep̄o.de cōſe.di.j.c.nemo.nec pōt
ep̄s hoc cōmittere alteri niſi ep̄o . Et pōt fieri
cōſecratio tam dn̄icis dieb⁹ ꝙ priuatis . extra
eo.c.tua.nec debet ſine miſſa cōſecrari. de ꝯſe.
di.j.de fabrica.in fine.Et ſi ep̄s nō petijt dotē
cōpetentē qn̄ primariū lapidē poſuit/ debet in
ꝯſecratione ſupplere: qꝛ ad hoc tenet̄ fabrica=
tor ⁊ eius heres.j.q.ij.placuit.et extra eo.c.cū
ſicut.hoc tn̄ non requirit̄ in eccleſijs ordinum
mēdicātiū:qꝛ ſporta eſt poſſeſſio eorū: qua qdē
non cōtenti innitētes poſſeſſiōibus carent ne=
ceſſarijs . Preſumit̄ eccleſia cōſecrata qn̄ ap=
paret de hoc aliqua ſcriptura vel inſtrumentū
donatiōis: vt in libro eccleſie vel in colūna:vel
in tabula marmorea ⁊ hmōi. Uel etiā ſi appa=
ret vnus teſtis de viſu vel auditu.de cōſe.di.j.
ſolēnitates.j.⁊ intelligas ſemiplenas ꝓbatio=
nes ſufficere vbi nō eſſet de hoc cōtentio p quā
tolleret̄ iſta ꝓbatio: vt qꝛ fieret alteri inde pre
iudiciū.extra eo.c.ꝓpoſuiſti. et extra de adul.
c.ſignificaſti. Et nota ꝙ eccleſia/altaria/⁊ alia
hmōi inaiata cōſecrant̄ : vt dicit Thom̄.in.iij.
parte.q.lxxxiij.nō qꝛ ſint gratie ſuſceptiua:ſed

q: ex cõſecratiõe adipiſcunẽ quandã ſpũalem virtutẽ per quã apta reddunẽ diuino cultui:vt ſcʒ hoĩes exinde deuotionẽ quãdaʒ perciperẽt vt ſint paratiores ad diuina. Unde ⁊.ij.Macb. iij.dicit. Uere virtus quedã eſt in loco. Et quidam ꝓbabiliter dicunt ꝙ per ingreſſum eccleſie conſecrate homo conſequitẽ remiſſionẽ peccatorũ venialiũ: ſicut ꝑ aſperſionẽ aque benedicte:inducẽtes illud ps. Benedixiſti dñe terram tuam ⁊c. Unde ꝓpter virtutẽ illam quam cõſequitẽ ex cõſecratione non debet iterari conſecratio. de conſe. diſt.j. eccleſijs. Hec Tho.

Pia et iuſta opinio.

De violatione eccleſiarũ §.IIII.

Nota ꝙ in quatuor caſibus polluitẽ ita ꝙ indiget recõciliatione. Primus eſt ꝓpter homicidiũ: vel aliꝰ enormẽ ſanguinis effuſioneʒ ibi cõmiſſam. extra de cõſe.eccle.c.ꝓpoſuiſti.ſecꝰ de leui:vt ſi ſanguis caſu de naribus emittatẽ: ⁊ ſi quis vngue aliquantulũ excoriet et ſanguinẽ emittat: ꝙ ſi ex lapide cadẽte de edificio eccleſie aliquis moriatẽ: vel ex fatuitate furie ſe ſe occidat. ſm Hug. et Hoſtiẽ. nõ eſt neceſſaria recõciliatio: q: non eſt ꝑ contentionẽ vel malã voluntatẽ facta. Itẽ ſi ex vulnere extra eccleſiã accepto in eccleſiã fugiẽs moriatẽ/ nõ violatur eccleſia: q: nõ accepit ibi cauſam mortis: ſecꝰ ſi in eccleſia vulneretẽ ⁊ extra moriatẽ/ q: tũc violatur. Itẽ ꝗuis quidã dicant ꝙ ſi occidatẽ martyr in eccleſia nõ indiget recõciliatiõe: q: talis effuſio nõ polluit/ ſed cõſecrat: cõtrariũ verius videtẽ: q: ſceleratius eſt ſanctũ occidere ꝙ prauũ. xxv.q.v.ſi non liceat. ⁊ ꝗuis ex hoc nõ polluatẽ eccleſia ex ſanguinis effuſione/ polluitẽ tñ ex effundẽtis praua actiõe. Secũdus caſus violatiõis eſt ꝓpter adulteriũ/ ⁊ qualẽcũqꝫ ſeminis emiſſionẽ voluntarie ꝓcuratã: ſiue cum alijs/ ſiue ꝑ ſe ſolũ. extra de adul.c.ſignificaſti. de conſe.di.j.eccleſijs. etiã per actũ cõiugalẽ: vt ſi vir cognoſcat vxorẽ in eccleſia/ polluitẽ ſm Io.an. Ex pollutiõe aũt que accidit in ſomnijs non polluitẽ vel violatẽ. Sed nota ꝙ qñ vicia hec i eccl'ia cõmiſſa ſunt occulta: vt dicit Guil. et Hoſtien. in ſumma nõ indiget recõciliatiõe. Et idem tenet Iob.an.in.vj.eo.titu. lʒ Hoſtiẽ. in glo. magis ſuſtineat cõtrarium. Tertius caſus eſt ſi excõicatus eſt ibi ſepultus. de cõſe. di.j.eccleſiã. et extra eo.c.cõſuluiſti. Quartus caſus eſt ſi eccleſia ab epõ publice excõicato cõſecrata fuerit. Nã vt dicit Hoſt. ſi corpus defuncti excõicati eccleſiam polluit: multo magis cũ conſecrationis officiũ peragitẽ per eorũ os ⁊ manus qui excõmunicationi ſubiacent.

Pollutio violat eccleſiam

De recõciliatione eccleſie §.V.

cõſecrate violate ꝓpter aliquod predictorum Nota ꝙ epõs ꝓprius põt talem eccleſiã reconciliare per ſe vel per aliũ: põt ⁊ vnus epõs aquã benedicere/ ⁊ alius recõciliare. Per ſimplices vero ſacerdotes non põt fieri hmõi reconciliatio: etiam ſi ſit conſuetudo: vt dicit Ray. ⁊ Al. extra eo.ti.c.aqua. Et vt dicit Inno. ex cõmiſſione pape poſſent ſimplices ſacerdotes hmõi recõciliationes facere: aqua tñ prius per epm benedicta. Et ꝗuis ãnte hmõi recõciliationeʒ non debeãt ibi diuina officia celebrari/ nec aliquis ſepeliri: tñ ſi quis cõtrariũ faceret etiam ſciẽter: non ꝓpter hoc incurreret irregularitatem. extra de ſentẽ.excom.c.is qui.lib.vj. vnde opinio Hoſtiẽ. in hoc non tenetur qui dicit talem irregularem. Sed Inno. et alij cõtra eũ.

Celebratio i eccleſia violata nõ inducit irregularitatem.

De recõciliatiõe aũt eccl'ie §.VI.

non conſecrate violate ſic dicit Grego.ix. extra eo.ca.ſi. Si eccleſia nõ cõſecrata fuerit ſemine aut ſanguinis effuſione polluta: aqua ꝓtinus exorcizata lauetẽ: ne diuine laudis organa ſuſpendantẽ: eſt tñ ꝗcitius fieri poterit cõſecranda. Hec ibi. Ubi dicit glo. Credo ꝙ ꝑ ſimplicẽ ſacerdotẽ poſſit lauari: q: ſi intellexiſſet papa ꝙ per epm lauaretẽ/ illud dixiſſet ſicut dixit in precedẽti.c. cũ idem eidẽ ſcripſerit. Et q: dixit aqua exorcizata que fit ꝑ ſacerdotẽ ſimplicẽ/ ⁊ non cũ aqua vino ⁊ cinere: cũ qua recõciliatẽ eccleſia conſecrata. Idem dicit Guil. ex hoc arguens/ q: papa dicit ꝓtinus: quod non fieret ſi oporteret expectare epi mandatum: quod dicit q: dicunt quidam ꝙ requiritur auctoritas epi ſuper hoc.

De cimiterijs: nota ꝙ ci- §.VII.

miteria eccleſiarũ benedicunẽ etiã et gaudent immunitate ſicut eccleſie: ita violanẽ ⁊ recõciliantẽ ſicut eccleſie: ſm Hoſt. ⁊ Berñ. et anteꝗ̃ reconcilientẽ nullus debet ibi ſepeliri. Sed nota ꝙ cimiteriũ cẽſetẽ eſſe pollutũ qñ eccleſia eſſet polluta ſi cimiteriũ ſit contiguũ ipſi eccleſie: ſecus ſi eſſet remotũ ab eccleſia. Sed econtra polluto cimiterio non ꝓpterea polluta eſt eccleſia: ne minus dignũ videatẽ ad ſe trahere maius dignũ. extra de cõſe.eccle.c.ſi eccleſiaʒ. lib.vj. et nõ eſt vnũ cimiteriũ ſed plura/ qñ paries eſt in medio: lʒ ibi ſit porta. vnde vno violato nõ eſt violatũ alterũ: vt in.d.c.ſi eccl'iam. Item ſi corpora fideliũ ſepulta ſunt in cimiterijs ab excõicatis vel infidelibus/ nõ debẽt ꝓpter hoc exhumari. extra de ſacra.nõ iterã.c.a nobis. Cimiteria autẽ nõ cõſecrata in quibus corpora paganorũ/ vel hereticorꝫ/ vel excõicatorꝫ ſepulta ſunt: nõ ſunt cõſecrãda: niſi priꝰ eiectis illis corporibꝰ. de cõſe.di.j.c.eccl'iam. Sʒ ⁊ ſi cõſecrata erãt ipſa cimiteria/ debẽt eijci ipſa corpa ſi poſſint diſcerni ab alijs.ſ.fidelibꝰ: aliꝰ nõ. eẽ de ſepul.c.ſacris. ⁊ recõciliari debẽt.

¶ De conſecratione vero §.VIII.

eccl'ie: Nota ꝙ ſunt tres caſus in qb⁹ eccl'ia cõſecrata debet iterũ cõſecrari. ¶ Primus eſt ſi eccl'ia cõbuſta fuit ita ꝙ parietes ſint cõbuſti/ vel dirupti / vel notabil'r decruſtati in toto vel in maiori parte. de cõſe. diſt. j. eccleſijs. Sec⁹ ſi totũ tectũ ſolũ cõbuſtũ fuerit. extra eo. ligneis. ¶ Secũdus eſt ſi tota eccleſia vel maior pars deſtructa vel dirupta eſt: ſecus ſi ſolũ tectũ deſtructũ fuerit vel combuſtũ. extra eo. ligneis. ſi vero parietes ſucceſſiue fuerint reparati / eadẽ eccleſia itelligiẽ: et ideo ſufficit ſi tñ recõciliẽ cũ aqua exorcizata et cũ ſolẽnitate miſſe: ſec⁹ ſi fuit primo tota deſtructa / etiam ſi eiſdẽ lapidibus reparata: cõſecrãda eſt eñi. de cõſe. di. j. de fabrica. ¶ Tertius caſus eſt qñ dubitatur vtrũ fuerit cõſecrata: nec apparet aliqua ꝓbatio de his que. ſ̃. dicta ſunt. de cõſe. di. j. ſolẽnitates. j. vide. ſ̃. ꝓbatiões que ad hoc ſufficiãt.

¶ De cõſecratione vel recõ- §.IX.

ſecratiõe altaris: Nota ꝙ alia eſt cõſecratio eccleſie/ alia altaris: ⁊ ideo vna ſine alia fieri põt. extra eo. c. j. Põt aũt eṗs in eadẽ eccl'ia ſimul plura altaria ꝯſecrare. extra eo. vniuerſis. Qñ vero ſit recõſecrãdũ. Nota ſm Hoſt. ſi mota. i. mutata/ rupta/ vel notabil'r deſtructa ſit tabula altaris ſuperior que d̃r mẽſa: cũ. ſ. tota eſt cõſecrata: ⁊ p̃cipue in angulis in qb⁹ ſolet fieri altaris cõſecratio: ſec⁹ ſi eſſet modica fractura. extra eo. ligneis. Eſt ergo neceſſaria deformitas ad hoc vt oporteat iterũ cõſecrari: quã puto ad arbitriũ epi redigendã. Idẽ Inno. Item ſm Ray. ſi mot⁹ fuerit aliquis de lapidib⁹ p̃ncipalibus ſtipitis mẽſam cõtingẽtis: opꝫ iterũ cõſecrari: nã illa cõiũctiõe p̃cipue intelligiẽ altaris cõſecratio. ex̃ eo. c. ad hec. Qḋ autẽ dictũ eſt de lapidib⁹ cõtingẽtibus mẽſam/ intelligit Guil. qñ menſa fundata eſt ſup q̃tuor colũnas ⁊ vna eaꝝ mota eſt: ſec⁹ ſm glo. de lapidib⁹ parietis vel ipſo pariete cui cõpaginatũ eſt ipꝫ altare in quibuſdã eccleſijs: q: ꝓpter motionẽ illius parietis aut lapidis nõ cõſecrabiẽ ipm altare ſi maneat immotũ. Itẽ ſi tota mẽſa cũ ſibi adherẽtibus lapidibus transferaẽ: dũ tñ mẽſa ſuperior nõ ſepareẽ ab eo cui cõpaginaẽ nõ eſt recõſecrandũ: ſicut nec recõſecraẽ altare portabile cũ transferẽ. Itẽ ſi ſigillũ lapidis quo ſigillanẽ reliquie fractũ ſit aut diminutũ/ eſt recõſecrandũ. de cõſe. di. j. ſi motũ. extra eo. c. qḋ in dubijs. Et dicit Hoſt. ꝙ hoc ſigillũ qñ poniẽ ſup tabulã altaris/ ⁊ ipſa claudiẽ: paruo tñ lapide aliqñ ex parte ante: aliqñ ex p̃te poſt: aliqñ ad dextrũ latus altaris: ⁊ claudiẽ paruo tñ lapide: et ſi ille paru⁹ lapis remoueaẽ/ erit reconſecrandũ. Item ſi altare tantũ augmenteẽ/ ꝙ amittat formã priorem: reconſecrãdũ eſt: q: forma rei eſt eſſe rei. argu. x. q. ij. hoc ius. a l'o non. Altaria autẽ ſine reliquijs nõ ſunt conſecranda. de cõſe. diſt. j. placuit. Item nota ꝙ ꝓhibetur celebrari ſuper ſepulchra hominũ: niſi martyrũ vel aliquorũ ſanctorũ. de conſe. diſt. j. Non oportet. cum glo. eius.

¶ De veneratiõe eccl'iaꝝ. Cap. vij.

Ego autẽ in multitudine mie tue introibo in domũ tuam: adorabo ad templũ ſanctũ tuũ in timore tuo. p̃s v. Domus dei ad quã ꝓpheta dirigit ſermonẽ ſuũ eſt eccleſia: de qua quõ accedendũ et manendũ in ea ſit nos docet ſuo exẽplo Salomõ edificato tẽplo dei in dedicatione eius orauit inter cetera dicens. Audi dñe hymnũ et orationẽ quã ſeruus tu⁹ orat coram te hodie: vt ſint oculi tui apti/ ⁊ aures tue intente ſuper domũ iſtam. de qua dixiſti: Erit nomen meũ ibi. iij. Regũ. viij. Ubi tria nota.

¶ Quomodo ad ipſam accedẽdũ. ibi: Ego autem in multitudine miſericordie tue.

¶ Quid ibi agendum. ibi: Adorabo ad templum ſanctum tuum.

¶ Quanto reuerendũ. ibi: In timore tuo.

¶ Debet homo accedere ad §.I.

eccl'iam que eſt dom⁹ dei: vt inde miam conſequaẽ dei. Uñ dicit. Ego aũt in multitudine mie tue introibo in domũ tuã. i. vt ibi recipiã miaꝫ tuã multipl'r. ſm illud p̃s. Suſcepimus deus miam tuã in medio tẽpli tui. Et ideo admonet Salo. Eccl's. iiij. di. Cuſtodi pedem tuũ ingrediẽs domũ dei. i. affectũ tuũ: ne ſit ad mala direct⁹/ ſed ad bona: vt cõſequaris miam/ nõ iuſtitie ſeueritatẽ. Diciẽ ei. ij. Mach. iij. dixit Heliodorus flagellat⁹ a deo cũ fuit ingreſſus templũ ad malefaciendũ: ipſe q̃ hꝫ in celis habitationẽ viſitator ⁊ adiutor loci illius. ſ. templi: et venientes. ſ. ad malefaciendũ p̱cutit ⁊ p̱dit. Sic ⁊ Siſinius q̃ intrauit eccl'iam vt curioſe videret myſteria x̃pianoꝝ: orãte ſctõ Clemẽte p̱cuſſus fuit cecitate. Hiero. ad Oceanũ in ep'la. ij. Timeo ne qñ p̱ riſum intramus eccl'iam ſic de nobis rideat: de quo ſcriptũ eſt pſal. ij. Qui habitat in celis irridebit eos. Sic ergo vt dicit Grego. x. de immu. eccle. c. decet domũ. lib. vj. Sit ad eccl'ias humilis ⁊ deuot⁹ ingreſſus: ſit in eis quieta cõuerſatio/ deo grata/ inſpiciẽtibus placida: que cõſiderãtes non ſolũ inſtruat ſed etiã reficiat cõuenientes ibidẽ. Et ſic faciẽdo dicere poteris vere: In multitudie mie tue introibo in domũ tuam. ſ. ſuſcipiẽdam. Ibi eñi recipiẽ mia venie de peccatis p̱ ſacramẽta/ indulgentias/ ⁊ oratiões. Unde Salo. in dedicatione templi ait. Si peccauerit tibi populus ⁊ c.

Primo

iij. reg.

viij.

egerit penitentiā in corde ſuo: ⁊ orauerit con-
traviā templi qđ edificaui nomini tuo:tu exau
dies de celo oratiōes eoꝝ: ⁊ ꝓpitiaberis ppľo
tuo ⁊ oīb⁹ iniquitatib⁹ eoꝝ: quib⁹ preuaricati
ſunt in te: ⁊ dabis eis miam. Ibi ſuſcipiť mia ⁊
tutela cōtra tētatiōes diaboli qui nō ita poteſt
Scdo. vexare mētes hoim virtute cōſecrationis. Un̄
in officio cōſecratiōis et exorciſmis aque q̄ ibi
ſemp habeť.ſ.benedicte dicitur ꝙ oīs virt⁹ ini
mici cōprimať et inſidie diaboli ⁊ hmōi.habeť
etiā tutela:q: ex īmunitate nō poſſunt ibi capi
rei.xxiij.q.v,reos dicit.Reos ſanguinis defen
dat eccľia ſcȝ ſi cōfugerint ad eā. ſed de immu
nitate ei⁹ habes plene.ſ̄.c.iij.ibi vide.Etiā ſu
ſcipitur mia cōtra multas miſerias et ſpūales
Tertio et tpales. Nā per lectiōes et predicationes q̄
ibi fiūt illuminatur ignorātia.Un̄ dicit Eſa.ij.
Uenite aſcendam⁹ ad domū dei iacob.i.tēplū:
et docebit nos vias ſuas. A multis etiā neceſ
ſitatib⁹ q̄b⁹ ſubijciť humanū gen⁹:vt peſtis itē
pertei aeris:penurie:guerre: ⁊ hmōi orōnib⁹ q̄
fiūt cōmuni⁹ in eccleſijs:hō ſubleuatur:qđ ora
uit fieri Salomon in dedicatiōe templi ſui. iij.
Reg.viij.Cū tamē tēplū ſeu dom⁹ xpi.i.eccľia
multo ſacratior ſit. Sed cū a multis intrať do
mū dei ad pccandū:ad confabulandū ⁊ multa
mala faciēdū:poteſt dicere quilibet taliū. Ego
introibo in domuȝ tuā in multitudine iuſticie
tue ſcȝ expectāde:q̄uis etiā intret in multitu-
dine mie dei pro tūc inquātū nō punit vt merē
tur expectādo ad penitētiā:dom⁹ mea ait ipſe
dom⁹ orationis vocabiť.vos aūt feciſtis illam
ſpelūcā latronū.Luce.xix.Etiā ethnici cū ma-
gna veneratiōe habebāt tēpla ſuoꝝ deoꝝ.Re-
fert.Ualeri⁹ maxim⁹ li.j.c.j.exēplo.ix.ꝙ fabi⁹
ducatu/gai⁹ magiſterio ꝓuati ſunt a ſenatu:q:
queſtiones etiam paruas audiebant in tēplo.

Quid agēdū ſit in tēplo §.II.

Secūdo nota cū dicit.adorabo ad tēplū ſanctū
tuum. deus eſt q̄ principaliter debet adorari.
ſm illud Deute.vj.Dn̄m deum tuū adorabis:
cultu.ſ. interiori et exteriori. Adorari ergo in
templo debet nō negociari vel cōfabulari. Un̄
Canon de dicit in.c.decet domū dn̄i ſanctitudo. de im
ꝑdicant mu.eccle.lib.vj.Nullus in eodē loco ſeditionē
dꝫ pplo excitet ⁊ clamorē moueat impetū ve cōmittat.
Ceſſent in illis vniuerſitatū ſocietatū quarūli-
bet cōſilia/cōciones ⁊ publica parlamēta.Ceſ
ſent vana et multo fortius feda ⁊ ꝓfana collo-
quia.Ceſſent cōfabulationes q̄libet.Sint po-
ſtremo quecūq; alia q̄ diuinū poſſunt turbare
officiū: aut oculos diuine maieſtatis offende-
re ab ipſis.ſ.locis prorſus extranea. Ceſſent in
eccleſijs earūq; cimiterijs negociatiōes ⁊ pre-
cipue nūdinarū ac fori cuiuſcūq; tumult⁹, hec
ibi. In nullo xp̄s oſtendit tantā ſeueritatē cor
rigendi quantā in offenſiōe tēpli eijciēs cū fla-
gello emētes ⁊ vēdētes in illo. Joh.ij.ſcȝ in por
ticu tēpli:debet ergo adorari in tēplo.nō vaga
ri vel negociari vel ꝑcari.Dicit aūt Joh. and.
in nouella poſt Guiľ.ꝙ nō eſt licitū ibi fieri con
gregationē doctoꝝ ⁊ ſcholariū ad magiſtrādū:
nec etiā ad repreſentatiōes pietatis: vt natiui
tatis dn̄i ⁊ aſcēſionis ſpūſſancti : annūciatiōis
virginis: ⁊ preſertim in noſtra ciuitate florētī-
na agitur.qđ verum eſt ſi in eis fiūt inhoneſta.
Debet aūt adorari mēte ꝑ deuotionē. Apoca.
xiiij.inquit angel⁹. Adorate eū qui fecit celū ⁊
terrā.Corpore ꝑ genuflexionē ⁊ ꝓſtrationē et
hmōi.Exo.iiij.dr̄.ꝙ proni adorauerunt deū eo
ꝙ viſitaſſet eos ad liberandum ſcȝ de ſeruitute
pharaonis. Subſtātie oblatiōe. Un̄ de magis
dr̄ Mat.ij. Et ꝓcidētes adorauerūt eū.ſ.xp̄m
natū. ⁊ obtulerūt ei munera aurū thus ⁊ myr-
rhā.Et de⁹ debet adorari latria.Apoč.vlt.Hic Latria
deū adora. ⁊ xp̄i humanitas vnita v̄bo : ⁊ crux dulia:
xp̄i nō vt lignū: ſed vt repreſentatiua crucifixi hypdu-
ps.Adorate ſcabellū pedū ei⁹:qm̄ ſctm̄ eſt. Et lia.
in officijs eccľie. Tua crucē adoram⁹ dn̄e. In
hymno. Te adorandā: te crucē viuificā:per te
redēpti:per te ſum⁹ liberi ⁊c.Et ſcti etiā debēt
adorari nō latria:ſȝ dulia. i. nō eos honorātes
vt creatores vel datores gratiarū:ſed vt parti
cipātes dei bonitatē per gratiā vel gloriā. ⁊ vt
noſtri interceſſores: ⁊ ſic abraā angelos adora
uit.Gen.xviij. Et corneli⁹ centurio Petrum.
Acť.x.Et coꝝ reliquie ſunt etiā venerāde.Un̄
Aug. in lib.de ci.dei ait. Non ſunt cōtēnenda
ſed plurimū veneranda corpora ſanctoꝝ:q̄bus
dum adhuc viuerent ſpūſſanct⁹ quaſi q̄buſdā
organis vſus eſt. Et ſiľr imagines picte ſctōꝝ
inquantū eoꝝ repreſentatiue.de cōſe.di.iij.ve-
nerabiles. Beatiſſima auteȝ maria mater dei
adoratione hypdulie debet adorari.i.excellen
tiori veneratiōe ſuper alios ſctōs.De ſingulis
horū ſcȝ de deuotione:de adoratione corpora-
li:de oblationibus:de imaginibus ſanctorum
et de reliquijs habes in.c. ſequentibus.

Quanto reuerendū aut §.III.

venerandū ſit dei templū materiale tertio oſtē
ditur cū dicitur in timore tuo.ſ.reuerētiali.de
bet em̄ loc⁹ eccľie in magna veneratiōe haberi Eccľia
multiplici rōne. Primo ꝓpter dei ꝑcipue dꝫ ha-
preſentiā.ps.Dn̄s in tēplo ſctō ſuo.ſ. eſt ⁊ hoc beri in
ꝑ effectū ibi faciēs q̄ ſol⁹ ipe facit.ſ.iuſtificādo reuerē-
pctōres ꝑ diuerſos modos : vel etiā ꝓpter ſa- tia.
cr̄m altaris in quo realiter exiſtit qđ quotidie
ibi ꝯſecrať ꝓ ſalute viuoꝝ ⁊ defunctoꝝ: ⁊ ibi cō
ſeruať quotidie cū magna diligētia i taberna-
culo.Cōſideret q̄lȝ cū quāta reuerētia ⁊ timore

maneat corā magno dn̄o tp̄ali: et quātū ſibi caueret ne q̄d minimū ageret qđ ocl'os eiꝰ offenderet. Sed hic eſt rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū q̄ videt intima cordis ⁊ quē nullū latet ſecretū. Et ideo vt ait Cyprianꝰ: cogitatio carnalis ⁊ ſecularis hoīs abſcedat: nec tunc preter id ſolū qđ orat animꝰ cogitet. ꝓpterea ſacerdos dicit in prefatione. ſurſum corda. de cōſe. di. j. q̄ñ. Minima aīalia bruta oſtēdūt mō ſuo ſe magis revereri ſacramētū ꝙ hoīes. Legiť eniꝫ de quodā ruſtico: ꝙ cū edoctꝰ fuiſſet a quodā mago vt ſi vellet ditari hoc ageret vt ſacramētū euchariſtie ſumptū in paſchate nō deglutiret: ſed reſeruatū in ore poneret illud in vno alueari apum Et ſic cūcte vicinoꝝ apes ad mellificādū ad eiꝰ alueos cōuenirent. Quo facto mirabile dictu apes ruſtici antedicti cū apibus vicinoꝝ eccleſiūculā cū altari ſctiſſimo ſacr̄o mirādo artificio cōſtruxerūt. Extrahēdi itaq; mellis adueniēte tp̄e venit ruſticꝰ querēs mel in eis: ⁊ vacua repperit vaſa: mirāſq; venit ad alueolū in quo poſuerat dn̄icū ſacr̄m: audit apes mirabilibus melodijs in aere circūuolātes. Cūq; appropinquaret ad locū vbi erat dn̄icū ſacramētū: ſubito quodā impetu vindicandi oēs ille apes irruerūt in eum: aculeis ſuis illū totis viribꝰ affligentes ⁊ quaſi dn̄i ſui iniuriā vindicātes. ſentiēſq; ruſticus dei virtutē: ſecedens cucurrit ad ſacerdotē ſuū: confiteť ſcelus ſuum ⁊ dei miraculū patefacit. Cōgregať pp'ls indicto ſacerdotis: cōcurrunt gentes vndiq; ad locū vbi erat dn̄icū ſacramētū. Quibꝰ appropinquātibꝰ de alueolis eleuātur apes mirabilibꝰ melodijs ⁊ cōcinētibꝰ choris in aere iubilabāt. Aſpiciētes igitur in alueolū vident cūcti eccleſiūculā cū altari de cera ab apibꝰ fabricatā ⁊ ſuper eo dn̄icū ſacramētū. Extrahit ſacerdos cū debita reuerentia ſacr̄m cū eccl'ia cerea ⁊ illud ꝓ ſummis reliquijs fuit reſeruatū. Cum magna igiť reuerētia et timore debent in eccleſia hoīes manere: vbi celebrať ⁊ reſeruať cōtinue dn̄icū ſacramētū pro infirmis. vt de cōſe. di. ij. c. preſbyter. ¶ Scđo debet in eccl'ia cū timore et reuerentia reſideri ꝓpter aſſiſtētiā angeloꝝ In conſpe. ange. pſal. tibi. inquit pš. Unde et chorus đr locꝰ vbi moranť clerici ad officiū dicendū / a choris angeloꝝ. Et ſm̄ antiquū ſtatutū eccl'ie ibi nō debēt laici reſidere cū clericis. vt de vi. ⁊ hone. cleri. c. clerici. qđ etiā de facto ſeruauit Ambroſiꝰ erga theodoſiū imperatorē quē inuētum in choro manere iuſſit ab loco illo recedere clericoꝝ ⁊ īter laicos ſedere. Ap'ls etiā. j. Coꝝ. xj. dicit ꝙ mulier debet velare caput. ſ. in eccl'ia ꝓpter āgelos: qđ exponitur in glo. q: cū ſicut oēs alij habeāt angelū ad ſui cuſtodiā deputatū: ita et mulieres oſtendant facto angelos ipſos nō velle offendere de vanitatibꝰ ſui capitis. vt faciūt frequenter in eccl'ia. Uel q: ipſi angeli aſſiſtunt ſacramēto cū celebratur. Dicit enim Greg. de cōſe. di. ij. §. q̄s fidelīū. Quis fidelīū dubitare poteſt in ipſa immolatiōis hora ad vocē ſacerdotis in ipſo myſterio angeloꝝ choros adeſſe. Uel ꝓpter angelos. i. ſacerdotes: qui in ſcriptura angeli dicūť qui eaꝝ ornatibꝰ et fucis poſſunt ſcandalizari.

Miraculū de ſacro.

Dignitas chori.

⁊ hoc ptinet tria ſm Tho.i.iiij.pmittiť ei offerentiū exultatio q̄ſi pparatoria: ⁊ hoc in offertorio qḋ dicit: Hilarē eñi datorē diligit deus. ij.Cor.ix.c. Et ſʒ Guil.du.qs inſtituerit offertoriū ignorat. Et dicit offertoriū a ferta qḋ eſt oblatio q̄ in altari offerť: vel qr dū offerāda cātať: ſacerdos accipit oblatiōes a populo ⁊ hoſtias a miniſtris. Et nota ꝙ vſqʒ ad iſtū locū dr miſſa cathecuminorū: qr vſqʒ ad iſtū paſſum cathecumini ſtāt in eccl'ia: ⁊ poſtea emittūť de eccleſia: et ſilr pagani ⁊ iudei. vñ de cōſe. diſt.j.c. epē.ij.dr. Epe nullū phibeat eccl'iam ingredi ⁊ audire vbū dei: ſiue gētilē/ſiue hereticū/ſiue iudeū: vſqʒ ad miſſam cathecuminorū. Cathecumini dicunť qui erudiūť in fide anteq̄ baptizenť. Heretici tñ rōne excōicatiōis nō poſſunt diuinis adeſſe: ſed tm̄ pdicatiōi. Exprimiť ſecūdo ipſa oblatio dū dicit: Suſcipe ſctā trinitas ⁊c. vbi petitur vt ppl'i oblatio ſit deo accepta. vñ.j. Paraľ.xxix.ca. Dauid dixit. Ego in ſimplicitate cordis mei obtuli vniuerſa ⁊c. Exinde ſacerdos thurificat altare: qḋ nō facit q̄ſi vtēs cerimoniali pcepto legis: ſed eccl'ie ſtatuto ſʒ Tho.in.iij.pte.q.lxxxiij. ar.v.ad ſecūdū. ſtatuit autē hoc eccl'ia ⁊ ob reuerentiā ſacri: vt ſcʒ ppter bonū odorē depellať q̄cq̄d corporalr praui odoris eēt in loco qḋ poſſet puocare horrorē. Et etiā fit hoc ad repreſentandū effectum gr̄e: qua ſicut bono odore xp̄s plenus fuit: et a xp̄o deriuatur ad fideles officio miniſtrorū. Et ideo vndiqʒ thurificato altari p qḋ xp̄s ſignificať: thurificāť oēs p ordinē. Exinde lauat ſibi manus ſacerdos: tū ob reuerentiā ſacri vt mūdus tractet: tū ad ſignificandū emūdationem etiā a minimis pctis: que cōgruit accedēti ad hoc ſacr̄m: ppter qḋ etiā fit cōfeſſio generalis publice ante introitū. Petiť tertio oblatiōis acceptatio p orones ſecreto dictas. hoc eñi eſt ſacerdotis tm̄ deū oronibus placare: ad qḋ ſacerdos ſe pparat p humiliationē dicēs: In ſpū humilitatis. Et qr hec pdicta exigūt mētis erectionē ad deū: ideo oibus trib⁹ non premittiť dn̄s vobiſcū: ſʒ loco ei⁹ q̄ñ oro ſecreta facienda eſt dr Orate fratres. Et dicūtur ille orones ſequētes ſecrete ſm Guiľ. qr ſubmiſſe ſunt dicēde. Et hoc tum ne vileſcat officiū miſſe ſic oib⁹ manifeſtatū: tū vt deuoti⁹ oret ſacerdos ne habeat occaſionē cogitādi placere pplo i. platiōe tum ad ſignificandū orones xp̄i ſecreto factas tpe paſſionis: tum qr ipē ſilens fuit in paſſiōe.

orones ſecrete dicēde ſunt.

Tertiū ptinēs ad celebrationē eſt ſacri cōſummatio. Et hoc ptinet tria. §.IIII.

Primo preparationem.

Secundo ſacramenti perfectionem.

Tertio ſumptionem eius.

Preparatio aūt ppl'i ⁊ miniſtrorū ⁊ ſacerdotis ad tantū ſacr̄m p deuotā laudeʒ dei fit. Vñ in pfatiōe in qua ptineť dicta pparatio tria cōtineť. Prio ppl'i excitatio ad laudē dei: vbi ſacerdos dn̄s vobiſcū dicit: qḋ ad totā iſtā partem referēdū eſt. Inuitat ad mentis erectionē di. Surſum corda. vbi dicit Cyp. de cōſe. di.j. c.q̄ñ. Q̄ñ ſtam⁹ ad oroneʒ fratres dilectiſſimi inuigilare ⁊ incūbere ad pces toto corde debemus: cogitatio hoīs carnalis ⁊ ſecl'aris abſcedat: nec q̄cq̄ tūc anim⁹ aliud q̄ id ſolū cogitet qḋ pcať: ⁊ ideo plebs r̄ndet Habem⁹ ad dn̄m. quo admoneť ppl's nil ſe aliud cogitare q̄ deū debere: deinde ad grāꝝ actiōes dicens: Grās agamus dn̄o deo nr̄o. Scḋo deuʒ implorat ad laudē ſuſcipiendā: oñdēs laudis debitū dicēs: Uere dignū/ratiōe dn̄ij. vñ ſubdit Dn̄e ſancte. Et iuſtū ratiōe paternitatis: vñ ſubdiť Pater oipotēs. equū rōne diuinitatis. vñ ſubdit Eterne deus/et ſalutare rōne redēptiōis. vñ ſequiť p xp̄m dn̄m noſtrū. Q̄nqʒ vero adiūgiť aliqua laudis materia ſm cōgruentiā ſolēnitatis. vt q̄ p reſurrectioneʒ et hmōi. Et notat Guiľ.du. ꝙ pfatiōes hymnos ⁊ tract⁹ Gela.pa. cōpoſuit ⁊ cantu et elimato ſermōe dictauit. Et de cōſe. di.j. Inuenim⁹. ponunť nouē prefatiōes: ſcʒ de reſurrectiōe xp̄i: de aſcēſione: de pēthecoſte: de trinitate: de natiuitate dn̄i: de epiphania: de cruce ſeu paſſione: de apl'is: ⁊ de ieiunio in.xl. Sʒ Urba.pa. addidit decimā: ſcʒ de beata virgine. Proponiť etiā exēplū laudis.ſ. in angelis dū ſubdiť Per quē maieſtatē tuā ⁊c. Tertio ppl's laudes exoluit ⁊ diuinitati aſſumens vba angelorū.ſ. ſanctus/ſanctus/ſanctus dn̄s de⁹ ſabaoth ⁊c. Eſa.vj. Sabaoth nomen eſt hebraicū: ⁊ latine interpretať exercituū vel militiarū.ſ. angeloꝝ. vbi etiā exprimiť myſteriū trinitatis pſonaꝝ/qr diciť ter ſanctus: et vnitas eſſentie/qr dn̄s de⁹: ⁊ pñtia diuine maieſtatis qr pleni ſunt ⁊c. Exoluit etiā laudes humanitati xp̄i dicēs cū pueris hebreoꝝ Bñdict⁹ q̄ venit ⁊c. Mat.xxj. Oſanna hebraicū nomē eſt: ⁊ latine interpretatur obſecro ſalua. ⁊ ſm Guiľ. Sixtus pa. iſtud ſanctus ſtatuit dicēdū. Secundū ptinēs ad ſacri cōſummationē/eſt eius pfeſſio ſeu cōfectio. Et hec ps diuidiť in tres partes ſm tria q̄ ptinent ad integritatē ſacri. Aliq̄d.ſ. qḋ eſt ſacr̄m tm̄.ſ. materie oblate benedictio: ⁊ aliquid qḋ eſt res ⁊ ſacr̄m.ſ. corpus xp̄i verū: ⁊ aliquid qḋ eſt res tm̄. Et ſm Guiľ. expedite muſce vemētes.i. vane cogitatiōes perdāt ⁊ dicať ſuauitatē vnguēti.i. orones: dici pōt ꝙ canō dʒ dici expedite nō moroſe: ⁊ ne auditorib⁹ tediū genereť: nō tñ nimis feſtināter/ne ſacrificium fiat ſine ſale diſcretiōis ⁊ deuotiōis. Debʒ etiā legi in libro ne vll⁹ error cōtingere poſſit: diciť

Canon expedite dicať

aũt totũ illud.ſ.a Te igit͛ vſq₃ ad cõlonẽ canon q₂ regulis patrũ cõpoſitus eſt. Canon eñ greſce latine regula dr̃:q₂ ꝑ hũc fit regulariter cõſecratio ſacramẽti. Quantũ ad p̄mũ petit ſacerdos oblatiõis benedictionẽ di. Te igit͛ clemẽtiſſime ꝛc. Et ꝙ ſe inclinãs hoc dicat:ſignificat humilitatẽ et obediẽtiã ex qua xp̄s paſſus eſt. Et benedicas hec dona que nobis a deo data ſunt: hec munera que.ſ.deo a nobis oblata: ſacrificia ad noſtrã ſalutẽ deo a nobis ſacrificata:illibata dicunt͛.i.incorrupta:ꝛ quo ad materiam:q₂ materia debet eſſe apta:ꝛ quo ad rem cõtinendã.i.corpus xp̄i: et quo ad corpus xp̄i myſticũ ibi ſignificatũ. Et nota ſ͛m Tho.in.iij. parte.q.lxxxiij.arti.v.ad.iij.ꝙ in celebratione miſſe/ꝛ precipue ab iſto loco vſq₃ ad Pax dñi. vtitur ſacerdos frequẽter crucis ſignatiõe ad exprimẽdã paſſionẽ xp̄i que eſt ad crucẽ terminata. Eſt aũt paſſio xp̄i quaſi quibuſdã gradibus pacta. ¶ Nã p̄rio fuit xp̄i traditio:que facta fuit a deo/a iuda/ꝛ a iudeis. Et hoc ſignat trina crucis ſignatio ſup̄ iſta verba hec dona. ¶ Secũdo fuit xp̄i venditio:que facta fuit ſacerdotibꝰ/ſcribis/ꝛ phariſeis:ad qđ deſignandũ fit iterũ trina crucis ſignatio ſup̄ illa verba Benedictã ꝛc. Addit͛ autẽ duplex conſignatio ſup̄ illa verba Ut corpꝰ ꝛc.ad deſignandũ pſonã venditi et vẽditoris. ¶ Tertio fuit prefiguratio paſſionis xp̄i facta in cena:ad qđ deſignãdum fiũt due cruces : vna in cõſecratiõe corporis/alia in cõſecratione ſanguinis. ¶ Quarto fuit paſſio ipſa xp̄o exhibita : vñ ad deſignãdũ quinq₃ plagas xp̄i fit quintuplex crucis ſignatio ſup̄ illa verba Hoſtiam purã ꝛc. ¶ Quinto repreſentat͛ extenſio corpis xp̄i in cruce/ꝛ effuſio ſanguinis ꝛ fructꝰ paſſiõis : fit triplex cõſignatio ſup̄ illa verba: corpus ꝛ ſanguinẽ ſumpſerimꝰ et om̃i benedictiõe ꝛc. ¶ Sexto repreſentat͛ triplex oratio quã fecit in cruce. Unã ꝓ pſecutoribꝰ:cũ dixit Pater ignoſce. Lu.xxiij. c. Aliã ꝓ liberatiõe a morte: cũ dixit deꝰ meꝰ. Mat.xxvij.c. Tertiã ꝓ adeptione glorie:cũ dixit Pater in manꝰ tuas. Lu.xxiij.c.ꝛc. Et ad hoc ſignificandũ fit trina crucis ſignatio ſup̄ illa v͛ba ſanctificas ꝛc. ¶ Septimo repreſentãt͛ tres hore quibus ſtetit in cruce:ſc₃ a ſexta vſq₃ ad nonã. Et ad hoc ſignificãdũ fit trina crucis ſignatio ad illa v͛ba Per ip̄₃ ꝛc. ¶ Octano repreſentat͛ ſeparatio aĩe a corpore ꝑ duas cruces ſubſequẽtes factas extra calicez. ¶ Nono repreſentat͛ xp̄i reſurrectio tertia die facta per tres cruces que fiũt ad illa verba Pax dñi ꝛc. hec Tho.in.iij.pte.q.lxxxiij.ar.iiij.et.v.ad.iij. Reuertendo ad ſuperiora poſtꝙ̃ ſacerdos petiũt benedictionẽ oblationis dicens: Hec dona ꝛc. Deinde petit ſalutẽ ꝓ offerẽtibus ꝛ his ꝓ qbꝰ offert͛ cum di. In primis ꝛc. Ubi p̄rio cõmemorat eos pro quoꝝ vtilitate offert͛ hoſtia tam ad generale ſtatutũ eccl'ie ꝙ̃ ad ſpeciales pſonas ibi Memẽto. Orat ergo p̄rio ſ͛₃ Guil͛.du.ꝓ eccleſia catholica.i.vniuerſali. Secũdo ꝓ papa: cum dicit͛ Una cũ famulo tuo ꝛc. que v͛ba addidit Clemẽs papa. Tertio ꝓ ep̄o ſuo:cũ dicit͛ Antiſtite. Antiſteo tñ ipſe celebrans nõ debet ea dicere. Et in roma etiã non debet dici antiſtite:q₂ antiſtes illiꝰ ciuitatis eſt papa ip̄e iam dictus. Quarto ꝓ rege. Orare autẽ ꝓ rectoribus docet ap̄ls.j.Tim.ij. Poteſtas eius eſt duplex:ſc₃ eccl'iaſtica et ſecl'aris. di.xcvj.duo. Quinto orat ꝓ omnibus orthodoxis : qđ nomen eſt grecũ:et interpretat͛ recte glorians. Orthodoxus qui.ſ.deũ recte fidei cõfeſſione glorificat. Quantũ vero ad ſpeciales perſonas dicit Memento dñe ꝛc. vbi põt orare ſilenter pro quo vult vno vel pluribus: nõ tñ debet hic orare ꝓ aliquo defuncto:q₂ ꝓ defunctis oratur in ſecũdo memẽto.ꝛ cum deus nichil ignoret, vel obliuiſcat͛/dicitur tñ ei,vt recordet͛ ſc₃ ad miſerandũ. Oratur ꝛ ꝓ circũſtantibus cũ dicitur. Et omniũ circũſtantiũ. vbi oſtẽdit͛ vtilitas magna in audiendo miſſam/ cũ ꝓ illis ſpecialiter oretur. Hec omnia Guil͛.du. Et q₂ citius exauditur iuſtus ꝙ̃ peccator/ ideo ꝙ̃tũ ad oratiões meliꝰ eſt audire miſſam boni ſacerdotis, ꝙ̃ mali:ceteris paribus ſ͛m Alber. ꝙ̃uis ꝙ̃tũ ad virtutẽ ſacramẽti,ꝛ miniſterij publici non ſit differentia inter bonum,ꝛ malũ miniſtrum.j.q.j. intra catholicã. ¶ Et nota ꝙ de cõſe.diſti.j.de nominibus.cũ glo.eius dicitur ꝙ nõ debet nominari ig ꝓ quo oratio fit : nec in miſſa/nec in oratione eius/vel ſacrata miſſa. Secundo ſ͛m Tho.in.iiij.di.viij.in expoſitione littere cõmemorat eos,in quorũ offert͛ reuerẽtia:ibi Communicãtes ꝛc. Et ponit͛ virgo que xp̄m in templo obtulit. Apoſtoli/qui ritũ offerendi nobis tradiderũt. Martyres/qui ſeipſos deo obtulerunt:non autẽ cõfeſſores/q₂ de eis antiquitus nõ ſolennizabat eccleſia: vel q₂ nõ ſunt paſſi ſicut xp̄s:cuius paſſio hic recolitur. Et ſ͛₃ Guil͛.du.cõmunicãtes addidit canoni Sixtiꝰ papa. Et in hac cõmemoratiõe ſanctorũ ſeruat eccleſia quod antiquitus agere conſueuit : vt ſc₃ in oratiõibus ſuis recolat patrũ memoriã: quatenus eorũ meritis ſuffragãtibus facilius obtineat, quod implorat. Sicut Moyſes orãdo interpoſuit memoriã patrum dicẽs : Recordare Abraã yſaac ꝛ Jacob.ꝛc. Exo.xxxij.c. Tertio cõcluditur expreſſe quod petit͛ impetrãdũ: dũ di Hanc igit͛ oblationẽ ꝛc. Et iſtud ſ͛m Guil͛.du.adiũxit Leo papa vſq₃/placatus accipias: beatus vero Gregorius reſiduum vſq₃/iubeas gregi numerari. ¶ Quã oblationẽ. Hec pars

Canonis expoſitio

Memoria viuorum

Oro iuſti fortior ꝙ̃ pctõis

ad conſecrationẽ pertinet que tria continet. Primo enim imploratur conſecrantis virtus. Secundo perficitur cõſecratio. ibi: qui pridie. Tertio exprimitur rei conſecrate cõmemoratio. ibi: vnde et memores. ¶ Quantum igitur ad primum nota ſm Tho. in. iiij. ꝙ illa verba / benedictã: aſcriptã: ratã ⁊c. poſſunt referri vno modo quantũ ad id qđ eſt in ſacro cõtẽtũ. i. ad xp̄m qui eſt hoſtia. Unde dicit benedictã ab omni macula pctĩ immunis. Aſcriptam. i. prefiguratã figuris veteris teſtamẽti: ⁊ predeſtinatiõe diuina preordinata. Ratã: q2 nõ eſt trãſitoria. Rõnabilẽ ꝓpter cõgruitatẽ ad placandũ. Acceptabilẽ ꝓpter efficaciã: facere digneris tu. ſ. de⁹ pater. Alio mõ pñt referri ad effectũ. vnde dicit benedictã / per quã bñdicimur. ⁊ aſcriptã per quã celis aſcribamur. ratã per quã in mẽbris xp̄i cenſeamur. rõnabilẽ per quã a beſtiali ſenſu eruimur. acceptabilẽ per quã deo accepti ſum⁹. Poſſunt etiã referri ad ipſam hoſtiã que eſt ſacrm̄ tm̄. ¶ Quantũ ad ſcđm. ſ. q pridie ꝙ pateret ⁊c. Hec verba Alexã. pa. đr addidiſſe ſm Guil. du. et cũ ſacerdos dicit: accepit panẽ: debet ſumere hoſtiã in manib⁹: q̃ hoſtia de cõmuni more ſit rotũda ĩ modũ denarij ſm Guil. tũ q2 xp̄s q ibi eſt poſt cõſecrationẽ denarijs vẽdit⁹ fuit. tũ q2 ipſe vt denari⁹ ꝓmittit in premiũ. tũ q2 forma ſpherica deſignat eternitatez quã habet de⁹. Et eleuatis oculis in celũ ⁊c. Nota ꝙ nõ reperit in euãgelijs xp̄m tũc eleuaſſe oculos in celũ. nec etiã in cõſecrando ſanguinẽ: dicit aliq̄s euãgeliſta ipſum dixiſſe hec duo: que ponũtur in forma cõſecrationis ſanguinis ſcʒ noui et eterni teſtamenti myſteriũ fidei et nichilominus credẽdũ eſt ip̄m ſic feciſſe ⁊ dixiſſe. Nã forma ip̄a tradita eſt eccleſie a btõ Petro et alijs aplis: qui cõſecrationi interfuerũt vt đr ĩ decre. ex̄ de cele. miſ. c. cũ marthe. Nec obſtat ꝙ euãgeliſte hoc nõ ponũt. Multa enim omiſerunt ſcribere de his q̃ fecit ⁊ dixit xp̄s: vt illud qđ dicit Pau. Act. xx. vbi ait xp̄m dixiſſe q2 beati⁹ eſt dare ꝙ̃ accipere. ⁊ quod narrat j. Cor. xv. de xp̄o qui viſus pluſq̃ q̃ngẽtis fratrib⁹ ſimul ⁊ viſus eſt iacobo. ſcʒ reſuſcitatus. ⁊ Joh. xx. ⁊ Tho. iiij. ſẽ. di. viij. q. ij. ar. j. q. iiij. ad v. ar. ſic ⁊ iſta omiſerũt que tñ fecit vt đr ĩ dicta decre. Bñdixit ⁊ fregit ⁊c. No. ſm Tho. in. iij. pte. q. lxxviij. ar. j. in rñ. ad. j. ꝙ euãgeliſte non ſemꝑ eũdẽ ordinẽ in recitãdo ſeruauerũt: quo res geſte ſunt vt patet ꝑ Aug. Uñ intelligẽdũ eſt ordinẽ rei geſte hmõi ſic exprimi poſſe. Accipiens panẽ benedixit dicẽs: Hoc eſt corpus meũ. Deinde fregit ⁊ dedit diſcipulis ſuis dicẽs: Hoc eſt enĩ corpus meũ. ſenſus eſt. qđ cõtinet ſub his accidẽtib⁹. ſ. panis eſt corp⁹ meũ. Eſt aũt ſm Tho. in. iij. parte, vbi, ẽ, hec conuenientiſſima forma. Opʒ enĩ formã ſacramẽti ſignificare id qđ in ſacramẽto efficit. Uñ forma cõſecrationis panis opʒ ꝙ ſignificet ip̄am ꝯuerſionẽ panis in corp⁹ xp̄i. Nõ aũt debuit ſignificari talis cõuerſio in hac forma vt in fieri: ſʒ vt in facto eſſe. Et ratio vnĩ eſt: q2 hec cõuerſio nõ eſt ſucceſſiua: ſʒ inſtãtanea. In hmõi aũt cõmutatiõib⁹ fieri nõ eſt factũ eſſe. Et ideo ⁊c. Illud enĩ eſt appoſitũ ſm morẽ romane eccleſie traditũ a beato Petro. et hoc propter cõmutationẽ ad precedentia. Forma cõſecrationis ſanguinis eſt hec: Hic eſt calix ſanguinis mei noui et eterni teſtamenti myſterium fidei qui pro vobis et ꝓ multis effundet in remiſſionẽ pctõꝝ. Oia iſta ſʒ Tho. iij. parte. q. lxxviij. ar. iij. ſunt de ſubſtãtia forme excepto / enĩ. Ponit aũt hic continens pro contento. vñ ſenſus eſt. Hic eſt ſanguis cõtentus in calice: de quo fit hic mentio. q2 enĩ ſanguis xp̄i cõſecrat in hoc ſacramẽto inquantũ eſt potus fideliũ: qđ nõ importat in rõne ſanguinis: ideo oportuit hoc deſignari ꝑ aliquid huic vſui accõmodatũ: ſcʒ vt calicem noui et eterni teſtamẽti. Exponit hoc Inno. ex̄ de cele. miſ. c. cũ marthe. ſic noue et eterne ꝓmiſſionis cõfirmator. Teſtamentũ enĩ vt dicit Tho. eſt diſpoſitio hereditatis. Hereditatem aũt celeſtẽ de⁹ diſpoſuit hoib⁹ dandã ꝑ virtutẽ ſanguinis xp̄i. Dicit aũt teſtamentũ nouũ ratione exhibitionis: q2 nõ in figura datur vt in veteri teſtamẽto. Eternũ dicit tam rõne hereditatis ꝙ̃ rõne eterne dei preordinatiõis. Myſteriũ fidei. nõ ad excludẽdũ rei virtutẽ: ſed ad oſtendẽdũ occultationẽ quaſi quoddã ſecretuʒ qđ ſola fide tenet et nõ cernitur. Et q2 ſanguis ſeorſum cõſecratus a corpore expreſſi⁹ repreſentat paſſionẽ: ideo in cõſecratione ſanguinis fit mentio de paſſione ⁊ fructu eius dũ đr: q ꝓ vobis ⁊ ꝓ multis ⁊c. Pro vobis. ſ. iudeis. vel ꝓ vobis manducantib⁹: ⁊ pro multis ꝓ quib⁹ offertur. Hec quotiẽſcũq3 ⁊c. nõ eſt de ſubſtantia forme. ¶ Exprimit tertio rei cõſecrate cõmemoratio. vñ dicit. Unde ⁊ memores ⁊c. Qđ aũt poſt conſecrationẽ ſacerdos extendit brachia: deſignat extẽſionẽ xp̄i in cruce ſm Tho. Qđ aliqñ eleuat manus in orãdo: deſignat ꝙ oratio ei⁹ dirigitur ꝓ pplo ad deũ. ꝙ aliqñ manus iungit et inclinat: ſignat humilitatẽ ⁊ obedientiã xp̄i in paſſione. Digitos aũt iũgit poſt cõſecrationẽ. ſ. pollicẽ cũ indice ob reuerẽtiam ſacramenti: ne ſi qua particula digitis adheſiſſet diſpergatur. ¶ Supra q3 propitio ⁊c. Hic petit ſacramenti effectum. Et primo petit ſacramẽtum acceptari. qđ eſt cauſa gratie dicẽs Reſpicere digneris ⁊c. Munera pueri tui iuſti abel ⁊c. Ubi nota ſm Tho. ꝙ licet hoc ſacrificium preponatur omnib⁹ beneficijs antiq̄s

Aliqua addita ſũt verbis ꝯſecrationis a ſanctis

Forma cõſecrationis.

ſlla tñ fuerūt deo acceptiſſima ex deuotiōe offe-
rentiū:ſicut illa Abel. Scḋo petit dari ipm do-
nū grē dicēs. Supplices te rogamꝰ ꝛc. Ubi no-
ta ſm Tho. ꝙ ſacerdos nō petit ꝙ ſpecies ſa-
cramētales deferant̄ in celū:neqꝫ corpꝰ xp̄i ve-
rū:qḋ ibi eſſe nō deſinit. ſꝫ petit hoc pro corpo-
re xp̄i myſtico:qḋ in hoc ſacr̄o ſignificat̄. vt ſcꝫ
orōnes ſacerdotis ꝛ populi angelꝰ aſſiſtens di-
uinis myſterijs:deo repreſentet. Sublime al-
tare dei dicit̄ vel ipſa eccleſia triūphās in quā
transferri petimꝰ. vel per angelū intelligit̄ ip̄e
xp̄s:qꝛ corpꝰ ſuū myſticū deo patri cōiūgit: et
eccl̄ie triūphāti. Tertio petit effectū glorie da-
ri defunctis dicēs. Memēto dn̄e ꝛc. De conſe.
di.j. viſum. Statutū eſt vt ī oībꝰ miſſis fiat ora-
tio pro defunctis. ꝛ hoc fit in iſto paſſu gn̄al̄r ꝓ
omnibꝰ: ſed in ſpeciali poteſt ſecrete orare pro
quolibet quē tamē nō credit dānatū. vnde dici-
tur:in chriſto quieſcentibꝰ. Cū aūt dicit ſacer-
dos:nobis quoqꝫ peccatoribꝰ:paululū expreſ-
ſa voce percutit pectus ſuū. Sic ꝛ publicanus
percutiebat pectus. Lu.xviij. In tonſione pe-
ctoris tria ſunt. ſcꝫ ictus:ſonꝰ: et tactꝰ. Et hoc
qꝛ peccamus cogitatione:locutione: et opere.

Tria ſunt in tōſione (margin)

Cōpletur autē canon miſſe more aliarū orōnū
in chriſto. ibi:per chriſtū dn̄m noſtrū ꝛc. ꝑ quē
hoc ſacramētū originē habet. Et quātū ad ſub-
ſtantiā:vnde dicit Creas: propter eſſe nature:
Sanctificas / propter eſſe ſacramēti. Et quātū
ad virtutē. vnde dicit Uiuificas / propter effe-
ctū gratie: que eſt vita anime. Benedicis: ꝓ-
pter gratie augmentū. Et quantū ad orationē
ſiue vſum. vnde dicit: ꝛ preſtas nobis. ¶ Tan-
dem ponitur ſacramenti ꝑceptio ibi: Oremus
preceptis ꝛc. Et circa hoc primo ponit̄ prepa-
ratio ad ipm cōmunis. ſcḋo ſpecialis. Et cōis
eſt triplex. ¶ Primo ei ponitur ſacramēti pe-
titio in ipſa oratione dn̄ica: cū dicitur: Panē
noſtrū ꝛc. ¶ Secūdo ꝑcipientiū expiatio ꝑ ora-
tionem ſacerdotis dicentis: Libera nos ꝛc.
¶ Tertio pacis adipletio ibi: Pax dn̄i. Hoc
eñ eſt ſacramentū vnitatis ꝛ pacis. Et qꝛ pa-
cis petitio exuperat omnē ſenſum: ideo pacis
petitio inchoatur a ſacerdote:cum dicit: Pax
dn̄i: ꝛ a choro complet̄ cum dicitur: Agnꝰ dei.
et ſic tria a ſacerdote incepta chorus ꝓſequtur
ſcꝫ Gloria in excelſis. qḋ pertinet ad ſpē. Cre-
do in vnū deum:qḋ pertinet ad fidē. Pax dn̄i
qḋ ꝑtinet ad charitatē. Petit aūt ppl̄s miſeri-
cordiā q̄tū ad amotionē mali ꝯtra miſeriā cul-
pe ꝛ pene. et pacē quantū ad conſecutionē oīs
boni. vnde ter agnꝰ dei dr̄. Hec oīa Tho. L.iiij.
diſt. viij. in expoſitiōe littere. ¶ Et nota ꝙ fra-
ctio hoſtie ſm Tho. iiij. ſentē. diſt. xij. q. j. ar. iij.
in corpore queſtiōis tria ſignificat. ¶ Primo
ipſam diuiſionē corporis xp̄i q̄ facta eſt in paſ-
ſione.

Fractio hoſtie. (margin)

¶ Scḋo diſtributionē gratiarū precedē-
tiū ex paſſiōe xp̄i. vt dicit Dionyſiꝰ. ¶ Tertio
diſtinctionē corporis myſtici ſm diuerſos ſta-
tus. Et qꝛ ſtatꝰ ſunt tres:ideo tres partes fiūt.
Un̄ Sergiꝰ papa. de cōſe. diſt. ij. c. triforme. di-
cit. Triforme eſt corpꝰ dn̄i. pars miſſa in calicē
corpꝰ xp̄i qḋ iā reſurrexit demonſtrat. ſ. ipſum
xp̄m et beatā v̄ginē mariā:et ſi q̄ ſunt alij ī glo-
ria cū corpore. Pars comeſta ambulās ſuper
terrā:qꝛ ſcꝫ viuētes in terra ſacr̄o vtūtur. ꝛ paſ-
ſionibꝰ atteruntur:ſicut panis comeſtꝰ attерit̄
dentibꝰ. Pars in altari remanens vſqꝫ ad finē
miſſe ſignificat corpꝰ xp̄i remanēs in ſepulcro
vſqꝫ ad finē ſeculi:qꝛ corpora ſanctoꝝ in ſepul-
cris erunt: quoꝝ aīe ſunt vel in celo vel in pur-
gatorio. Hic tamē ritꝰ nō ſeruatur modo vt ſcꝫ
vna pars reſeruet̄ in finē miſſe. Manet tamen
eadē ſignificatio partiū. Un̄ v̄ſus. Hoſtia diui-
dit̄ in partes:tincta btōs plene:ſicca notat vi-
uos:ſeruata ſepultos. Hec Tho. Alij aliter aſ-
ſignāt iſtā ſignificationē:ſed nō eſt vis. ¶ Pre-
paratio autē ſpecialis ſacerdotis ſumentis fit
per orōnes quas priuatim dicit: Dn̄e ieſu xp̄e
et ſi q̄ alie ſunt. Et nota ſm Tho. in. iij. parte ꝙ
ſi ꝓpter frigꝰ manuū:vel al̄s ꝓpter negligen-
tiā ante fractionē vel poſt hoſtia cōſecrata la-
bat̄ in calicē:qꝛ hoꝝ ꝑtermiſſio nō facit ad im-
ꝑfectionē ſacr̄i:ſꝫ ad ſignificationē tm̄:ideo nō
eſt neceſſe iterare aliquid circa celebrationem
ſacr̄i ꝓpter hmōi defectū. Hec Tho. q. lxxxiij.
ar. vi. ad ſextū. Et ſi medietas hoſtie labit̄:p̄t ꝛ
dꝫ medietas alia q̄ remanet diuidi ī duas par-
tes:cū apte hoc poſſit fieri. vt ſit ſignificatū. Si
aūt tota dilabit̄ ſi non eſt tota madida: ſꝫ pars
aliqua:et pōt cōmode extrahi de calice:et ad-
huc diuidi ſine multa cōtrectatione partis ma-
defacte:debet fieri ꝓut meliꝰ pōt. Itē ſi ſumē-
do ſanguinē remanet pars hoſtie in calice miſ-
ſe in fundo calicis: pōt digito ad labiū calicis
adduci: et ſic ſumi.

Cōtrapicula ſumptiōis. (margin)

¶ Tertia pars principa-
lis eſt gratiaꝝ actionis: ꝛ cōtinet duo ſcꝫ reme-
morationē accepti beneficij in cantu antipho-
ne poſt cōionē: ꝛ gratiaꝝ actionē ex orōne quā
ſacerdos ꝓſequitur vt conformiter finis miſſe
principio rn̄deat. ¶ Et ſciendū ꝙ in officio miſ-
ſe quedā v̄ba cōtinēt̄ greca. ſicut kyrie eleyſon
quedā hebraica. vt all'a: oſanna: ꝛ ſabaoth: q̄dā
latina vt alia:qꝛ his tribꝰ linguis ſcriptꝰ eſt ti-
tulꝰ crucis xp̄i. Joh. xix. hec Tho. in. iiij. Ter-
minatur miſſa poſt ite miſſa eſt: qḋ dr̄ ſi p̄ceſſit
gloria in excelſis deo:al̄s benedicamꝰ dn̄o:vel
requieſcāt in pace ſi celebrat̄ pro defunctis ter-
minat̄ ꝑ bn̄dictionē ſacerdotis. vñ de ꝯſe. diſt.
j. c. miſſas. dr̄ ꝙ nullꝰ ante benedictionē ſacer-
dotis egredi preſumat. ſcilicet diebus dn̄icis.
Euāgelium aūt In principio erat verbū. eſt ad

placitū illud vel aliud. Debet tñ ſeruari in hoc
mos patrie. Poſt perceptionē aūt ſacramēti
ſumit̄ vinū ad abluendū os: ne reliquie alique
remaneāt inter dentes: qđ ptinet ad reuerētiā
ſacramēti: et hoc eſt verū: niſi eadē die deberet
iterū celebrare cū nō ſit ieiun⁹. ex̄ de cele. miſ.
c. cū ex parte. Et eadē ratiōe. ſ. ppter reueren-
tiā ſacramēti abluit etiā digitos quib⁹ tetigit
ſacramētū: ſi tñ aquā ſumeret in purificationē
ita poſſet fieri ſicut cū vino ad libitū ſacerdot̄.

¶ Pro expoſitione aūt aliqua §. V.

Expoſitio pr̄ noſter. et breui ip̄ius oratiōis dn̄icalis. Nota hic que
ponit Tho. ij. ij. q. lxxxiij. ar. ix. in corpe. q. Di-
cit enī q̄ ipſa orō dn̄ica eſt perfectiſſima. et ſm
Aug. Si recte oramus nil aliud dicere poſſu-
mus. ſ. q̄tū ad ſubſtantiā. Nā primo ponunt̄ il
la p que in nobiſipis fiduciā excitamus. ſ. cōſi
derādo charitatē ei⁹ ad nos: q2 bonum noſtrū
vult: et ideo dicimus Pater noſter. et cōſidera-
tio excellētie qua nos pōt iuuare: et ideo dici-
mus / q̄ es in celis. Deinde ſequunt̄ ſeptē peti
tiones: et eo ordine quo petēde ſunt. Pria pti-
net ad dilectionē dei qua deū in ſeipo diligim⁹
cū dicim⁹ / ſanctificet̄ nomē tuū. i. ſanctū ab ho
minib⁹ habeat̄: qđ ptinet ad gloriā dei in ho-
minib⁹ ppagādā. Secūda ptinet ad dilectio-
nē qua diligim⁹ nos: cū dicit̄ Adueniat regnū
tuū: p qđ petimus ad gloriā ei⁹ puenire. Ter-
tia petitione petit̄ directe illud quo beatitudi
nē mereamur: cū dicit̄ Fiat voluntas tua ſicut
in celo et in terra. Quarta eſt p quā petit̄ illud
quo inſtrumētaliter iuuamur ad merendū: cū
dicit̄ Panē noſtrū quotidianū da nobis ho-
die. ſiue hoc intelligat̄ de pane ſacramētali cu
ius quotidianus vſus pficit: in quo etiā intel-
ligūt̄ alia ſacramēta: ſiue etiā intelligat̄ de pa
ne corporali: ſub quo cōprehendit̄ ois ſufficiē-
tia victus. Quinta eſt remotio ei⁹ qđ eſſet im
pedimētū prime petitiōis: qđ directe excludit
a regno. ſ. peccatū. vñ dicit̄ Dimitte nobis de-
bita nr̄a ſicut et nos dimittim⁹ debitoribus no
ſtris. Sexta eſt remotio ei⁹ qđ nos impedit a
ſcđa petitiōe: ab obſeruātia diuine voluntatis
cū dicit̄ Et ne nos inducas in tentationē: p qđ
nō petimus ne tētemur / ſed ne a tētatiōe vinca
mur: qđ eſt in tētationē induci. Septima eſt re
motio penalitat̄ pñtiſ: q̄ eſt ipeditiua tertie pe
titiōis. ſ. ſufficiētiā circa vitā. vñ dicit̄ Sz libe-
ra nos a malo amen. i. ſic fiat. Exinde dr̄ Pax
dn̄i ꝛc. qđ ſequit̄ Agnus dei ꝛc. Ubi bis peti-
mus miam. ſ. q̄tū ad aiam et q̄tū ad corp⁹ libe
rari a miſeria. Et dicit̄ tertio agnus dei petē-
do pacē. ſ. q̄tū ad vtrūq. i. mētalē et corporalē.
Exinde ſacerdos deoſculat̄ euchariſtiā vel ca-
licē ſm alios: et poſtea ab eo diaconus accipit
oſculū pacis: et deinde alij. Agn⁹ dei dici inſti-
tuit Sergi⁹ papa. Oſculū pacis dari inſtituit
Inn. j. et Leo. ij. et ſignificat vnitatē dilectiōis:
quā debēt habere adinuicē fideles quā ſignifi
cat ipm ſacramentū: et etiā aſſenſum ſacris my
ſterijs: et his que celebrant̄ in eccl̄ia. Et eſt q̄ſi
loco cōionis: quā antiquit⁹ in feſtis oēs fide-
les ſumebāt. In miſſa tñ defunctorū ſacerdos
nec ſumit nec dat oſculū pac̄: q2 defuncti ſunt
abſq3 pturbatiōe pacis: illi. ſ. q̄ ſunt in purga-
torio cū peccare nō poſſiut. Sumpto xp̄o ſacra
mēto dicitur antiphona poſt cōionē: que a quo
fuerit inſtituta ignorat̄. Et deinde oratio: qđ
totū ptinet ad gratiarū actionē de tanto bene-
ficio. Et finitur per ite miſſa eſt: quod ſic expo-
nitur. Ite ad ppria: q2 miſſa eſt ſeu oblata eſt
hoſtia deo p humano genere: vel miſſa eſt orō
ad deū p populo: et finita. vel ite poſt xp̄z / et ſe-
quimini ipm: nō ſtetis in mūdo / ſed feſtinetis
ad patriā p bona opa: qđ leuiter poteſtis face
re / q2 miſſa eſt ad placandū deū patrē hoſtia p
quā cōfracta ſunt tartara: et ptz introit⁹ para
diſi. Qñ nō preceſſit glia in excelſis / terminat̄
p benedicamus dn̄o: vel requieſcāt in pace in
miſſa defunctorū. Eſt enī euchariſtia non ſicut
ali⁹ cibus maſticāda: ſed diſcrete / moderate / et
leniter anterioribus dentib⁹ terēda: et lingua
mollificāda: ne qua pars ei⁹ dentib⁹ inhereat:
ne ptingat expui: ſed nec ſubito poſt cōionē dz
expui ppter ſacri reuerētiā. Hec Guil'. du.

¶ De ptinētibus ad miſſam: et de defecti-
bus miſſe: et de diſpoſitione ad ipſam: et fre
quentatione et vtilitate. Cap̄. vi.

Miſſa quotidie in eccl̄ia celebrat̄. Et
hoc ſm Inno. qnq3 de cauſis. Prio
q2 opz ſemp medicinā eſſe paratam
cōtra q̄tidiana pctā. Scđo vt lignū
vite ſp ſit i medio padiſi. Tertio vt
nobis q̄tidie xp̄s vniat̄ ſacramētaliter: et nos
ei ſpūaliter. Quarto vt ſit apđ nos iugis me-
moria paſſiōis. Quinto vt vero agno loco typi
ci quotidie vtamur ad veſperā: quē iudei ad ve
ſperam cōuertēdi eſurient: iuxta illud Conuer-
tent̄ ad veſperam ꝛc. p̄s. lviij. ¶ Et nota q̄ ad
debitā miſſe celebrationez quedā requirūt ad
ſacramēti neceſſitatē: et quedā ad cōgruam ri-
tus ſolennitatē: et quedā ad celebrātis vel ſu-
mentis idoneitatē. ¶ Ad ſacramētū quidē ne-
ceſſitatē tria requirūt: ſcz debita materia / de-
bita forma: et miniſter intendēs cōfectionē vel
cōſecrationē: ſi aliquid iſtoꝝ defuerit cōfici nō
poterit. Sz his trib⁹ cōcurrētibus: etſi oia alia
deficerēt / cōficeret ſacramētum: q̄uis male ex
parte offerētis: q2 ptra eccl̄ie morē. ¶ Eſt aūt
debita materia hui⁹ panis triticei⁹ aqua natu
rali cōfectus: et vinū vitis. Et hoc ideo: q2 xp̄s

credit̃ cõfeciſſe in tali materia:qꝛ apl'i q̃ pſen-tes fuerũt tradiderunt nobis huc modũ: tũ qꝛ xp̃s q̃ eſt in hoc ſacramẽto cõparauit ſe frumẽto ⁊ viti:tum etiã qꝛ talis panis ⁊ tale vinũ neceſſarius ⁊ meli⁹ nutrimẽtũ preſtãt: vñ et meli⁹ ſignificãt effectũ ſacramẽti ſm doct.eccl'ie. Igit̃ p̃rio ſciẽdũ eſt ꝙ cõficiẽs p̃rio in pane fermẽtató grauiter peccat:qꝛ facit contra ſtatutũ et cõſuetudinẽ eccl'ie: ſed ſicut latinus cõficiẽs in fermẽto peccat mortal'r: ita grecus in azymo:qꝛ hoc faciũt cõtra eccl'ie ſue rituʒ:q̃uis ſit ratiõabilius cõficere in azymo ſm Tho.in.iiij. parte.q.lxxiiij.ar.iiij.in corpore.q. ⁊ in.iiij.ſenten.di.xi.q.ij.ar.ij.q.iij.in corpore.q.⁊.iiij.cõtra gẽtiles.ca.lxviij.Si vero cõficiat in pane q̃ incipit corrũpi/ſimil'r grauiter peccat:etiã cõficiendo in azymo ꝓpter irreuerentiã ſacramẽti: tñ pane tali conficit̃ ſacramẽtũ: ſed ſi panis adeo ſit corrupt⁹ ꝙ in eo deficit ſpecies panis non põt cõfici: hoc eſt per verba ſacerdotis nõ efficit̃ corp⁹ xp̃i. Et ꝙ ſpecies maneãt põt ꝑpẽdi ex hoc ꝙ cõtinuitas nõ eſt ſoluta:nec alia accidẽtia vel eſſentia omnino ablata. Hec Tho. et Alber. ¶ Itẽ ſi grana alterius generis ſint admixta tritico in tãta quãtitate ꝙ aliã ſpeciẽ faciant/ſiue ꝙ mediũ cõſtituant : non põt ex eo cõfici ſacramentũ: ex modica vero quantitate non impedit̃.Thom.⁊ Alber.⁊ Pe.Si panis ſit de aqua roſacea cõfectus : dubium eſt inter doctores ſi põt cõfici.Durãdus ordinis minorũ dicit ꝙ ſic:ſed ſanctus Tho.dicit eſſe ꝓbabilius ꝙ nõ poſſit cõfici. ¶ Ipſe aũt Tho.in.iiij. ſen.di.xi.q.ij.ar.iiij.q.iij.in rñ.ad.ij. dicit ſimpliciter ꝙ nõ põt cõfici ex pane coagulato/ſeu facto cũ aqua roſacea/ vel alio liquore q̃ aqua naturali . Et idem recitat Tho.in.iij.parte.q. lxxiiij.ar.vij.in rñ.ad vltimũ de ſpelta et farre: q̃uis quidã dixerunt ꝙ poſſit cõfici. Pe.tñ dicit ꝙ cõis ſentẽtia doctorũ eſt ꝙ non põt cõfici. Idẽ Richar.in.iiij.di.xi.Tho.etiã in.iij.parte q.lxxiiij.arti.iij.dicit ꝙ de hoc non põt confici: qꝛ ex tritico iſta non generãtur: et ſic non ſunt eiuſdẽ ſpeciei cũ tritico. Sʒ Pe.de pal.in.iiij. di.xi.tenet cũ Alber. ꝙ põt confici de ſpelta et farre:ſicut de tritico. Et rationem aſſignat/ qꝛ ſunt vni⁹ ſpeciei:⁊ ex eo ꝙ frumentũ ſit genus ad triticũ/et far ad ſpeltã. Compertũ eſt eñi ꝙ in eadẽ terra triticũ ſeminatũ vno anno generabat ſpeltã/vel far:⁊ in alio triticũ.Et ſi dicat̃ ꝙ ſpelta nunq̃ generat triticũ lʒ ecõuerſo:non obſtat qꝛ forte hoc eſt ꝓpter imperfectã virtutem in ſpelta: ⁊ ſimiliter ꝙ triticũ generat ſpeltam/vel far/eſt ex debilitate virtutis:ſicut aliqui maſculi nõ poſſunt generare niſi feminas: nec alique femine niſi feminas . Sed ſicut maſculus ⁊ femina non differũt ſpecie:ita nec triticum/ſpelta ⁊ far. Et ſi dicat̃ ꝙ alicubi tritico ſeminato creſcit hordeũ/alibi ſiligo: alibi loliũ:nec tñ ꝓpter hoc ſunt vnius ſpeciei.Dicẽdum ꝙ verũ eſt:nec de ipſis cõfici põt:qꝛ hmõi tria generant̃ ꝓpter accidẽs: ⁊ via corruptionis:ſicut ex vino generat̃ acetũ:vel ſicut ex ſudore animalis ꝑfecti generat̃ animal imperfectũ puta vermis. Sed far ⁊ ſpelta via generationis ex tritico:ſicut ex ſeminatiõe animal ꝓducit animal/⁊ oliua oliuã.Hec Pe. Cũ ergo certũ non ſit/vtrũ ſint eiuſdem ſpeciei ante confectionẽ: tenẽda videt̃ opinio Tho. vt ptʒ.iiij. ſen.diſ.xi.q.ij.ar.ij.q.i.in corpore.q. vt ſcʒ non conficiat̃ ex his. Sed ſi cõfectũ ſit/opinio Pe. ꝓ ſacramẽto habeat̃ preſuppoſito ſi eſt confectũ:⁊ idẽ dicit ꝙ de amido cũ ſit paſta cruda/et nondum panis:cõfici nõ põt: ſed ſi inde fiat panis:cũ ſit farina tritici purgatiſſima põt cõfici. ¶ Si ſacerdos infra miſſam ante cõſecrationem aduertit hoſtiã non eſſe triticeum/vel eſſe corruptã:remota illa hoſtia aliã ponat: ⁊ a canone reincipiat.Si vero poſt cõſecrationẽ/idẽ faciat ponẽdo aliam hoſtiã:⁊ eam ſumẽdo: ſed nichilominus poſtea primã illã hoſtiã ſumat: aut aliis ſumendã tradat:aut reuerẽter conſeruet.Pe.Idẽ Richar.in.iiij.diſ.xi.Nõ aũt dicit hic Pet̃.reincipiat a canõe.Beatus Tho. in ſimili caſu dicit reincipiendũ a verbis cõſecratiõis. iij.parte.q.lxxxiiij.arti.vlti.in rñ.ad iiij. vt habet̃.j. Si vero ſacerdos aduertat ſupradictũ defectuʒ hoſtie poſtq̃ ſumpſerit: lʒ in iſto caſu variẽt doctores Bea.Tho.in.iij.parte.vt.ſ.tenet ꝙ debet ponere aliã hoſtiã/⁊ conſecrare/et ſumere:qꝛ preceptũ de pceptione ſacramẽti maioris eſt põderis q̃ preceptum ꝙ a ieiunis ſumat̃. Per id aũt qd dicit Pet̃. ſi ſacerdos infra miſſã aduertat hoſtiã nõ eſſe triticeã/vel corruptã:ptʒ quid agendũ. Sed ſi nulla hoſtia fuerit poſita : vel ſi poſita ſit perdita. Et per id qd dicit Tho.ſi aduertat defectũ hoſtie poſt eius ſumptionẽ: põt hoc idem intelligi ſi aduertat̃ etiam poſt ſumptionẽ ſanguinis ſcʒ ꝙ rurſus ponat nouũ panem ⁊ nouũ vinum/⁊ cõſecret/atq; ꝓſequat̃:ne ſacramentũ remaneat imperfectũ: quod magis expreſſe apparebit.j.ibi:ſtatim dicere defectũ vini: ⁊ ponentur verba magis expreſſe ipſius beati Tho.Rich. autẽ dicit ꝙ ſi ſacerdos iam ſumpſit hoſtiã dictam.i.nõ cõſecratam ſm quoſdam:nichilominus debet ſumere calicem cõſecratũ.i.ſanguinem xp̃i:q̃uis non ſit ieiunus:qꝛ neceſſitas eũ cogit:ne ſanguis remaneat ſic inaſſumpt⁹: ſed ſi iam ſumpſit vtrunq; ſcʒ hoſtiã nõ cõſecratã/et calicem conſecratum:vel econuerſo: dicit ꝙ non debet illa die aliam hoſtiam conſecrare ⁊ quia ieiunus non eſt.ſed opinio Thome vide-

De hoſtia idebita.

tur in hoc rationabilior.ſ. ꝙ aliã cõſecret propter rationem ab eo aſſignatam.

¶ De vino puro ſciendũ ꝙ §. I. ſi vinũ oino factũ eſt acetũ: nõ poteſt de ipſo cõfici ſacr̃m ſanguinis xp̃i: q2 differũt vinũ ⁊ acetũ. exemplificat ſicut vivũ et mortuũ. ſm pħm. Si vinũ ſit in via aceſcẽdi: idẽ iudiciũ eſt qđ de pane qui eſt in via ad corruptionẽ. ſcʒ ꝙ põt cõfici. et de tali poteſt intelligi dictũ Innocen. in lib. de miſſa. cũ dicit ꝙ poteſt cõfici cũ aceto vt exponit Rich. l. iiij. peccat tñ cõficiẽs ꝑpter ſacramenti irreuerentiã. Idẽ Tho. ⁊ Alb. De muſto poteſt cõfici: nõ tamẽ fiendũ de muſto recẽti ꝑpter impuritatẽ. Tho. ⁊ Pe. ¶ De agreſta cõfici nõ poteſt: q2 differt a vino ſicut cõpletũ ab incõpleto. Rich. in. iiij. di. xi. Siĺr de vua matura confici nõ poteſt: quia nõ eſt ſub ſpecie potabili ſʒ edibili. Et de hoc etiã de ꝯſe. diſ. ij. c. Didicim⁹. Itẽ de vappa. i. aquarello nõ põt cõfici ſanguis xp̃i. ſm Alber. eſt enim aqua fuſa ſuper acinos vuarũ vino expreſſo: que habet aliquãtulũ vini acumẽ: ſed non eſt vinũ. Si aũt vino apponatur tãta aqua ꝙ nõ cõuertatur in vinũ non poteſt cõfici: ⁊ nõ debet apponi aqua roſacea vel alia artificialis. Si tñ apponeretur in tã modica quãtitate ꝙ in vinũ cõuerteretur conficeret. Tho. ⁊ Pe. ¶ Si ſacerdos poſt cõſecrationẽ corporis: ſed ante cõſecrationẽ ſanguis ꝑcipiat vinũ aut aquã nõ eſſe in calice: dʒ ſtatim apponere ⁊ cõſecrare. Si vero poſt oĩa cõſecrationis v̾ba ꝑcipiat ꝙ vinũ nõ fuerit poſitũ. ſi quidẽ hoc ꝑcipiat ãte ſumptionẽ corporis debet depoſita aqua ſi ibi fuerit: ponere vinum cũ aqua et reſumere a v̾bis cõſecrationis ſanguinis. Si vero ꝑcipiat poſt ſumptionẽ corporis: debet apponere aliã hoſtiã ſimul cum ſanguine iterũ cõſecrandã: et in fine ſumere hoſtiam iterũ conſecratã ⁊ ſanguinẽ. non obſtãte etiã ſi prius ſumpſit aquã q̃ erat in calice: q2 p̄ceptũ de perceptione ſacramenti eſt maioris ponderis q̃ preceptũ ꝙ hoc ſacramentũ a ieiunis ſumatur. predicta Tho. ¶ Predictis aũt v̾bis demõſtrãtur iſta duo q̃. ſ. dicta ſunt. cũ de defectu panis dictũ eſt. Hic enĩ dicit Tho. ꝙ nõ ſufficit ſolũ hoſtiã ſumere ne iꝑfectũ remaneat ſacramẽtũ. Sed ſi ſolũ ſanguinẽ aliq̃s cõſecraret ⁊ ſumeret: ita remaneret imperfectũ ſicut ſi ſolam hoſtiã cõſecraret ⁊ ſumeret. tunc autẽ ſolum ſanguineʒ conſecraſſet ⁊ ſumpſiſſet: ſi poſt conſecrationẽ ſanguinis cognoſceret ꝙ hoſtia non fuerit triticea: vel ꝙ fuiſſet corrupta vt dicit hic Tho. etiã ſi ſolutũ ſit ieiuniũ repetendũ eſt ſacramentũ vt ſit integrũ. ¶ Et cũ miſſe celebritas terminetur benedictiõe ſacerdotis vt dicitur. ſ. nõ ita iudicãdũ eſt de defectib⁹ miſſe reparãdis ante bñdictionẽ ſacerdotis: cũ adhuc ſtet officiũ miſſe: ⁊ poſt benedictionem q̃ñ nũc ſolutũ eſt officiuʒ miſſe: q2 poſt bñdictionẽ quicquid fieret magis fieret iteratio miſſe q̃ reparatio defectus. Itẽ ex verbis ſancti Tho. immediate ſupradictis apparet ꝙ in reparatione ſacramẽti imperfecti ſatis ſufficiat reſumere a v̾bis cõſecrationis. Vide tamẽ oĩa ordinate ſupra repetenda. q2 vt dr̃. vij. q. ſ. nichil ꝑfecta nõ poſſunt dici ſacramẽta: q̃ ꝑfectũ non habẽt ordinẽ. Et btũs Tho. dicit ꝙ ultimane ſacrilegiũ ſi nõ perficit hoc ſacr̃m. Vñ ⁊ conciliũ toletanũ tulit ſentẽtiã excõicatiõis in eos qui cũ poſſunt nõ ꝑficiũt illud ſacr̃m. vt patet in loco decreti. ſ. immediate allegati. ¶ Si ſacerdos percipiat aquã nõ fuiſſe poſitã in vino ante cõſecrationẽ ſanguinis ponat eã ⁊ dicat v̾ba cõſecrationis. Si aũt percipit poſt cõſecrationẽ ſanguinis nullo mõ dʒ poſtea apponere aquã: q2 non eſt de neceſſitate ſacramẽti: et ſeq̃retur corruptio ſacramẽti in aliqua parte. Si q̃s tñ ante cõſecrationẽ ſciẽter omitteret appoſitionẽ aque: grauiter peccaret: q2 ageret cõtra cõſtitutionẽ eccleſie: q2 dñm appoſuiſſe creditur. Nõ ſufficit aũt ꝙ aqua apponat̃ q̃ñ adhuc vinũ eſt in dolio: q2 hoc nõ ſignificaret aliqđ ſʒ oportet vt imminẽte oblatione apponat̃ ad ſacr̃m. Tho. Ponit̃ ei in ſignificatiõe hm̃oi ꝙ ppl̃s q̃ ſignificat̃ per aquã xp̃o vnitur. Et ſm Alb. dimittere talẽ appoſitionẽ aque ex heretica prauitate: vel ex contẽptu: vel ex occupatiõe circa illicita eſt mortale. dimittere aũt ex negligentia procedente ex occupatione circa vana ipſa illa: eſt graue pctm̃. Et ſi michi cõtingeret facerẽ emendã tanq̃ ꝓ mortali. Si aũt negligentia illa ꝓcedat ex occupatione circa vana. vel ex ſurreptiõe: nõ eſt mortale. Hec Alber. ¶ Et nota ſm Rich. in. iiij. cũ ſit equalis cõmixtio i calice ex vino ⁊ aqua: hoc põt fieri dupl'r. Uno modo ſm mixtoꝝ equalẽ quantitatẽ molis. ſic aqua nõ ſolueret ſpeciẽ vini. magis enĩ eſt vinũ actiuũ q̃ aqua: nec generaretur tertia natura ex duobus: nec poſſet vinũ cõuertere in ſui naturã. Alio modo poteſt fieri cõpoſitio ſm equalem cõpoſitionẽ v̾tutis. ⁊ ſic ex illis duob⁹ generaretur natura tertia: que nec eſſet vinũ nec aqua: ſed nõ ſtatim. Operationes enĩ nature nõ ſunt in inſtanti q̃uis earum termini ſint in inſtãti: et nõ ita cito poſſet ſacerdos conficere poſt talẽ vini et aque appoſitionẽ quin vinũ cũ adhuc nõ eſſet tranſmutatũ ad cõpoſitionẽ nature tertie: conuerteret̃ in ſanguinẽ. Sed ſi ſacerdos ꝯſecrat poſtq̃ facta eſt trãſmutatio ad tertiã naturã: cõfici non poteſt. Et dicit Alb. ꝙ in illis terris vbi vinũ nullo modo haberi põt debet haberi cõſultatio ad curiam quid ibi fiẽdũ: tamẽ ꝑpter intolerabile damnũ animarũ

De agreſta.

Caute: le bone

De admixtione poſt cõſecrationem

q̄ incurrit̄ ex defectu ſacr̄i: videret̄ cū talib⁹ eſſe diſpēſandū: vt corp⁹ x̄pi ſine calice ꝯficerēt: q: corp⁹ nō eſt ſine ſanguie ⁊ aīa ⁊ deitate: ꝗuis ibi nō ſit ſanguis ī hoſtia ex v̄tute ꝯſecratiōis ſacr̄i. Hec Alb. Itē cū ſpecieb⁹ vini poſt ꝯſecratiōnē admiſcet̄ aliq̄s liquor. Dicit Pe. ꝙ cum ſpecies retineāt modū ſubiecti ſui. ſicut poterat fieri additio vino ibidē exiſtenti: ita poteſt fieri ſpeciei vini. Aut ergo addit̄ eiuſdē ḡris liquor/aut alteri⁹. Si alteri⁹ vt aqua: aut id q̄d addit̄ eſt equale/aut maius/aut min⁹. Si maius nō t̄m q̄ntitate ſed virtute tranſmutat naturā ſpēi in ſe. Si equale tranſmutat̄ vtrūq; in naturā tertiā. ⁊ ſic vtroq; modo deſinit ibi ſpecies vini eſſe. ⁊ ꝑ cōſequēs ſanguis x̄pi. Si v̄o min⁹: trāſmutat̄ in naturā ſpeciei: verū t̄n ſub partib⁹ illis ad quas liquor addit⁹ penetrat: cū nō ſint ibi accidētia ſine ſubiecto, deſinit eſſe ſanguis x̄pi. Si addit̄ liquor eiuſdē generis vt vinū: tunc iterū aut liquor addit⁹ eſt maior aut equalis: aut minor. Si maior: tūc ad oēs dimēſiones ſpeciei ꝑuenit: et ei⁹ continuitatē totalr̄ ſoluit. ⁊ ſic iam ali⁹ liquor numero quo ad accidētia eſſet incipit. ⁊ ſanguis x̄pi ibi eſſe deſinit. ſi equalis/ſilr̄ ꝯtigit. ſi minor/tūc ad oēs dimēſiōes ſpeciei nō ꝑuenit. Sub partib⁹ ꝗ illis, ad quas peruenit vinū additū, deſinit ibi eſſe ſanguis: cū iā accidētia nō ſint ſine ſubiecto: ⁊ cōtinuitas ſpeciei que nō erat ſine ſubiecto, ſoluta ſit. Sub partib⁹ v̄o illis, ad quas nō peruenit: manet x̄pi ſanguis. Cōcor. Tho. ⁊ addit Pe. puto tamē ꝙ ſi nō eſt notabiliter excellens nimis, quod additur: propter dubium toto liquore ipſo tanq̄ ſacramento vtendum eſt.

¶ Pro noticia forme ſciēdū §. II.

ꝙ Amb. in li. de ſacramētis dicit ꝙ hoc ſacr̄m cōficit̄ in v̄bis et ſermonib⁹ x̄pi. ex quo dicto cōcludit beat⁹ Tho. in. iij. pte. q. lxxviij. ar. ij. ⁊ iiij. ꝙ forma cōſecratiōis hui⁹ ſacr̄i ſit. Hoc eſt enī corp⁹ meū: vel quātū ad ꝯſecrationē corporis. ⁊ hic eſt enī calix ſanguinis mei noui ⁊ eterni teſtamēti myſteriū fidei: q̄ ꝓ vobis ⁊ ꝓ multis effundet̄ in remiſſionē pctōꝝ. Illa v̄o v̄ba. accipite ⁊ manducate/ptinēt ad vſum materie cōſecrate. ſilr̄ illa v̄ba. Hec quotiēſcūq; feceritis in mei memoriā facietis: ptinēt ad vſum huius ſacr̄i. q̄ vſus nō eſt de neceſſitate ſacramēti vt idē Tho. dicit. Itē illa cōiūctio enī/nō eſt de ſubſtātia forme. t̄n dici debet ſ̄m vſum eccl̄ie. qui vſus a btō petro initiū ſumpſit. etiā Tho. ¶ Nota ſ̄m Pe. ⁊ Alb. ꝙ de ſubſtantia forme

Vbi.ſ. ſanguinis eſt t̄m Hic eſt calix ſanguinis mei. Sed Tho. in. iiij. dicit. ꝙ q: cōditiones appoſite ad ſubiectū, vel ꝑdicatū: ſunt de integritate locutiōis alicui⁹, ideo aliꝗ ꝓbabili⁹ dicūt ꝙ totū q̄d ſeq̄t̄ eſt de forma. cū totū hoc q̄d addit̄, nō ſit locutio ꝑ ſe: ſed determinatio predicati. Sciēdū etiā ſ̄m Tho. Pe. ⁊ Alb. in. iiij. ſen. ꝙ q̄lꝫ forma ſcꝫ corp̄is, ⁊ ſanguinis ꝑ ſe ꝓpriā hꝫ v̄tutē, ⁊ ꝓpriā cōpletā ſignificationē: et ꝓpriā et determinatā materiā. vn̄ et ꝓpriā opatiōnē per ſe. ⁊ ideo q̄libet forma ꝑ ſe cōplet ſuā opationē: nec ſe mutuo expectāt ⁊ ſub vtraq; ſpecie tot⁹ eſt x̄ps. Si ꝑdicte forme mutent̄, nichil efficit̄, etiā ſi videant̄ v̄ba idē ſiḡre. Silr̄ ſi aliq̄d de dictis formis diminuitur: niſi forte eſſet aliqua littera in fine dictiōis. vt. m. ⁊ hmōi. ⁊ hoc ex mala ꝓlatione: q: etiā ſic cōficeretur. Si v̄o aliquid adderet̄, q̄d ſignificationē nō mutaret: nec errorē induceret, magnū pct̄m eſſet: ⁊ tamē cōficeretur. Alber. vt ſi diceret, hoc eſt corpus meū ſanctiſſimū. ¶ Dicit aūt ſanctus Tho. ꝙ forma predicta vtens pronoīe demonſtratiuo: oſtendit ꝙ materia cōſecranda debet eſſe corā ſacerdote. Vnde ſacerdos exiſtēs in domo ſua nō poſſet cōſecrare panem, qui eſt in altari. aut etiā in foro: nec vinū q̄d eſt in cellario. Sꝫ quātacūq; ſit quātitas panis, ⁊ vini q̄ corā ſacerdote ponit̄, poteſt ab ipſo cōſecrari. Tho. Pe. aūt de pa. dicit ꝙ de materia quā habet ſacerdos ī ſua ꝑſentia nō eſt determinata quātitas. Verbi gratia. Vtrū exiſtens in ore clibani maximi: vel exiſtēs ī foro maximo pleno panib⁹: vel exiſtens in cellario pleno vino, vtrū poſſit cōſecrare hec oīa ſimul neſcio de hoc. ſed ſi requirit̄ talis preſentia ꝙ ſimul poſſit tangere oīa: tūc nō poſſit ſimul centū hoſtias cōſecrare. quas ſigillatim ſimul attingere non poteſt. Et ſic ſufficit preſentia viſus. nō qua actu videat, cum cecus cōficiat: ſed qua ſit viſibile: tūc aerem plenum vſq; ad celū poſſet cōficere. Vnde iſta diſtātia ⁊ preſentia ⁊ quātitas materie nō ſunt apud homines determinata ſed dei noticie reſeruata. verū eſt t̄n ꝙ nō poteſt cōſecrare niſi materiam preſentē et ante ſe poſitam. alr̄ eſſet falſitas in ſacr̄o veritatis ꝓpter illud ꝓnomē demōſtratiuum hoc vel hic. Hec Pe. Dicit etiā Tho. ꝙ ſi ſacerdos non recordatur ſe dixiſſe ea que in conſecratione euchariſtie dicitur: nō debet ex hoc turbari. non enī q̄ multa dicit/recolit oīa que dixit. Si tamē ſacerdoti ꝓbabiliter cōſtet ſe aliqua omiſiſſe. ſiquidē nō ſunt de neceſſitate ſacramenti: nō debet reſumere immutando ſacrificiū ordinem: ſed debet vlterius procedere. Si vero certificetur ſe omiſiſſe aliq̄d eoꝝ q̄ ſunt de neceſſitate ſacramenti. ſ. formā cōſecratiōis: debet reſumi ipſa forma ⁊ cetera per ordinē recitari. ¶ Miniſter aūt, qui neceſſario req̄ritur ad conficiendū hoc ſacramentū: eſt ſacerdos baptizat⁹. ſ. et ordinat⁹ ad ſacerdotiū ſ̄m formā eccl̄ie. Nā nō baptizatus ſacerdos eſſe

Materia cōſecranda

Miniſter cōficiens

nõ põt: nec ꝑ ꝯſequēs cõficere. Solis eñi ſacerdotib⁹ data eſt iſta ptãs: et nõ aliꝭ etiã quãtūcūq; ſctis. Vñ nec virgo Maria nec angeli dei ꝯficere poſſent ſm doctores: ſed ꝗ eſt ordinat⁹ in ſacerdotē rite quãtūcūq; ſit malus: excõicatus / heretic⁹ ⁊ degradat⁹ / vere ꝯficit ſi ſeruat debitã materiã ⁊ formã ⁊ habet intẽtionē. character eñi ſacerdotalis in quo ꝯſiſtit ptãs ꝯſecrandi ab hoie tolli nõ põt: qꝛ nõ datur ab hoie ſed a deo: licet mediante hoie ſcʒ ep̄o ꝗ operaꝛ inſtrumẽtaliter: ſed vſus talis poteſtatꝭ auferꝛ ꝓdictis ꝑ eccleſiã. Et ideo ad ſui ꝑniciē ꝯſecrãt ſed tñ cõſecrãt vt dicit Tho. in. iij. pte. q. lxxiij. ar. ix. ad vlti. Alb. Pe. et cõiter theoꝛ. ⁊ Hoſti. Vñ opinio magři ſen. in. iiij. diſt. xj. qui dicit cõtrariũ. ſ. ꝙ heretic⁹ nõ ꝯſecrat: nõ teneꝛ. Oportet autē ꝙ hoc intẽdat: non ſolũ eñi v̾ba forme ſunt ad ꝯficiendũ neceſſaria: ſed etiã reqꝛiꝛ intentio. quia ſm Aug. ſine intẽtione in ſacramẽto nichil agiꝛ. Vñ ſanct⁹ Tho. dicit ꝙ ad ꝑfectionē ſacramẽti requiriꝛ intẽtio miniſtri: qua ſe ſubijciat pꝛicipali agẽti: vt ſcʒ intẽdat facere, qḋ facit eccl̃ia: et xp̄s fecit. et dicit ꝙ nõ eſt neceſſaria intẽtio actualis: ſed ſufficit habitualis: vt ꝯficiaꝛ: puta vt ſi ſacerdos accedit ad altare ad celebrandũ: intẽdat facere qḋ facit eccl̃ia: ⁊ xp̄s fecit: ꝑficitur ſacramẽtũ ſi poſtea ſuſpẽdaꝛ eius intẽtio per aliã occurrentē cogitationē ex virtute pꝛime intẽtionis: tamē ſtudioſe curare debet miniſter ſacramẽti vt etiã actualē intentionē adhibeat. Et dicit Tho. ꝙ cũ aliꝗs nõ intendit ſacramentũ ꝯficere: ſed deluſoꝛie aliꝗd agere: talis ꝑuerſitas tollit virtutē ꝯſecrãdi et virtutē ſacramẽti ꝓcipue qñ intentionē exteri⁹ manifeſtat. Si aũt intentio miniſtri ꝑuertitur quantũ ad id qḋ ſequiꝛ ſacramentũ: puta ſi ſacerdos intẽderet ꝯficere coꝛp⁹ xp̄i: vt eo ad veneficia vtereꝛ: qꝛ pꝛi⁹ nõ depẽdet a poſterioꝛi: talis intẽtionis ꝑuerſitas veritatē ſacramenti nõ tollit: ſed miniſter tali intentione grauiter peccat. Pe. tñ dicit ꝙ ſacerdos ꝯſecrat quantācūq; materiã dũ tamē intẽdat hoc facere ad vſum ⁊ alimentũ fidelium / alˀs nõ. Sed opinio Tho. melioꝛ. Dicit tñ Alber. ꝙ ſi aliꝗ hoſtie ex obliuione remaneant in altari: aut alique vini gutte adhereãt pedi calicis: ⁊ ſacerdos ꝯficit: nõ ſunt ille cõſecrate: qꝛ de eis nõ intẽdiꝛ. Durandus aũt ponit caſum ꝙ ſacerdos habeat corã ſe vndecim hoſtias ⁊ intẽdit cõſecrare decē: querens quot ſint ꝯſecrate. Rñdet autē diſtinguẽdo dicẽs: ꝙ hoc poteſt pꝛimo duob⁹ modis intelligi. Vno modo ꝙ numerus ſit ſolũ in opinione ⁊ nõ in intẽtione: in intẽtione aũt ſit cõſecrare quicꝗd eſt corã ſe. Vt v̾bi grã. vt ſi ꝗs habeat corã ſe vndecim hoſtias: ⁊ opinaꝛ eſſe decē: ipſe intẽdit cõſecrare quicꝗd eſt corã ſe / non obſtat ꝙ eius opinio ferꝛ ad numerũ. Unde qꝛ effectus ꝯſecrationis ſequiꝛ intẽtionē ⁊ nõ opinionē: oẽs ille hoſtie ſunt ꝯſecrate. Alio modo poteſt intelligi ꝓdict⁹ caſus: qñ ſacerdos habet corã ſe vndecim hoſtias ⁊ intẽdit ꝯſecrare decem: vt nõ opinio ſed intẽtio feraꝛ ad numerũ: ita ſcʒ ꝙ nõ velit ꝯſecrãs plus ꝙ̃ decem: ſed tñ decē ꝯſecrare: tũc in tali caſu ꝓdictus doctoꝛ facit ſcḋam diſtinctionē dicẽs ꝙ duob⁹ etiã modis cõtingeret. Vno modo ꝙ ſciat veritatē numeri. Alio modo ꝙ ignoꝛet veritateʒ numeri. Et ſi ſciat veritatē numeri ſcʒ ꝙ hoſtie ſint vndecim: ⁊ ipſe decē tñ ꝯſecrare intẽdit: aut decē diſtincte intẽdit ꝯſecrare. i. diſtinguit decē hoſtias quas intẽdit ꝯſecrare ab vna quã non intendit ꝯſecrare: et tũc dicẽdũ eſt ꝙ iſte decē tñ ſunt ꝯſecrate de ꝗbus intẽdit: ⁊ illa de qua nõ intendit nõ eſt ꝯſecrata. Aut ſacerdos ſcit hoſtias eſſe vndecim ⁊ intẽdit ꝯſecrare decē: non diſtinguẽdo vel determinãdo quas decē intendit: ⁊ quã vnã nõ intẽdit: ⁊ ſic intendendo decē ex illis ꝯſecrare: tũc nulla eſt ꝯſecrata. eo ꝙ intẽtio nõ fuit ad aliquã determinatã. Et cũ iſto dicto ſatis ꝯcoꝛdat ſanct⁹ Tho. in. iij. parte. q. lxxiiij. ar. ix. ad pꝛimũ. ⁊ ar. x. ad tertiũ. vbi dicit ꝙ miniſter ſacramẽtoꝝ eſt ſicut iſtrumẽtũ pꝛincipalis agentis ſcʒ xp̄i vel eccl̃ie. Et cũ tale inſtrumentũ habeat cognitionē requiriꝛ ꝙ ꝑ intentionē ſe determinet ad opus: qḋ in virtute pꝛincipalis agẽtis ꝓducere debet. ideo ſequiꝛ ꝙ vbi nõ determinat ſe nichil operaꝛ. Si v̾o ſacerdos ignoꝛet numerũ vndecim hoſtiarũ: ⁊ intendit decē hoſtias tñ ꝯſecrare. Dicit idē Durãdus ꝙ eodē modo diſtinguendũ eſt: vtrũ determinet quas decē intẽdit: vel nõ determinet Et rñdendũ eſt ſicut in p̄cedenti caſu imediate dicto. Sed dubitatur quõ accidat ꝙ numerus ignoꝛeꝛ. Cui dubitationi rñdeꝛ: ꝙ poteſt ꝯtingere ꝙ decē hoſtias videat extenſas et vna ibi lateat: ipſe autē intẽdat oẽs quas videt ⁊ nullã aliã. Vel põt eſſe ꝙ ipſe decē poſuit: et vna erat ibi quã neſciuit: ipſe v̾o intẽdat ſolũ illas quas poſuit: et redit hic caſus in caſum ſupꝛapoſitũ Alberti. qꝛ tũc illa nõ eſt ꝯſecrata quã neſciuit ibi eſſe: ⁊ oẽs alie ſunt ꝯſecrate. Si aũt ipſe vnã plus ibi poſuerit ꝙ̃ crediderit: vel alius vndecim poſuerit: ⁊ ipſe mãdauerit ponꝛ decē: et nõ intẽdit ꝯſecrare niſi decē tñ: tũc nõ eſt determinata ei⁹ intẽtio: ⁊ ſicut ſupꝛa nulla ipſarũ eſt cõſecrata. Hec ille. Cui ꝯcoꝛ. Joh. neapoꝛ. in. viij. quodli. Et addit idem Joh. ꝙ ſicut dictũ eſt de quãtitate diſcreta. ſ. de numero hoſtiarũ: ſic dicendũ eſt de quantitate ꝯtinua vnius ⁊ eiuſdē hoſtie. Si eñi ſacerdos intendat ꝯſecrare medietatē ſolũ alicui⁹ hoſtie determinatã tñ vt pote ſuperioꝛē ſolũ vel inferioꝛē: aut dextrã vel ſi-

Intentio cõſecrãtis.

De numero hoſtiarum.

niſtrā:illā ſolū ꝯſecraret. Sed ſi intēderet cōſe
crare medietatē ſolū alicui⁹ hoſtie:nō determi
nando intētionē ſuā ad aliquā partē deſignatā
vel determinatā ꝑdictis modis:vel aliis quibuſ=
cūqꝫ: nichil penit⁹ ꝯſecraret ꝓpter cauſam ſu=
pradictā : qꝛ ſcꝫ i tali caſu nō eſſet determinata
intentio miniſtri reſpectu alicui⁹ determinate
materie. Sꝫ Pe.de pal.dicit ꝙ eſt duplex opi.
circa iſtā determinationē. Quidaꝫ eñi dicūt ꝙ
opꝫ ꝙ fiat determiatio ſeu ſignificatio de parte
hoſtie ꝯſecranda vel ſenſu vel imaginatiōe:al's
nō ꝯſecraret. Alii dicūt ꝙ ſufficit determinatio
iſta: vel ſignatio fiat intellectu : etſi non ſenſu.
Intētio eñ ꝗ exigit eſt act⁹ partis intellectiue
et non ſenſitiue. Et ꝗuis alia determinatio in=
tellect⁹ ſit ſm determinationē ſenſus.hic autē
nō opꝫ ꝙ ſit ſignatio certe partis ſm ſenſum:qꝛ
nec ꝑ viſum cū cecus poſſit ꝯficere:nec ꝑ tactū:
qꝛ ꝛ ſine tactu man⁹ pōt ꝯſecrare:nec ꝑ imagi=
nationē vel alium ſenſum:qꝛ indiuiſibile ſm ꝙ
hmōi nō eſt ſenſu ꝑceptibile. Id aūt quo ꝗd cō
tinui ab aliis diſtinguit: ſm ꝙ hmōi eſt oīno
indiuiſibile:ſicut linea ꝗ ſm latitudinē eſt oino
indiuiſibilis : nō tñ ſm ꝙ vnā partē diuidit ab
alia. Sufficit ergo ſignatio ſm intellectū: quia
intellect⁹ partē indiuiſibilē apprehēdere pōt :
puta ſi de hoſtia plena intēdat ſolaꝫ medietatē
ꝗ eſt a parte ſuperiori ꝛ nō aliā vel hmōi. Utrū
aūt plures ſacerdotes poſſint eandē hoſtiā ꝯſe
crare. Dicit Pe.de pa.in.iiii.diſt.xiii.ꝙ circa
hoc eſt duplex modus dicendi. Unus eſt ꝗ Al=
berti eſt.ꝙ vtiqꝫ poſſunt.ſ.ſimul.i.ſi ꝟba ꝯſecra
tionis proferāt. Ratio eſt qꝛ qua rōne vnus ſa
cerdos ꝟe ꝯſecrat ſi intēdit : eadē rōne ꝛ alius
ꝗ ſimul ꝓfert verba:ꝛ eadē intētio eſt: nec ſunt
due ꝯſecrationes:ſed vna.qꝛ diuina virtus pōt
ſm bñplacitū ſuū aliꝗd vnū facere ꝑ miniſteriū
vnius vel pluriū. Si aūt nō ſimul ꝓferāt ꝟba:
ſed vn⁹ prius altero:nō poſſunt:ſed pri⁹ ꝓferēs
ꝯſecrat/alii nō. Alius mod⁹ dicēdi eſt be. Tho.
cluſus in quo ponunꝫ fagus ⁊ quercus: que po‑
nunꝫ fructus ꝓ beſtiis. Sed flores roſarū/liliū
conuallium/viole ⁊ herbe odorifere: vt perſa ⁊
hmōi arbores ſuaues fructus ferentes. Sic in
tali mente ruminētur exempla martyrū/cōfeſ‑
ſorū/virginum ⁊ hmōi ſunt flores: ſint ⁊ herbe
ſanctarū lectionū ⁊ verborū: et fructus bonorū
operū: ⁊ ſic dicere poterit illud Cāti. v. Deſcē‑
dit dilectus meus in hortū ſuū vt comedat fru‑
ctus pomorū ſuorū. Sit iuxta mōtem caluarie
locum. ſ. paſſionis: vt permaxime tūc mediteꝫ
xp̄i paſſionem. Aug. Quia morte dñi liberati

ſumus: huius rei memores in edendo carnē ꝛ bibēdo ſanguinē eſſe debemus. Prope hieruſalē ſit q̄ interpretatur viſio pacis. vt aliquādo etiā cōtēplemur ſupnā patriā: in qua pfectius aīa cū xp̄o viuit et paſcit. Vn̄ Amb. Mādu̇cat te angel⁹ pleno ore in patria. ſ. pfecte fruendo: mādu̇cet te hō in via ꝑ modulo ſuo: tali recreatus viatico. Joſeph q̄ interpretat augmētū: eſt illud monumentū qꝛ ſemp intendit creſcere in virtutibus. iuxta illud p̄s. lxxxiij. Ibūt de virtute in virtutē ꝛc. Dedit quoqꝫ eſcā iſtā timentib⁹: qꝛ cū timore maxime reuerentie debet accedi ad ipſum. Unde Euſebius emiſſenus. Cū ad reuerendū altare cibis ſpiritualib⁹ ſatiād⁹ aſcēdis: ſacrū dei tui corp⁹ ꝛ ſāguinē fide reſpice: honora: mirare: mēte cōtinge: cordis manu ſuſcipe: ꝛ maxime toto hauſtu interioris hoīs aſſume. de cōſe. diſt. ij. qꝛ corpus. p̄s. v. Adorabo ad templū ſanctū tuū in timore tuo: ſcꝫ reuerentiali: et ſic erit ſepulcrum eius glorioſum. vt dicit Eſa. xj. c. Et ſicut xp̄s reſurrexit a mortuis per gloriā patris: ita per ipſuꝫ reſurgem⁹ ad ſupernam gloriam: quia qui manducat hūc panē viuet in eternū. Joh. vj. c. Mādu̇care eſt viuentis creature: ſic viuens vita gratie ꝑ hoc ſacramentū ſumptū viuet vita glorie. De cōditionibus etiam que requirūtur ad debitā ſumptionem habes ſupra in prima parte tit. de lege moyſaica. c. de cerimonialibus: vbi agit de mō edēdi agnū paſchalē: qḋ figurat iſtḋ ſacr̄m

Canon mirabilis.

¶ Iterū de ſacramēto euchariſtie. Cap̄. v.

Sermo ſcōs de ſacrō.

Erit firmamentum in terra: in ſummis montiū ſuperextollet ſup libanū fruct⁹ eius: et florebūt de ciuitate ſicut fenū terre. p̄s. lxxj. Inmenſa diuine largitatis bn̄ficia exhibita populo chriſtiano ineſtimabilē ei cōferūt dignitatem. Neqꝫ enim eſt aut aliq̄n fuit tam grandis natio que habeat deos appropinquantes ſibi: ſicut deus noſter adeſt nobis. Unigenit⁹ ſiqdē dei filius diuinitatis ſue volēs nos eſſe participes: noſtrā naturā aſſumpſit: vt hoīes deos faceret fact⁹ homo. Inſuper qḋ de noſtro aſſumpſit totū nobis cōtulit ad ſalutē: nā corpus ſuū in ara crucis obtulit deo patri: ſanguinē ſuum fudit in preciū noſtre redēptionis. Et vt tanti beneficij iugis in nobis maneret memoria: corpus ſuū et ſanguinē ſub ſpecie panis ꝛ vini ſumendū fidelib⁹ dereliquit. Hec Tho. in officio Quia enim corpus aſſumptuꝫ ablaturus erat ab hominib⁹: et illaturus ſideribus: indꝫ Euſebius emiſſenus: neceſſe fuit vt die cene illud ſacramentum corporis ꝛ ſanguinis nobis conſecraret: vt iugiter coleretur per myſteriū quod ſemel offerebatur in precium. de conſe. diſt. ij. Quia corpus. Et de hoc ſacramento loquitur p̄s. etſi multum obſcure. Erit firmamētum ꝛc. vbi tria notat pſal.

¶ Primo deitatem ſub ſpecie panis latentē. ibi. Erit firmamentum.

¶ Secundo vtilitatem hominis cum deuotione cōſequentē. ibi. Superextollet ſup libanū.

¶ Tertio venerabilitatem plebis euchariſtie aſſiſtentem. ibi. Florebunt de ciuitate.

¶ Pro declaratione primi §. I.

eſt ſciendum ꝙ vbi noſtra tranſlatio habet. erit firmamentum / alia habet: Erit panis tritice⁹: et ſic per vtrāqꝫ habetur materia ſacramenti que eſt panis triticeus: cuius ſpecies remanet poſt conſecrationem conuerſa ſubſtantia. Unde etiaꝫ dicitur panis Joh. vj. Panis quē ego dabo caro mea eſt pro mūdi vita. Habetur etiam qḋ ſub eo latet. ſ. diuinitas que dꝛ firmamentum. p̄s. xxiiij. Firmamentū eſt dn̄s timētibus eum et teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis. Oīa enim ſuſtētat naturaliter ꝛ ſuos electos ſpūaliter. Mōtes hic intelliguntur ſacerdotes: qui a vallibus vitioꝝ debent eſſe eleuati: et in altum verſus celū per cōtemplationem et celeſtē cōuerſationē erecti. Sūmū eorū eſt caput eoꝝ. Erit ergo panis tritice⁹ qui eſt firmamentū in ſummis montiū qui eſt corpus chriſti: in quo etiā deitas ſub ſpecie panis triticei in ſummis mōtiū. i. ſuper capita ſacerdotū: qḋ vtiqꝫ fit quando ipſum cōſecratū populo oſtendūt eleuādo: ꝛ hoc in terra. i. in mūdo iſto Nam in celo clare intuetur: nō ſub aliquo velamine: ſed in terra in qua aīa noſtra habet velamē opacū corporis nō poteſt clare intueri: ſed ſub velamine. ꝛ in iſto ſacramēto ſub ſpecie panis et vini: ſed realiter eſt ibi totus chriſt⁹: corpus eius ex vi ſacramēti: ex naturali aūt cōcomitātia et ſanguis et aīaꝫ diuinitas: qꝛ iſta nō poſſunt abinuicē ſeparari. Unde Hila. in li. de trinitate de veritate carnis ꝛ ſanguinis. Non eſt relictus ambigendi locus: qꝛ ex ipſius dn̄i ꝯfeſſione caro eius vere eſt cibus: et ſanguis eius vere eſt potus. Recedat ergo om̄e infidelitatis ambiguū: qꝛ qui dator eſt muneris: ipſe etiā teſtis eſt veritatis dicens: Hoc eſt corpus meū. Luce. xxij. Et vt dicit Euſebius emiſſen⁹ de conſe. di. ij. quia corpus. Nouū tibi ꝛ impoſſibile eſſe non debet ꝙ in chriſti ſubſtantia terrena et mortalia conuertuntur. ſcilicet panis ꝛ vinum. Ad quod oſtendēdum: ſcilicet non eſſe impoſſibilem vel incredibilem talem conuerſionem induci poſſunt exempla. ſcilicet.

Exēpla ris idu ctio.

¶ Operantis nature.

¶ Narrantis ſcripture.

¶ Manifeſtantis figure.

¶ Uidemus per viā nature ſubſtantiā vini⁹ rei

mutari in aliã. Nã cũ hõ comedat panẽ: ⁊ vinũ
bibat: p digeſtionẽ factã panis cõuertiꝶ in car
nẽ: ⁊ vinũ in ſanguinẽ. Iſtud clare patet. come
dit mulier pregnãs et cib⁹ eius digeſt⁹ cõuer-
titur pro parte in carnẽ ⁊ ſanguinẽ ⁊ oſſa eius
quẽ habet in vtero. Narratur a naturalib⁹ ꝙ
in hybernia ſit quidã lacus: in quẽ ſi ponaꝶ li-
gnũ: pars illa que tangit terrã in fundo laci cõ
uertitur in ferrũ: que in aqua in paleas cõuer-
titur: que extra aquã lignũ remanet. Si igitur
natura operaꝶ talem mutationẽ in aliã: quãto
magis autor nature poteſt hoc agere qui hãc
cõuerſionẽ facit: quõ ꝯuertiꝶ: deus operaꝶ: qui
vtiqꝫ pl⁹ poteſt operari ꝙ̃ intellect⁹ noſter in-
telligere. ſm Auicẽnã. Ex ſacra ſcriptura q̃ mẽ
tiri nõ nouit: a iudeis etiã approbata: legim⁹
in veteri teſtamento multas mutatiões factas
de vna re in aliã. Nã ꝟga moyſi ad iuſſum dei
verſa eſt in colubrũ. Et iterũ moyſes de man-
dato dei colubrũ per caudã accipiens ꝯuerſus
eſt in virgã. Exo. iiij. c. Ad verbũ heliſei ferruꝫ
ſecuris de manubrio excuſſum de manu cuiuſ-
dã ligna incidẽtis: ⁊ merſum in aqua enatauit
et per ſe in manubrium intrauit. iiij. Reg. vj. c.
Helias ꝓpheta ignem de celo fecit deſcẽdere
iiij. Reg. j. Nũquid nõ preter naturã eſt: ꝙ pe-
tra duriſſima ꝑcuſſa ꝟga moyſi daret copioſiſ-
ſimã aquã? Numeri. xx. Aque egypti nõne ad
verbũ moyſi conuerſe ſunt in ſanguinẽ. Exod.
xiiij. ca. Omnia iſta exẽpla ⁊ plura alia ponit
Ambro. ad hoc probandum de cõſecra. diſt. ij.
reuera. ibi potes videre. om̃ia iſta ſunt preter
naturã. Si ergo ſancti viri verbo ſuo fecerunt
mutare naturas rerũ et cõuerſionẽ earũ: nõne
magis xp̃s dñs prophetarũ ⁊ ſanctuſſanctorũ
poterit mutare ⁊ cõuertere panẽ ⁊ vinũ in cor-
pus ⁊ ſanguinẽ ſuũ. ipſe em̃ eſt q̃ hãc mutatio-
nẽ agit. Vñ Aug. Intra catholicã eccleſiã ĩ mi
niſterio (al's myſterio) corpis et ſanguinis dñi
nichil a malo minus: nichil a bono magis ꝑfi-
citur ſacerdote: q̃ nõ in merito cõſecrãtis: ſed
in verbo efficitur creatoris et virtute ſp̃ũſſcti:
ipſe eſt qui per ſpiritũſanctũ hãc ſuã efficit car
nẽ ⁊ transfundit in ſanguinẽ. j. q. j. intra catho
licã. Ex multis demũ apparitionib⁹ ⁊ miracu-
lis oſtẽſis circa illud ſacr̃m oſtẽdiꝶ ꝟitas hui⁹
cõuerſiõis. Narraꝶ in chronicis ꝙ in Francia
tp̃e ſancti Ludouici regis francorũ celebrante
quodã ſacerdote in hoſtia conſecrata viſus eſt
ab om̃i ppl'o puer paruul⁹ in ipſa hoſtia: et cũ
nũciareꝶ regi Ludouico miraculũ vt iret ad vi
dendũ: r̃ndit: qui dubitãt de ꝟitate hui⁹ ſacr̃i il
li accedãt ad vidẽdũ. Ego aũt q̃ certe credo ibi
corpus xp̃i eſſe nõ curo videre. Narrat etiam
Uincen. in ſpeculo hiſtoriarũ li. xxx. c. xxiiij. ꝙ
circa annũ dñi. M. clxxxj. in pluribus locis in
Francia hoſtia cõſecrata a ſacerdote poſt ſan-
guinis ex ipſa fuſionẽ viſa eſt caro: ⁊ cũ diuide
re vellet ſacerdos: nõ potuit ſcindi ſed plicari.
Una pars remãſit in ſpecie panis: alia in ſpe-
cie ſanguis. In vitaſpatrũ etiaꝫ de hmõi legiꝶ
apparitiõib⁹. Cũ g̃ iſtõ ſacr̃m ſit firmamẽtũ. i. Sacr̃i
xp̃s firmamẽtũ eccl'ie: remanet t̃n in ſpecie pa euchari
nis triticei: ſicut pri⁹ appꝛebat. ⁊ h̃ triplici rõne riſtie
apparitio.

Prima vt fides exerceatur.

Secunda vt horror auferatur.

Tertia vt ſenſus non decipiatur.

Fides eſt de reb⁹ nõ viſis. quãto ergo min⁹
videtur tamẽ firmiter credit ea myſteria fidei:
tanto magis exerceꝶ meritũ fidei ⁊ augeꝶ. Un
de dicit xp̃s Io. penul. Bti q̃ nõ viderũt ⁊ cre-
diderũt. Si igiꝶ poſt cõſecrationem videreꝶ in
hoſtia caro: min⁹ haberet de rõne fidei hoc cre-
dere cũ videret manifeſtã carnẽ: ſꝫ q̃ nõ videt
carnẽ: ſed ſpeciẽ panis vt prius: ⁊ tamẽ credit
ibi nõ panẽ: ſed corpus xp̃i eſſe: magis credit ⁊
mereꝶ. Quantũ ad ſcdam rõnẽ certũ eſt ꝙ
eſſet horror hoib⁹ comedere carnẽ crudã hois
et ꝑmaxime cũ nõ ſit in vſu. Vñ iudei immo ex
diſcipulis eius q̃dã cũ xp̃s dixit. Niſi mãduca
ueritis carnẽ filij hois ⁊c. nõ habebitis vitã in
vobis. quidã ſcãdalizati receſſerunt ab eo eſti-
mantes ꝙ haberẽt ipſam comedere vt caro in
macello habẽtes hoc in horrorẽ. Unde dixerũt
Durus eſt hic ſermo: q̃s põt eũ audire? Io. vj.
Sed xp̃s declarauit: q̃ nõ ſicut caro q̃ vendiꝶ
in macello deberet comedi: ſed ſub ſpecie pa-
nis: ideo vocauit ſe panẽ dicens. Ego ſum pa-
nis viuus ⁊c. Nõ eſt aũt horrou hoi panẽ co-
medere: ſꝫ aſſuetũ. eſſet em̃ ridiculũ infidelib⁹.
ſi ſibi caro appareret in hoſtia dicẽtib⁹ ꝙ come
derem⁹ carnẽ hois: ⁊ ideo erit panis triticeus
ſ. in ſpecie. Tertio hoc congrue ordinatũ eſt
a dei ſapiẽtia ne deceptũ ſe reperiat ſenſus iu
dicãs de ſibi notis. Ex quo igiꝶ nõ apparet in
ſpecie carnis rõne iã dicta: ſi ibi nõ remaneret
ſpẽs ſaltẽ panis vt prius nil ſenſibile appare
ret. Unde hoies nõ eſtimarẽt ibi aliq̃d eſſe ni
vidẽdo: cũ tamẽ dicaꝶ. hoc eſt corpus meũ. Et ...pul-
quẽadmodum in comeſtione preparata yſaac ...ſa fi-
decept⁹ eſt ois ſenſus niſi audit⁹. Nã viſus: q̃ gura
caligauerat: nõ ꝑcepit iacob illũ eſſe. Odorat⁹ eucha-
q̃ ſenſit fragrantiã veſtimẽtoꝝ eſau: nõ iacob riſtie.
Guſt⁹: q̃ eſtimauit cibũ eſſe preparatũ ab eſau
Tact⁹: q̃ man⁹ tetigit man⁹ ſunt eſau ꝓpter pel
liculas hedorum: quib⁹ manus cooperuerat.
Sed auditus ſolus remanſit indeceptus. Un
de dixit. Uox quidem vox iacob eſt. Gen. xxvj.
Ita in ſacramento iſto tactus: odoratus: gu-
ſtus: et viſus: ſunt eorum accidentium panis:
ſicut erant cum ibi erat ſubſtantia panis. Sed
auditus non fallitur cũ audit / hoc eſt corpus

meum. Et ad firmandum cor ſincerum ſola fides ſufficit.

Quantū ad ſecūdū vtili- §.II.

tas.ſ.deuote accipientis: notat̄ cū dicit̄. Super extollet̄ ſup libanū fructus eius.ſ. panis triticici ſacramētalis. Libanꝰ eſt mons ſpecioſus: et interpretat̄ cādidatio: ſignificās montē glīe vbi oēs amicti ſunt ſtolis albis.i. ſumma puritate: fructus ergo eius.i. affectus ſuperextollet̄ ſup mōtē glīe: q2 qui mādūcat hūc panē viuet in eternū. Joh.vj. Sūt aūt.xij. fructus huiꝰ panis triticiei: deſignati per.xij. fructꝰ ligni vite: de q̄bus dicit̄ Apoc.vlti. et de his habes plene.j.c.xij.§.vj. ibi vide. opꝫ tamē q deuote accipiat: ⁊ in gratia: al's non extollet̄ ad gloriā/ſed deiſciet̄ in ifernū. Unde Jſid. de cōſe.diſt.ij. qui ſcelerate. Qui ſcelerate viuūt in eccl'ia: et cōicare nō deſinūt: putātes ſe tali cōione mūdari: diſcant ſibi nil pficere ad emūdationē: dicente ppheta.ſ. Hiere.xj. Quid eſt q dilectꝰ meꝰ fecit i domo mea ſcelera multa? Nūquid carnes ſctē auferēt a te malicias tuas? quaſi dicat nō: ſed auget̄ grauiſſimū pctm̄: q2 vt dicit apl's.j. Cor.xj. Qui mādūcat ⁊ bibit indi.iudi.ſi.mā. et bibit.i. ac ſi xp̄m occiderit puniet̄ ſm glo. Et hoc vt dicit Aug. non q2 illā res.ſ. ſacramentū ſit mala: ſꝫ q2 malus male accipit qd̄ bonū eſt. Non em̄ mala erat buccella que inde data eſt a dn̄o: vt patet Jo.xiij. Salutē dedit medicus: ſed ille indignꝰ accepit ad pniciē. de ꝯſe.diſt.ij. et ſancta. Quādo melchiſedech rex ſalē ſacerdos dei ſummi obtulit abrae panē ⁊ vinū eum benedicēs: vt pꝫ Gene.xiiij.c. vtiq3 fecit hoc ei reuertenti cum victoria a cede quattuor regū. Gen̄.xiiij. Ad figurādū q opꝫ q homo habeat victoriā de corpore ſuo compoſito ex quattuor elemētis: ſeu in parte ſenſitiua: in qua iſurgūt quattuor paſſiones q̄ multis dn̄ant̄: vel q̄ttuor differētie pctōꝝ: que vincūt quattuor reges.i. ſenſualitatis nr̄e pctā: ſcꝫ pctm̄ cogitatiōis/cōſenſionis/opationis/et aſſuefactiōis. huic xp̄s verus ſacerdos offert panē ſacramētalē cū benedictione gr̄e ⁊ glīe. Itē Joh. de ſan.gemi. in ſermonibꝰ dicit q ph̄s in lib. de ſenſu et ſenſato numerat ſeptē differētias ſaporꝝ qui ſpūaliter reperiunt̄ in hoc ſacramēto. Primꝰ eſt ſapor dulcis: qui ſignat donū ſapientie: que facit diuina ſuauiter deguſtare. Secūdus ſapor acutus: ⁊ ſignat donū itellectꝰ qui facit penetrare vſq3 ad itima rei. Tertius eſt amarus: ⁊ ſignat ſcientiā: q̄ huius mūdi amaritudines facit dolere. Quartꝰ eſt ſapor piguis: ⁊ ſignat pietatē. Ps̄.xxij. Impinguaſti in oleo caput meū. Quintus eſt ſalſus: q̄ habet̄ in dono cōſilij: in quo eſt ſal diſcretiōis. Sextus ſtipticus: qui habet̄ de

Septez ſapores huius ſacramenti.

terreſtri ⁊ calido: et ſignat fortitudinē q̄ roborat hoiem. Septimꝰ eſt auſterus ſeu acetoſus: ſub quo cōprehenditur ⁊ ponticus: vt in piris acerbis: ⁊ ſignat timorē qui pungit ex recordatione peccati ⁊ expectatiōe iudicij. Unde bene Sapiētie.xvj. dicit̄ de māna huius figuratiuo. Panē de celo preſtitiſti eis dn̄e omne delectamentū in ſe habentē ⁊ omnē saporē.

Quantuꝫ ad tertium de §.III.

veneratione ſacramēti dicit̄. Floruerūt de ciuitate.ſ. venientes angeli de ciuitate eccl'ie triūphantis: et hoies de ciuitate eccleſie militātis lete ⁊ affectuoſe aſſiſtentes ſuo dn̄o: hoc eſt florere vt fenū terre: qd̄ multū abundat ⁊ multiplicat. Nā q angeli veniant de ciuitate celeſti: oſtendit Greg. in ꝗ. dial'. Quis fideliū dubium hr̄e poteſt in illo ieſu xp̄i myſterio: in ipſa imolationis hora ad ſacerdotis vocē celos aperiri: angeloꝝ choros adeſſe: ſumma imis ſociari. de ꝯſe.diſt.ij. Quid ſit ſanguis.§. q̄s fideliū. De ciuitate etiā eccl'ie currūt hoies ad vidēdū ſacramentū altaris: et quaſi tota deuotio fideliū remāſit in iſto ſacr̄o: ⁊ merito: q2 ſicut dicit Alex. pa. de cōſe.diſt.ij. nichil. ſicut potior eſt ceteris hoſtijs ⁊ ſacrificijs: ita potius excoli ⁊ venerari debet. Hinc dauid corā arca dn̄i.ij. Reg.vj. que hoc ſacr̄m ſignabat: q2 in ea erat virga diuinitatis potentiſſime: lex ſic ſapientiſſime: māna carnis puriſſime: iudꝰ ſaltabat totis viribꝰ ex maximo feruore ⁊ deuotione. Quid fieri dꝫ ad figuratū ſi tātū egit ad figurā. Hoc etiā fuit figuratū in magnifico illo ꝯuiuio qd̄ fecit aſſuerus: q̄ interpretat̄ btitudo.i. domus tertio anno imperij ſui.i. tp̄e nō nature nec legis moſaice: ſed tp̄e gratie cunctis principibꝰ ſuis: q2 apl'is ſuis: exinde ōnibus volentibꝰ venire in domo ſua ſcꝫ eccleſia mirabiliter ornata: nec aliquis cogebatur ad ſumendū ⁊c̄. Heſter.j.c.

Arca federis figurat eucharistiam

De ſacramento penitentie et ſpecialiter de confeſſione. Capl'm.vj.

Dixi cōfitebor aduerſuꝫ me iniu.meā dn̄o. ⁊ tu remi.ipie.pec.mei. Ps̄.xxxj. Sicut pctm̄ originale nō remittitur niſi per baptiſmū actu vel propoſito ſuſceptū: ita actuale non remittitur poſt baptiſmū p̄cipue niſi p penitētiā. vn̄ Aug. Oīs hō poſtq̄ ſue volūtatis eſt arbiter ꝯſtitutꝰ: nō pōt nouā inchoare vitā: niſi peniteat eū veteris vite. de pe.diſt.j.c. tres ſunt aūt actiōes. Et xp̄s ait Lu.vlt. Oportuit xp̄m pati ⁊ reſurgere a mortuis die tertia: et p̄dicare pniam in remiſſionē pctōꝝ in oēs gētes. et vt ait Chryſ. in homel. de pe.di.j.⁊.iij.c. pfecta pnia. Perfecta pnia cogit pctōrem oīa libēter ſufferre. In corde em̄ ꝯtritio: in ore cōfeſſio: in ope tota hu-

Sermo de ſacramēto pnie

militas.ſ.ſatiſfactiōis.hec eſt vera ⁊ fructifera pnīa. Hoc eſt illud triduū quo vocat nos de⁹: vt eam⁹ in deſertū: vt imolem⁹ deo nr̄o ſacrificiū bonoꝝ operū. Exo.iij. Hoc eſt illud triduū quo xp̄s amiſſus dolēdo reperit̄. Lu.ij. Hec eſt via ꝑ quā exit̄ de carcere herodis īfernalis.i.ſtat⁹ pcti: quo intendit altera die.i.in vita futura du cere ad mortē. Act.xij. Per ꝯtritionē eñi exit̄ de porta duricie cordis: per cōfeſſionē de porta clauſa taciturnitatis: ꝑ ſatiſfactionē de tertia porta que eſt ferrea: vnde magis fortis ꝙ̄ alia retentionis aliene ſubſtātie vel fame. Quomo do aūt debite fiat iſta penitentia ꝓut eſt ſacra mentū eccleſie: ⁊ quantā preſtet vtilitatē oſten dit p̄s. dicens. Dixi cōfitebor. vbi tria notat.

¶ Primo confeſſionem penitentialē exercen dam: ibi. Dixi confitebor.

¶ Scd̄o cōditionē rationabilē adhibendā: ibi Aduerſum me iniuſticiā meā dn̄o.

¶ Tertio innouationē ſpūalē cōſequendā: ibi. Tu remiſiſti ⁊c̄. De impedimētis pnīe ⁊ reme diīs ꝯtra ea habes plene. ī.c.xvij.§.iiij.⁊.v.

¶ Quātū ad primū ſcꝫ de cō ... §.I.
feſſiōe fienda: q2 dicit ꝯfitebor. Dixit Joſue ad achor: q̄ trāſgreſſus fuerat mādatū dei. Da glo riā deo / ⁊ ꝯfitere pctm̄. Joſue.vij. q̄ſi dicat. Cō fitendo pctm̄ tuū das gloriā deo: nā manifeſtā do miſeriā pcti tui: vt de⁹ eā ſua bonitate amo ueat a te: fateri clemētiā ⁊ miam ſuā: ⁊ ſic glori ficas eū. Ūñ ſciendū ꝙ oīs lex nobis data a deo clamat nobis: ⁊ mādat ꝯfeſſionē peccatoꝝ.

Precipit confeſſio.

¶ Primo lex intrinſeca.

¶ Secundo lex moſaica.

¶ Tertio lex prophetica.

¶ Quarto lex euangelica.

¶ Quinto lex canonica.

¶ Lex intrinſeca eſt lex naturalis. Hec nobis dictat vt ꝯfiteamur deo pctm̄ nr̄m.ſ.recognoſcē do ⁊ petēdo veniā. Quia eñi ante incarnationē de⁹ erat pur⁹ ſpūs: ideo erat ꝯtētus ꝯfeſſiōe mē tali hoīs: nec plus exigebat. Sꝫ poſtꝙ̄ fact⁹ eſt hō incarnat⁹ ex ꝟgine: exigit a nobis etiā ꝯfeſ ſionē oris: ⁊ q2 p̄ſens nō eſt corꝑalit̄: vult vt fa ciamus eā vicario ſuo ſcꝫ ſacerdoti. Dicit Job xxxj.c. q̄ nō fuit iude⁹: ſꝫ gētilis lege nāli ad h̄ mot⁹. Si erubui pctā mea in ꝯſpectu ppl̄i ꝯfi teri.i.nō erubui.⁊ nō dt pplo: q2 ꝯfiteri publice eſſet ſcādalizare: ſꝫ in ꝯſpectu ppl̄i: q2 nō dꝫ hō erubeſcere ꝙ ppl̄s ſciat ip̄m facere ꝯfeſſionē: ſi cut aliq̄ ſapientes ſm̄ ſcl̄m erubeſcūt videri in ꝯfeſſiōe. Primi parētes nr̄i ꝑpetrata trāſgreſ ſione diuini p̄cepti interrogati fuerūt de ea vt cōfiterent̄ pctā ⁊ veniā peterēt: cū dn̄s vocauit adā di. Adā vbi es tu? Geñ.iij.q.d.ꝯfitere pec catū tuū: ſꝫ illi vt ſupbi noluerūt ſe accuſare: ſꝫ excuſauerūt ſe: q2 adam retorſit culpā in euā: q̄ ſibi ſuggeſſit eſuꝫ: ⁊ ſic q̄ſi i deū q̄ dedit ſibi talē ſociā: eua īterrogata in ſerpētē retorſit: ⁊ q2 no luerūt hūiliter ꝯfiteri pctm̄: expulſi ſunt de pa radiſo nudi mēte ⁊ corꝑe. Frequēter h̄ accidit vt reprehenſus q̄s a ꝯfeſſore vel alio de pctō ſuo: nō hūiliter ꝯfitet̄: ſꝫ excuſat ſe retorquēs in car nē ſeu ſenſualitatē ſignatā ꝑ euā: ⁊ ſil̄r in deū q̄ dedit ſibi fragilē carnē: vel ī diabolū q̄ tētauit. Sed ſi nō vis eiici de paradiſo celeſti: tibi attri bue ⁊ cōfitere. ¶ Lex moſaica ſicut alia ſacra: ſic ⁊ ꝯfeſſionē ꝯtinebat in figura. Nā dū māda bat̄ ī lege ꝙ cōmittēs certa pctā offerret deter minata aīalia ſacerdotib⁹ q̄ occiſa in ſacrificiū cremabant̄. vt ptꝫ Leui.iiij.v.vj.⁊.vij.c. mani feſtabat̄ ī gn̄e offerētis illud aīal cōmiſiſſe aliq̄ pctā in gn̄e q̄ expianda erāt ꝑ mortē xp̄i figura tā in tali aīali. ꝯfeſſio eñi ſacr̄alis a paſſiōe xp̄i hꝫ efficaciā. Ex iudicio etiā lepre habita fuit ī̄ figura ꝯfeſſiōis. de q̄ habet̄ Leui.xiij. et lepra in capillis ē pctm̄ in cogitatiōe. Lepra in cute eſt pctm̄ in carnali delectatiōe ſeu moroſa delecta tione. Lepra in veſte exteriori eſt pctm̄ in opa tiōe. Lepra in domo in qua cōtinue habitat̄ eſt pctm̄ in ꝯſuetudine. Qui ḡ habuit ſigna lepre debebat ſe ſacerdoti p̄ſtare: et ille debebat bñ cōſiderare modū lepre. Et ſi videbat eſſe leprā ꝑſeuerātē ⁊ augeri: iudicabat eū īmūdū ⁊ a ce teris ſeparādū. Si aūt videbat nō ꝑmanere le prā iudicabat mūdū: et liberū dimittebat. Sic ſacerdos pctōrē ſibi p̄ſentatū vel leproſuꝫ ī aīa: ſiue ꝑ cogitationē vel delectationē vel opa ma la: ſi videt eū nō dolere nec ꝓponere in futurū abſtinere: nō dꝫ eū abſoluere: ſed vt īmūdū ⁊ in lepra ꝑſeuerātē iudicare. Sꝫ ſi dolet ⁊ ꝓponit abſtinere dꝫ abſoluere: et vt mūdū ꝑ cōfeſſionē iudicare. Aliq̄ etiā ex hebreis bñ ꝑitis aſſerūt ꝙ cū repiūt ſacerdotē de eis.ſ. de leuitico gn̄e: q̄d tñ eſt eis difficile diſcernere: cōfitent̄ voca liter eis pctā ſua ante mortē. ¶ Lex ꝓphetica ad hoc inuitat. ꝙ ſcripture ꝓphetaꝝ dicant̄ lex patet ex eo ꝙ xp̄s dixit iudeis. In lege vr̄a ſcri ptū eſt.ſ.p̄s.lxxxj. Ego dixi dīj eſtis: q̄d tñ ꝟbū in prophetia eſt. p̄s.xciiij. ſeu in pſalmo dauid. Ipſe eñ dauid dixit. Preoccupem⁹ faciē dn̄i in ꝯfeſſiōe.i. anteꝙ̄ cōpaream⁹ ante faciē dn̄i.ſ.in iudicio ꝑticulari ꝑ mortē: in quo opꝫ nos red dere rōnē de debitis nr̄is pctōꝝ faciam⁹ ꝯfeſ ſionē: ꝑ eā eñi tollunt̄ pctā ſcripta in tabula cō ſcientie: ſicut ꝑ ſpongiā in tabula ſcripta. etenī oīa in cōfeſſione lauant̄. indꝫ bea. Lau.⁊ Salo. Prouer.xxviij. Qui abſcōdit ſcelera ſua.ſ.nō ꝯfitendo: nō diriget̄.ſ.in via ſalutis. Qui autē ꝯfeſſus fuerit, ⁊ reliquerit ea, miam ꝯſequet̄: et inueniet grām. Hinc Eſa.xxiij. Circui ciuitatē ſume citharā q̄ ſonitū reddit.ſ. vocalis ꝯfeſſio

Figuratio confeſſiōis

Iudei cōfitēt leuitis.

nis: bñ canta debite ꝯfitēdo.frequēta canticū. Et nota ꝙ dicit circui ciuitatē: nō eñ a caſu/ſ ʒ diligēter debet circuire ciuitatē eccl'ie vt inueniat bonū ꝯfeſſorē. Vñ Augu. Qui vult ꝯfiteri vt inueniat grām:ſacerdotē querat:q̄ ſciat abſoluere ꝛ ligare:ne ſi negligens circa ſe fuerit: negligaꝰ ab illo q̄ ſalubriter monet euʒ vt cecū vitet ne ambo in foueā cadant.de pe.diſt.vj.c. qui vult.et de pe.diſt.j.§.quē penitet. Danieli ꝓphete ꝯfitenti pctā ppl'i dicēdo: Peccauimꝰ iniuſte egimus iniq̄tatē fecimꝰ in oēm iuſticiā tuā:reuelata ſibi fuit dei placatio ꝛ liberatio a captiuitate babylonica. Daniel.iij. ¶ Lex euāgelica de hac plenius loquiꝛ. nā vt dr̄ Luc.iij. Qui baptizabanꝛ a Johe baptiſta: cōfitebanꝛ ſibi pctā ſua. Erat aūt baptiſmus Johis nō ſacramētū eccl'ie:vnde nec purgatiuū pctōꝝ: ſed diſpoſitiuū ad penitentiā: ꝛ ideo dicebaꝛ baptizare in penitētiā. Hmōi aūt iniūgendo ꝯfeſſionē dñs ieſus.x. leproſis q̄ clamabant miſerere nr̄i:dixit. Jte oſtēdite vos ſacerdotibꝰ Lu.xvij et eūdo mūdati ſunt. Ad innuendū ꝙ lepra peccati q̄ eſt ex trāſgreſſione decalogi mūdaꝛ oſtēdendo ſe ſacerdoti in ꝯfeſſione: ꝛ ꝗuis ipm ꝓpoſitū verū ꝯfeſſionis mūdet:vt patet ex ipſa figura hiſtorie: opʒ tñ vt tpe ſuo ſequaꝛ effectꝰ: aliter recidiuaret in leprā pcti. Autoritatē aūt abſoluēdi dedit dñs ſacerdotibꝰ cū dixit diſcipulis in ꝑſona oim ſacerdotū. Quoꝝ remiſeritis pctā remiſſa ſunt ꝛc̄. Joh.penult.ſ.claue nō errāte. Expreſſius ꝓmulgauit p̄ceptū hmōi Jacobꝰ apl's di.in can̄.ſua.c.v. Cōfitemini alterutrū pctā vr̄a.ſ.habentibꝰ claues eccleſie vt ſunt ſacerdotes. Vñ ꝛ q̄ in caſu extremo: vt fit in periculis maris ꝯfitetur laico:ꝗuis vtile ſit ſi nō hʒ copiaʒ ſacerdotis:tñ ſi euadat dʒ poſtea illa ſacerdoti ꝯfiteri. ¶ Lex aūt canonica hoc mandat dicēs ꝑ Aug. Judicet ſeipm̄ homo cū pōt: et mores ꝯuertat in melius:ne cū iā nō poterit p̄ter volūtatē a dño iudiceꝛ: ꝛ cū in ſe ꝓtulerit ſeueriſſime medicine:ſed tñ vtiliſſime ſentētiā: accedat ad antiſtites.i.ſacerdotes in eccleſia ꝑ quos illi claues miniſtranꝛ.de pe.di.j.iudicet. Amb.Venialis eſt culpa.i.digna venia quā ſequitur ꝯfeſſio delictoꝝ.di.e.c.ſerpēs. Non eñ meruit iuſtificari q̄ pctā ſua noluit cōfiteri. idē di.e.nō pōt.cū ſeq. Hinc ꝛ Hiero. Quiſquis es qui tibi alicuiꝰ pcti es cōſcius: quāto tpe deliquiſti tāto tpe ſatiſfacito deo in ꝯfeſſione penitentie:nō expectes vt humiliet te accuſator ſathan.i.diabolus.diſt.ea.c.vide. Tēpus determinat:q2 omi anno ſaltē ſemel.eꝛ de pe.ꝛ re.c. ois. Ois vtriuſqʒ ſexus poſtq̄ ad annos diſcretionis ꝑuenerit:teneꝛ ola pctā ſua ꝓprio ſacer-
ca. xix. doti cōfiteri. Multa habes ad declarationem huius.j.de cōfeſ. et.ſ.in.ij.parte titu. de accidia.c.de negligētia ꝯfeſ. Et q̄s ſit ꝓprius ſacerdos cuiuſlibet: habes diffuſe.j.in ti.de ꝯfeſſoribus. Verū in lib.vj.de pe.ꝛ re.habeꝛ ꝙ nulla cōſuetudine pōt introduci vt q̄s cōfiteaꝛ alteri q̄ ꝓprio ſacerdoti. Sunt aliqui ſapientes ſm mūdū:qui eſtimāt nō neceſſariā ſacerdotalē cōfeſſionē:ſed ad bene eſſe. Sed ſi iſtud aliqñ fuit in opinione: vt ponūt magr ſen.in.iiij. diſt.xv. et Gratianus de pe.diſt.j.ꝑ totū.hodie tñ eſt in determinatione eccl'ie.ſ.eſſe neceſſariā ad ſalutem ꝯfeſſionē vocalē.et ꝯtrariū tenere.ſ.nō eſſe neceſſariā:eſſet hereticū ſm Tho.in.iiij.vt habes.j.in ca.de ſtatu ꝯfeſſoꝝ.de quadā muliere. vt habeꝛ in lib.de.vij.donis. ꝙ lapſa i pctō carnis:q2 pre verecūdia noluit ꝯfiteri: ꝗuis intraret monaſteriū vt magis pniam ageret de pctō et ibi ſemꝑ vixerit in maximis abſtinētijs ꝛ gemitibꝰ ꝛ orationibꝰ:tñ mortua apparuit cuidā moniali ſibi familiari reuelās ſe eſſe damnatā: propterea q2 nō fuit illud pctm̄ confeſſa. T.iiii. xvij. Ti.xvi

¶ Quantū ad ſecūdū ſcʒ de §.II.

cōditionibus quas debet habere cōfeſſio vt ſit bene facta:ꝗuis.j.plene declaretur de.xvj.cōditionibus eius in titu.de ſtatu cōfeſſoꝝ: pro- ca. xix.
nunc ſolum ex verbis p̄s.proponenꝛ quattuor vt fiat primo.

¶ Cum matura diſcuſſione:ibi. Dixi.
¶ Cū amara cōpunctione:ibi. Aduerſum me.
¶ Cū ſincera denudatiōe:ibi. Iniuſticiā meā.
¶ Cum plena obeditione:ibi. Domino.

¶ Quantū ad primū non debet q̄s facere confeſſionē ſubito ſine aliqua premeditatiōe: quia modicū vel nil valeret: ſed cū deliberatione et mētis examinatione. Et ideo anteq̄ ponat p̄s. verbū cōfitebor: premittit dixi.i.deliberaui in mente mea. ita exponit Caſſio. Et in iſta deliberatione debet dicere in corde ſuo coram deo peccata ſua diligenter examinando. ſm illud Eſa.xxxviij.qd̄ dicit Ezechias penitēs de peccatis. Recogitabo tibi.ſ.deo oēs annos meos in amaritudine anime mee.i.oēs actus peccatoꝝ/cogitationis/locutionis/opationis/omiſſionis per me ꝑpetratos toto tēpore vite mee: et hoc cū diſplicentia ꝛ amaritudine:nō aūt cū cōplacentia delectatiōis. Et hoc eſt qd̄ di. Leo pa.de pe.diſt.j.c.ſufficit. Sufficit penitenti cōfeſſio q̄ primo deo offerꝛ.ſ.dicendo ꝛ examinādo ſe in corde ſuo:deinde ſacerdoti qui pro delictis peccātiū precator accedit. Manifeſtū eſt autē ꝙ cū q̄s habet facere cōputū alicuiꝰ adminiſtrationis facte per eum:prius per ſe examinat oēs particulas q̄ ſunt ſcripte in libro queʒ habet coraʒ exigente rationē preſtare: vt bene reddat ratiocinīū.multo magi q̄ habes ſcripta in libro cōſcientie opera tua mala:prius debes

p te examinare vt reddas cōputū corā exigēte
rationē a te.ſ.cōfeſſoꝛi loco dei. Et cuidā q̄ fece
rat cōfeſſionē ſuā ſine p̄cedēti debita exami=
natiōe fuit dictū i viſiōe: vt iterū redderet cōpu
tum ſuū.i.confiteret̄ in vitaſpatrū. ¶ Scḋo dʒ
fieri cū amara cōpūctiōe: vn̄ di. Cōfitebor ad=
uerſuʒ me. Que ſunt nobis aduerſa ⁊ cōtraria
nobis diſplicēt/⁊ de eis dolem⁹: ⁊ q2 pctā ſunt
maxime aduerſum nos.i.nociua ⁊ cōtraria no
bis: debem⁹ vt nociua ⁊ vera mala de eis in cō
feſſiōe dolere. Sicut eñ cōtraria cōtrarijs cu=
rant̄: cōplacētia.ſ.delectatiōis pcti aufert̄ p di
ſplicētiā et dolorē ei⁹. Vn̄ Aug. de pe.di.j.c.pe
nul. Quē penitet oīno peniteat: ⁊ dolorem la=
chrymis oſtēdat p cōfeſſionē. Debet aūt dolor
iſte eſſe magn⁹. Vn̄ dicit̄ aie peccatrici Hiere.
vj. Luctū vnigeniti fac tibi plāctū amarū: vtiq
cū mulier amittit vnigenitū ſuū q̄ eſt totū bonū
ſuū: et quē amat maxime/dolet maxime. Sed
quāto magis hʒ dolere pctōr q̄ p peccatū ami
ſit ⁊ bona oīa ſpūalia que excedunt valorē oim
tpaliū/⁊ patriā ꝓpriā ciuitatis ſupne: ⁊ vitam
aie/gratiā/⁊ ip̄m deū: q̄ ſolus eſt ſolaciū ⁊ refu
giū noſtrū/et totū bonū noſtrū. Vn̄ Amb. in li.
de pe. Nichil eſt qḋ cauſa tā ſummi doloris ſit
ꝙ ſi recordet̄ quis vn̄ lapſus ſit: ⁊ ꝙ ad iſta mo
mētanea et caduca ab illa celeſtis ꝯditiōis in=
tentiōe defluxerit. ¶ Tertio dʒ eſſe cōfeſſio cū
integritate ſincera.i.non miſceat alias mate=
rias in cōfeſſiōe/ſed iniuſtitiā ſuā: omne pctm̄
eſt quedā iniuſtitia ꝯtra deū vel ꝓximū vel ſe
ip̄m. Dic tu iniquitates tuas: vt iuſtificeris.ſ.
in cōfeſſiōe. Eſa.xliij. Debʒ aūt integre dicere
iniuſtitiā ſuā: dicit̄ eñ Thren.ij. Effunde ſicut
aqua cor tuū ante cōſpectū dn̄i. Sicut eñ cum
effundit̄ aqua de vaſe nil remanet i eo odoris/
coloris / vel saporis. Ita de vaſe cordis aqua
iniquitatis p os in cōfeſſiōe effundi dʒ: vt non
remaneat aliqua circūſtātia iniuſtitie ſeu pec=
cati. Vn̄ Aug. in lib. de pe. ait. Cōſideret pctōr
qualitatē criminis in loco/ in tpe/ in pſeueran
tia/in varietate pſone: et quali hoc fecerit tēta
tione ⁊ ip̄i⁹ viciū multiplici executiōe. Ois iſta
varietas cōfitēda eſt ⁊ deflēda. Dolendū eſt nō
ſolū q2 peccauit: ſed etiā q2 ſe ꝟtute priuauit.
Gemat alioꝝ vitā in ſua fuiſſe corruptā.ſ.exē=
plo: vel incorruptā nō cōſeruatā: ⁊ cōmodo ꝓxi
mi qḋ dediſſet exēplo boni, doleat de triſtitia
quā peccādo bonis intulit. Hec ille de pe. diſt.
v.c.j. De circūſtātijs vō pctōꝝ que ſunt neceſſa
rie cōfitēti ⁊ que nō/habes.ſ.in ti. de ſtatu con
feſ.ti.xvij. ¶ Quarto debʒ eſſe cū plena obedi
tiōe. vn̄ dicit Dn̄o cōfitebor. ſit eñ ſacerdoti lo
co dn̄i: ſeruus aūt dn̄o debet obedire: vn̄ dice=
batur in veteri lege Deut.xvij. Qui non obe=
dierit ſacerdotis imperio, morte moriat̄.xj.q.
iij. abſit. et p̄cipue in eo qḋ iniūgit ſibi in pe=
nitētia debʒ obedire ⁊ facere: alr̄ oporteret eū
iterare. vn̄ Aug. Ponat ſe cōfitēs in arbitrio
ſacerdotis: poteſtate iudicis: nichil ſibi reſer=
uans ſui: vt oīa eo iubēte paratus ſit facere ꝓ
recipienda vita aie quecūq faceret ꝓ euitāda
corporis morte: et hoc cū deſiderio/ q2 vitā re=
cuperat infinitā. de pe. diſ. v.c.j. Et ſi iniungit̄
ſibi q̄ aliqua de cauſa non poſſet explere/ de=
bet ſibi ſignificare: inſup ⁊ que ſibi declaret ne
ceſſaria facienda: vt reſtitutionē alienoꝝ fame
⁊ hmōi faciat integraliter. Et q2 nouit diabo=
lus ꝙ nō valet cōfeſſio niſi fiat ſacerdoti/ cū ha
betur copia: ideo legit̄ ꝙ diabolus ſemel ſum=
pſit ſpeciem ſacerdotis: cū.ſ. quidam infirmus Exēplū
mitteret ꝓ ſacerdote nūciū: cui obuiās in via mirabi
diabol⁹ in forma ſui ſacerdotis: acceſſit ad in= le.
firmū ⁊ audiuit eum ⁊ abſoluit. Illo aūt morie
te demones aiam eius querebāt ducere ad in=
fernū: dicentes illum nō fuiſſe cōfeſſum ſacer=
doti. Angeli boni econtra excuſantes eū: q2 vt
ſacerdoti diabolo cōfeſſus erat. Demū re de=
ducta ad iudiciū dei/ſentētiatum eſt vt aia re=
diret ad corpus: ⁊ vero ſacerdoti confiteretur
vt ſaluari poſſet: ⁊ ſic factum eſt: qui reſuſcita=
tus confeſſus eſt/⁊ poſtea quieuit in pace.

¶ Quantū ad tertiū.ſ.de §.III.
innouatione cōſequenda per confeſſionē dicit
Tu remiſiſti impietatē peccati mei. Per con=
feſſioneʒ fit pctōr nouus homo. ſm illud apl̄i.
Deponētes veterē hoiem induite nouū hoiem
qui ſm deū creatus eſt. ad Eph.iiij. ⁊ ad Colo. Utili
iij. Multa ex ea cōſequunt̄ bona: ſicut per pec= tates
catū multa nocumēta homo incurrit. Primo p confeſ
peccatū amittit q̄s vitā gratie. ſm illud Sap. ſionis.
xvj. Per maliciā occidit homo aiam ſuā.ſ.pri
uando eā gratia: ſed p cōfeſſionem reſurgit ad
gratiā. ps.lxxxiiij. Veritas de terra.i. de pecca
tore orta eſt.ſ. cōfeſſionis pctōꝝ: ⁊ iuſtitia de ce
lo ꝓſpexit.i. iuſtificatio ſm Aug. Iuſtificatio
autē ſit per gratiā. iuxta illud apl̄i ad Titū.ij.
Iuſtificati gratia ipſius. Aliqñ accedit quis
ad cōfeſſionē attritus ⁊ nō cōtritus: ⁊ tūc ſi nō
ponit obſtaculū: per cōfeſſionē iuſtificatur per
gratiā. ¶ Secūdo peccatū inducit ad obſtina
tionē et mortē eternā. ad Ro.vj. Stipēdia pctī
mors: ⁊ cōfeſſio a morte gehēne educit ⁊ a ꝓ
fundo obſtinatiōis. Vn̄ Aug. tractās illud ps.
Neq vrgeat ſup me pute⁹ os ſuū: ait. Pute⁹
eſt ꝓfundū humane iniquitatis: in quā ſi ceci
deris nō claudet ſup te os ſuū: ſi non clauſeris
os tuū. de pe. di.j.§.cec⁹. Cōfitere ḡ et euades
ſcʒ de ꝓfundo inferni et obſtinatiōis. ¶ Ter=
tio peccatū claudit paradiſum. Eſa.xxvj. Tol
latur impi⁹ ne videat gliam dei. Cōfeſſio apit

paradiſum. Amb.in lib.de paradiſo.Ecce nũc tẽpus acceptabile in quo ↄfeſſio aperit paradiſum latroni in cruce ↄfitenti pctm̃ ſuũ dicẽdo. Et nos quidẽ iuſte:nã digna factis recipimus. Luc.xxiij.Cui dictum fuit.Hodie mecũ eris in paradiſo. ¶ Quarto pctm̃ facit hominẽ ſeruũ diaboli ſeu filiũ.Jo.viij. Uos ex patre diabolo eſtis: ſed ↄfeſſio liberat a ſeruitute diaboli ⁊ facit filiũ dei. Jn hmõi figurã legit̃.j.Reg.xvj.ꝙ dauid ſonãte cithara/ſaul q̃ vexabat̃ a diabolo liberabat̃ ab illa vexatione. Cithara ſignificat ↄfeſſionẽ.ſm illud.Cõfitemini dño in cithara. ps.xlij. ¶ Quinto pctm̃ deturpat aiam ⁊ denigrat obſcurãdo mentẽ:ſed cõfeſſio decorat.Uñ Hiero.de pe.diſt.iij.totã pniam. Cõfeſſio ⁊ pulchritudo corã eo: vt qui fuerit pctã ſua ↄfeſſus dicens Corrupte ſunt cicatrices mee: feditatẽ vulneruꝫ in ſanitatis mutet decorẽ. Et Augu. Per ↄfeſſionẽ hõ de fedo fit pulcher. Jn cuius figurã eſt Naamã leproſus lotus ſepties in iordane: et reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri paruuli.iiij. Reg.v. Jnterp̃tat̃ iordanis riuus iudicij:⁊ ſignificat iudiciũ penitentiale ↄfeſſionis:in quo lotus ſepties.i.de oibus pctis vniuerſaliter mũdat̃ et decorat̃. ¶ Sexto cõfeſſio illuminat.Hec eſt natatoria ſiloe: in qua lotus cecus a xp̃o miſſus illuminat̃. Joh.ix. O quot illuminationes peccator ibi recipit. de multis eñ que nõ putabat eſſe pctã/ edocet̃ et inſtruit̃ quomodo debeat tẽtationibus reſiſtere: occaſiones vitioꝝ vitare:quomõ debeat ſatiſfacere et in oi ↄuerſatione ſua ſe habere. ¶ Septimo diminuit penas tp̃ales debitas ꝓ pctis plus ⁊ minus ſm quantitatẽ doloris et erubeſcentie. Aug. Qm̃ erubeſcentia magna eſt pena:fit dignus venia.i.remiſſione pene qui pro xp̃o erubeſcit cõfitendo.Unde legit̃ de quadã pulchra muliere ꝙ cõpuncta ex predicatione audita cõfeſſa eſt cũ tanto dolore ⁊ erubeſcentia ꝙ mortua eſt pre dolore: ⁊ reuelatũ eſt ꝙ ſubito ad celũ euolauerit om̃i pena ſibi dimiſſa. ¶ Octauo corpora ſanat aliqñ.vt de pe.⁊ re.c.cũ infirmitas. Precipitur eñ medicis corpoꝝ ꝙ cũ fuerint vocati ad infirmos inducant eos ad ↄfeſſionẽ faciendã:vt p hoc citius ſanent̃ infirmi: q: ſublata cauſa remouet̃ effectus:cauſa infirmitatis multotiens eſt peccatũ etſi non ſemꝑ: ideo ⁊c̃. ¶ Nono ↄfeſſio interceſſiões ſeu orationes multiplicat. Nã eccleſia orationeꝫ facit ſpecialẽ pro confeſſis dicens. Exaudi dñe ſupplicũ preces ⁊ cõfitentiũ tibi parce peccatis: et ſpecialiter ille cui ↄfitet̃ orat ꝓ eo. Uñ ⁊ Aug. dicit de pe.diſt.vj.c.j.de cõfeſſore. Adiuuet cõfitentẽ orãdo:elemoſynas faciẽdo:et alia bona opa ꝓ eo. ¶ Decimo dat magnũ robur anime ↄtra tentationes diaboli,Unde ⁊ in figurã iudas machabe⁹ ſurrexit vt leo dux exercit⁹ dei ⁊ habuit maximas victorias ↄtra inimicos populi dei:qui ſunt demones. Judas interpretat̃ cõfeſſio: q: per eã habet̃ victoria ↄtra demonũ tẽtationes:nam deteguntur in ea eius inſidie. ¶ Undecimo dat ſpem ſalutis. Amb. Cõfeſſio ſpem ſalutj tribuit: ſicut ecõuerſo taciturnitas inducit deſperationẽ. exemplũ in Cayn.qui vt dicit Gratian⁹ de pe.diſ.j.c.voluiſſent.q: pctm̃ dño interrogãte noluit ↄfiteri:in deſperationẽ incidit. Geñ.iiij. ¶ Duodecimo letificat penitentẽ ⁊ eccleſiã militantẽ. ps.xlj. Jn voce exultatiõis ⁊ ↄfeſſiõis ſon⁹ epulãtis. figura de filio prodigo qui reuerſus ad patrẽ et ↄfeſſus dicẽs Peccaui i celũ ⁊c̃.tota dom⁹ feſtauit. Lu.xv.c.

Cõfeſſio eſt ſalutaris etiã corpori

¶ De ordinib⁹ ſacris per modũ ſermonis. Caplm̃.viij.

Sacerdotes tui induant̃ iuſticiam ⁊ ſancti tui exultent. ps.cxxxj. Ordo ſacer q̃uis ſit diſtinctus in plures partes:q: in minores ⁊ maiores:eſt tñ vnũ ſacr̃m vnitate finis:quia oẽs ordinant̃ ad corp⁹ xp̃i verũ ↄficiendũ in eucharistia ⁊ corp⁹ xp̃i myſticũ dirigendũ in eccl̃ia:⁊ vtrũqꝫ fit p ſacerdotiũ: ad qđ cooperant̃ alij ordines. Et aliqui qdẽ nouẽ ponunt eſſe ordines correſpondentes nouẽ ordinib⁹ angeloꝝ:ſicut enim angeli dicuntur miniſtri dei.ſm illud ad Heb.j. Omes ſcꝫ angeli adminiſtratores ſunt ſpũs.ſ.dei.ſic clerici in q̃buſcũqꝫ ordinibus dicunt̃ miniſtri dei. Eſa.lxj. Uos aũt ſacerdotes dñi vocabimini: miniſtri dei nr̃i dicet̃ vobis.ſ. eſtis:⁊ loquit̃ ibi de ſacerdotib⁹:vñ oẽs vt angeli in magna puritate miniſtrare debẽt. Et dicũt hi primã tonſurã eſſe ꝓmũ ordinẽ ⁊ vltimũ ponũt epatũ. Alij ꝟo vt Tho.in.iiij.diſt.xxiiij. q.ij.ar.j.q.ij.ponũt tm̃ eſſe ſeptẽ ꝓprie ⁊ ſtricte loquẽdo ꝓut ordinat̃ ad ↄſecrationẽ euchariſtie:⁊ nõ imprimit̃ p eũ aliq̃s nouus characterꝫ et iſto modo nec primã tõſurã dicũt eſſe ordinẽ ſed diſpoſitionẽ ad ordines: p epatũ etiã nõ imprimi nouũ characterꝫ. De hoc tñ habes.ĵ.c.de ordinib⁹. Et ſic ſunt ſeptẽ ordines:et ita ꝓſuppeponũt gratiã ſeptiformẽ ſpũſſancti.i.ſeptẽ donoꝝ ad hoc vt ad meritũ ſuſcipiant̃ ⁊ miniſtret̃ in eis: ⁊ ipſa gratia ſeptiformis auget̃ in ſuſceptione cuiuſlibet eoꝝ ſi debito modo ſuſcipiantur. De ſacerdotib⁹ ergo q̃ habẽt oẽs ordines ſeptẽ: et in quibus completur hoc ſacramentũ dicit̃.ſacerdotes ⁊c̃.Ubi tria notantur.

¶ Primo myſteriũ almificum pro quo debẽt venerari:ibi.Sacerdotes.

¶ Secundo habitũ gratificum cũ quo debent exornari:ibi.induantur iuſticia.

¶ Tertio premium glorificum a quo debent

decoꝛari:ibi.ſancti tui exultent.

¶ Quantū ad pꝛimū ſacerdotes §.I.

ſemꝑ fuerūt in magno honoꝛe apud oēs:ſꝫ ſicut ſacerdotes paganoꝝ fuerūt ſacerdotes et miniſtri nō dei veri:ſed falſoꝝ deoꝝ.i.demonioꝝ:ita falſus honoꝛ eis exhibebat̃:ſed ſacerdotes eccl'ie ſunt ſacerdotes dei.Eſa.lxj.Uos ſacerdotes dñi vocabimini.de quibus.j.Pet.ij. Uos eſtis gen⁹ electū:regale ſacerdotiū.Dicit̃ (Sacerdos vñ dicitur) aūt ſacerdos ſacra docēs vel ſacra dans vel ſacer dux:qꝛ videlꝫ debet ꝓbere ſacra documenta:debet exhibere ſacra ſacra: debet adhibere exemploꝝ oꝛnamēta.Ex his oſtēdit̃ ꝙ ſit almū eoꝝ miniſteriū:et almos.i.ſctōs hoīes faciēs. Debet ḡ pꝛimo pplm docere de agēdis. Malach.ij. Labia eñ ſacerdotꝭ cuſtodiūt ſciētiā.i.cuſtodire debēt: ⁊ legē reqrūt de oꝛe ei⁹.ſ.ppl'i vt doceant̃. Sup quo Hiero. in ꝓlogo biblie. Sacerdotis eſt ad interrogatū rñdere de lege ſcꝫ dei ⁊ eccl'ie.Uñ in figurā mādauit dñs ꝙ tunica qua indut⁹ cū magno apparatu ſacerdos intrabat ſctāſctoꝝ: haberet in extremitate inferioꝛi tintinnabula vt audiret̃ ſonus in tēplo. Exo.xxviij.Ad ſignificandū ꝙ ſacerdos debet in eccl'ia ſonitū reddere ꝑdicationis.Ut eñ di. Greg.in paſt. officiū ꝑconis ſuſcipit qſquis ad ſacerdotiū accedit. diſt.xliij.ſit rectoꝛ. Et in cōcilio toletano dr̃. Ignoꝛātia mater cūctoꝝ erroꝝ:maxime in ſacerdotib⁹ dei vitāda eſt:qui officiū docēdi in ppl'o ſuſcipiūt.Sciāt ergo ſacerdotes ſacras ſcripturas ⁊ canones: ⁊ omne eoꝝ opus in ꝑdicatione ⁊ doctrina ꝯſiſtat.diſt.xxxviij.c.j.Alr̃ ſi ignoꝛans eſt: nec curat diſcere neceſſaria: dici ſibi poterit illud Oſee.iiij.Qꝛ tu ſcientiā repuliſti: et ego te repellā ne ſacerdotio fungaris michi.Et poterit dici ſacerdos non dei ſed nanee de quo dr̃.ij.Machab.j.Dux ipſe ⁊ exercitus cecidit in tēplo nanee: conſilio deceptus ſacerdotū nanee. Nanee interpretat̃ paſcua eoꝝ:ille ergo pōt dici ſacerdos nanee:q nō querit ſalutē aīarū:ſed paſcua coꝛpoꝛis.Hi dant ꝓpter ſuā ignoꝛātiā pꝛaua ꝯſilia:vnde cadāt in pctā pꝛiceps cū ppl'is. et qd̓ peius eſt:cū ipſi nō doceāt ꝓpter ignoꝛātiā vel inertiā: dolent ꝙ religioſi doceāt ⁊ pꝛedicēt ppl'o: ſimiles ſacerdotib⁹ īfideliū ⁊ inuidoꝝ iudeoꝝ de qbus dr̃ Act.iiij.ꝙ pꝛedicātib⁹ ap'lis ſupuenerūt ſacerdotes dolētes ꝙ docerēt pplm.Debet ſcd̓o ſacerdos exhibere tpe ſuo ſacra ſctā:⁊ oꝛonum munimēta.vnde dr̃ ſacra dans.Ut eñ dicit be. Tho.in.iij.pte.q.xxij.ar.j. Sacerdos cōſtituit̃ vt mediatoꝛ inter deū et pplm: nā ſacra q ſunt dei debet ppl'o miniſtrare:et oꝛatiōes ppl'i deo offerre:⁊ ideo dꝫ ſctē ⁊ mūda ꝯſcientia viuere. Eſa.lij.c.Mundamini q fertis vaſa dñi.i.ſacra q ſunt vaſa ꝯtētiua gr̃e dñi. Debēt etiā oꝛare ꝓ ppl'o.ſm illd̓ Johel.ij. Inter veſtibulū ⁊ altare ploꝛabāt ſacerdotes dicētes Parce dñe parce ppl'o tuo.Sed vt dicit Grego.in paſto. Dū is q diſplicet ad intercedendū mittit̃:irati animus ꝓculdubio ad deterioꝛa ꝓuocat̃.Sacerdotes igit̃ qui immūdi ſunt coꝛpoꝛe vel mēte: hi poſſunt dici ſacerdotes beelphegoꝛ: qd̓ eſt idolū ignominie ſimulea ophni et phinees filijs heli. de qbus ſcribit̃.j.Reg.ij. ꝙ erāt filij belial neſcientes dñm nec officiū ſacerdotū ad pplm: q cū mulierib⁹ doꝛmiebant q veniebāt ad tēplū: ſed mala moꝛte perierūt. Debent tertio ꝓbere ducatū alijs:ſed ſacrū. vnde dr̃ ſacer dux:⁊ hoc ꝑ optima vite exempla:q vtiqꝫ plus mouent ꝙ̄ verba. Pꝛimis eñ ſacerdotib⁹ noui teſtamēti dictū fuit Matth.v. Sic luceat lux veſtra corā hoībus vt videāt opa veſtra bona ⁊c̃. Si enim ſcandalizāt malis exemplis: dicit Greg.ꝙ tot moꝛtibus digni ſunt: quot exēpla ad ſubditos trāſmittūt perditionis.xj.q.iij.c.ꝑcipue. Sed dolenduꝫ eſt ꝙ illud inuenit̃ qd̓ ait dñs ꝑ Hiere.vj.dicēs.A minoꝛe vſqꝫ ad maioꝛē: a ſacerdote vſqꝫ ad leuitā:oēs auaricie ſtudent: ⁊ a ꝓpheta vſqꝫ ad ſacerdotē cūcti faciūt dolū: vendētes ſacra ⁊ quaſi dicētes cū iuda Mat.xxvj. Quid vultis michi dare ⁊ ego eū vobis tradā ſcꝫ in miſſa. Uerū quantūcūqꝫ ſunt mali: tamē qꝛ miniſtri dei ſunt:⁊ ꝑſonā eius repꝛeſentantes pꝛecipue in baptizādo:in abſoluendo:in cōfitendo:vbi locutio eoꝝ eſt in ꝑſona dei. Cū eñ mittitur aliqs miniſter a rege: nō attendit̃ ad qualitatē eius:ſed ad dignitatē mittentis ⁊ eū in miniſtro honoꝛat. Et quantuꝫ debeāt honorari oſtēdit Greg.xj.q.j.ſacerdotibus. Pꝛimo qꝛ ex ſcriptura ſacra vocat eos aliqñ deos. vt illud ꝑs.lxxxj. Deus ſtetit in ſynagoga deoꝝ. Aliqñ angelos. vt illud Malach.ij. Labia ſacerdotis ⁊c̃. qꝛ angel⁹ dñi exercituū eſt. Scd̓o cōſtantini piſſimi exēplo impatoꝛis q accuſatiōes aliquoꝝ ſacerdotū ſibi delatas i ſcriptis noluit audire: ſed cōburens igni ſcripta dixit. (xi.q.i.) Non eſt iuſtū nos deos iudicare. Tertio qꝛ et pagani ſacerdotib⁹ deoꝝ ligneoꝝ et lapideoꝝ (ſacerdotib⁹) tribuebant magnū honoꝛē. Non ergo pꝛo vita eoꝝ mala debēt ꝯtēni aut ledi.vj.q.j.ſacerdotes.ex̃ de here.c.cū ex iniūcto. Dixit enim dñs de eis ꝑ zach.ij. Qui vos tangit:tāgit quaſi pupillā oculi mei. Nec iudicare debent eos laici in foꝛo ſuo vel eos diffamare: vel eos capere ⁊ hmōi. Unde Nico.papa. Uobis q laici eſtis de clericis quicquid acciderit iudicandū non eſt: ſed epiſcopoꝝ iudicio reſeruandum.

¶ Quantū ad ſecundū ſcꝫ vt §.II.

habeat habitū gratificū cū deo facientē: notat̃

cũ dicit. Induant iuſticia. Iuſticia eſt oĩs virt⁹ vt ait phs. v. Ethi. et hãc debet habere nõ ſupficialiter: ſed fixam ꝛ habituatã in corde. et ideo dixit induant. indumentũ dicit habit⁹. Debet aũt iuſticia indui. Ad malũ fugiendũ. Ad bonũ ꝑagendũ. Ad ipm ꝓſequendũ. Prima igit pars iuſticie eſt ꝙ euitet crimina: ꝛ liber ſit ab illis maculis ſpecialiter (al's ſpũaliter) a qbus ſacerdos leuiticus ex diuina lege debebat eſſe immunis: de qbus habes diſt. xlix. Hinc etẽm. vbi ſic dicit. Qui habuerit maculã non offerat panes deo ſuo: nec accedat ad miniſteriũ eius.

Morali zatio pulcherrima. Exponit vndecim maculas ſeu defectus corporales deſignãtes defect⁹ ſpũales pctõꝝ: vt exponit Grego. in paſto. et habetur diſt. xlix. hinc etẽm. Si fuerit cecus. Cecus eſt qui ſupne lucem cõtemplationis ignorat: qui preſentis vite tenebris preſſus dũ venturã lucẽ nequaꝙ diligẽdo cõſpicit quo greſſum opis dirigat neſcit. Claudus eſt qui quo ꝑgere debeat aſpicit: ſed per infirmitatẽ mentis viã vite pfecte nõ valet tenere: quã videt ex defluxa cõſuetudine. Paruo naſo eſt q ad tenendã viam diſcretiõis idoneus nõ eſt: naſo qppe odores fetoreſqꝫ diſcernimus. recte ergo ꝑ naſum diſcretio exprimit: per quã virtutes eligim⁹: delicta reprobam⁹. Grandi aũt ꝛ torto naſo ſignificat diſcretionis ſubtilitas imoderata: q dũ plus ꝙ decet excreuerit actionis ſue rectitudinẽ ipſa confundit. Fracto autẽ pede vel manu eſt q ꝑ viã dñi oĩno nõ valet pergere atqꝫ a bonis actib⁹ exors vacat funditus: quaten⁹ hoc nõ vt claudus ſaltẽ cũ infirmitate teneat: ſed ab his oĩno alienus exiſtat. Gibboſus eſt quem terrene ſollicitudinis pondus deprimit: ne vnꝙ ad ſupna reſpiciat: ſed ſolũ infimis q calcant intẽdit. Lippus eſt cui⁹ quidẽ ingeniũ ad cognitionẽ veritatis emicat: ſed tñ hoc carnalia opa obſcurãt. Albuginẽ habet in oculo q veritatis lumẽ videre nõ ſinitur: q arrogãtia ſapientie ſiue iuſticie excecatur: qꝛ ſenſus humane cogitationis ſe ſtultũ ſeqꝫ peccatorẽ intelligit: cognitionẽ intime claritatis apprehendit. Si aũt candorẽ ſapientie ſeu iuſticie apprehẽdiſſe ſe eſtimat: a luce ſe ſuperne cognitionis excludit. Iugẽ ſcabiem habet cui⁹ carnis petulantia ſine ceſſatione dñatur. In ſcabie eñi feruor viſcerũ ad cutẽ trahit per quaꝫ luxuria deſignat. Impetiginẽ habet in corpore qui auaricia vaſtat in mẽte. Impetigo ſine dolore corpus occupat: et abſqꝫ tedio occupãti excreſcens mẽbroꝝ decorẽ fedat: qꝛ ꝛ auaricia capti animũ dũ quaſi delectat exulcerat: ſed decor mẽbroꝝ perdit: qꝛ aliarũ virtutũ per hanc pulchritudo deprauat. Ponderoſus eſt q turpitudinẽ nõ exercet ope: ſed ab hac cõtinua cogitatione ſine moderatione grauat in mente. Hec Greg. Facere bonũ debet exercendo ſe in actib⁹ virtutũ: et deſignant per veſtes ſacras quas ſe induit celebrando poſt depoſitionẽ veſtium cõmuniũ quaſi exuens ſe veterẽ hominẽ cũ actibus ſuis: et induens nouũ eũ. i. xpm q Fm deũ creatus eſt in iuſticia ꝛ ſctitate. Col. iij. et eph. iiij.

Moralizatio breuis veſtiũ ſacerdotaliũ. Induatur amictu prudentie in capite rõnis: q eſt recta ratio agibiliũ. Ambro. Sapiẽs nunꝙ eſt inanis: ſꝫ ſemꝑ habet in ſe amictũ prudẽtie. de pe. diſt. ij. ſapiẽs. Induat alba mundicie ſeu tẽperãtie ꝛ puritatis. Eccl's. ix. Omi tpe veſtimenta tua ſint cãdida. Cingat cingulo iuſticie Fm illud Eſa. xj. Erit iuſticia cingulũ lumborũ eius: ꝛ veſtimẽta eius. i. opa nõ defluãt ꝑ prodigalitatẽ: nec nimis ſtringãtur ꝑ auariciã. Induatur manipulo q eſt vt ſudariũ ad extergendas lachrymas: vel flagellũ ad ꝑcutiẽdũ vt ſcꝫ deploret pctã ſua ꝛ populi ꝛ puniat ſatiſfaciendo. ps. ij. Apprehẽdite diſciplinã: neqñ iraſcat dñs. Induatur ſtola fortitudinis et patientie. Vnde eã ſibi imponit ſuꝑ humeros vt iugũ: et ſibi aptat ante pectus in modũ crucis: qꝛ ſi paſſio xpi ad memoriã reducat: nil eſt tã durũ qđ equo animo non toleret. ait Greg. Induat caſula charitatis q ponit ſuꝑ oẽs ſacras veſtes: ꝛ magis ceteris ornat: ſic charitas ſuꝑ oẽs virtutes eminet. Col. iij. Suꝑ oĩa charitatẽ habete qđ eſt vinculũ pfectionis. Hec ſpherica figura ſeu rotũda eſt: qꝛ charitas a deo incipit / ad primũ extendit / ꝛ ad deũ reuertit: qꝛ propter deũ diligendus eſt proximus: q vtiqꝫ charitas ſine fide ꝛ ſpe eſſe non poteſt. Et hoc eſt tertium ſcꝫ ipſum bonũ ꝓſequendũ: qꝛ vt dicit Greg. in j. moral. Incaſſuꝫ bonũ agit ſi ante vite terminũ deſeratur. Ideo et hanc veſtẽ talarẽ polymitã vt in figuram legitur Iacob feciſſe ſuo dilecto filio Ioſeph. Geneſ. xxxvij. id eſt perſeuerantiam in virtuoſa cõuerſatione: que ſignificatur in veſte polymita. i. de diuerſis coloribus virtutum contexta: et hoc vſqꝫ ad pedes. i. vſqꝫ ad finem vite: ſicut ipſas ſacras habet caſulam et albam vſqꝫ ad pedes protenſas. Sic igitur ſacerdotes dei induantur iuſticia: id eſt omi virtute. Fm illud Eccli. l. cũ dicitur. In accipiendo ipſum ſtolam glorie et veſtiri eũ in conſummatione virtutis in aſcenſu altaris ſancti gloriam dedit ſanctitatis amictum: id eſt ex iſto amictu qui facit hominẽ ſanctũ: dedit dominus gloriam ſupernam: quod pertinet ad tertium immediate producendum.

¶ Quantũ ad tertiũ principale ſcꝫ glorificũ premiũ. §. III. ait ps. cxlix. Exultabũt ſancti in gloria ꝛc. Vnde ſubdit in the. ꝛ ſancti tui exul. q. d. ſacerdotes ſi induti erunt hac iuſticia ꝛ ꝑ hoc facti ſancti: exultabũt i alia

vita. Nec eñ eſt vera exultatio niſi ibi:nam de
gaudio mūdi dicitur ꝓuer.xiiij. Riſus dolore
miſcebit̃:τ extrema gaudij luctꝰ occupat. Jo.
xvj. Ibi gaudebit cor veſtrū:τ gaudiū veſtrum
nemo tollet a vobis. ideo p̄s. Sacerdotes eiꝰ
induā ſalutari.i.cōuerſatiōe virtuoſa Jeſu: nā
Jeſus hebraice/ latine interp̄tat̃ ſalutaris:vel
ſaluator dicit̃. Ad qḋ etiā hortat̃ ap̄ls ad Ro.
xiij. Induimini dn̄m Jeſum xp̄ȝ. Rep̄ntat aūt
ſacerdos in celebratione miſſe ꝑmaxime dn̄m
Jeſum: vt eo videat̃ indutꝰ q̄ſi alter ip̄e et totū
ꝓceſſum ſue incarnatiōis τ cōuerſatiōis:τ de-
mū aſcēſſionis in celū. Nā egreſſus eiꝰ a ſacra-
Miſſe expoſitio. rio ſignificat incarnationem τ manifeſtationē
ſui in mūdo:qḋ precedit introitꝰ in choro deſi-
gnās deſideriū patrū hoc poſtulātiū. Bis dicit̃
vt notet̃ petitio p̄riarchaꝝ τ poſtea ꝓph̄aꝝ. Cā
tus kyrie eleyſon ſignificat materiā petitam τ
obtētā ꝯtra pctā cōmiſſa corde/ore/τ ope:ꝯtra
ꝑſonas diuinas/q: ex infirmitate cōtra patrē:
ex ignorātia cōtra filium:ex malicia cōtra ſpm̄
ſctm̄. Nam p̄ri attribuit̃ potētia:filio ſapiētia:
ſpirituiſctō bonitas. vñ ter tribꝰ vicibꝰ dr̄:ꝑ na
tiuitatē aūt xp̄i v̄tualiter: τ vt in ea impendit̃
mia τ remiſſio ꝑ quā venit̃ ad nouē ordines an
geloꝝ. Vñ ſequit̃ gl̄ia in excelſis deo: qḋ ange
li decātauerūt in natiuitate xp̄i:q̄ſi cōgauden-
tes de n̄ra ſubleuatiōe a miſeria. Adueniens
xp̄s docuit nos orare ſuo exēplo et v̄bo. vñ ſe-
quit̃ orō. Docuit τ modū.ſ. pater noſter. q̄ orō
dr̄ in miſſa. Legit̃ ep̄la.ſignificās doctrinā apo
ſtoloꝝ τ ꝓph̄aꝝ:q̄ dȝ audiri a fidelibus. Inde
graduale.i. ꝓceſſus operū ex doctrina de v̄tu
te in v̄tutē:τ hoc nō terreno reſpectu/ſȝ amore
celeſtiū: vñ ſequit̃ Alleluya cātus ſupne p̄rie.
Deinde euāgelium qḋ deſignat et eſt p̄dicatio
xp̄i facta in mūdo: quā doctrinā et p̄dicationē
ꝓbauit τ firmauit innumeris miraculis: et ꝑ
hoc fuit recepta τ credita in mūdo vniuerſo ex
qua ſequit̃ cōfeſſio fidei xp̄iane: vñ dicit̃ credo
qḋ cōtinet totā ſubſtātiā fidei. Deinde v̄tit ſe
ad ppl̄m dicēs: Dn̄s vobiſcū. Vñ ſciēduȝ ꝙ ſe-
ptiēs ſalutat ppl̄m: bis nō ſe voluēdo ad pplȝ
ſignificat ſeptiformē grām ſpūſſancti qua ſalu
tem ꝓcurauit pplo per ſeptē ſacr̄a inſtituta ab
eo quibꝰ ſalutē opat̃: τ ſic offertoriū ſequit̃:qḋ
deſignat oblationē quā quis dȝ deo offerre: et
de rebus t̄palibꝰ/τ de corpore/ τ de mēte ado-
rando:τ recognoſcēdo ip̄ȝ auctorē oīm:ſicut et
xp̄s fecit. Nā ꝓ xp̄o facta fuit oblatio in tēplo.
Lu.ij. Dicit̃ poſt orōnes prefatio:in qua exhor
tamur ad gratiarū actiōes de bn̄ficijs pceptis
et ibi ponunt̃ rōnes ex bn̄ficiis de quibꝰ ibi fit
mētio. Inducūt exēpla angeloꝝ in Sanctus:
τ poſtea pueroꝝ xp̄m laudantiū in ramis pal-
em̄ collatio facta alteri de illa nō valeret. vt. j. eo.ti.ſi poſt q̄.li.vj. Quarto niſi iſte ꝓ quo ſcri-bit fuerat recept⁹ in canonicū ante illū cui fa-cta eſt ꝓuiſio prebēde: tūc em̄ poſſet reuocari collatio alteri facta: q̄uis ipſo iure teneat. Itē niſi dat⁹ eſſet executor ad cōpellendū: qui inſi-nuaſſet et interdixiſſet ordinario ne alteri cōfe-rat prebēdā: q: tūc collatio alteri facta non te-net. Itē niſi datus eſſet executor nō ad cōpellē-dum ſed ad ꝓuidendū: q: tūc ꝑ ſolā pñtationē lraꝝ factā ei ad quē dirigunt: ad quē pertinet collatio effecta eſt ꝑbēda: vt nō valeat collatio facta alteri: vt de cōceſ.ꝑben.li.vj.c.executor. Itē niſi papa inhibuiſſet hoc/ vel ſibi ipam re-ſeruaſſet. ſm Hen.boick in fi.iſti⁹.c. Canonici aūt qui tali ſimplici mādato in ipſius eluſionē ꝑbendā aliij cōtulerūt: tenent de cōib⁹ redditi-bus iſti ꝓuidere: vt dicit in ipa decretali dile-ctus. ⁊ ſic eſt iſtud in penā clericoꝝ: q cū nullā excuſationē haberent/obedire mādato aplico cōtempſerūt: nec eſt pena cōueniētior q̄ vt pu-niant in q deliquerūt. de tēpo.or.c.vel non eſt. Nō em̄ poſſet ei ſine iniuria cōferri ꝑbēda aliij iam collata: q: in ea nullū ius hȝ ipe impetrās qđ apparet ex ipa decretali Jo.an.⁊.j.eo. Idē dicit q ſm ſtilū curie raro fit monitio ſine ꝑce-pto: cuȝ dicat Monemus ꝑ aplica ſcripta: nec in talibus refert ſi dicat Mādamus vel ꝑcipi-mus.ff.mā.l.j.ſm Hoſt. ¶ Nota q ſi ad vnicū canonicatū ⁊ prebendā vacātē in eccña duo ca-nonici ſunt electi/nō tenet receptio: etiā ſi au-ctoritas legati ſedis aplice interuenerit. hoc ſummatim dicit decre.dilecto.de ꝑbē.vt notat Jo.an. vbi dicit Inno.q ꝑlato nō licuit infrin-gere priuilegiū canonicoꝝ: ſȝ ſi canonici ad q̄s ſpectabat receptio auctoritate ꝓpa hoc feciſ-ſent/tenuiſſet receptio: q: potuiſſent renūciaſ-ſe fauori ſuo: ſed nō tenuit diuiſio ꝑbēde.ī.eo. ꝓ illoꝝ. Et eſt ratio diuerſitatis ſm Hoſtiē.q: primū cēſet de iure priuato cui pōt renūciari: ſecūdū de iure publico cui nō pōt renūciari: vt de fo.cōpe.ſi diligēti. Itē per primū fit melior cōditio eccl'ie: q: vbi cōſiliū ibi ſalus: creſcit ei numerus cōſiliarioꝝ. Per ſecūdū poſſet indu-ci mēdicitas clerici. Dicit etiā Inno.q ſi in ec-cleſia vbi nō eſt cert⁹ numerus ſunt plures ca-nonici ex quib⁹ vnus morit: nō valent lre ſi im-petrāt ſuꝑ canōicatu illi⁹ alteri cōferēdo quaſi vacet: q: nō vacat ſed deſijt: vt hic dicit: vbi ve-ro cert⁹ eſt numerus: nō deſijt ſȝ vacat. ¶ No-ta etiā q ſi aliq̄s eligat vltra numerū in eccña in qua numerus eſt iuratus / nō tenet electio: idē ſi numerus ſit ꝯfirmat⁹ ꝑ papā cū decreto: al's ſecus et in cōcordia. Sec⁹ ſi q̄s iuraſſet nō vendere librū/q: tenet vēditio: dicunt ſpeciale in ſpūalibus q valeat qđ fit cōtra iuramentū:

et hoc placet Arch. Alij dicūt q receptio facta cōtra iuramētū tenet. Et ſubdit Jo.an. Satis pōt defendi q valet talis receptio lȝ illi ſint ꝑ-iuri: ſicut tenet mrimoniū cōtractū ꝯtra iura-mentū: lȝ cōtrahēs ſit ꝑiurus: hoc tñ nō ꝓcede-ret in illo q ſe eligi ꝓcurādo fecit recipientes deierare. Et hoc videt placere Pe.et pl⁹ Egi. ſm quem nō obeſt q ſint ꝑiuri: ⁊ ſic infames: ⁊ ſic repellēdi a legitimis actibus: et ſic ab eligē-do/q: tꝑe electōis adhuc nō erāt ꝑiuri nec in-fames. Sicut etiā regulariter q iurat nō muta-re teſtamētū: faciēdo ſecūdū fit ꝑiurus. Poſſet tñ caſus cōtingere quo nō eſſet ꝑiurus. Sic in ꝓpoſito dico q forti⁹ valebit receptio: vbi di-cas recipientes non eſſe ꝑiuros: puta q: caſus erat q ꝓpter augmentū facultatū poterat ſta-tutus numerus augeri ex vi tacite cōditionis ſine pena ꝑiurij: et id etiā factū fuit collegiali-ter: ⁊ ab his q poterāt: al's ſecus. Dicit etiā in iſto.c. Inno.q vacāte vna ꝑbēda plres poſſunt eligi in canonicos: hoc expreſſo q vn⁹ habeat prebendā integrā et aliijs ꝓuideat cū ſe facul-tas obtulerit. Sed ſi ſimplr recipiant vno iu-re vacāte nō valet electio: q: intelligunt electi ad vnā prebēdā. Nec obſtat de cōſti.c.Cū.M. Dicit em̄ q ibi fuit expreſſum. Dixerat auteȝ Inno.in ea.glo. q in eccl'ia hñte certū nume-rū prebēdarū vel canonicoꝝ vel vtrūqȝ eligēdo canonicū vltra numerū valet electio: ſed rum-pit priuilegiū quo ad numerū canonicoꝝ: ſed durat in numero ꝑbendarū.eo.ti.dilect⁹. Ra-tio aūt quare teneat electio in canonicis et nō in prebendis eſt: q: ſic ſtatutū eſt in canonicis nō in ꝑbēdis. Dicit etiā Joh.an.q in his ⁊ oī-bus ꝯfirmatiōib⁹ ⁊ ꝑuilegijs eccl'ie q̄b⁹ adijci-tur hec clauſula: q ſi q̄d cōtra id fiat nō valeat: hoc opat q canonici ſuo facto cōtrario nō poſ-ſunt rumpe priuilegiū vt hic: qđ dicit Hoſti.ſi-bi nō dubiū qñ apponit a papa. Et recitat In-no.⁊ Hoſtiē.quoſdā dicere q nō ſolū papa ſed quilibȝ iudex pōt apponere hoc decretū in his que ꝑtinēt ad ſuā iuriſditionē: immo ⁊ quilibȝ priuat⁹. Sed ſciēdū q hoc decretū hȝ maiores vires qñ fit cū cauſe cognitōe ſȝ Inno.⁊ Hoſt. qui tandē dicūt q nulla videt eſſe ratio quare canonici nō poſſint venire cōtra priuilegiū ſibi cōceſſum: qñ eſt talis clauſula ſicut qñ non eſt: niſi dicat q hoc faciat virtute clauſule: vel q ſit de nouo ſtatutū in fauorē eccleſiaꝝ. Hoſt.tñ di-cit q lȝ ſit clauſula augmētatis facultatib⁹ poſ-ſit numerus augeri: nō augmētatis non poſſit. ex quo eſt ibi clauſula. Hec oia Joh.an.in.d.c. ¶ De vna prebēda vacāte poſſunt fieri due ſi ei⁹ ſuppetūt facultates: al's diuidēs integrare tenet: ſic ſummat.c.vacāte.de prebē. Joh.an. vbi dicit Hoſt. ꝓut ipſe recitat: q ad hoc q va-

leat talis ſectio quatuoꝛ requiruntur. Primũ eſt vt diuidẽtes intẽdant de nouo creare ⁊ numerũ pꝛebendarũ augmẽtare. Scõm ꝙ fiat de cõi cõſenſu eoꝝ ad quos ſpectat ⁊ dioceſani ⁊ capituli. Tertiũ ꝙ fiat ex cã rõnabili. Quartũ ꝙ ſint duo ſufficiẽtes. Si aliqͦd hoꝝ defuerit: non valebit. ¶ Querit̃ ſi papa de plenitudine ptãtis poſſit priuare clericum bñficio ſine cauſa. Et videt̃ ꝙ ſic. in ca. Quis. de reſcrip. lib. vi. Secus in caſtro qͦd donauit ſm Pe. de ancha. in ca. i. de pba. Tãcre. tñ dicit ꝙ ſi papa priuat aliquẽ beneficio ſine cauſa: tenet̃ ei ad aliud ſimile bñficiũ. Aliq̃ dicunt cõtra ꝙ papa nõ poſſit hͦ facere ſine cã. l. x. col. de natura feu. in pn.

¶ De vacãtib⁹ beneficijs. §. XVI.

No. ꝙ beneficia ⁊ oẽs dignitates ⁊ pſonat⁹ vacãtia in curia romana nõ pñt conferri niſi p papã. Silr̃ beneficia curialiũ ſeu accedentiũ vel recedentiũ de curia: ſi decedãt in locis vicinis curie ad duas dietas legales: oĩa hec ad papã ptinent: niſi ꝙ poſt mẽſem pñt ↄferre ea illi ad quos ptinẽt p ſeipos tñ: vel ipſis agẽtibus in remotis p ſuos vicarios gñales quibus hoc ſit cõmiſſum in eoꝝ dioceſi exiſtendo: vel niſi ſint eccſie parrochiales ⁊ vacaſſent vacãte ſe. apo. aut etiã ſi vacauerũt ante: ſed anteꝙ̃ ↄferrẽtur papa eſt defunctus. pbant̃ hec oĩa de pbẽ. c. lz. li. vj. ⁊ c. ſtatutũ. ⁊ c. pñti. ⁊ c. ſi aplica. Caplm ſede vacãte nõ põt ↄferre illa beneficia que ad collationẽ epi ptinent: ſed bene põt admittere pſentatos a patronis ⁊ eos inſtituere in beneficijs ad q̃ fuerũt pſentati: lz ad epm ſi viueret ptinuiſſet: ex̃ de inſti. c. ſi. li. vj. Põt etiã caplm epo defuncto vel ſuſpẽſo a collatione bñficioꝝ ↄferre pꝛebẽdas q̃ ad epm ⁊ capitulũ cõiter ptinent: etiã ſi eps intereſſe habeat collationi tali tanꝙ̃ plat⁹. et idẽ põt eps ſi capitulũ ſit ſuſpẽſum vel ſingulariter oẽs excõicati. Sed ſi ptinent ad epm cũ cõſilio capituli: vel ↄſenſu: defuncto epo vel ſuſpẽſo nõ põt caplm ſe itromittere: niſi eps ſuſpẽſus fuerit in moꝛa de petenda relaxatione ſuſpẽſionis. Ubi aũt de ſpeciali cõſuetudine beneficioꝝ collatio ad aliquẽ cum cõſilio epi ptinet: ſublato de medio epo: cũ conſiliũ nõ poſſit peti: non erit collatio differenda. Silr̃ ſi eps egerit in remotis: ita ꝙ nõ poſſit in bꝛeui eius pſentia haberi. ex̃ ne ſe. vacã. c. ſi ad epm. li. vj. Itẽ ſi p epm ↄferatur bñficiũ alicui abſenti: lz non fiat ſuũ donec aſſentiat: tñ eps non poteſt cõferre alteri donec ille recuſet: nec valeret collatio. Sec⁹ ſi eps notificata ipſa collatione cõpetentẽ terminũ aſſignet ↄſentiendi et ille nõ ↄſentiat infra terminũ: põt etiã ↄſentire qñcũqȝ dũmodo anteꝙ̃ ipm beneficiũ alteri cõferat. ex̃ de pben. c. ſi tibi. li. vj. Si pauper clericus cui mãdabat̃ de bñficio puideri iuxta eius merita: qꝛ nullũ habebat poſtea aſſecutus eſt: non tenet̃ amplius eps puidere. ex̃ de pꝛeben. c. ſi pauper. lib. vj.

¶ Beneficiũ non vacans §. XVII.

nulli pmitti poteſt: nec in gñali vt pmittendo cũ potuerit puidere: vel ſc facultas obtulerit: aut ſub quauis foꝛma xboꝝ: al's promiſſiones dicte nec valẽt nec obligãt. ex̃ de cõceſ. pben. c. deteſtãda. lib. vj. Oꝛdinat⁹ ad titulũ ſui pr̃imonij ſm Bern. poſt Tãcre. ex̃ de pben. c. tuis. poteſt ipm pr̃imoniũ ſuũ vendere ⁊ donare. nã et bñficio eccliaſtico põt renũciare. Licet Uincẽ. dixerit cõtrariũ. De bñficijs patrũ nõ habẽdis a filijs habes. j. in. iiij. pte. De pmutatiõe bñficioꝝ ⁊ renũciatiõe habes. ſ. ij. pte ti. j. c. v. §. vij. et pleni⁹. j. c. iij. de pmutationib⁹ bñficioꝝ. De ſimonia in bñficijs ibi vide: et de pena talis ſimonie. Quõ bñficiati ſeu oꝛdinati teneant̃ ad hoꝛas ſeu ad officiũ dicẽdũ: habes. ſ. in ti. xiij. c. iiij. De teſtamẽtis clericoꝝ. ſ. ti. x. c. iij. §. xiiij.

¶ De fructibus beneficioꝝ. §. XVIII.

Fruct⁹ bñficioꝝ iã pcepti clarũ eſt ꝙ alienari poſſunt: nec requirit̃ illa ſolẽnitas q̃ requirit̃ in alienatiõe rei eccſie imobilis: de qua habes. j. ſeq. c. Sed ⁊ fruct⁹ pcipiendi poſſunt locari: etiã ſi ſint decime vel alia. ex̃ de loca. c. veſtra. Sed hec locatio non extendit̃ vltra tẽpus vite locantis: qꝛ clericus in bñficio vſufructuario cõparat̃. xvj. q. vj. illud. Et de locatione bñficioꝝ vide. ſ. ij. pte. ti. j. Item nota ꝙ canonici ⁊ alij bñficiati q̃ diuinis officijs nõ interſunt nõ poſſunt pcipere q̃tidianas diſtributiones: nec ↄſuetudo valet: al's nõ faciant eas ſuas: ſed ad reſtitutionẽ tenent̃ niſi excuſet eos infirmitas vel aliã rõnabilis ⁊ iuſta cauſa neceſſitatis coꝛpoꝛalis. ex̃ de cleri. nõ re. c. vnico. lib. vj. Itẽ nota ſm Guil. ꝙ illi clerici q̃ nõ reſident in bñficio ſuo: nec iplent in eo officia ſua ſed voluptatib⁹ vacãt nil iuris habẽt in reb⁹ eccliaſticis: ⁊ ſi receptũt tenent̃ reſtituere. Reddit⁹ eñi eccleſiarũ ſunt ſtipendia eccſie ſeruiẽtiũ. Uñ iura indixerũt pſonalẽ reſidẽtiã clericis: q̃ tñ in certis caſibus pmittũt abſentiã. vt. j. dicet̃. tñ quicq̃d ſit de foꝛo ↄtẽtioſo ſufficere videt̃ ad ſalutẽ: ſi ipſe ſua cura ⁊ impẽſis puidet ꝙ eccſia decẽter officiet̃ et ppl's ſufficienter regat̃. Et ipſe honeſte vite ⁊ moꝛũ bonũ exẽplũ ſubditis oſtendat. Et interdũ p ſe ad locũ accedat: et de pdictis certificet̃: ⁊ qñqȝ officiũ p ſe exoluat. Tutius tñ eſt ſi p ſe ↄtinue faciat. Itẽ nota ſm Guil. ⁊ Hoſti. ꝙ clericus licet habeat ſufficiens pr̃imoniũ: ſi deſeruit eccleſie poteſt licite ſuſtẽtari de bonis eccleſie. xij. q. ij. charitatẽ. et. c. eccliaſticis. ſed ſi nõ deſeruit ⁊ in malos vſus expendit multis

pliciter peccat:⁊ ſacrilegium cõmittit.xvj.q.j.
Qm̄.⁊.j.q.ij.Clerici.et de hm̄oi dꝫ intelligi.c.
paſtoꝛalis.⁊ ſimilia.q.c.Fructꝰ aũt beneficioꝝ
vacantiũ tp̄e vacationis debēt in vtilitatē ipſa
rũ eccleſiaꝝ expendi.vel futuris ſucceſſoꝛibꝰ fi
deliter reſeruari. al's in cathedralibꝰ eccleſijs
⁊ in regularibꝰ ⁊ collegiatis ſi fiant cõtra p. c.
cõuentus.collegia vel ſingulas ꝑſonas ipſiꝰec
cleſie ſunt ſuſpēſi ab officio et beneficio:non ob
ſtāte ꝓuilegio vel ꝯſuetudine.ex̄ de elec.c.quia
ſepe.lib.vj. Itē ſimilis ꝓhibitio fit gn̄aliter de
oībus eccleſijs ne eaꝝ bona occupenẜ a p̄latis
quibꝰ ſubſunt:ſeu ad quoꝝ cuſtodiā ptinēt:ni-
ſi de ſpeciali ꝓuilegio vel ꝯſuetudine p̄ſcripta:
vel alia rationabili cauſa id faciant.al's epiſco
pi et ſuperioꝛes ſunt ſuſpēſi ab ingreſſu eccl'ie:
⁊ alij ab officijs ⁊ bñficijs: donec ſatiſfecerint.
de offi.oꝛdi.c.preſenti.lib.vj. Item indulgētie
de ꝑcipiēdis fructibꝰ bñficioꝝ in abſentia con
ceſſis perſonis nõ eccleſijs vel dignitatibꝰ ſunt
caſſe ⁊ irrite.de reſcrip.c.fina.lib.vj.

De bonis ſeu fructibꝰ be- §.XIX.

neficioꝝ q̄ dant clerici ꝯſanguineis vel ꝑſonis
turpibꝰ.Utrũ in dando peccēt:et an teneāẜ ad
reſtitutionē.Sup h̄ dicit Ray.ꝙ clerici q̄ ꝯſan
guineis potētibus vel meretricibꝰ ⁊ hiſtrioni
bus ⁊ ſiſibus bona eccl'iaſtica pauperibꝰ debi
ta tribuũt:raptoꝛes ſunt. qꝛ quicq̄d clerici hñt
paupeꝝ eſt: dicit Hiero.xvj.q.j.c.fi. Nā paupe
ribꝰ debēẜ:vñ ad reſtitutionē tenenẜ oim pau-
peribꝰ:vel in vtilitatē eccleſie.xij.q.ij.c. Gl'ia.
⁊.c.⁊ ſi illi.⁊ peccāt moꝛtal'r nõ ſolũ q̄ paupibꝰ
ſubtrahũt:ſꝫ qm̄ turpibꝰ ꝑſonis tribuũt.lxxxvj.
diſt.q̄ venatoꝛibꝰ. ⁊.c.donare.Et qḋ dictuꝫ eſt
de ꝯſanguineis: intelligendũ eſt qm̄ daẜ eis nõ
vt paupibꝰ: ſed vltra ſtatũ ꝯditionis eoꝝ. ſm
Guil'.ar.lxxxvj.diſt.nõ ſatis.⁊.eſt ⁊ alia. Idē
videẜ ſentire Tho.ij.ij.q.clxxxv.dicit enim lo-
quēs de ep̄is.ꝙ ſi ſint diſtincta bona q̄ debenẜ
in vſum eccl'ie ab his q̄ ſunt paupibꝰ erogāda
⁊ miniſtris:et ep̄s aliq̄d ſibi retinuerit de his
que erogāda ſunt paupibus/vel in vſum mini-
ſtroꝝ vel cultũ diuinũ expendet: non eſt dubiũ
ꝙ moꝛtal'r peccat: ⁊ ad reſtitutionē teneẜ. De
his vo q̄ ſunt ſpãliter vſui ſuo deputata peccat
ſi imoderate ſibi retineat ⁊ alijs non ſubueniat
vt req̄rit debitũ charitatis:nõ tñ teneẜ ad reſti
tutionē.Si vo p̄dicta bona non ſunt diſtincta
eoꝝ diſtributio fidei eiꝰ cõmittiẜ. Et ſi q̄dē de-
ficiat i modico vel ſupabũdet:põt h̄ fieri abſq
bone fidei detrimēto:quia nõ poteſt hõ pũctua
liter accipe in talibꝰ illud qḋ fieri opoꝛtet. Si
vero ſit multꝰ exceſſus:latere non põt. vnde vi
deẜ bone fidei repugnare:ideo nõ eſt abſq pec
cato moꝛtali. Idē iudiciũ eſt de bonis alioꝛum
clericoꝝ. vt ponit idē Tho.i quodā q̄dli. Pe.
vo de pa.in.iiij.diſt.xxiiij.q.iij.dicit ꝙ quidam
dicũt ꝙ illud qḋ clerici in malos vſus ꝯſumũt
de patrimonio ieſu xp̄i nõ teneẜ reſtituere de
ꝓpꝛio:qꝛ ſunt dñi eiꝰ qḋ ꝑcipiunt.aliter teſta-
ri nõ poſſent. In re aũt pꝛopꝛia q̄libꝫ eſt mode
ratoꝛ ⁊ arbiter vt ptꝫ.arg. etiā ad hoc eſt ex̄ de
cle.nõ reſi.c.j. vbi dr̄.ꝙ qui nõ intereſt hoꝛis ſi
ne cauſa rõnabili ſi recipit diſtributiões quoti
dianas que pꝛo hm̄oi danẜ:non facit eas ſuas:
ſed teneẜ ad reſtitutionē.ergo a cõtrarijs ſi in-
tereſt hoꝛis facit eas ſuas.⁊ ſi male expēdit nõ
teneẜ ad reſtitutionē. Alij dicunt ꝙ non hꝫ fru
ctum fauoꝛe ſui ſicut pater in bonis filij aduen
titijs:quoꝝ fructꝰ ſi male ꝯſumat non tenetur
reſtituere.ſꝫ pꝛo bono eccleſie et pauperũ facti
ſunt adminiſtratoꝛes et tutoꝛes q̄ ſunt q̄ſi dñi:
ſed nõ quādo pupillũ ſpoliant. Et ideo ſicut il-
li poſſunt ſibi victũ et veſtitũ retinere ⁊ bñ me
ritis dare:ſed ſi male expendunt tenētur reſti-
tuere.ſic ⁊ iſti. Et iſtud magis conſonat dictis
ſanctoꝝ ⁊ iuri canonico.Hec Pe.Unde Hie-
ro.Tibi o ſacerdos de altario viuere:non luxu
riari permittiẜ.diſt.xliiij.§.j.et Aug.dicit. Nõ
illa noſtra ſunt quoꝝ ꝓcurationes quodāmodo
gerimꝰ: non ꝓpꝛietatē nobis vſurpatione dā-
nabili vendicemꝰ.xij.q.j. Si ꝓuatũ. vbi dicit
glo.ꝙ loco dñi habenẜ prelati cũ bene admini
ſtrant:loco p̄donis cũ male.ff.pꝛo emp.l. q̄ fun
dum §.ſi tutoꝛ.Cui ꝯcoꝛ.ipſe Pe.dicēs ꝙ pꝛe
lati ſunt dñi ſub certa lege.ſcilꝫ ſi bñ vtanẜ/al's
reſtituere tenenẜ:ſicut in his que danẜ ob cer-
tā cauſaꝫ in legatis relictis ſub certo modo.q̄-
bus deficiētibꝰ licꝫ dñium tranſlatũ fuerit:re-
petũẜ. Item nota ꝙ clericus ſeu p̄latus teneẜ
de bonis eccl'ie ſue amiſſis ſua negligentia:do
lo:culpa ſiue lata:ſiue leui vt no.ex̄ de offi. ar-
chi.ea que. Idem Hoſti. Male autē recipien-
tes a ꝑſonis eccl'iaſticis de bonis eccleſiaruꝫ/
videlꝫ de fructibus ⁊ elemoſynis beneficioꝝ:
vt foꝛnicarie ⁊ hiſtriones et ꝯſanguinei:nõ ra-
tione indigētie:ſed parentele ⁊ luſoꝛes ⁊ hm̄oi
et alij:⁊ dñi potentes per fraudes minas ⁊ im
poꝛtunitates.ſm Ray. tenenẜ reſtituere. Nõ
quidē illi qui turpiter dedit:ſꝫ auc̄te ſupioꝛis
cõuertere in vtilitatē illius eccleſie vel paupe
ribus erogare.xvij.q.iiij.ſi quis in atrio. Sed
ſi clericus dediſſet redimendo vexationē ſuam
puta tyrannis vel moleſtātibus eum iniuſte et
hm̄oi.tunc deberet reſtitui ipſi clerico.Qui ve
ro recipiũt intuitu neceſſitatis ⁊ elemoſyne vel
eccleſie:quia impenderũt ſeruitiũ vel patroci-
niuꝫ:in nullo tenenẜ nec peccāt: immo eccleſia
ad hoc teneẜ.di.lxxxvj.nõ ſatis.et.xij.q.ij. qui
cunq ſuffraganeo.

De trāſitu cl'icoꝝ de vna eccl'ia ad aliā.C.ij

Ec materia diffuſe tractaƚ. vij.q.j. ꝑ plura.c. et in.c.ſcias. dicitƚ ꝙ nõ mutat ſedẽ qui non mutat mentẽ. Et aliud eſt ſe mutare/aliud mutari:⁊ quia vtilitas pluriuʒ vtilitati vnius preferẽda eſt. Nota ergo ꝙ cleric⁹ q̃nqȝ de cauſis poteſt trãſire de vna eccleſia ad aliã. Prima eſt cauſa neceſſitatis. puta ꝓpter hoſtes ⁊ hmõi. Et in hoc caſu etiam ſi quis ꝓpria auctoritate trãſit:nõ puniƚ. vij.q.j. paſtoralis. Secũda eſt cauſa vtilitatis.ſ.qñ poteſt eſſe magis vtilis in eccl'ia alia.⁊ tunc põt tranſire auctoritate ſupioris. vij.q.j. mutationes.cũ trib⁹ capitulis ſequẽ. Tertia cauſa humilitatis ſeu ſcritatis.puta cũ tranſit ad religionẽ ⁊ tunc cũ ꝓfeſſus eſt nõ poteſt petere primã eccl'iam aut ad ſeculuʒ redire. vij.q.j.hoc nequaꝙ̃. Quarta eſt cauſa cupiditatis. Quinta cũ ambitiõis.et in vtroqȝ caſu cum temere tranſeat de vna ad aliam:debʒ vtraqȝ carere.ſcʒ habita quia eam ſupbe contẽpſit:⁊ ambita q̇ꝛ eam auare cõcupiuit. vij.q.j.ſi quis epũs.⁊.c.ſi quis de ordine. ex̃.de tranſla.c.Quãto. Sed tamẽ eccleſia poteſt eam repetere. vij.q.j.nõ oportet.et.c.ſi q̇s vero. Hec Ray.

§.I. De modo tranſeundi de vna eccleſia ad aliam. Nota ꝙ ſi eſt epũs non poteſt tranſire ſine ſpãli licentia pape. vij.q.j. mutationes.et hoc ſiue ſit cõſecratus ſiue electus ⁊ ꝯfirmatus.ex̃ de trãſla.c.Inter corporalia. Si autẽ ſit inferior ⁊ tranſit ad aliam eccl'iaʒ eiuſdem epatus.ſic ſufficit ꝯſenſus epĩ.arg.xxxiij. q.v. Qui vxorẽ. Si vero ſubeſt inferiori prelato:⁊ tranſit ad eccleſiã non ſubditã illi:tunc cõſenſus expreſſus requirẽdus eſt. ar.lviij. diſt. c.ij. Qui autẽ tranſit ad eccleſiam alteri⁹ epiſcopatus: tunc eſt neceſſarius cõſenſus expreſſus epĩ ⁊ etiam alterius ſi habʒ alium ſupra ſe preter epũm.lxxj.diſt.per totũ. vij.q.j.epiſcop⁹ de loco.ex̃ de regu. Admonet. hodie tamen de cõſuetudine licentia non petiƚ. De tranſitu autem clerici non epiſcopi ad religionem a nullo oportet petere licẽtiam. De tranſitu autem de vna religione poſt ꝓfeſſionẽ ad aliam diceƚ infra. Item nota ꝙ qui tranſit de vna eccleſia ad aliam: de minori ad maiorẽ debet tranſire. diſt.xciij.legim⁹.et ex̃ de tranſla.c.j. Diciƚ autem p̃latus tranſlatus cum eſt cõfirmatus: et obtinuerit poſſeſſionem corporalem. xxj.q.ij.ſi quis iam trãſlatus.⁊ tunc nil debet habere cõmune cũ priori eccleſia: vt ibi diciƚ.ſecus ſi nõ habʒ corporalẽ poſſeſſionẽ.di.xciij. Si qui epĩ. et de elec.c. Cum in cunctis.

De permutantib⁹ beneficia vel prebendas. Capitulum.iij.

De ꝑmutatione eccleſiarũ vel prebendarũ ſic ait Urba.iij. Queſitum eſt ex parte tua ſi cõmutationes fieri valeant prebendarũ: cum cõmutatio dignitatũ in cõcilio Turoneñ.fuerit iterdicta. Rñdeo. gñaliter itaqȝ teneas ꝙ cõmutatio p̃bendarũ de iure fieri non põt preſertim cũ pactione p̃miſſa que circa ſpũalia vl' cõnexa ſpũalibus labem ſemꝑ ꝯtinet ſimonie. Si autem epũs cauſam inſpexerit neceſſariã:licite poterit de vno loco ad aliũ transferre perſonas.vt qui vni loco minus ſunt vtiles:ſe alibi valeant vtilius exercere.ex̃ de re. ꝑmu.c. v. Et dicit glo.ſuper v̄bo ſimonie.ꝙ in ſpũalib⁹: puta in bñficijs et eccleſijs ⁊ annexis ſpũalib⁹ vt ius patronat⁹ nulla pactio vel cõuentio debet iteruenire.vt.j.q.ij.ꝙ̃ pio.al's eſſet ſimõia: et de hac ſimonia que fit in ꝑmutatione habes ſ.in.ij.parte titu.j.c.v.in glo.ſuper v̄bo vni loco.dicit eñ canon diſt.lxxxj. valet interduʒ cõuerſis mutatio loci:quia ſepe dum mutaƚ loc⁹ mutaƚ mentis affectus. Et de hac materia permutatiõis habeƚ etiam.x.q.j.§.ſed ⁊ permutare.xij.q.ij.diaconi.et.c.epũs qui mãcipiũ. Et repetiƚ materia hui⁹ in.vj.⁊ cle.vbi eſt tit.de re. ꝑmu.et dicit Io.an.in nouel.in.d.c.ꝙ illud eſt verum in ſpũalibus ⁊ annexis ſpũalibus.ſcʒ ꝙ nõ poteſt fieri pactio. Secus autẽ de corporalib⁹ et realibus ipſis annexis. Itẽ ⁊ de his annexis in corporalib⁹ q̃ a ſpũalib⁹ ſeparari poſſunt vt poſſeſſionib⁹. Nam ſuper talib⁹ ex cauſa ⁊ paciſci et ꝑmutari ⁊ vendi poſſunt. Et circa permutationẽ eccleſiarũ idem Io. an. in nouel.dicit ꝙ bñ poſſet clericus epõ dicere. Cum non poſſim ſecure morari vel ꝓficere in tali eccleſia ꝓpter inimicitias.vl' diuerſitatẽ lingue vel alia iuſta cauſã:ſupplico vt de mea p̃benda vel eccl'ia ꝓuidcatis alteri michi de altera ꝓuidendo.poſſet etiã exprimere ſic. Tali meli⁹ ꝯpeteret eccl'ia mea ⁊ michi ſua. arg.de p̃ben. c.inter cetera.ſm Hoſti.ita tñ ꝙ inter ſe nõ paciſcanƚ:nec fiat aliq̇d ex partiũ pacto vel ꝯtractu:ſʒ ex officio ⁊ iuſſiõe iudicis.vt de pac.c.cũ pudẽ. Et ſubdit ibi Io.an.cũ habui ꝑ tpa formare ꝯtract⁹ ꝑmutationũ ſuꝑ eccl'iaſticis bñficijs feci ꝑ hanc decretalẽ queſitũ.inchoare cõtract⁹ ab epõ hoc mõ. Venerabilis pater epẽ. talis Ioh. ꝯſiderans ꝙ.A. clericus talis eccleſie vtili⁹ ſe poſſit habere in tali eccleſia:ꝓ eo ꝙ ⁊c.requiſiuit eũdem an cõſentire vellet ꝑmutationi ⁊ tranſlationi fiende cum tali ⁊c.

§.I Et no.ꝙ circa hãc materiã ꝑmutationũ exim⁹ doctor Frederic⁹ de ſenis: fecit tractatũ pluriuʒ q̃ſtionũ q̃ hic breuiƚ ponũƚ.

Qõ.j. ¶ Et p̄mo querit̃ an pmutatio facta p ordina-
riũ de bñficijs reſeruatis p papã valeat cũ effe
ctu? Rñ. ꝙ nõ: qđ ꝓbat per declarationẽ bñdi
cti que incipit dudũ. Et p cõſtitutionẽ Jo. xxij.
q̃ incipit execrabilis. in fi. Nec obſtat. ca. j. de
re. pmu. li. vj. q2 ſicut lr̃e bñficiales ſunt odio-
ſe ⁊ reſtringẽde: vt. c. ſi motu ꝓprio. ⁊. c. ſeq. de
p̄bẽ. lib. vj. ſic ⁊ reſeruatiões ꝓ executiõe grãꝝ
ad alteri⁹ inſtãtiã reſtringi debẽt et ſtricte in-
terpretari: ad hoc de offi. deleg. lib. vj. c. ſuper
grã. Sed reſeruatiões que fiũt p papã ꝓprio
motu gñaliter vel ſpecialiter nõ ſunt odioſe ſ3
fauorabiles: ⁊ plenã recipiũt interpretationẽ:
vt de prebẽ. ſi pluribus. lib. vj. nec etiã negari
põt q̄n in pmutatiõe vacatio intercidat: ⁊ hinc
⁊ inde collatio. vt no. Joh. an. de reſcrip. ſi pro-
pter. li. vj. et ꝓbatur in cle. j. de re. pmu. Et cõ-
ſuetudo ſeruat ꝙ pmutare volẽtes p̄io renun
Qõ.ij. ciãt: ⁊ poſtea fit collatio. ¶ Exinde querit̃ po-
ſito ꝙ papa cõceſſit legato ꝙ auctoritate apl̃i-
ca poſſit recipe reſignationẽ bñficioꝝ a volẽti-
bus illa reſignare ex cauſa pmutationis: ⁊ illa
etiã eadẽ auctoritate conferre: querit̃ an talis
legat⁹ poſſit bñficia reſeruata pmutare? Rñ.
credo ꝙ nõ: q2 gñalis cõceſſio nõ ſe extendit ad
ea q̃ papa ſibi ſpecialiter reſeruauit: vt de offi.
dele. c. qđ trãſlationẽ. Habeat ergo illa ꝯceſſio
locũ in bñficijs nõ reſeruatis: ſecus ſi oĩa bñfi-
cia eſſent reſeruata in illa ꝓuincia. Nã eo caſu
vt cõceſſio ſit aliq̄d allatura poterit etiã reſer
uata pmutare: ad hoc de v̄bo. ſig. c. abbate. Et
Qõ.iij. de priuil. ſi papã. lib. vj. ¶ S3 querit̃ an in pre
dictis duobus caſibus p̄cedẽtib⁹ l3 pmutatio
nõ valeat/ ſaltẽ valeat renũciatio facta ex cau-
ſa pmutatiõis: vt l3 collatio fieri nõ poſſit ipis
pmutare volẽtib⁹ p ordinariũ/ ſaltẽ remaneat
firma renũciatio ex cauſa p̄dicta? Rñ. ꝙ ſic te-
net vtiqꝫ renũciatio. Nam l3 reſeruatio impe-
diat ꝓuiſionẽ p ordinariũ fiendã/ tñ non impe
dit vacationẽ. Vñ bñficiatus cuius bñficiũ eſt
reſeruatum: põt renũciare ⁊ mori ac ſi reſerua-
tio nõ eſſet facta: et eſt ſil̃e qđ notat̃ de ꝯfirma.
vti. vel inuti. ca. j. Tenet ğ renũciatio ⁊ fit hinc
inde ꝓuiſio p papã. ar. de renũ. c. cũ quidã. S3
melius dicit̃ p diſtinctionẽ: q2 aut iſta reſerua
tio erat talis que veriſil̃r potuit ſciri: puta q2
erat gñalis in vna ꝓuincia ⁊ plurib⁹ nota: aut
ſecreta et p̄ticularis que diuinari nõ poterat.
Jn p̄mo caſu dicẽdũ ꝙ manet renũciatio firma
⁊ veniet pmutatio fienda ſeu expediẽda ⁊ p̄fi-
cienda p papã: q2 hic nõ põt ignorãtia p̄tendi.
Jn ſecũdo caſu põt licite allegari ignorantia: ⁊
ideo relinquat̃ in optione eoꝝ an velint redire
ad ſua bñficia: ad hoc facit de cõſti. c. ij. et de re
iudi. p̄ſumit̃. li. vj. an velint ſuis ſumptib⁹ et la
boribus ad papam accedere ꝓ expeditiõe ſue
pmutatiõis. Sed certe in iſto caſu poſſet etiã
diſtingui an de facili et ſine grãdi p̄iudicio poſ
ſet p papã expediri pmutatio: an cũ difficulta-
te. Et in ſecũdo caſu det̃ electio vt. ſ. in p̄mo nõ
q2 ſemp viget ratio. de renũ. c. quidã. ⁊ de offi.
or. c. j. ¶ Querit̃ vtrũ pmutatio facta p papã Qõ.iiij.
vel aliũ ex ſpeciali eius cõmiſſione de bñficijs
certis ⁊ expreſſis ſed reſeruatis: nõ facta men
tione de reſeruatiõe valeat. Ad cui⁹ dubij ſolu
tionẽ videndũ eſt primo an collatio facta p pa-
pã de bñficio reſeruato: nõ facta mẽtiõe de re-
ſeruatiõe valeat. Et dicẽdũ ꝙ ſi reſeruatio erat
vt plurimũ gñalis ⁊ notoria in curia: ita ꝙ ve-
riſimile eſt papã ſciuiſſe ſicut ius ſcriptũ: valet
collatio nõ facta mentiõe de reſeruatiõe: ſic in
ſil̃i no. de cõſti. c. j. lib. vj. et no. glo. Si v̄o erat
particularis ⁊ ſecreta de certis et noĩatis bñfi
cijs: tũc nõ valet collatio: nã videt̃ papam non
fuiſſe recordatũ de reſeruatiõe et cauſa ei⁹. Et
ſi dicat̃ ꝙ non eſt veriſil̃e ꝙ papa ignoret factũ
ꝓpriũ. Rñ. ꝙ v̄itas in cõtrariũ tollit illã veriſi
militudinẽ. de p̄ſump. c. q2 veriſil̃e nõ eſt. et de
p̄ſcrip. c. veniẽs. cũ ſimi. Si ergo põt cõſtare ꝙ
papa reſeruauit ſibi cõtẽplatiõe Titij ⁊ poſtea
eidẽ Titio cõtulit: valet collatio nõ facta men
tiõe de reſeruatiõe. Jtẽ ſi papa reſeruauit ſibi
ꝓuiſionẽ bñficij vel bñficioꝝ ſolũ in odiũ cõfe-
rentiũ: forte q2 cõferebãt bñficia indignis: va-
let collatio facta p papã non facta mẽtione de
reſeruatiõe: q2 in vtroqꝫ caſu reſeruatiõis cau
ſa nõ violat̃. Jn dubio aũt p̄ſumat̃ ꝙ ad inſtan
tiã alicuius reſeruauit ſibi certũ bñficiũ: q2 vt
plurimũ reſeruare ꝯſueuit alicui⁹ cõtẽplatiõe.
Ad ꝓpoſitũ rñdeo in caſu pmutatiõis vbi dixi
valere collationẽ non obſtante reſeruatiõe ⁊c.
Jn eo caſu valet pmutatio cum effectu. At vbi
dixi collationem nõ tenere vel nõ valere: nõ va
leat pmutatio hincinde facta: ſ3 firma maneat Qõ.v.
renũciatio. ¶ Sed q̄d faciẽt pmutare volẽtes
in caſibus in q̄b⁹ renũciatio tenuit: ſ3 collatio
nõ tenet. Rñ. dicãt ſic pape Pater ſancte: ex q̃
renũciatio facta ex cauſa pmutationis tenuit:
l3 nõ collatio: q2 de reſeruatiõe nõ feciſtis men
tionẽ: placeat. S. V. ex quo certificat⁹ eſtis de
reſeruatiõe q̃ tũc erat occulta dare nobis licẽ-
tiã redeũdi ad nr̃a bñficia: vel p̄ficiatis pmuta
tionẽ collationẽ hincinde faciẽdo: q2 ſcitis pa
ter ſancte ꝙ iſta bñficia reſeruata alijs cõferri
nõ poſſunt: ⁊ tũc papa alterũ illoꝝ faciet. Et q2
v̄iſil̃e eſt ꝙ renũciatio nõ fiebat corã papa niſi
ex iuſta cauſa: papa bñ faciet ſi pmutatiõe3 p̄fi
ciat niſi cauſa que induxit eũ ad reſeruationẽ
ſuadeat cõtrariũ: puta q2 papa intẽdit de illo
beneficijs vel illorũ altero ꝓuidere cũ vacare
ſperet in primo. ¶ Sed pone ꝙ in caſu ſupra-
dicto vbi renũciatio tenuit/ collatio nõ tenuit

ꝑmutãtes credentes ꝑmutationẽ tenere: ad=
miniſtrarent in bñficijs ſic ꝑmutatis. Deinde
moriunᷣ ſic ꝑmutãtes: ⁊ nũc apparet ꝙ colla=
tio nõ tenuit: queritᷣ an iſta bñficia vacent per
mortẽ an ꝑ renũciationẽ. Et videtᷣ ꝙ vacẽt per
renũciationẽ: qꝛ bñficia iã vacabãt ꝑ renũcia=
tionem: ⁊ collatio ⁊ inſtitutio ſequens nõ facit
eos rectores: ⁊ ſic remãſerũt bñficia in eodem
ſtatu in quo erãt ꝑ reſignationẽ. Sed cõtrariũ
videtᷣ verũ: vcꝫ ꝙ vacẽt per mortẽ: qꝛ illa renũ=
ciatio fuit facta ſub cõditione tacita vel expreſ
ſa: vel ſaltẽ ob cauſam que nõ fuit ſecuta vel im
pleta. Et ſic cũ ꝑmutatio nõ fuerit impleta añ
mortẽ: ꝓinde eſt acſi nil fuerit factũ: et hoc etiã
ſentire videtᷣ Joh. an. in ꝓdicto. c. j. de re. ꝑmu.
ſup glo. pria opi. obtinuit in rota. Addit Lap.
ꝙ verũ. ſ. ꝙ vacẽt ꝑ mortẽ qñ nõ fuerũt in dolo.
Nam ſi fuiſſent in dolo ambo vel alter eorũ: vt
qꝛ ſciebãt reſeruationẽ vel aliud impedimẽtũ
ꝑmutationis: tũc ſecus: qꝛ ſic vacaret bñficium
doloſi ꝑ renũciationẽ: nõ ꝑ mortẽ. Sed pone ꝙ
permutãtes bñficia fuerũt in culpa: vt qꝛ ſcie=
bãt vł ſcire debebãt illa eſſe reſeruata vel per=
mutationẽ nõ poſſe cõpleri ex aliqua alia cau=
ſa: ſaltẽ ꝑ illũ corã quo fiebat: et hoc nõ obſtãte
ſe intruſerũt ĩ illa bñficia: ⁊ mortui ſunt. Que=
ritur quõ vacẽt? Rñ. ꝙ nec ꝑ mortẽ nec ꝑ renũ
ciationẽ: ſed ꝑ iuris priuationẽ: vt ptꝫ de ꝓbẽ.
c. cũ qui. lib. vj. Adde ſm Lapũ hec habere lo=
cũ in bñficijs in quibus hꝫ locũ. c. de multa. Di
cta ergo ꝑ renũciationẽ vacauerũt ſimplr ſi nõ
Qõ. vj. fuerunt de illis. Lapus. ¶ Sed cũ dictũ ſit. ſ.
ꝙ ſi ꝑmutatio nõ tenuit et culpa nõ põt aſcribi
alicui: ꝙ licitũ eſt ei q̃ nõ fuit in culpa ad ſuum
bñficiũ redire. Modo queritᷣ an poſſit ꝓpa au=
ctoritate redire: an indigeat noua collatiõe vel
inſtitutiõe? Rñ. Jo. an. in nouel. di. ꝙ de equi=
tate illius. c. ſi bñficia. de ꝓbẽ. lib. vj. põt redire
ad ſuũ bñficiũ auctoritate ꝓpria. allegat. C. de
re. ꝑmu. l. cũ precibus. Alij aũt cõtradicũt dicẽ
tes ꝙ. c. ſi bñficia. nõ loquitᷣ de renũciatiõe ex=
preſſa: ſed in priuatiõe iuris que effectũ nõ ha
buit ex quo nõ tenuit adeptio ſecũdi bñficij: vł
fuit ibi diminutio facti ſine expſſa renũciatiõe
que facti diminutio nõ habuit vim tacite renũ
ciatiõis: ex q̃ nõ fuit cum effectu ſecuta adeptio
ſecũdi bñficij. Et ꝓ iſto dicto facit qđ no. in. d. l.
cũ precibus. Si ergo in caſu nr̃o ꝑ renũciatio=
nẽ amiſit dominiũ: ergo eſt ſibi reſtituẽdũ. Sꝫ
illa reſtitutio nõ põt fieri ſine canonica inſtitu
tione. de regu. iur. lib. vj. Nã ſeipſum quis in=
ſtituere nõ põt. de inſti. c. ſi. Opinio Jo. an. eſt
equior/qꝛ ꝑ eã vitatᷣ vacatio ⁊ circuitꝰ: ⁊ incõ=
moda bñficiorꝫ. ad hoc cle. auditor. de reſcrip.
⁊ nõ debet grauari iſte ſumptibus ⁊ laboribꝰ:
⁊ qꝛ bona fide ⁊ forte ꝓpter bñficiorũ vtilitatẽ
iſte ad ꝑmutationẽ ꝓcedebat: vñ per legẽ non
debet iſti laqueus iniici. xxvij. q. j. de viduis.
¶ Queritᷣ an ſi vnus ex ꝑmutãtibus adinui= vij.
cem bñficia: non habeat ius in bñficio: puta qꝛ
eſt illud ſimoniace adeptum: vel alˀs non hꝫ ti=
tulũ: non tñ iſtud bñficiũ pertinet ad aliũ: nun=
quid acquirit ius in illo beneficio qđ aſſequitᷣ
ex cauſa ꝑmutationis? Et dicendũ eſt ꝙ nõ du
plici ratione. Prima: qꝛ ex hoc ſequeretᷣ abſur
dũ. ſ. ꝙ quis per fas et nefas acquirere et benefi
ciũ: ⁊ vidẽs ſe nõ poſſe tenere illud ſ lua cõſciẽ
tia ꝑmutaret cum habẽte ius in alio. Secũda:
qꝛ hic nõ contrahitᷣ ꝑmutatio: qꝛ rem alienam
dans nõ cõtrahit ꝑmutationẽ: vt notatᷣ de ex=
cep. cũ venerabilis. in glo. iiij. Item ep̃s q̃ con
fert ei bñficiũ intẽdit ſibi hoc cõferre loco eius
qđ dimittit: ſed iſte nil dimittit: ex quo ius nõ
habebat in illo bñficio. Vñ puto potuiſſet ep̃s
huic ſimpliciter cõferre beneficiũ: qꝛ tñ nõ con
tulit ſimplr/ſed ex cauſa ꝑmutationis: ille ni=
chil cõſequitᷣ: et hꝫ locũ qđ potuit noluit ⁊c. de
offi. deleg. c. cũ ſup. Sed quid erit in caſu iſtorꝫ
ſecũde ꝑſone: cũ hoc fuerit patefactũ? Rñ. ꝙ il=
le qui ius habebat redibit ad beneficiũ ſuũ qđ
ꝑmutauerat cũ alio: et iſte qui nõ habebat ius
nõ poterit beneficiũ retinere qđ aſſecutũ eſt: vt
dictũ eſt. Nec poterit recuperare antiquũ: qꝛ
nullũ ius ibi habebat. ¶ Sꝫ queritᷣ vtrũ ꝑmu viij.
tatio fieri poſſit cum interuallo tẽporis? verbi
gratia. Ego et tu habemus bñficia in diuerſis
dioceſibus: volumus ea adinuicẽ ex iuſta cau=
ſa ꝑmutare: via expedita eſſet ꝙ vnꝰ ep̃s com=
mitteret alteri/vel ambo vni: ⁊ oĩa fierẽt in in=
ſtanti. Sed pone ꝙ hoc fuit omiſſum: qꝛ vadi=
mus ad ep̃m meũ: ⁊ ei dicimus. Dñe ep̃e ego ⁊
iſte intẽdimus bñficia iſta ꝑmutare. Ego ſum
paratus renũciare bñficio meo ex cauſa ꝑmu=
tationis fiende: ⁊ cõferatis beneficiũ meũ ſibi:
poſtea ibimus ad ep̃m iſtius: et ipſe ſimilr fa=
ciet michi de bñficio iſtius. Et ep̃s dicit ſe eſſe
cõtentũ: ⁊ ſic recipiet renũciationẽ meã ex cau=
ſa ꝑmutationis: et cõfert bñficiũ meũ ſic renun
ciatũ tibi: ⁊ te mittit in poſſeſſionẽ. Et tu dicis
ꝙ es paratus ſilr facere de bñficio coram ep̃o
tuo. Queritᷣ ergo an ſic interuallũ poſſit in=
teruenire? Rñ. Jo. nul. et Jo. an. ſuadẽt ꝙ oĩa
iſta fierẽt in inſtãti: vt ſcꝫ ambo ſint ꝓſentes q̃
tunc ꝓ vno reputabuntᷣ. extra de prebẽ. c. ꝓ il=
lorũ. alˀs poſſent difficultates et intricationes
inſurgere. Nã eoipſo ꝙ vnus renũciat bñficio
ſuo: ⁊ ponit aliũ in pacificã poſſeſſionẽ: ſi eſt cu
ratum videtᷣ iam vacare ſecundũ beneficiũ qđ
erat ſuũ: qđ intẽdit renũciare vt detur alteri ꝑ
c. de mltã. de prebẽ. Ecõtrario videtᷣ qꝛ ex quo
renũciaui: ⁊ tibi collata eſt poſſeſſio bñficij mei
nõ hoc ſimplr: ſꝫ ex cauſa ꝑmutatiõis fiẽde ⁊c.

ꝓpter qđ ad tollēda dubia vtili⁹ eſt oīa in in-
ſtanti fieri:facit ad hoc qđ notat Jo.an.in glo.
xxj.q.ij.ſi quis iam. Jtē pone ꝙ ꝑmutatio eſt
cōpleta ex parte vni⁹:ſed ex parte alteri⁹ cōple
ri non pōt. vbi gratia. Titius habēs eccleſiam
parrochialē ꝑmutauit cū habente canonicatū
vel apparet reſeruatū: nūquid Titi⁹ pōt ad ec
cleſiam redire? Rñ.ꝙ ſic.dū tñ ꝓbabilis error
facti excuſet eū per.c.ſi bñficia.de ꝓben.lib.vj.
q. ¶ Utrū habēs duo beneficia poſſit illa permu
tare cū vno: vel habens duo poſſit illa permu-
tare cum habēte alia duo? Rñ.Joh.an.in.c.cū
venerabilis. de excep.ſuꝑ verbo ⁊ eccleſijs.di
cit ꝙ ſic in primo caſu.Sicut ratione ꝓprieta-
tis due eccleſie poſſunt ꝓ vna ꝑmutari:ſic ⁊ ra
tiōe tituli.allegat etiā in argumentū qđ no.de
mu.peti.ca.ij.⁊ dicit ꝙ hoc de facto vidit.Sed
certe plenius eſt hoc examinandū: pone eñi ꝙ
quis habeat duo bñficia curata:ex diſpēſatiōe
vult ꝑmutare cū curato vel ſimplici: certe hoc
fieri non poterit: qꝛ diſpēſatio illius eſt ꝑſona-
lis et non trāſiret ad illū cū quo vult ꝑmutare:
vt de priuił.ſane.cum ſimi. Nec eṗs in hoc pōt
diſpenſare.Sed dico ꝙ ſi is q̄ hꝫ duo curata ex
diſpēſatione vult illa ꝑmutare cū habente vnū
curatū: vtiq̄ poteſt. Sed caueas qꝛ recipiēdo
aliud curatū vacabit etiā id curatū qđ retinet
per.c.nō pōt.de prebē.lib.vj.⁊ in cle.ſi plures.
eo.ti.Sed ſi ꝑmutet vnū de ſuis curatis cū ſim
plici/certe poterit: ⁊ etiam poterit retinere il-
lud ſimplex cū ſuo curato:ſaltē ex diſpēſatione
eṗi qui circa talia pōt diſpēſare. de elec.dudū.
ij.ad fi.Eſt ergo verum in vtroq̄ queſito ꝙ ſiue
ex vna parte ſiue ex vtraq̄ beneficia teneāꝛ ex
diſpenſatione papali:ibi non pōt ꝑmutatio in-
teruenire: niſi id fiat per papā reuocando etiā
diſpenſationē de ꝑſona ad ꝑſonā. Si vero pōt
talia aperte tenere ex diſpenſatiōe eṗi: fiat per
eṗm ſi voluerit diſpēſare. Si vero hincinde po
terat tenere bñficia iure cōmuni/res eſt expe-
dita. Lapus etiā dicit ꝙ opꝫ ꝙ habēs duo cu-
rata etiam cū diſpenſatiōe vt aliud poſſit reci-
pere/ꝙ ambobus pri⁹ renūciet. ¶ Sed queritꝛ
r. vlterius an habēs ſolū ius ad beneficiū poſſit
ius iſtud ꝑmutare cū habente beneficiū: ⁊ nun
quid duo habētes ſolū ius ad rem/ poſſint ad-
inuicē ꝑmutare dicta ſua iura? Rñdet Jo.an.
eo.ti.c.j.lib.vj.in nouel.⁊ dicit ꝙ non:qꝛ bene-
ficiorū adinuicem debet fieri ꝑmutatio: qđ hic
nō eſt:allegat.ff.eo.ti.l.j.in fi. Jtē qꝛ ceſſat iſtis
caſibus ratio decretalis queſitū. eo.tit.qđ de-
claro ꝑ litteras aṗlicas . Michi debetꝛ benefi-
ciū:⁊ illud expecto:tu vero habes beneficium:
quđ mee littere aṗlice poſſunt ad te tranſire cū
ſint ꝑſonales niſi papa mediāte: vt de offi.de-
leg. c. P.⁊.G. ¶ Jtem executor aṗlicus da-
tus michi quđ ꝓuidebit tibi:cū non habeat in
mādatis:et ſic excederet formā mandati. Ad-
dit Lap⁹ ꝙ exiſtētes canōici auctoritate apo-
ſtolica: lꝫ vltra numerū expectantes prebēdas
vacaturas: tñ poſſunt permutare canōicatus
inter ſe vel cū alijs ad alia beneficia:et hoc po-
terūt auctoritate dioceſani: nec erūt poſtea ca
nonici auctoritate aṗlica: nec habebit ius ad
vacaturas prebēdas: nec habebit in eis locū
reuocatoria.de ꝓben.quodā.lib.vj. Secus eſ-
ſet ſi nō eſſent canonici: ſed expectarēt canoni-
catus ⁊ prebēdas:vel alꝛs exiſterēt expectātes
lꝫ cum decreto: tales eñi ꝑmutare non poſſunꝛ
qđ non habēt.Sed nūquid beneficiū cū hoſpi-
tali vel preſtimonia pōt permutari? Reſpōdet
Joh.an.in.vj.⁊ in clemē.eo.titu.dicit ꝙ ſic: dū
modo hoſpitale vel preſtimonia cōcedatꝛ in be
neficiū clericis:ſecus ſi laicis. Sed pone ꝙ ho
ſpitale nō ſit cōceſſum clerico in beneficiū / ſed
bono viro cōmiſſum:qꝛ cōmiſſionē non ꝓhibet
conciliū Uien. Sed nūquid talis clericus pōt
permutare cū beneficio? Certe nō video qđ ꝓ-
hibeat: qꝛ lꝫ hoſpitale non ſit beneficiū/non tñ
eſt titulus totaliter ꝓfanus:ſed eccleſiaſticus.
nec poſſet vēdi ſine vicio ſimonie.per id qđ no-
tatur de ſimo.c.cōſulere. Addit Lapus ſuper
id qđ dictū eſt/non video ꝙ ꝓhibeat:ſatis ap-
paret ꝙ ꝓhibeat cum non permittaꝛ permuta
tio ſpiritualiū ⁊ temporaliū: ſed beneficiorū ec
cleſiaſticorū inter ſe tñ:vt.xvj.q.vij.nemini.et
de re.permu.c.queſitum.⁊ eo.titu.c.j.lib.vj.et
in clemen.eo.ti.ne cōceſſione. vt ſic fiat permu
tatio de ſpirituali ad ſpirituale:de beneficio ec
cleſiaſtico ad beneficiū eccleſiaſticū: ⁊ de tēpo-
rali ad tēporale tñ:et non de tēporali ad ſpiri-
tuale: vel nō de beneficio ad beneficiū. Dico tñ
ꝙ de bñficio curato ad nō curatū:et ecōtra pōt
fieri permutatio. ¶ Sed queritꝛ vtrum habēs s.
beneficiū in cōmendā ſm formaꝫ: nemo dein-
ceps.de elec.lib.vj.poſſit permutare cū bene-
ficiato. Rñ.forte dici poſſet ꝙ ſic:cū titul⁹ com
mende ſit canonicatus:nec interim vacet eccle
ſia:vt dicit.c.nemo.et forte eo modo duo cōmē
datarij poterūt ſibiīnuicē permutare eccleſias
parrochiales ſibi cōmendatas. Sed nunquid
habētes beneficia manualia poſſint adinuicē
permutare: cum ipſi poſſint ꝓ libito a ſuis be-
neficijs remoueri? Rñ.ꝙ ſic:qꝛ lꝫ ſint reuocabi
les/tñ interim ſunt rectores: ⁊ per ipſorū reuo
cationē vacant beneficia: vt in clemē.j.de ſup.
neg.prela.in glo.magna . Et ſi velles tenere ꝙ
ſolū beneficiati perpetui poſſunt ꝑmutare:ad-
huc iſti poſſunt ꝑmutare/qꝛ poſſunt nō reuoca
ri.Et hoc ſufficit:facit qđ notatꝛ de reſcrip.c.ſi.
lib.vj. ¶ Sꝫ nūquid habētes beneficia imma-
nualia ſi illa ꝑmutēt auctoritate pape: poſſint

poſtea ꝓ libito ab illis bñficijs reuocari ſicut
prius. Reſpõdetur ꝙ ſic:quia papa ꝑmutando
intẽdit alterũ in locũ alteri⁹ ſubſtituere:ꝛ ideo
ſolet apponi clauſula in litteris apoſtolicis. et
nõ plus iuris eis acquirat ꝑmutantib⁹ ꝙ pri=
mo eis cõpeteret. ad hoc facit regula Js q̃ in
ius.li.vj. Nec papa intendit cõſuetudines reli
gionũ ꝛ eccliarũ tollere: et iuri predictaꝝ dero
gare;niſi hoc exprimat.de ꝯſti.c.j.li.vj.Et hoc
verũ niſi qñ papa ex certa ſciẽtia intendit illũ
ſuũ obedientiarũ facere : et a ptãte ſui prelati
xj. auferre ꝛ hoc exprimit i litteris ſuis.¶ Que=
ritur an in ꝑmutatione fieri debeat mentio de
alijs bñficijs q̃ obtinẽt ꝑmutantes. Rñ.ꝙ ſi ꝑ=
mutatio fiat autoritate dioceſani:nõ eſt neceſ=
ſe ꝙ fiat mẽtio. Nã nec neceſſe eſt qñ impetra=
tio fit ab ordinario ꝙ fiat de hoc mentio. de of
fi.ordi.c.ij.Sed in legato ꝛ in papa cõtrariũ vi
detur:qꝛ maioꝛ idoneitas ꝑſone requirit. Po
ne enĩ ꝙ habens duo bñficia ſimplicia ꝑmutat
vnũ ex illis cũ curato. Certũ eſt ꝙ facili⁹ ꝑmit
titur ꝙ q̃s habeat duo bñficia ſimplicia ꝙ vnũ
ſimplex cũ curato. Sꝫ certe iſtud nõ obſtat: qꝛ
lꝫ iſte loco ſimplicis recipiat curatũ:nõ tñ cum
ipſo intelligit diſpenſatũ vt retineat vtrũqꝫ.de
ꝓben.nõ põt.li.vj.Et ad iſtud qḋ d:/ꝙ forte ille
nõ eſt idone⁹ qꝛ ſuperioꝛ non cõſentiet ꝑmuta=
tioni. Sup̃ hoc quidã diſtinxerũt inter ꝑmuta
tionẽ q̃ fit fauore ꝑſonarũ:et illã q̃ fit ob neceſſi
tatẽ vel vtilitatẽ eccleſiarũ:vt in prima debeat
fieri mentio:in ſecũda nõ.Alij dicũt ꝙ recipiẽs
pingue loco tenuis:dꝫ facere mẽtionẽ quaſi de
ambitione notetur:ſec⁹ ecõtra/indiſtincte cre=
do ꝑmutationẽ factam nõ habita mentione de
alijs beneficijs valere:ꝛ hoc cũ non ſit impetra
tio nec collatio ſaluo ſimplr ſtilo curie. ¶ Itẽ
ſi duo prelati collegiatarũ eccliaꝝ volũt ꝑmu=
tare an poſſint hoc facere inuitis ſuis capitu=
lis ꝛ cõuentib⁹. Rñdet ſic:ſi ꝑmutatio fiat per.
papã. Nã ex quo papa põt ꝑlato inuito eccle=
ſiã auferre:etiã põt eis inuitis ſcꝫ ſubditis eũ
trãſferre ergo ꝛ ꝑmutare:ꝛ de hoc nõ eſt dubiũ
Idẽ de epõ q̃ habet de cõſuetudine vel priuile
gio liberã ordinationem eccleſiaꝝ: qꝛ in illo ca
ſu nõ intereſt collegioꝝ ad ꝑmutationẽ vocari:
ex quo ad collationẽ nõ vocarent. Remanet er
go dubiũ qñ ad capitulũ pertinet collatio:ꝛ ad
ſuperiorẽ cõfirmatio. Et tũc oẽs de hoc tractã
tes dicunt ꝙ illi quoꝝ eſt electio collatio ꝛ pre
ſentatio habẽt ꝯſentire.Et ratio eſt:qꝛ nec epũs
nec prelat⁹ poſſunt auferre collationẽ collegio
ſed ſi permutatio fieret eis inuitis:iam indire
cte haberent prelatum ſine ſua collatiõe:ꝛ pri=
uarẽtur poteſtate eligẽdi: nec epũs põt auferre
ſuis ſubditis ius conferendi vel preſentandi.
de exceſ.prela.c.ij.ꝛ.xvj.q.vij.c. decreuimus.
hoc eſt enim priuilegiũ principis ꝛ pape. vt de
reli.do.c.Conſtitut⁹.ſ.vt poſſit quẽlibet ſuo iu
re priuare. Eccleſiaſtic⁹ enĩ ordo cõfunditur ſi
ſua vnicuiqꝫ iuriſditio nõ ſeruat.xj.q.j.c.Per=
uenit. ¶ Sed nũquid legatus de latere de cõ=
ſenſu capituloꝝ eccleſiarũ collegiatarum earũ
prelatos poſſit permutare. Frederic⁹ videtur
ſentire ꝙ ſic: ꝛ ita cõmuniter obſeruatur. Sed
cõtra quia qui non poteſt conferre : non poteſt
permutationẽ facere.de re.ꝑmu.c. Queſitum
et eo.ti.c.j.lib.vj.Sed legatus tales eccleſias
conferre nõ poteſt: nec de ipſaꝝ diſpoſitione ſe
intromittere.vt de offi.leg.c.penul.lib.vj. Un
de videtur etiã ſic eſſe prohibitũ a diſpoſitione
ipſarum:ꝙ etiam cum cõſenſu capitulorum il
lorũ et eorũ quorum intereſt non poteſt hoc fa
cere.ſecus in dioceſano:qui hoc poteſt de eorũ
conſenſu ſm Johan.and.ſed archid. contra in
dicto.c.vnico.Et ſm hoc poteſt dioceſanus qḋ
nõ poteſt legatus.ad idẽ.c.fi.e.ti.li.vj. Dicen=
dũ videt circa hoc ꝙ in nõ collegiatis poteſt le
gatus ꝑmutationẽ facere ſine alicui⁹ conſenſu
cuius interſit niſi eſſent patroni laici.qꝛ tũc nõ
poſſet plus ꝙ dioceſanus.de offi.leg. dilectus
et de iure pa.cũ dilectus. In collegiatis xõ nõ
poterit etiã cũ cõſenſu illoꝝ quoꝝ intereſt. Sꝫ
dioceſanus in collegiatis ꝛ alijs hoc poterit cũ
cõſenſu illoꝝ:alr nõ niſi forte aliq̃ dicat in dio
ceſano qñ illud vult facere nõ in fauorẽ ꝑſona=
rũ:ſed ꝓpter neceſſitatẽ vel vtilitatẽ eccleſiaꝝ.
Et facit qḋ notat Jo.an.poſt Hoſt.et poſt.c.fi.
Lapus.Exinde queritur an ſufficiat cõſenſus
maioris partis eoꝝ quoꝝ eſt cõſentire in hmõi
ꝑmutatione. Et dicendũ ꝙ ſic.qñ per neceſſita
tẽ vel vtilitatẽ eccleſiarũ fit permutatio.ſec⁹ ſi
ꝑmutatio fiat voluntaria ꝑ illud qḋ notatur de
conſti.c.Cum oẽs.Joh.an.in nouel.cum hmõi
cõcoꝛ. ¶ Sed querit ſi epũs nõ habeat collatio xij.
nem vel confirmationem in eccleſia ſed capitu
lum vel alius prelatus: an epũs poſſit expedire
permutationem ſine illo. Rñ.dic ꝙ non.vt no.
Jo.an.eo.ti.c.j.li. vj. Sed nũquid ille inferioꝛ
hoc põt ſine epõ.Hoſti. Jo.an.ꝛ arch.eo.ti.c.j.
lib.vj.dicunt ꝙ nõ.quia cũ ꝑmutatio ſit regula
riter prohibita de prebẽ.c.maioribus.ꝛ in caſi
bus inueniatur epĩs conceſſa: ergo inferiores
epõ ſua autoritate hoc attentare nõ debẽt. An
inferioꝛ epõ poſſit ſibi hoc ius preſcribere:pu=
ta archidiacon⁹ vel abbas in eccl'ijs ſibi ſubie
ctis.Et dicendũ ꝙ ſic:quia iſte nõ eſt actus qui
ad ordinem pertineat epãlẽ: ſed potius ad di=
gnitatem vel iuriſditionẽ:ꝛ talia bene preſcri=
buntur per inferiores epõ.vt de preſcrip.c. au
ditis.ꝛ de exceſ.prela.c.accedentib⁹.ꝛ eodem
modo etiam preſcribunt ius vniendi. vt no.
Jo.an.de ſta.relig.c.j.in cle. Idem dicendũ de

illis q̄ habent epiſcopalē iuriſditionē vel quaſi
in loco. et maxime de quibuſdā abbatibꝰ q̄ nō
dicūtur eſſe in aliquo ep̄atu. vt Fareñ. glubas-
ceñ. ad hoc facit de priuil. Abbas. lib. vj. Itē ſi
ſumme ſit vtilis ꝑmutatio: ⁊ illi quoꝝ intereſt
nolunt ꝯſentire: an ep̄s cū cōſenſu capituli poſ
ſit permutationē inuitis illis facere. ⁊ videtur
ꝙ ſic. q: ep̄s cū capitulo ſuo poteſt maiora face
re. ſcꝫ vnire ⁊ diuidere eccleſias ⁊ ꝑpetuā ſubie
ctionē vni facere eccleſie ⁊ alteri dare. de exceſ.
prela. ſicut. et de rebꝰ eccle. nō alienā. c. j. in cle.
⁊ eo. titu. c. j. li. vj. Credo tamen cōtrariū ſcꝫ ꝙ
non poſſit. Jura autem allegata vendicant ſibi
locū caſibꝰ ſuis. Item nō eſt ꝓprie alienatio ſi
de vna eccleſia ad aliam transferatur. de his q̄
fi. a prela. Cum apoſtolica. ſicut non eſt in caſu
noſtro. Itē aliter poteſt conſuli vtilitati eccle-
ſiarum ꝙ cū preiudicio iuris eligentiū. puta ꝙ
inutiles renūcient ⁊ alij eligantur. et ſufficit ꝙ
eligatur bonus: licet meliores inueniantur. de
elec. Cū nobis. Sed nūquid aliqui inuiti cogi
poſſunt ad permutandū. Et videtur ꝙ nō: quia
nemo inuitꝰ cogitur accipere beneficiū vel di-
gnitatē eccleſiaſticā: licet aliud ſit in honoribꝰ
ſecularibꝰ. vt no. Inno. de his que fi. a ma. pte
ca. c. j. Et hoc poteſt ꝓbari iure. de elec. c. Nō
ſicut. ⁊ in. c. Si cōpromiſſarius. eo. titu. lib. vj.
Sed in ꝑmutatione accipitur beneficiū de no-
uo: ⁊ dimittitur antiquū. ergo inuitus nō cogi
tur accipere. ad idē. lxxiiij. diſt. geſta. Sed con
tra. quia inuitus quis cogit̄ accipere ordines.
vt de eta. ⁊ quali. c. Queris. ⁊. vij. q. j. Scias.
meliꝰ de re. ꝑmuta. ca. Queſitū. vbi dicitur da
ri poteſtas epiſcopo trāſferēdi ꝑſonas de loco
ad locum ſi ei videt̄ expedire. vbi Hoſti. ꝙ illa
ꝑmutatio eſt cōmēdabilis. ⁊ ad eā inuiti com-
pellūtur. ⁊ ad hoc facit. di. xl. Ante oīa. ⁊. xxiij.
q. iiij. Diſplicet. ⁊. viij. q. j. In ſcripturis. et qđ
ibi no. Hoc etiā videt̄ innuere Inno. ⁊ Hoſtiē.
de renū. c. niſi. Ubi dꝛ ꝙ ſi periculū deſtructio-
nis eccleſie vel magnū ſcādalum imminet niſi
prelatꝰ cedat/cogitur cedere. dum tñ bonū cā-
biū alterius prelature vel dignitatis aſſignet̄
allegat de reg. iur. Licꝫ. ⁊. vij. q. j. Mutatiōes.
Et ſic dicunt poſſe intelligi illud de re. permu.
Queſitū. Super hoc dicit Jo. vij. q. j. remoto.
ꝙ non poteſt cogi quis per ep̄m trāſire ad ma-
iorē locū; quia nemo cogitur cedere (al's crede
re) inuitus. Bar. ibi cōtra ꝙ poteſt: q: maiora
poteſt. alleg. de exceſ. ſicut. Pau. placet opi.
Jo. dicētis ꝙ ad equale beneficiū tranſire pōt
inuitus: nō aūt ad maius. Dñs Guido in qua-
dā ſua diſputatiōe dicit ꝙ nō credit ꝙ ep̄s poſ-
ſit cogere clericū ad renunciādū ſuo bñficio vt
viliꝰ recipiat. archid. aūt de reſcrip. c. ſi ꝓpter
in verbo vocabūt. li. vj. innuit ꝙ quedā ꝑmuta-
tio eſt voluntaria. qđā neceſſaria q̄ fit ſuꝑioris
officio quaſi fiat iſta ſcđa inuitis bñficiatis. idē
videt̄ notare Jo. an. in. c. ſi ꝓpter. Satis ſuſti-
neri poteſt ꝙ ſi nec datiōe coadiutoris: nec alio
mō pōt cōſuli vtilitati eccleſie ꝙ inuitus poſſit
transferri: ita ꝙ fiat ei bona cōpenſatio de ali-
quo beneficio: vt ſic publica vtilitas ꝑferat̄ pri
uate. vt de maio. ⁊ obedi. c. Cum inferior. Nec
mirū cū ipſe beneficiatus non ſit dñs: ſed quiſ-
dā diſpenſator et ꝓcurator. de dona. c. ij. Ep̄s
vero eſt preordinator in cunctis. xxv. di. c. ꝑle-
ctis. ⁊ cura totiꝰ dioceſis ad eum pertinet. xj.
q. j. per totum. Hinc eſt ꝙ ſit vnio nō diminutio
de re. eccle. non alie. clemen. vnica. Et ſiue fiat
permutatio ſiue trāſlatio fiet cū cōſenſu capi-
tuli ſui: quēadmodum hoc ſeruari debet in col
latione ⁊ inſtitutione. de his que fiunt a prela.
ſine conſen. ca. c. Nouit. et hoc niſi hec vt ſolus
faceret preſcripſiſſet. eo. ti. Ea noſcitur. ⁊. c. iij.
de conſue. li. vj. Intelligendo tñ hoc nō preciſe
ſed vt de nolente fiat volēs per fructuū ſubtra
ctionē: et finaliter per priuationē. vt in. c. queſi
tum. eo. titu. ¶ An vero vicarius vel officialis xiiij.
ep̄i qui al's poteſt inſtituere ⁊ cōfirmare vt no
tatur de offic. vica. c. fi. li. vj. ſed non cōferre. vt
no. poteſt permutare duos prelatos: quoꝝ ele
ctionē ſi de nouo eſſent electi poſſit confirmare
Dicendum ꝙ nō duplici ratione ſm opinionē
Inno. ⁊ quia conferre non poteſt et in renun-
ciatione cum permutatio ſit habet interueni-
re renūciatio ⁊ collatio. de rerū permu. in cle. j.
¶ Sed cū dictum ſit ꝙ in permutatione debet xv.
interuenire renūciatio ⁊ collatio. Queritur an
ſufficiat preſentibus permutare volentibus et
petentibus renunciationē admitti ⁊ collatio-
nē hincinde fieri ſi dicant placet nobis/⁊ ꝑmu
tetis vos. Et videtur ꝙ ſic quaſi breuiloquio vi
deantur renunciaſſe ⁊ ep̄s acceptaſſe. ff. de vul.
et pu. l. nā hoc iure. vnde dicit Inno. ꝙ permu
tantes habent ius in beneficijs ꝑmutatis ſta-
tim cū ſuꝑior interponit ſuā autoritatē. Opti-
me facit qđ no. Hoſti. ⁊ Jo. an. poſt ip̄m. de his
q̄ fi. a maio. parte ca. Ex ore. vbi dicit. ꝙ ſi ep̄s
confert beneficiū de volūtate beneficiati valet
collatio: quia ille videtur renunciaſſe ⁊ ep̄s ac-
ceptaſſe. De ſubtilitate iuris poſſet ſuſtineri
hec opi. tñ tutius eſt vt conſulit ibi ipſe Hoſt.
ꝙ fiat renūciatio expreſſa ⁊ collatio ⁊ ſic ſeruat
conſuetudo. et in clemen. j. de re. permu. ¶ Sꝫ xvj.
nūquid in prebēdis permutatis habet locum
optio de qua loq̄t̄. c. fi. de cōſue. li. vj. Et videt̄
ꝙ ſic: quia in permutatiōe interuenit renūcia-
tio tacita vt dictū eſt. ergo et locū habet etiam
optio: quia ſuperior etiā papa qui ꝑmutationē
facit vel fieri mandat nō videtur velle iſtā con
ſuetudinē tollere vel preiudicare rōnabilibus

ſtatutis vel cõſuetudinibus eccleſiarũ: vt de cõ
ſti.c.j.lib.vj. Ergo nec ꝑ collationẽ que in ipſa
permutatiõe interuenit debet ꝓiudicari dicte
cõſuetudini. Jtẽ permutãtes ſciuerũt vel ſcire
debuerũt dictam cõſuetudinẽ eccleſie: et ſic nõ
poſſunt ignorantiã allegare: nec debet impu-
gnare qđ defendere tenet. de natis ex libero
ven.c.j. Jn cõtrariũ videt ꝙ non habeat locũ ꝑ
c.j.de re.ꝑmu.lib.vj.⁊ eo.ti.clemẽ.j. Dñs Gui
do cõcordat diſputãs hãc queſtionẽ dixit ꝙ ꝓde
rigore iuris habeat locũ optio. Paul⁹ vero te-
net cõtrariũ. Joh.an.in.c.fi.de cõſue.in nouel.
lib.vj.nõ eligit alteraꝫ harũ: ſed dimittit quaſi
dubiũ. Sed ego ſemꝑ tenui et teneo ꝙ non ha-
beat locũ hec optio: q: intẽtio fuit cõcilij Vien.
ꝙ bñficia ex cauſa ꝑmutatiõis reſignata nedũ
nõ conferant aliis: ſed etiã ꝙ conferant ipſis q
ex ipſa cauſa reſignauerũt. Oñiis ergo modus
⁊ via ꝑ quã permutationes fruſtrant ſuo voto
in ꝑpetuũ: vel ad tẽpus in toto vel in parte ꝓ-
hibent: alr̃s illuderet eis cõtra mentẽ ⁊ verba cõ
cilij: et facit qđ ibi notat Joh.in glo.penulti.
xvij. ¶ Queritur exinde infra quãtũ tẽpus ſuperior
in cui⁹ manibus bñficia ſunt reſignata teneat
illa ꝯferre? Suꝑ hoc dicit Paul⁹ in ꝑalle.cle.
vnica. ꝙ circa hoc non eſt tẽpus ꝑfixũ a iure:
ſed cõpellit ꝑ ſuperiorẽ cõferre ſi ſit negligẽs.
arg.de iure pa.nullus. Jdeꝫ dicit Pau.in cle.
de relig.do. ꝙ nõ eſt tẽpus ꝑfixũ a iure infra
qđ cõmutant hoſpitalia: ⁊ idẽ in electorib⁹ im
peratoris: vt notat Jo.an.poſt Hoſt. Et in hoc
tenẽdũ eſt: ſcꝫ ꝙ nõ eſt tẽpus expreſſum a iure:
infra qđ cõmutant hoſpitalia: et ideo cõpellet
ꝑ ſuperiorẽ. Et ſi monit⁹ nõ expediat infra ter
minũ cõpetentẽ ſibi aſſignatũ: hoc faciat ſupe-
xviij. rior.ad hoc de offi.ordi.c.irrefragabili. ¶ Jtẽ
queritur an ꝑmutatio facta ꝑ epm̃ cõtemptis his
quorũ intereſt puta collatoribus vel patronis
ſit nulla ipſo iure vel annullãda? Rñſio. Pau.
in cle.eo.ti.dicit ꝙ cõſenſus hoꝝ põt interueni
re ante et poſtea: ex quo dat intelligi ꝙ non ſit
nulla ſed annullãda. Nã ſi fuiſſet nulla: nõ po-
tuiſſet ratificari per cõſenſum ſuꝑuenientẽ. de
illiciti facta aliqñ tenet aliqñ nõ. Si eñ ꝓfitẽ-
do intẽdit eſſe religioſus: ſed cũ hoc intẽdit fu
rari vel fornicari vel rebellare:vel ideo ꝓfitet
et intendit eſſe religioſus:vt ſic poſſit fieri epẽs
vel aliquid mali facere ꝓfeſſio tenet: qꝛ intẽdit
ſe obligare ad vota:lȝ intendat non ſoluere qꝺ
ꝓmittit:tñ ꝯſentit in ꝓmittẽdo. Sola aũt obli
gatio ad vota/ non impletio eſt de eſſentia reli
giõis. Jtem ſi exprimat in ꝓfeſſiõe aliquid qꝺ
nõ ſit cõtrariũ eſſentie religiõis: puta qꝛ de li-
centia prelati cuſtodiat pecuniã vel aliquid ta
le valet ꝓfeſſio. Si vero non ſolũ non intendit
caſte viuere:immo nec intendit ſe obligare ad
hoc: tunc nõ eſſet ꝓfeſſus: qꝛ hec intẽtio repu-
gnat eſſentie religiõis: et idẽ eſt de aliis votis.
Si vero exprimat aliquid repugnãs ⁊ inhone
ſtum eſſentiali:puta qꝛ non intẽdit ſe obligare
ad caſtitatẽ vel aliquid tale/non valet ꝓfeſſio:
ſicut nec valeret ꝓpter ſolã intentionẽ. Et idẽ
eſt ſi dicat. Non intẽdo ſeruare caſtitatẽ ꝓmiſ
ſam quãtũcũqȝ ꝓmittã. Et hec expreſſa nocẽt:
nõ expreſſa nõ nocẽt. ad ſilitudinẽ matrimonij
carnalis. Hec oĩa Pe.de pal. Sed ſicut in ma Jn.iiij.
trimonio carnali eccl'ia iudicat ſm actus exte di.xxvj.
riores nõ interiores q̃ ſibi nõ poſſunt innoteſci q.iij.
vñ quantũcũqȝ quis nõ intẽdat cõtrahere ma-
trimoniũ: tñ exprimẽdo ꝟba matrimonij con-
trahendi iudicabit illud matrimoniũ/ ⁊ coget
cũ illa habitare: ita in religiõe quantũcũqȝ nõ
intẽdat ſe obligare votis religiõis: ex quo ſpõ
te ꝓfitet ⁊ non ꝓteſtat aliquid in contrariũ/ ec
cleſia coget illũ ſeruare ꝓfeſſionẽ:preſumit eñ
ſolẽniter vouiſſe: vñ ſicut excõicat eum qui eſt
tacite ꝓfeſſus ad hoc vt remaneat in clauſtro:
ita hũc. Guil.dicit ꝙ ſi exprimat cõditio cõtra
particularẽ auſteritatẽ:vt ꝙ liceat ei comede-
re carnes:ſi ſcit hoc ꝯtineri in regl'a ſeu cõſtitu
tiõib⁹ q̃s ꝓfitet/tenet:ſecus ſi neſcit id cõtine
ri in eis. ¶ Profeſſio facta per marẽ in mona
ſterio monialiũ:vel ecõuerſo per feminã in con
uentu fratrũ: puta ſimulato ſexu. Q̃uis Mat-
theus dicat ꝙ nõ teneat ꝑ textũ.c.diffinimus.
xviij.q.ij.tñ Frã.de zab.dicit ꝙ tenet: qꝛ lȝ ibi
eſſe non poſſit: ⁊ hoc eſt qꝺ dicit.c.diffinimus.
tñ cum moniales ꝓfiteant ſubſtãtialia/obliga
tus eſt ex tali ꝓfeſſione.arg.ad hoc.xxvij.diſt.
qꝺ interrogaſti. vbi tenet Arch.poſt Bar.bri-
xiẽ.ꝙ q̃ fingẽs ſe feminã intrat monaſteriũ mo
nialiuȝ vt corrũpat moniales: cõpellendus eſt
ad monaſteriũ monachorũ. Poteſt etiam fieri
ꝓfeſſio expreſſa ab aliquo ſeculari habitu nõ
mutato:que in aliis ordinib⁹ nõ mẽdicãtibus

obligabit ad illã religionẽ determinate:ſed fie
ri nõ debet niſi pñtibus duabus partib⁹ con
uẽtus ꝛ maiori parte cõſentiẽte: aliter tñ facta
tenet. Sed in ordinibus mẽdicantiũ nõ debet
talis ꝓfeſſio recipi ſm Pe.de pal. Item faciẽ
do talem ꝓfeſſionẽ expreſſam in religiõe pro-
hibita:quis illi non obliget: obligatur tñ reli
gioni in genere. Item qđ dicit Tho.ꝙ in qui-
buſdã locis non fit ꝓfeſſio ante decimũoctauũ
annũ ſm quandã decre. Dicit Pet.de pal. il-
lam decretalem reuocatã per ꝓhemiũ ſexti.

¶ De ꝓfeſſione tacita que fit §.I.

plurib⁹ modis. Uno modo ſi portat p annũ cõ-
tinuũ habitũ nouiciorũ poſt.xiiij.annũ cõpletũ
in quacũq religiõe vbi nõ eſt diſtinctus habi-
tus nouicioꝝ ab habitu ꝓfeſſorũ diſtinctiõe pa
tẽti:puta in ſciſſura vel colore:quis eſſet diſtin
ctus diſtinctiõe occulta:vt in ordine pdicatoꝝ
vbi differẽtia eſt inter habitũ ꝓfeſſorũ ꝛ noui-
cioꝝ:qꝛ habitus ꝓfeſſoꝝ eſt benedictus:habi-
tus nouicioꝝ nõ eſt benedictus: que diſtinctio
occulta eſt. Et nõ opꝫ anno addere diẽ ſm Pe.
de pal. niſi in anno biſextili: ſꝫ hoc eſt qꝛ ille an
nus excedit alios annos in vna die: tñ de inte-
gritate illius anni eſt illa dies. Profeſſio autẽ
hmõi tacita obligat etiã illi religioni in ſpecie
ſeu determinate. extra de reg.c.eos.in clemẽ.
Et hoc intellige niſi infra annũ facta fuerit ꝓ-
teſtatio in cõtrariũ: ſcꝫ ꝙ p lapſum anni nõ in-
telligat eſſe ꝓfeſſus:qꝛ tunc nõ eſſet. Sed in il
lis ordinibus vbi eſt diſtinctus habitus noui-
ciorũ ab habitu ꝓfeſſoꝝ diſtinctione patenti.ſ.
in colore:vt qꝛ nouicij habitũ album/ꝓfeſſi ni-
grũ vel griſeũ:ꝛ vt moniales nouicie velũ albũ
ꝓfeſſe velum nigrũ cõſueuerũt portare: vel in
ſciſſura:vt in ordine minoꝝ: in quo nouicij por
tant cũ caputijs aliquantulũ haſte:qđ nõ defe-
runt ꝓfeſſi: tunc quantocũq tpe deferat talis
habitus nouiciorũ non inducit ꝓfeſſionẽ: vt in
dicta clemẽ. Itẽ in illis ordinib⁹ vbi eſt diſtin-
ctio habitus nouicioꝝ ab habitu ꝓfeſſoꝝ: etiã
ſi indiſtinctus ſit habit⁹ eorũ ab habitu alioꝝ:
cũ eis vitam ducentiũ cõmunẽ:ſicut ſi eſſent ca
nonici regulares ꝛ clerici ſeculares cum eis in
choro et refectorio vtẽtes ſuppelliceis:delatio
habitus p annũ integrũ poſt.xiiij.inducit ꝓfeſ
ſionẽ tacitã. Sed ſi nulla ſit diſtinctio habitus
nouiciorũ/ ꝛ ꝓfeſſorũ/ꝛ laicorũ cũ eis degẽtiũ:
ſicut forte apud illas moniales que ſe dicũt ca
nonicas regulares: tũc delatio talis habit⁹ in
hmõi religioſis per annũ nõ inducit ꝓfeſſionẽ
ſm Pe.de pal. Itẽ ſuſcipiẽdo habitũ ꝓfeſſorũ
in alijs ordinibus ꝙ mẽdicantiũ infra annũ ſu
ſcipiens ſi eſt etatis apte:vt ſi fuit ſciẽs et volũ
tarius/et in illo habitu ꝓfeſſorũ triduo pſeue-
rat:talis obligat religioni in genere:nõ aũt in
ſpecie.i.illi cuius habitũ ſic ſuſcepit.ex de reg.
c.ꝯſtitutionẽ.li.vj. Hec etiã Jo.in glo.illi⁹ cle.

¶ De ꝓfeſſiõe tacita eorũ qui §.II.

impuberes ſunt religionẽ ingreſſi. Nota ergo
ꝙ ſi impubes patre vel tutore inuito vel igno-
rante intrauit:infra vnũ annũ ꝛ vnã diem iſte
repetere poſſunt.xx.q.ij.puella. et reddi debet
etiã inuitus. Sed ſi ab eis ſciẽtibus infra an-
nũ et diem nõ eſt extractus/ꝗtũ ad illos ꝓfeſ-
ſus eſt tacite:etiã impubes exiſtẽs:qꝛ vcꝫ ipm
ammodo extrahere non poſſunt vel petere:ſed
ꝗtũ ad ſe nullã ꝓfeſſionẽ tacitã vel expreſſam
facere põt ante.xiiij.annũ completũ maſculus
vel ante cõpletũ.xij.ſi eſt femina que valeat vt
ſolennis.ꝙ ſi de facto fecerit:tũc factus pubes
ſi ratam eã hꝫ vel de nouo ꝓfiteat: vel ꝓfeſſoꝝ
habitũ per triduũ portet fit ꝓfeſſus. Item ſi p
totum.xv.annũ remaneat/vbi non eſt diſtinct⁹
habitus nouiciorũ ab habitu ꝓfeſſorum:eſt tñ
diſtinctus ab habitu ſecularũ cũ eis degentũ
fit ꝓfeſſus tacite. Hec Pe.de pal. Annus igit Jn.iiij.
ꝓbationis eſt.xv.ſm Joh.an. Et hui⁹ ratio eſt
qꝛ tẽpus ꝓbationis datur ad ꝓbandũ auſteri-
tatẽ religiõis: vt extra de reg.c.ad apoſtolicã.
Inter quas eſt pcipua cuſtodia caſtitatis: quã
cõmuniter loquẽdo nõ eſt aptus antea ꝓbare.
In quibuſdam locis eſt conſuetudo ꝙ nobiles
puelle in monaſterijs nutriũtur multis annis/
ꝛ vtunt veſtibus nouiciarũ: non eſt tñ intentio
ꝓfiteri/nec ꝓbant: ſed poſtꝙ fuerint bene in-
ſtructe eas maritari: et hec eſt cõſuetudo ꝙ nõ
intendunt ꝓfiteri ſed cõtrahere: ſicut olim in
templo nutriebant puelle virgines vſq ad an
nos nubiles: vbi etiã eſſet cõſuetudo ꝙ paſſim
nunc iſte maritant/nunc iſte ꝓfitentur: lapſus
temporis nũꝙ eas obligat. Sed vbi nulla in-
duit niſi animo ꝓbandi ꝛ ꝓfitendi ſi poſſit ſu-
ſtinere/ꝛ aľs placeat:et in recipiẽdo hoc ipſum
ei dicit in capitulo: et ſic recepta ſi ſtat p annũ
integrũ reputat vere ꝓfeſſa:etſi nunꝙ cõſenſit
nichilomin⁹ vi ſtatuti eccleſie eſt ligata. Et ſi-
militer que intrat animo remanẽdi et ppetuo
deo famulãdi:etſi nõ ſit ligata vi voti:qꝛ nõ ꝓ-
miſit/ſed ſolũ ꝓpoſuit:eſt tñ ligata vi ſtatuti in
religione aliqua viuere:vt extra de reg.c.con-
ſulti. Et ꝙ hoc non ſit voti apparet/qꝛ votũ eſt
ꝓmiſſio non ꝓpoſitum tñ vel intẽtio:ꝛ qui hꝫ
ꝓpoſitum in iſta remanendi ſi vi propoſiti re-
maneret/in iſta remaneret: nec ad latiorẽ tran
ſire liceret. Hec omnia Pe.in.iiij.diſt.xxxviij.
ar.iij.q.j.ad.v. Profeſſus tacite ſm Thom.in Diſt.
iiij.tenetur in omni caſu ad tria vota religiõis xxxviij.
principalia: ſed ad alias obſeruãtias quarum q.j.
trãſgreſſio ex diſſimulatiõe prelatorũ inducit:

qui dū videtes nō corrigūt:indulgere videtur:
nō obligaꝛ precipue ſi ſit ſimplex q̄ talia diſcer
nere ſufficiēter neſciat. Idem Alber. Ad ꝓfeſ
ſionē tacitā ꝑ deportationē habitꝰ annualē in=
ducendā vel ad ꝓfeſſionē expſſe faciendā in or
dine mendicātiū:oportet ꝙ annꝰ ꝓbationis ſit
cōtinuꝰ. Nā ſi ſtetiſſet q̄s in religione ꝑ ſex mē
ſes ⁊ poſtmodū egrederetur:reuerſus ad religio
nē ipſam in capite ſex aliorꝫ menſiū nō diceretur
ꝓfeſſus tacite:nec in ordine mendicātiū pote=
rit recipi tūc ad ꝓfeſſionē:ſed in capite viuiꝰ an
ni integri cōtinui. Ita tenet Io.de ligna.ex̄ de
reg.c.Ad apſicā. Et Pe.de anch.ſup.c.his q̄.
de reg.li.vj.⁊ Bart.ff.de publica.l.ſi. ⁊ Bono=
corſius filius Iohānis andree in queſtione di
ſputata per eū. Et ratio eſt ſm eos:qꝛ iura ſta=
tuerūt annū propter hoc ad probādū auſterita
tes religionis.vt extra de reg.c.ad apoſtolicā.
Sed regularis auſteritas pro ſui maxima par
te in cōtinuatione cōſiſtit. Nā aliquis poſſet fa
ciliter ieiunare vna die vel mēſe qui nō poterit
cōtinuare. Et ideo ad verā probationē cōtinua
tio requiritur.puta qñ iura loquūtur de annuali
ſpacio:de cōtinuo intelligendū eſt. vt no. Ioh.
an.de elec.c.j.li.vj.⁊ eſt tex.cle.cupiētes.et ad
hoc facit.ff.de his q̄ no.infa.l.generoſus. Nec
eſt ꝯtrariū qđ notauit ſpeculator in rub. de ſta.
reg. Nā errore ſcriptoris de manu eiꝰ fuit mu
tatū. Caſus aūt ſpeculatoris eſt qñ q̄s integro
anno ꝓbationis in monaſterio ſtetit:⁊ anteq̄ fa
ceret ꝓfeſſionē exiuit: et poſtea rediit:vtrū ꝓ=
bationis annꝰ ſit ei de nouo cōcedendꝰ.⁊ tenet
ꝙ nō:q̄ caſus eſt diſſimilis a nr̄o. Et ꝙ ſpecula
tor talē caſum poſuerit patet. qꝛ dicit ipſe hāc
eſſe qōnē Bar.brix.in qōne venereali. cū tamē
Bar.nichil ibi dicat de nr̄o caſu.ſed de p̄dicto.
ſcđo qꝛ ꝓbat ſolutionē ſuā ꝑ.c.Fraternitatis.
di.xxxiiij.qđ ca.de nr̄o caſu nichil dicit. Io. de
Imol.tñ ſup cle.eos qui.de regula.tenet con=
trariū cū mattheo ⁊ arch. Hi dicūt nō eſſe dādū
annū itegrū ꝓbationis:ſꝫ cōputādū tp̄s qđ priꝰ
ſtetit in religione in nouiciatu. Et hoc niſi reli
gionis cōditio ſit mutata vel monaſteriū:vel niſi
defectꝰ pſone iteruenerit: ꝓpter qđ timeat ſe
non poſſe pati auſteritates:tūc ei dabitur et mo=
dica dilatio ad ꝓbādū ſm Bar. brix.arch.ſup
c.nō ſolū.de reg.li.vj. In antiq̄s rote deciſioni
bꝰ idē dr̄. Prima tñ opi. tutior videtur ⁊ rōnabi
lior. Io.an.de reg.iu.li.vj.ſup regula eū q̄ cer=
tus eſt in ſi.dicit ꝙ is q̄ ingreſſus eſt religionē:
et in fine anni exiuit: ſi iterū ⁊ de nouo eādem
religionem ingrediatur: an debeat habere an
nū ſcꝫ iterū et de nouo ad ꝓbationē. Satis vi=
detur ꝙ non per iſtā regulā.ſcꝫ eū qui certꝰ eſt
certiorari vlterius nō oportet. Et hoc niſi con=
ditio perſone vel religionis ſit mutata.

¶ De fructu ſeu vtilitate ꝓ= §.III.
feſſionis / dicit Tho.ij.ij.q.clxxxix.ar.iij.ad.iij.
ꝙ rationabiliter dici poteſt ꝙ ꝑ ingreſſum re=
ligionis cōſequitur quis remiſſionē omnium
peccatorū: ſicut per aſſumptionem crucis. Si
enim aliquibus elemoſynis factis homo po=
teſt ſtatim ſatiſfacere de peccatis ſuis. ſm illđ
Dan.iiij. Pctā tua elemoſynis redime. Mul=
to magis in ſatiſfactione pro pctis ſuis ſufficit
ꝙ aliq̄s totaliter ſe diuinis obſequijs mācipet
per religionis ingreſſum : qđ excedit oē genꝰ
ſatiſfactionis etiā publice pnie.vt habetur.xxxiij.
q.ij.admonere. Unde in vitaſpatrū legitur ꝙ eā=
dē gratiā cōſequuntur religionē ingredientes
quā et baptizati. Si tñ nō abſoluerentur ab omi
pene reatu ꝑ ingreſſum religionis: tñ vtilior eſt
ipſe ingreſſus religionis q̄ peregrinatio terre
ſancte quātū ad ꝓmotionē in bonū:qđ prepon
derat abſolutioni a pena. Hec Tho. Pe.de pa.
intelligit ꝑ hūc ingreſſum ipſam ꝓfeſſionē : qꝛ
tūc totaliter ſe tradit per votū ⁊ irreuocabiliter.
qui Pe.in.iiij.diſtin.iiij.q.iij.ſic dicit. Poteſt
probabiliter ſic diſtingui. Sicut obligatus ex
delicto cedēdo bonis nil lucratur vt carcerē eua
dat:ſed qđ nō pōt ſoluere ere luit in corpore:et
exigitur vſqꝫ ad nouiſſimū quadrantē:ſꝫ obliga=
tus ex cōtractu vel quaſi:cedēdo bonis euadit
carcerē : ne poſtea ꝯueniatur vltra q̄ facere poſ=
ſit deducto ne egeat cum ſcꝫ poſtea venerit ad
pinguiorē fortunā. C.q̄ bo.ce.poſ.l.j. Sic reli=
gionē ꝓfitens cedit oībꝰ bonis ſuis de q̄bꝰ ſa=
tiſfacere q̄s pōt ꝓ pctis.ſ. exterioribꝰ per pau
pertatē:corporalibꝰ per caſtitatē:ad quā ſeruā
dā ſunt inſtituta ieiunia ⁊ alie auſteritates : et
interioribꝰ per obedientiā. Unde ꝓfitentes ſi
nō ſunt cōtriti et confeſſi ex delicto obligati: et
ſic morientes tradūtur exactori mittēdi in car
cerē inferni donec totum reddāt: qđ nūq̄ erit.
Si aūt ſunt cōtriti ⁊ cōfeſſi remittitur eis oīs pe
na pro tali ceſſiōe bonorꝫ.⁊ ſic poſſunt intelligi
alique viſiones q̄ hoc ſonant: vt in vitaſpatrū:
et in legenda beati Antonij. Et Anſ. in lib.
de ſimilitudinibꝰ circa ſi.hoc tñ eſt ſub hac con
ditione vel modo:vt ſi ſuꝑuiuant qđ eſt ꝑueni=
re ad pinguiorē fortunā ſatiſfaciāt. Qđ ſi fece
rint : bene quidē. Si autē non ſatiſfaciunt:ſed
ſunt negligentes : in carcere purgatorij ſatiſfa
cient. Et ſic intelligi poſſunt quedā alie viſiōes
de quibꝰ religioſi qui mortui ſunt:reuelauerūt
ſe eſſe in purgatorio etiā pro peccatis in ſeculo
factis. Sed ſi ante negligentiā moriantur : qꝛ in
iudicio confeſſionis quaſi contrahit: ex ceſſio=
ne illa quaſi gratia dei omnia gratis cōdonat
iuxta etiam quaſdā viſiones. Ad hoc etiam fa
cit quod dicitur in auten. de monachis : ſcilicet
ꝙ monachatus omnem maculam abſtergit.

Nota dignifſimum.

¶ De profeſſione ſeruoꝝ §.IIII.
receptoꝝ in religiõe. Nota ꝙ ſeru⁹ nõ dꝫ recipi
in religiõe: niſi de licẽtia dñi ſui: ſeu oĩno fact⁹
liber. Et ſi recept⁹ fuerit ſciẽter vel ignorãter
ſi infra trienniũ a tpe ingreſſus repetat a dño
ſuo et nõdũ fecerit ꝓfeſſionẽ dꝫ reſtitui cũ oib⁹
q̃ attulit monaſterio: fide accepta de impunita
te ipi⁹: poſt triẽniũ vero repeti nõ poſſet niſi eſſet
tã lõge ꝙ inueniri nõ poſſet. vt. xvij. q. ij. c. Si qs
incognit⁹. Et currit dictũ tps triẽnij a die ſciẽ
tie. Et intelligitur hoc in oĩ genere ſeruoꝝ ſiue
ſint originarij ſiue aſcripticij. Si vero talis ſeru⁹
ante triẽniũ fecerit ꝓfeſſionẽ: ſi vſus eſt fraude
in ſui receptione: q: ſcꝫ cũ eſſet incognit⁹ ꝓba
uit per falſos teſtes ſe liberũ: ſi dñs ipꝫ repetit
debet reſtitui nõ obſtãte ꝓfeſſione facta. extra
de ſer. nõ or. c. oportet. Ray. ⁊ Hoſt. Si aũt re
ſtitut⁹ dño poſt profeſſionẽ poſtea manumiſſus
fuerit. i. liber fact⁹: tenetur ſm Guil. redire ad
monaſteriũ: q: quantũ in ipſo fuit monachus
eſt fact⁹. Si aũt monaſteriũ fuit in culpa reci
piendi: puta q: ſciebat ipſum eſſe ſeruũ: vel q:
neglexit inueſtigare cũ eſſet incognit⁹: ex quo
ꝓfeſſus eſt dꝫ remanere in religiõe: ⁊ monaſte
riũ dꝫ dño ſatiſfacere. arg. di. liiij. Si ſu⁹. Ray.

¶ De profeſſo in monaſterio §.V.
ſplẽdide viuẽte ⁊ nõ ſm regularẽ vitam. Dicit
Ray. ꝙ ſi erat peritus ⁊ ſciebat q̃ ꝓfeſſus eſt
q̃ fienda ſeu ſeruãda erant: intelligit obligaſſe
ſe non ad id qđ fit: ſed ad id qđ fieri debet. Idẽ
ſi erat ſimplex: ſed expoſita fuit ſibi auſteritas
regule: ⁊ conditiones ordinis. Idẽ etiã ſi cum
eſſet ſimplex nõ fuit ſibi explanata regula: ⁊ id
ad qđ tenebat: nec expreſſit in ꝓfeſſione vel an
te ſe ſic velle viuere et nõ auſterius. In oĩbus
his caſib⁹ debet remanere ⁊ regulariter viue
re. Nec põt ſi ſimplex fuit: etiã ſi dolo induct⁹
fuit ad talẽ religionẽ: vtputa q: cũ mẽdaciis: al
legare volũ: cui⁹ cõditio melior eſt facta. extra
de his q̃ vi me. cau. fi. c. ꝙ ñ dilect⁹. ⁊ de cõuer.
cõiu. c. ex parte. Si aũt expreſſit ſe velle viuere
illo modo et nõ in maiori auſteritate: tũc ad ſe
culũ qdẽ redire nõ põt ſi eſt ꝓfeſſus: ſꝫ trãſibit
ad aliũ ordinẽ ſm regulã laxiorẽ quẽ ſuſtinere
poſſit. Ray. Si cura eccleſiarũ ſpectantiũ ad
monaſteriũ vel negligatur aliquid ab officiali
bus monachis. Dicit Tho. in qđli. ꝙ ipſi mo
nachi debent ſupplicare abbati: et debẽt moue
re verbũ in capitulo: ⁊ ſi vident ꝙ nõ adhibeat
remediũ: debent appellare cõtra abbatẽ ſicut
contra aduerſarium veritatis. nec audere con
ſulere ꝙ aliqs eligeretur in tali collegio mona
chus. Et ratio eſt: q: nullus poteſt exigere vel
recipere temporalia aſs et maxime precia: niſi
ſeminet ſpiritualia predicando: orãdo: vel ſal
tem ſalutem eoꝝ a quibus recipit pro viribus
procurando. Hec Tho. ar. etiã ad hoc. ij. q. vij.
c. Admonendi. ⁊ c. Negligere.

¶ De tranſeuntibus de vna religione ad aliam religionẽ. Capitulum. iiij.
De tranſitu de vna religiõe ad aliã
Nota ſm btm Tho. ij. ij. q. fi. ar.
viij. ꝙ trãſire de vna religione ad
aliã niſi ꝓpter magnã vtilitatem
vel neceſſitatẽ non eſt laudabile.
Tũ q: plerũq; ſcãdalizãt illi q̃ re
linquuntur. Tum etiã q: facilius ꝓficit aliqs
in religione quã cõſueuit ꝙ̃ in alia quã nõ con
ſueuit: ceteris parib⁹. Unde in collationib⁹ pa
trũ abbas Neſtorius dicit. Unicuiq; vtile eſt
ꝙ ſm propoſitũ quod elegit ſummo ſtudio ac
diligẽtia ad operis incepti perfectionẽ perue
nire feſtinet: et nequaꝙ̃ a ſua quã ſemel elegit
profeſſione diſcedat. Et poſtea rationem aſſi
gnans dicit. Impoſſibile nãq; eſt vnũ eundẽq;
hominẽ ſimul vniuerſis fulciri virtutib⁹: quas
ſi quis voluerit ſimul attentare: in iſtud incide
re eum neceſſariũ eſt: vt dum omnẽ ſequit: nul
lã integre conſequatur. Diuerſe enim religio
nes preeminent ſm virtutum diuerſa opera.
¶ Poteſt tamen aliquis de vna religione trã
ſire ad aliã triplici ex cauſa. Primo quidẽ ex
zelo ꝑfectionis religionis in qua nõ attẽditur
excellentia ſm arctitudinẽ vite: ſed principali
ter ſm id ad qđ religio ordinat. ⁊ cõſequenter
ſm diſcretionẽ obſeruãtiarũ fini ꝓportionata
rũ. de quo habes. ſ. Et in hoc caſu debet qs ꝓ eo.ti.c.
pter humilitatẽ petere licentiã: q̃ tamẽ ei nega §.4.
ri nõ poteſt: dũmodo cõſtet illã arctiorẽ eſſe. Si
vero de hoc ꝓbabiliter dubitet: eſt in hoc ſupe
rioris iudiciũ requirẽdũ. vt de reg. Licet. Et
ſi etiã nõ petita licentia trãſiuit: nõ poteſt repe
ti ſm Guil. maxime ſi ꝓfeſſionẽ in hac ſecũda
iam fecit. ¶ Secũdo ꝓpter declinationẽ reli
gionis a debita perfectiõe: puta ſi in aliqua re
ligione arctiori incipiant ipſi remiſſius viuere
laudabiliter tunc tranſit ad religionem etiam
mitiorẽ ſi meli⁹ obſeruetur. Et in hoc caſu etiã
requiritur ſuperioris iudiciũ. ¶ Tertio vero
ꝓpter infirmitatẽ vel debilitatẽ ex qua inter
dũ prouenit ꝙ nõ poteſt qs arctioris religiõis
ſtatuta ſeruare q̃ poſſet ſeruare ſtatuta laxio
ris. Et in hoc caſu diſpẽſatio neceſſaria eſt. Cõ
cor. glo. ſummaria. xix. q. j. vbi dicit Ioh. ꝙ qli
bet poteſt tranſire ad arctiorẽ religionẽ petita
licentia licet non obtenta: ſed ad parem nemo
poteſt tranſire ſine diſpenſatione pape: vt de
reg. Sane. Et ratio eſt: quia de minore ad ma
ius tranſeundum eſt: et non econuerſo. diſtin.
xciij. Legimus. Non enim licet a meliori ꝓpo
ſito recedere. de pe. di. ij. Penuata, Monald⁹

tamen dixit ꝙ abbas poterat de cõſenſu capi-
tuli licentiare monachũ ad parem: etſi non ad minorẽ. arg. xij. q. ij. ſine exceptione. ſed primũ tutius. ſed ⁊ ſm Inno. etiã ad arctiorem nõ licet trãſire: ſi etiam ſit certũ eſſe eam arctiorem ſi ex ſuo trãſitu incurreret prior religio graue iacturam vel infamiã. ar. xj. q. iij. ſi quis vero. de regu. licet. Nã non debet eſſe cauſa ſcãdali: ⁊ cõmunẽ vtilitatem / puta vni⁹ monaſterij debet priuate preferre. Abbas quoq; qui immediate ſubeſt pape / non poteſt tranſire ſine licẽtia eius. de conſue. c. cum venerabilis.

¶ De tranſitu canonicorũ §. I. regularium ad monachatũ: vel ecõuerſo quõ liceat. Nota ſm Thom. ij. ij. q. clxxxix. ꝙ vtraq; religio. ſ. canonicorum regularium ⁊ monachorũ ordinatur ad opera vite cõtemplatiue. Inter que precipua ſunt que aguntur in diuinis myſterijs: ad que ordinatur directe ordo canonicorũ regularium: quibus per ſe cõpetit ꝙ ſint clerici: vt habetur. xvj. q. j. §. illud Hieronymi. vbi etiã recitat monachos Scithie cõueniſſe in vnũ vt ſacerdotẽ ſibi eligerẽt. Et ideo ꝗuis ordo monachorũ ſit arctioris obſeruãtie / liceret eis trãſire ad ordinẽ canonicorũ regulariũ ſi monachi ſunt laici: non autẽ ecõuerſo: vt. xix. q. iij. mandamus. Sed ſi monachi ſunt clerici ſacris myſterijs ſeruiẽtes: vt cõiter eſt hodie: q2 monachi ſunt clerici: habent id qđ eſt canonicorum regulariũ et cũ maiori arctitudine. Et ideo licet de ordine canonicorũ regulariũ tranſire ad ordinem monachorum petita licentia ſuperioris: ⁊ non econuerſo: vt. xix. q. iij. ſtatuimus. Tho. et dicit glo. dicti. c. credo ꝙ ſi non petit licentiam cogitur redire. Nec ob. c. ſane. de reg. q2 ibi dicit permittas. ⁊ ſic eſt diſpenſatio: et precipue cum cauſa leuitatis tranſit.

¶ De tranſitu monachorũ §. II. ad regendũ eccl'ias ſeculares. Nota ſm Io. in glo. ſummaria. xvj. q. j. ꝙ ſm antiqua iura monachi non poterãt preeſſe eccleſijs parrochialibus: niſi ex neceſſitate iſti. l. v. di. priſcis. Hodie vero poſſunt vtilitate etiã ſuadẽte: q2 magis probati ſunt eſſe vtiles ꝗ ſeculares. Sʒ ſm Hoſtiẽ. in eccleſijs que ad monachos pleno iure nõ ſpectant / nõ poſſunt preſici ſine epi auctoritate: nec poſſunt monachi in illis curã cõmittere / nec monachũ pñtare inuito epo: ⁊ multo magis in eccleſijs que nullo modo pertinẽt ad eos: ⁊ ſic intelliguntur illa. c. xvj. q. j. a principio vſq; ad. §. ecce in hoc. Sed cõcurrẽte voluntate epi ⁊ aſſenſu abbatis preſici poſſunt: et ſic intelliguntur alia ca. a. §. ecce in hoc. vſq; ad. §. his cõſtibus. Ubi aũt epus aſſentit ⁊ abbas diſſentit: abbati obediendũ eſt. xvj. q. j. cũ p vtilitate. In eccleſijs aũt que ad monachos pleno iure ptinẽt: non eſt dubiũ ꝙ poſſunt preſici monachi: ſufficit ſola auctoritas abbatis ⁊ cõuẽtus. xvj. q. ij. viſis. Io. ¶ Itẽ nota ꝙ monach⁹ nõ põt eſſe canonicus ſecularis ſm Io. q2 non eſt arandũ ſimul in boue ⁊ aſino. i. hoies diuerſe pfeſſionis in vno ſimul officio non ſociabis. Nã coercere ⁊ cõiungi nõ poſſunt: quorum ſtudia ⁊ vota ſunt diuerſa. xvj. q. vij. noua. Circa hanc materiã hec notat Io. an. in nouel. ſuper. c. ꝙ dei timorẽ. de ſta. monacho. Hoſti. dicit ſe tenere cũ Hug. Ber. ⁊ Goff. ſcʒ ꝙ monachus cũ licẽtia vel cõſenſu abbatis poſſit hodie pfici eccleſie parrochiali etiã ſeculari per epm: qđ intelligo ſi epo etiã verbis diſpenſationis non vtat. lviij. di. c. j. et. ij. Et idẽ in canõicis regularib⁹: vt in hoc. c. ꝙ dei timorẽ. Dicit etiã Hoſtiẽ. ꝙ abbas cogit cõſentire ſi non inueniunt idonei clerici: ⁊ monach⁹ ꝗ petit eſt pdicator: ⁊ honeſtus in vita. xxj. q. j. c. j. Et in hoc eſt puilegiatum officiũ predicatoriũ ratiõe regiminis cõpetentis. Nõ poterit aũt abbas cogi ad cõſentiẽdum p epm ſi ſit exẽptus: ſecus ſi nõ ſit exẽpt⁹. Et ex quo talis monachus eſt trãſlatus et per epm inſtitutus / eſt ab abbate abſolut⁹: ⁊ ſolus epus eſt ſibi abbas. Et hoc caſu pter ſalutem aiaꝝ ⁊ vtilitatẽ cõmunẽ prefert Lya Racheli. vt de reg. c. licet. ¶ Eſt eñi eadẽ ratio que ⁊ in epali dignitate de qua iura loquũt: vt in dicto c. licet. Tenet autẽ talis monachus ad diuinũ officiũ parrochiale nõ monachale: ⁊ quantũ bono modo põt / ſe cũ preſbyteris et collegis conformabit in licitis. di. xlj. Quiſquis. abſolut⁹ eſt eñi ab oibus obſeruãtijs regule quas cõmode obſeruare nõ põt ſaluis ſubſtãtialib⁹. xviij. q. j. c. j. Dicit etiã Hoſti. ꝙ in eccleſia collegiata canonicorum ſeculariũ non põt habere prebẽdam / nec pſonatũ vt prepoſiturã ⁊ decanatum ipſarũ eccleſiarũ collegiatarũ: niſi ob neceſſitatem cure id fiat ⁊ diſpẽſatiue: ⁊ ꝗ diſpenſare hʒ eam pbet. Et cum diſpẽſatio ſit de maioribus fiat de pſilio ⁊ cõſenſu capituli. Debet tñ talis habere ſocium monachum / ſi tñ cõmode põt: ⁊ idẽ eſt de canonicis regularibus: ſcʒ ꝙ habeat ſocium canonicũ regularẽ. Dicit tñ Hoſti. hoc precipue obſeruandũ ſi eccleſia nõ eſt curata: ſcʒ ꝙ habeat ſociũ: vel ſi eſt clauſtralis eccl'ia. Hec oia Io. an. ibi. Et qđ dictũ eſt ꝙ abſolut⁹ eſt ab obſeruãtijs regule: non dicit hoc ſimplr ſed quas cõmode ſeruare non põt. Unde cum cõmode poſſit abſtinere a veſtibus lineis ⁊ culcitris et carnibus: tenet iſta ſeruare ſm regulam ſuã: ⁊ multo magis habitũ ordinis ſui geſtare manifeſte: vt dicet infra. Ex his colligitur ꝙ religioſus nõ põt habere beneficiũ ſimplex vel capellam nõ curatam ſine diſpẽſatiõe pape.

intitulatam:nec ep̄s in hoc pōt diſpēſare: nec abbas vel alius p̄latus alicui⁹ ordinis. Si aliquis regularis impetrauit licētiam tranſcūdi ad aliquam arctiorē religionē ⁊ poſtea penitet eū:querit̄ ſi primi tenētur eum recipere? Dicit Guil. q̄ ſi nō inuenit arctiorem vbi recipiatur vel ſi non poterat ſuſtinere aſperitatē illius/et reuerti vult ante factā p̄feſſionem:non pōt repelli pretextu prioris licentie vel renūciatiōis cum facta fuerit ex cauſa:vt ſcʒ tranſiret ad arctiorem:⁊ cauſa ſubſecuta non eſt. Secus autē ſi p̄feſſionē fecerit in ſecūda. Si autē abbas et cōuētus licētiauit aliquē ſimpliciter/et ille renūciauit ſimpliciter: nō ex aliqua cauſa niſi forſitan ex odio:ſm Guil. non valet licētia:q: hoc eſt dare licētiam vagādi: qd̄ p̄hibet̄.xviij.q.ij. ca.abbates. tñ ſm Aug. expelli poteſt qñ non vult facere penam de culpa quā cōmiſit.

De bonis tranſeuntiū de vna religione ad aliam. §.III. Nota ſm Hoſtien. q̄ ſi aliquis exit de vna religione ad aliā ante profeſſionē/nō eſt dubiū q̄ cū omnibus rebus ſuis exiit. extra de reg. ſtatuimus. Intellige niſi ea abſolute et irreuocabiliter donaſſet. Sʒ ſi poſt p̄feſſionem trāſit ⁊ ſine licentia/ res ſue remanent priori monaſterio:et qui ipſum recipit imputet ſibi. Si vero cū licentia vel inuitus ex aliqua cauſa vadit ad ſecūdum monaſteriū / tunc vſufructus rerū quas contulit priori monaſterio debet̄ ſecūdo q̄diu vixerit:ne ei exiſtat oneroſus. Et ſic intellige.xvj.q.vj.c.cognouimus. ⁊.xxviij.q.j.c.ſi quis rapuerit. Religioſi mendicantes ſi tranſeūt ad ordinem nō mendicantiū etiam de licentia pape/non habent vocē vel locum in capitulo : etiam ſi ab aliis eis cōcedat̄. Nec poſſunt habere prioratū:nec aliquā adminiſtrationē: nec quecunq̄ officia etiam annua: nec tanq̄ vicarij vel miniſtri:vel loca eorū tenētes poſſunt quodcūq̄ regimen animarū exercere:vt de regu.ca.vt profeſſores.in clemen.

De tranſitu de vna religione ad aliam. §.IIII. Nota q̄ Pe. de pal. in.iiij.di. xxxix. ſic dicit. Religio mendicantiū eſt perfectior om̄i nō mendicāte: q: in voto paupertatis om̄es ſunt equales:quāto ergo arctior eſt paupertas/ tāto eſſentialiter eſt p̄fectior religio ceteris paribus. Similiter quāto in p̄fectioribꝰ eſt obediētia taxata / tāto religio eſt arctior.i. p̄fectior. Quia ergo corporalis exercitatio ad modicū vtilis eſt:nullum autē ſacrificiū eſt deo magis acceptū ſicut zelus animarū:q: ad predicandū fuit xp̄i religio eſſentialiter/⁊ principaliter/et noialiter inſtituta : ergo eſt p̄fectior aliis. Et ex omni alia ad eā licet trāſire: etiam ſi in paupertate et auſteritate alia excellat : q: hec eſt perfectio et religio xp̄i etiam ſi loculos habeat : qd̄ alia nō habet religio que predicationē eſſentialiter nō habeat annexā: ſed accidentaliter poſt inſtitutionē per auctoritatē ſibi cōmiſſam p̄ accidens ad hanc p̄fectionē attingit. Hec Pe. Concordat dn̄s Jo. do. dicēs q̄ cū vnicuiq̄ ob frugē melioris vite ad altiorem ſtatuʒ liceat trāſire:vt.xix.q.ij.c.due ſunt. de reg.c.licet. Nō ſolum carthuſieñ. ſed cuiuſcūq̄ ordinis fratres ad ordinē predicatoꝝ poſſunt tranſire regulariter ad vnguē viuentē. Et q̄ ſit perfectior aliis p̄bat eadem ratione qua Pe. de pal. et ſubdit. Et ecōuerſo dico fratres predicatores ad aliorū ordinū obſeruantiā nō poſſe deſcēdere : niſi in ordine predicatorū foret remiſſa religio. Tunc eñ liceret trāſire ad alium ordinē arctius viuētem cum p̄poſito et facto,ſic arcte viuēdi ⁊ non laxe:ſicut in ordine priori:al's cenſetur apoſtata qui cauſa libertatis vagandi / aut fugiendi ordinis ſui diſciplinam ad arctiorē aut altiorem trāſierit nomine tn̄. Hinc Johā.an.ſuper.c.ſane.de regu.dicit. Non eſt inſpiciendū principiū fundationis regule tranſeūtis ⁊ recipiētis:ſed ſatis eſt q̄ nūc ſit ſtrictioris vite illud ad qd̄ nunc tranſiuit: lʒ forte tempore fundationis fuerit laxioris. Sm Inno.nō eñ licet deſcēdere. Et hoc cōtra apoſtatas fratrū predicatorū: qui p̄fitendo in aliquo monaſterio ſancti Benedicti/ vbi forte nō ſeruatur religio:putāt ſe euadere apoſtaſiam: contra eos eſt littera hec in dicto ca.ſane. Conſtitutiones eñ predicatorū vltra regulā ita arctant eos/q̄ vita eorū eſt aſperior q̄ vita monachorū : vnde cogendi ſunt redire ad primū ordinem. Hec Jo.an. Quidam etiā Monaldus nomine magnus canoniſta ⁊ theologus:vt refert Joh.do.dixit ſe vidiſſe Pariſius determinationē factā per doctores vniuerſitatis eiuſdem q̄ frater carthuſieñ. poteſt tranſire ad ordinem predicatorū regulariter viuētem de iure cōmuni. Conſiliū etiam refert Joh.do.ſe vidiſſe Franciſci de ʒab. et cuiuſdā magni periti determinās monachū ſancti Benedicti obſeruantie laxioris. Et idē dicit Joh.do.de ordine minoꝝ.hoc in tractatu de poſſeſſiōibus. Olim fiebat trāſitus ab ordinibus mendicantiū ad ordines monachales quoſcūq̄ ſine diſpēſatione pape. Et reputabatur licit⁹ in foro iudiciali eccleſie tanq̄ tranſitus ad perfectiorem ſtatum ſcʒ contemplatiōis:cum tamen in rei veritate non hoc intenderent tranſeuntes / ſed vt maiori libertate ad malū vterentur : vt apparebat in conuerſatione eoꝝ. Sed per conſtitutionem Martini.v.decretum eſt vt de ordine mēdicantiū nullus poſſit tranſire ad aliquem ordinem monachalem niſi carthuſieñ. cum li-

centia ſui ordinis: niſi ſuper hoc haberet diſ-
penſationē a papa in qua bulla diſpēſationis
fieret mentio de conſtitutione Martini. alr̄s eſ-
ſet ille apoſtata: nec poſſet manere in illo ordi-
ne ad quē tranſit: vt habes. j. titulo de excōica.
circa finē. Uerū ſi q̄s propter ſua demerita ex-
pelleret̄ de ordine mēdicātium: qḋ fieri poteſt
tunc videt̄ q̄ talis poſſit tranſire ad ordinē mo-
nachalē quēcūq̄ volētē eū recipere: q̄ extra re-
ligionē et habitū religionis eſſe nō poteſt: ⁊ ſic
non videtur tunc neceſſaria diſpenſatio pape:
ſic vidi conſilia peritorum hec tenentia.

¶ De eiectis et fugitiuis. Capitulum. v.

De eiectis et fugitiuis dicit canon q̄
monachi q̄ fuerūt purgati: vbi inuē-
ti fuerit cū auxilio epī tāq̄ fugaces
ſub cuſtodia reuocent̄. Et reū ſe ille
abbas cognoſcat futurū q̄ in hm̄oi
perſonas nō regulariter aiaduertit: vel q̄ mona-
chū ſuſcepit alienum. xviij. q. ij. Abbates. et de
apoſt. c. a nobis. dr̄ q̄ tales fugitiui vel apoſta-
te ſi nolūt redire vel habitū reſumere: debēt ca-
pi: ⁊ ſub graui cuſtodia carcerari. Nota ſꝫ An-
to. de bu. q̄ monachi eiecti ⁊ fugitiui reuerti vo-
lētes admittēdi ſunt ad religionē: niſi regula
cōtradicat: ⁊ regula cōtradicēte non ſunt tn̄ in
derelicto habēdi: ſꝫ ſunt recipiēdi: vt apḋ loca
ſua vel aliter ſubiecta alimētēt̄ur: vt eis tollat̄
vagādi occaſio. Nota q̄ regula vt autētica po-
teſt allegari: ⁊ diſponere poteſt q̄ monach⁹ va-
gabūdus nō recipiat̄. Nota q̄ monaſteria etiā
ſi ordo repugnet in readmiſſione fugitiui poſ-
ſunt arctari ad preſtandum alimēta fugitiuis
et eiectis: vbi velint ad cor reuerti.

¶ Quero quis dicat̄ fugitiu⁹ §. I.

Rū. iuxta dicta doctor̄ q̄ p̄ ſe exiuit et ſtetit ex̄
monaſteriū ⁊ celat ſe abbati: lꝫ poſtea pn̄ia du-
ct⁹ ad abbatē redeat. ff. de edili. edi. l. q̄d ſit fu-
gitiu⁹. Et dicūt q̄dā q̄ q̄cq̄d talis acq̄ſiuit in-
terim dū eſt in fuga: acq̄rit p̄mo monaſterio ſi-
cut ⁊ ſeru⁹ dn̄o. ff. de acq̄. poſ. l. j. §. p̄ ſeruū. Sal-
uo niſi diu fuerit in poſſeſſiōe libertatis: q̄ tūc
acq̄rit ſibi. allegat. ff. de acq̄. poſ. l. p̄ eū. §. fi. ⁊ in-
telligūt diu. i. decēnio. ff. a q̄b⁹ ma. li. nō fiūt. l. ſꝫ
et ſi fideiuſſor. §. Ariſto. qḋ notat hic Inn. imo
q̄ i monacho nullū tp̄s excuſat. q̄cq̄d q̄rit: q̄rit
p̄mo mōaſterio. alleg. de teſta. c. q̄. nec eſt vis i
tp̄e: ita q̄ hoc nō habet locū i monacho: cū nul-
lo tp̄e excuſet̄: ex̄ de teſta. c. q̄. Et hoc oīno ver̄
eſt ſi de monachatu cōſtat: alr̄s ſec⁹. ex̄ de teſta.
nup̄. nec eſt vis in tp̄e: ſed ſolū an hoc cōſtet vel
nō. Et ex quo cōſtat oīa reuocat monaſterium.
xviij. q. ij. Abbates. ⁊ debent talia de plano et
ſine libello expediri: q̄ ſeruos dei ⁊c. j. de ac-
cu. c. Olim. xj. q. j. ſi q̄s cū clerico. Eiect⁹ aūt dr̄
qui eiicitur ab alio. Quid ſi monach⁹ fugitiu⁹
p̄mouet̄ ad aliquā eccleſiā: et ibi aliq̄d acq̄rit
ad quā iniuſte eſt p̄mot⁹. de teſta. c. Cū in offi-
ciis. Si cōtēplatiōe p̄ſone q̄rit monaſterio i du-
bio. Si relinquit̄ ab extraneo p̄ſumit̄ rōne ec-
cleſie. de teſta. c. req̄ſiſti. ⁊ ſic diſputauit Jo. car.
Quid ſi monach⁹ fugitiu⁹ vni⁹ monaſterij īgre-
ditur aliḋ laxioris regule: an ſi q̄d querit q̄rat
primo an ſcḋo i toto vel in p̄te. Dicit dn̄s Ant.
de but. ſi trāſiuit illicite: vt q̄ ſine licētia ad la-
xiorē religionē querit primo monaſterio: q̄ re-
manſit ei⁹ monach⁹. ſ. eo. c. Johānes. Si vero
ad ſcḋm tranſiuit arcti⁹ ⁊ licētia petita: querit
ſecūdo q̄ nichil cōe cū primo. ar. xviij. q. ij. c. j.
de ſanc. epiſ. §. ſi monachus. colla. ix. ⁊ de mo-
na. §. Si vo reliq̄. ⁊ extra de renū. Ex trāſmiſ-
ſa. ⁊. ſ. c. Licet. Nā et ſeru⁹ a dn̄o pro derelicto
habit⁹ dn̄o nō acq̄rit. l. qḋ ſeru⁹. ff. de ſtipu. ſer.
⁊. l. j. C. de lati. liber. tol. l. ij. ⁊ qḋ notatur de pri-
uil. Cum olim. Interim autē ſi licentiatus eſt
vt tranſeat ad arctiorem: ſi antēq̄ tranſeat ali-
quid acquirit: cui acquirit? Tan. ⁊ Bart. brix.
dicūt q̄ antēq̄ ſit ingreſſus ſecundū nō eſt ple-
ne trāſlatus. xxj. q. ij. Si quis. ⁊. ff. de teſta. mi.
l. Ex eo. Ideo querit primo monaſterio cuius
eſt monachus. De hac materia per Specu. in
titu. de ſta. mo. ver. xlj. ⁊. xviij. q. ij. c. Abbates.
Quando eſſet ſcandaloſus ⁊ periculoſus aliis
et non apte poſſet corrigi capi vel detineri / for-
te nō tenetur prelatus vel conuentus ſeu mo-
naſterium talem reducere ad monaſterium ne
aliis noceat: ſi non ſperat̄ poſſe coerceri ⁊ emē-
dari. Utilitas eñi cōis preponenda eſt vtilitati
vnius: que etiam non ſequeretur in tali incor-
rigibili. xxiij. q. iij. reſecande. Si aūt ſperatur
correctio vel impeditio malorū eius ſi coercea-
tur vel detineatur: tenetur prelatus vel mona-
ſterium eum corrigere et cogere ad redeundū.
extra de apoſta. c. A nobis.

¶ Queritur de exēplo quā- §. II.

do fugitiuus nō poteſt recipi ſalua ordinis di-
ſciplina: ponūt doc. in regula ſcti Bn̄dicti exē-
plū. ſ. q̄ q̄ eſt egreſſus ter monaſteriū nō debet
recipi ad monaſteriū: vt in. c. xxix. regule beati
Bn̄dicti. Que ſunt iſta loca cōpetentia in q̄b⁹
ponuntur quādo habēt regulā q̄ nō debēt ad-
mitti. Dic ſm̄ Anto. de but. nō admittētur vel
nō ponētur cum aliis monachis: ſed cū aliis cō-
ſeruientibus. vel ſm̄ Hoſt. ponētur in ergaſtu-
lis de quibus exire nō poſſint. j. de penis. tue.
Quando diceretur graue ſcādalum: vt quando
dicunt alij q̄ potius exirent q̄ vellent ſtare cū
illo: quia non poſſent durare cum eo. Et ſic di-
cit Hoſtien. ſe vidiſſe de facto. Et etiam ego vi-
di Florentie in quadam moniali.

¶ Quis miniſtrabit expēſas §.III.
huic q̄ detrudit̄ ad aliū monaſteriū: an abbas
p̄mi monaſterij: an abbas ſcd̄i monaſterij. Glo.
dicit q̄ abbas p̄mi: vt ſi habuit aliq̄d de ſuo de
illo ꝓuideat.xvj.q.vj.de lapſis.ꝛ etiā ſi nō ha-
buit aliquid ꝓuidebit monacho ſuo tp̄e pnie:
al's ſcd̄m monaſteriū grauaret̄. Et hoc placet
Inn̄.poſt gl. Hoſt.dicit q̄ ſi iclusus a principio
habuit bona ꝓuidebit̄ de illis. Si non habuit
vel habita nō ſufficiūt: et vtrūq̄ monaſteriū ſuf
ficit ad miniſtrādū expēſas: vtrūq̄ miniſtrabit
q2 ſu⁹ monach⁹ eſt vel ſaltē fuit forſitā: ſcd̄m ſa-
tis de ſola incluſiōe grauat̄. Primū ergo hoc
faciat in memoriā priſtine fraternitatis.ar.C.
de q̄ſtionib⁹.l.ſeruos.ff.de pac.do.l. Cū tibi ſo
cerū.§.cōueni. Si v̄o alterū ſolū monaſterium
ſufficit: id ꝓuideat.ar.de inſti.c.j.lxxxvj.di.pa
ſce. Si neutrū contribuit: tenebit̄ capitulū ge-
nerale.extra de ſta.mona. In ſingulis.ꝛ.c.fi.§.
hec etiā. In ſubſidiū recurrēdū eſt ad ep̄m.xc.
di.c.j.xij.q.j.precipim⁹.ꝛ.q.ij.eccl'iarū. Et hoc
etiā ſm Hoſt.potuerūt preſidētes exerc̄ autori
tate pape ſibi cōmiſſa. hoc ſaluo q̄ ep̄m neq̄ūt
coercere.extra de ſtatu mo.in ſingulis.ꝛ.c.fi.§.
q̄ ſi abbas.de maio.ꝛ obe.cum inferior.ꝛ facit
de here.c.inq̄ſitores.li.vj. Faciūt hec ad q̄ōnē.
Reformato monaſterio collapſo ad nouā regu
lā/data optione monachis antiq̄s ibidē rema-
nendi: modo eligant ibidem nō remanere: ſed
alibi extrinſec⁹ viuere: a quib⁹ debēt alimēta-
ri. Et certe de iure a primo monaſterio. Et hoc
tu vides: et ita de facto conſului. Hec Ant. de
but. Et nota q̄ nō debet iudicari apoſtata ſiue
fugitiu⁹ ſm iura etiā ſi diu ad lōginqua vaget̄:
niſi poſtq̄ ſic viuit q̄ animū redeūdi depoſuiſſe
oſtēdit.ff.de re mili.l. Deſertorē. tn̄ per ſolā te
merariā habit⁹ dimiſſionē: cū hoc facit excōica
tus eſt. Q2 ſi redierit: recipiet̄ in monaſteriū
ſm q̄ in regula cōtinet̄. hoc intelligit̄ ſi mona-
ſteriū regulariter viuat: al's in diſtrictius mo-
naſteriū cū vſufructu rerū quas cōtulit primo
monaſterio: q̄ res poſtea ad primū monaſteriū
redibunt. xvj.q.j.ſi qua.ꝛ.xvj.q.vj.de lapſis.
Alij v̄o dicūt q̄ res erūt ſimplr̄ ſcd̄i mōaſteriū.
Q2 ſi nullū monaſteriū vult eū recipere. dicit
Inn̄.q̄ eiectus taliter nulli acquirit: nec tenet
cōtract⁹ ei⁹. poſſet tn̄ dici q̄ acq̄rit ep̄o a cui⁹
iuriſditiōe nō abſoluit̄: ꝛ tales eiecti q̄ nō inue
niūt religionē in qua recipiant̄: debēt nichilo-
minus viuere regulariter ꝛ honeſte ſm Ray.

¶ De bonis que acquirūt §.IIII.
apoſtate. ¶ Nota ſm doctores q̄ ſi abbas no-
luit eum recipere: vel etiam neglexerit eum re
uocare/et ſic deceſſerit: denegabit̄ monaſterio
repetitio bonoꝝ illius ex quo malicioſe dene-
gauit alimenta.extra de infan.ꝛ langui.c.j. Et
pertinebūt bona illa ad ſecundū monaſterium
ſi ingrediat̄.al's ad ep̄m. Et hoc intelligendū
eſt ſi cōuentus totus deliquit in hoc: al's deli-
ctū perſone: ſcilicet prelati non debet in dam-
num eccleſie redundare.xvj.q.vj.c. Si epiſco
pum. Si vero non renuit eum recipere: quicq̄d
acquiſiuit ſuo monaſterio acquiſiuit: ſicut ſer-
uus domino.xviij.q.ij.c. Abbates.

¶ De excōmunicationibus §.V.
varijs quas incurrūt religioſi.habes.j.titu.de
excō.in diuerſis ca. Incurrūt ei inducēdo pſo-
nas ad vouēdū vel iurandū vel ꝓmittendū de
nō mutando ſepulturā apud eos electā: vel ad
eligendū apud eos. Item cōferendo ſacramen
ta euchariſtie et extreme vnctionis: vel ſolen-
nizando matrimoniū abſq̄ licētia ꝓprij ſacer
dotis. Itē abſoluēdo a ſentētijs p ſtatuta ſyno
dalia vel ꝓuincialia ꝓmulgatis vel excōmuni
catos a canone in caſib⁹ nō cōceſſis. Itē inqui
ſitores q̄ odio: gratia: vel amore vel lucro ꝯtra
iuſticiā et cōſcietiā omiſerūt ꝓcedere cōtra ali
quē hereticū: vel alicui īponerēt hereſim īpam
vel imponerēt q̄ impediret officiū inq̄ſitionis
Itē mendicātes ꝓfeſſi trāſeūtes ad aliquē or-
dinē monachalē niſi carthuſieñ. ſine diſpēſatio
ne pape. he oēs ſunt papales. ¶ Itē ſepeliētes
corpora in cimiterijs vel locis ſacris tp̄e iterdi
cti in caſib⁹ nō conceſſis: vel excōicatos publi-
ce vel noīatim interdictos: vel vſurarios mani
feſtos ſcienter ſepeliunt. Itē audiētes leges ꝛ
phyſicā. Itē dimittentes habitum temerarie.
Itē accedētes ad ſtudia gn̄alia ſine licētia ſui
prelati cū cōſilio maioris partis capituli. Itē
nō habētes adminiſtrationē cōferētes ſe ad cu
rias principū ſine licētia p̄latoꝝ: vt inferāt dā-
nū monaſterijs vel p̄latis ſuis. Itē portātes ar
ma infra ſepta monaſterij ſine licētia. Itē con-
trahētes mr̄imoniū de facto. Itē non ſeruātes
interdictū q̄d ſeruat matrix eccl'ia. Itē dicen-
tes aliqua vt retrahāt audiētes a ſolutiōe deci
maꝝ. Itē recipiētes de nouo loca vel domos ad
habitādū: vl' recepta mutātes. Itē nō faciētes
cōſciam cōfitētib⁹ ſibi de decimis ſoluēdis ſciē
ter h̄ omittendo: ſi p̄dicāt poſtea anq̄ faciāt de
p̄dictis ꝯſciam ſi hoc ꝯmode p̄nt. Itē minores
q̄ tp̄e interdicti recipiūt ad diuina fratres vel
ſorores.ſ.de tertio ordine. Itē ingrediētes mo
naſteria monialiū ordinis p̄dicatoꝝ vl' minoꝝ
niſi ī certis caſib⁹.de his oib⁹ habes diffuſe.j.
in ti.de excōicatione minori in ſuis.c.ibi vide.

¶ De multis pertinentibus ad religionē:
vt de habitu: de ſtudio: de mēdicatione: de
labore manuū: de eſu carniū: de cōtractib⁹
et obligationibus eoꝝ. Capitulū.vj.

De habitu.

De quibuſdā cōcernētib⁹ religioſos. Et p̄mo de habitu religionis neceſſario deferēdo a religioſis. Nota ꝙ quilibet religioſus tenet deferre patenter habitū ſue religionis cū prodit i publicū: alˀs ip̄m dimittēdo peccaret mortaliter: niſi iuſta cauſa illū dimitteret: puta ad euitandū aliqḋ periculū: vt capture ⁊ inſidiarū cū transformaret habitū: vel cū eſſet in balneis vel ſtuphis vel hmōi. Si aūt dimitteret vel occultaret habitū ne deprehēderet in ſcelere ꝑpetrando nō euaderet mortale ⁊ excōicationē. de qua. j. in ti. de excō. Sed q̄ſtio eſt vtrū religioſus ꝑcipue habēs curā aīarū in eccl̄ia ſeculari: vt ſe cōformet cū aliis clericis ſclaribus poſſit licite vti habitu clericorū ſecularium abextra: ſubtus chlamydē tenēdo habitū ſue religiōis. Et ſi hoc faciendo incidat in canonē illū temerarie dimiſſo habitu. Jo. an. in nouel. ſup regula. certū eſt. in. vj. dicit ꝙ Guil. de pe. la. diſputans hāc q̄ſtionē determinauit ꝙ deferens habituʒ monachalē coopertū habitu clericali eſt apoſtata: quod videt hodie approbatū per cle. Quoniā. de vi. ⁊ ho. cle. et poſt multa ar. pro ⁊ ꝯtra tandē cōcludit. Solu. cū talis religioſus iuſtā cauſam trāſformationis ſui habit⁹ nō alleget: indubitanter dico ip̄m eſſe apoſtatā. Et q: tali habitu nō vteret in clauſtro: vt in extrauagāte ne cle. vel mo. Grauis. quā hodie non habem⁹: licet mens ei⁹ habeat in ꝑte. ne cle. vel mo. c. ij. Et q: deferri debet deſup. de vi. ⁊ ho. cle. c. clerici. ij. Et q: publice debet ab aliis diſtingui. de iudeis. c. in nōnullis. Et q: nō dicit portare: nō portādo vt debet. de re iu. qui ex timore. Et q: recipit habitū quē non poteſt habere cū primo priori renūciat ipſo facto. ar. de p̄ben. c. de multa. Jdē Jo. an. in nouel. ſup. c. ꝙ dei timorē. de ſta. mona. dicit ꝙ monachus aſſumpt⁹ ad curā eccl̄ie ſecularis: nō abſoluit ab habitu: ſcʒ monachali deferendo: q: illud nō eſt ꝯtrariū eccleſie ſeculari: q: nō habet determinatū habitū ꝓ clericis ſuis: licet debeat eſſe talaris. xxiij. diſ. non liceat. Et ceteri colores veſtiū: vt virides/rubei: ⁊ hmōi ſunt ꝓhibiti. de vi. ⁊ ho. cle. c. clerici. Et idē dicit Arch. diſt. xxiij. ſctimonialis. Qḋ autē dicit glo. xvj. q. vij. nous. ꝙ tales poſſunt mutare habitū quo ad habitū intrinſecū: licet ex toto non debeāt. Dicit Arch. eſſe verū qn̄ inde eſſet ſcandalū ex delatione talis habitus monachalis inter clericos. vt de vi. et ho. cle. c. deus qui. Sed nullū ſcandalū videt oriri ex eo ꝙ religioſus deferat habitū ſuū inter clericos ſeculares. Jdē dicit Dn̄icus de ſctō Gemini. ꝙ ob ſcandalū vitādū licet monacho aſſumpto ad curā in aliquo ſe ꝯformare habitui clericoꝝ ſeculariū: qḋ fieri poteſt portando chlamidē ſed clauſam in antea cū feneſtris lateralibus: vt faciūt honeſti ſacerdotes ſeculares: ⁊ capitiū: etſi nō totū: ſaltē quo ad illā partē qua cooperit caput appareat abextra chlamyculū retro. Sed ſi hmōi monachi vtant habitu clericoꝝ ſeculariū: vt non appareant monachi: de hoc erubeſcētes vel vt cognoſcant ꝓpter vanitatē: nō euadūt mortale pctm̄ et cenſurā excōicationis. Jdē de monialib⁹ dimittētib⁹ habitū ſuū etiā ſi expellant de monaſteriis ſuis: et det eis licentia extra monaſteriū manere: tenētur habitū deferre: qḋ eſt notandū: q: frequēter in hoc offendūt religioſi ⁊ religioſe.

De ſtudio in religione §. I.

Hiero. xvj. q. j. dic. Multo tp̄e diſcas qḋ poſſis docere ne ſis miles anteq̄ tyro: ⁊ magr̄ anteq̄ diſcipul⁹. Michi placet vt neq̄ teip̄m doceas. Et Augu. in reg. Codices ſingulis dieb⁹ certa hora petāt. Ubi nota ſm̄ Tho. ij. ij. q. clxxxviij. arti. v. ꝙ ſtudiū cōpetit religioni tripliciter. Et primo quātū ad id qḋ eſt ꝓpriū ꝯtēplatiue vite. Nā ip̄m ſtudiū adiuuat ꝯtēplationē directe et indirecte. Et directe quidē illuminādo intellectū. Ordinat em̄ ꝯtemplatiue ad ꝯſiderationē diuinoꝝ: in qua dirigit ꝑ ſtudiū. Jndirecte aūt: q: ſtudiū remouet ꝯtēplationis pericula: ſcʒ errores qui ſepe in ꝯtēplatione accidūt his qui ſcripturas ignorāt. Unde Greg. lib. vj. moraliū: dicit ꝙ nōnulli dū plus exquirūt contēplando q̄ capiant vſq̄ ad peruerſa dogmata erumpunt. Scḋo ſtudiū eſt neceſſariū religioni inſtitute ad predicādū ⁊ hmōi alia exercendū. Un̄ ad Titū. j. dicit de ep̄o cui⁹ eſt hmōi actus exercere. Ut potēs ſit exhortari in doctrina ſana ⁊ eos q̄ ꝯtradicūt arguere. Un̄ ⁊ diſ. xxxviij. dicit. Jgnorātia q̄ mater eſt cunctoꝝ erroꝝ a cūctis vitāda eſt ⁊ maxime ab his q̄ officiū docendi in ꝑplo ſuſceperūt ⁊c̄. Nec obſtat ꝙ apl̄i abſq̄ ſtudio litterarū ad p̄dicanduʒ ſunt miſſi. Quia vt dicit Hiero. Quicq̄d aliis quotidiana i lege dn̄i exercitatio tribuere ſolet: h̄ apl̄is ſuggerebat ſp̄ūſſanct⁹. Tertio ſtudiū litterarū ꝯgruit religiōi quātū ad id qḋ eſt cōe oī. Ualet em̄ primo ad vitādū carnis laſciuiā. Un̄ Hiero. Ama ſtudia litterarū: ⁊ carnis vitia non amabis. de cōſe. diſt. v. nunq̄. Scḋo valet ad auferenduʒ cupiditatē diuitiarū. Hiero. Socrates ille thebanus cū ad philoſophandū ꝑgeret: magnū auri pōdus abiecit. xij. q. ij. gloria. Tertio valet ad obedientie documentū. Augu. Que peruerſitas eſt illa lectioni nolle obtemperare dū vult ei vacare. Docet etiā de modo ⁊ ordine obediendi. de quo. viij. q. j. ſciendū. Non obſtat qḋ ait propheta p̄s. lxx. Qm̄ nō cognoui litteraturā introibo in potentias dn̄i. i. in virtutem

Studium litterarum valet.

chriſtianã:ſed hoc maxime congruit religioni: ergo eis non cõuenit vacare litterature. Nã vt dicit Jo.an.in nouel.ſup.c.ſane.de regu. Illud ps.nõ intelligiť de quacũqʒ litteratura ſeu doctrina: ſed de litteratura iudeorũ.de qua apoſtol⁹.ij.Cor.iij.ait. Littera occidit. obſeruare ſcʒ cerimonialia ſm litterã q̃ nũc ceſſant. Sed litteratura ſanctarũ ſcripturarũ bene intellectarũ et aliarũ ſcientiarũ iuuat ad introeundũ in potẽtias dñi ad ꝯtemplandũ. Vñ Hiero.ait Diſcamus in terris quoꝝ ſcientia nobis pſeueret in celis. Hec Jo.an. Et addit q̃ ſupradicta ſunt per Tho. Aduertendũ tamen ꝙ non om̃e ſtudiũ cõgruit oibus religioſis. Nã in religionibus nõ deputatis ad p̄dicandũ ⁊ legendũ et diſputandũ: vt in monachalib⁹ chamaldulenſibus magis cõgruit ſtudiũ ſeu lectio litterarũ ſacrarũ ⁊ deuotoꝝ libꝛoꝝ: q̃ ſeculares ſcientie vel ſcientie iuris. In religionib⁹ deputatis ad predicandũ: vt ſunt mendicantes: q̃uis liceat in ſcientijs ſecularib⁹ ſtudere: nõ tamẽ debent in illis quieſcere: ⁊ p totũ tẽpus vite ſue his vacare: ſed ſtudio ſcripturarũ ⁊ his ex q̇bus poſſint cõſulere in foro aiarũ cauendo ſibi ſemp a curioſitate ⁊ inani glia. Et ex his nõ ſolũ alijs: ſed etiã ſibi ſumere documenta vite.

De elemoſynis viuere religioſis aliquo modo licet: aliquo modo nõ licet. §.II.

Pro cuius declaratione dicit Tho.ij.ij.q.clxxxvij.ar.iiij.ꝙ vnicuiqʒ viuere licet de eo qḋ ſuũ eſt vel ſibi debitũ. Fit aũt aliq̇d alicuius ex libertate donãtis. Sunt aũt donate monaſterio multe poſſeſſiones ⁊ dantur quotidie ⁊ bona mobilia: de q̇bus ſuſtentanť religioſi. Et q2 hmõi beneficia religioſis videtur eſſe collata: vt liberius religioſis actibus inſiſtere poſſint: quorũ cupiũt ſe fore participes qui tpalia ſubminiſtrant: redderetur eis vſus predictoꝝ donoꝝ illicitus: ſi ab actib⁹ religioſis deſiſterent: q2 quantũ eſt de ſe defraudarent intentionẽ illorũ qui talia beneficia cõtulerũt. Debitũ autẽ eſt aliquid alicui dupliciter. Uno modo ꝓpter neceſſitatẽ q̃ facit oĩa cõmunia. vt dicit Amb. diſt.xlvij.ſicut hi. et ideo ne religioſi neceſſitatem patiantur: licite poſſunt de elemoſynis viuere: que neceſſitas poteſt eſſe tripliciter. Primo quidẽ propter corporis neceſſitatẽ ⁊ infirmitatẽ: ex qua cõtingit ꝙ nõ poſſint ſibi labore manuũ victum querere. Secũdo ſi id quod ex opere manuũ acquirũt: non eis ſufficiat ad victum. Tertio ꝓpter priſtinã cõuerſationẽ eoꝝ qui non cõſueuerũt manib⁹ laborare. et de his duobus loquiť Aug.in libro de operibus monachoꝝ. Secũdo modo fit aliquid alicui debitũ ex eo qḋ ipſe exhibet: ſiue illud ſit ſpũale ſiue tẽporale. ſm illud apli.j.Cor.ix. Si vobis ſpiritualia ſeminauimus: nõ magnũ eſt ſi carnalia metamus. Et ſm hoc poſſunt religioſi quadrupliciter de elemoſynis viuere quaſi ſibi debitis. Primo ſi predicent. Q̃uis enim eis non competat hoc ex officio ſicut p̄latis. poteſt tamen cõpetere ex cõmiſſione prelatoꝝ. et vt dicitur.ij. ad Timo.ij. Laborantẽ agricolã oportet pcipere de fructib⁹. Secũdo ſi ſint miniſtri altaris: quia vt diciť.j.Corinth.ix. Qui altario deſeruiunt cũ altari participant. Sacramentũ altaris vbicũqʒ agatur cõmune eſt toti populo fideliũ. Tertio ſi inſiſtãt ſtudio ſacre ſcripture ad vtilitatẽ totius eccleſie. Unde Hiero. Uſqʒ hodie perſeuerat cõſuetudo nõ ſolũ apud nos: ſed etiã apud hebreos: vt qui in lege dñi meditantur nocte ac die: ⁊ patrẽ non habẽt in terra niſi deũ: orbis foueant miniſtris. Quarto ſi bona tẽporalia q̃ habẽt in ſeculo monaſterio largiuntur: poſſunt de elemoſynis factis monaſterio viuere: vt etiã dicit Aug.in libro de operibus monachoꝝ. Religioſi autẽ qui abſqʒ neceſſitate vel vtilitate quã afferant: volũt ocioſi de elemoſynis viuere que dantur pauperib⁹: hoc eſt illicitũ. Unde Auguſt.in dicto libro. Nullo modo decet vt in ea vita vbi ſenatores ſiunt laborioſi: ſiant opifices ocioſi. Hec Tho. Et ad hoc facit dictũ Hiero.xij.q.ij.gloria. Natus in paupere domo et in tugurio ruſticano: qui vix rugientẽ ventrẽ milio ⁊ cibario pane ſaturare poteram: nunc ſimilã ⁊ mella faſtidio. Et tales vt dicit idem.xvj.q.j.quoniã. ſi quod eſt pauperũ accipiũt / per abuſionem taliũ: iudicium ſibi manducant ⁊ bibunt.

De mendicatione religioſorũ quomodo licet vel nõ. §.III.

Nota ſm Tho.ij.ij.q.clxxxvij. circa mendicitatẽ duo poſſunt cõſiderari. Unum ex parte actus ipſius mendicationis: q̃ habet quãdã abiectionẽ ſibi ꝯiunctã. Illi eñ videnť abiectiſſimi inter hoies eſſe qui non ſolũ ſunt pauperes: ſed intantũ egentes ꝙ neceſſe habent ab alijs victũ acquirere. Et ſm hoc cauſa humilitatis aliqui laudabiliter mẽdicãt quaſi efficaciſſimã medicinã ꝯtra ſupbiã hoc ſumẽtes: quã vel in ſeipſis vel etiã in alijs p exemplũ extiguere volũt. Unde de pe.diſt.ij. diciť. Si quis ſemel notatus fuerit inuidie vel cõtentionis vel elationis vitio: oportet eũ p cõtraria curari.i.p humilitatis exercitiũ. Exercitia vere humilitatis ſunt ſi ſe vilioꝛib⁹ officijs ſubdat: ⁊ miniſterijs indignioꝛib⁹ tradat. Ita nãqʒ arrogãtie ⁊ humane glie vitiũ poterit curare. Cõpetit etiã mendicare religioſis vt xp̄m imiteť qui dicit. Ego autem mendicus ſum ⁊ pauper. ps. In pſona eñ xp̄i loquiť ibi. p̄s. ſm

ſcʒ poteſtatem ſeu autoritatē cure ſibi cōmiſſe hoc ex eo qḋ ſubdit. Cōſtitues eos prīcipes.i. rectores poteſtatē habētes ſup oēʒ terrā.i.ſup omnes ciuitates mūdi diuerſis locis diuerſos ep̄os deputādo. Nā in italia. alemānia.ꝛ i frā cia.ꝛ in hiſpania. ꝛ anglia ſunt ep̄i nūc et olim erāt.etiā ꝛ in africa.ꝛ in ſyria. ꝛ in aſya.ꝛ i idia erāt ep̄i.vt pʒ ex vbis Hiero. dicētis. Et africa et ꝑſis ꝛ oriēs ꝛ india vnū xp̄m adorāt. diſt. xciij.legim⁹.ꝗ tn̄ natiōes receſſerūt a fide. Pri cipes aūt conſtituti ſunt ep̄i ſup dioceſes ſuas principal'r quātū ad poteſtatē ſpecialē iudicā di de eis. Vn̄ et de quolʒ pontifice cantaꝶ illud Eccli.xlv.c. Principē fecit illū dn̄s vt ſit illi ſa cerdotij dignitas in eternū. Ep̄i enī nō in caſtel lis nec in modicis ciuitatib⁹ debēt inſtitui ne vileſcat nomē ep̄i. vt dicit Anaclet⁹ papa diſt. lxxx.ep̄i. ¶ Diſtinctionē aūt ep̄oꝝ: vt ſcʒ aliqui dicātur ep̄i/ alij archiep̄i ſeu metropolitani qḋ idē eſt. alij primates ſeu pr̄iarche. et cām hui⁹ diſtinctiōis aſſignat Clemēs papa dicēs diſt. lxxx. in illis. In illis ꝟo ciuitatib⁹ in qb⁹ olim apud ethnicos primi flamines eoꝝ.i. ſacerdotes atq; p̄mi legiſdoctores erāt. ep̄oꝝ p̄mates vel patriarchas beat⁹ Petr⁹ poni precepit: ꝗ reliquoꝝ ep̄oꝝ cauſas et maiora negocia i fide agitarēt. In illis aūt in quib⁹ oudū apud predictos ethnicos erāt eoꝝ archiflamines: quos tn̄ minores eſſe tenebāt ꝙ memoratos p̄mates archiep̄os inſtitui p̄cepit. In ſingulis ꝟo reliqs ciuitatib⁹ ſingulos et nō plures ep̄os cōſtitui precepit: ꝗ ep̄oꝝ vocabula tm̄ ſortirēꝶ. Nec inter ipſos apl'os par fuit inſtitutio. ſed vnus prefuit oibus ſcʒ Petr⁹. hec ibi. Vbi dicit glo. ꝙ par fuit inſtitutio ſcʒ ꝑtātis quo ad cōſecratiōnē: qꝛ ita pōt ꝯficere ꝛ ordines ꝯferre ꝛ cōſecrare qlʒ ep̄s ſicut papa. ſed nō fuit par quo ad adminiſtrationē ſeu iuriſditionē. In ħ ei papa maior eſt ceteris. Nec obſtat dicit glo. de venetis qui patriarchā habēt et ep̄m: qꝛ nō eſt eorū ſed grādenſis: ꝗ loc⁹ multū diſtat a venetis. Sicut enī archiep̄s piſan⁹ eſt primas: ſed primas reſpectu ſardinie. Principatū igiꝶ ſuū.i. poteſtatē ſm̄ rōnē ꝛ equitatē vti dʒ. al's in ſui ꝑniciē vertitur. vn̄ Greg.xj.q.iij. ipſe ligandi. Ipſe ligandi ꝛ ſoluendi poteſtate ſe priuat.i. meretur priuari ſm̄ glo. qui hanc pro ſuis volūtatibus et non ſubditorum moribus exercet. iudicare digne de ſubditis neſciūt ꝗ in ſubditoꝝ cauſis ſua vel odia vel gratiā ſequūt. de qb⁹ ꝑ ꝓphetā

dicitꝶ Ezech.xiij. Mortificabant aīas ꝗ nō moriūtur: ꝛ viuificabāt aīas ꝗ nō viuūt. nō morientē mortificat ꝗ iuſtū dānat: ꝛ nō victurū viuificare nitiꝶ ꝗ reū a ſupplicio ſoluere conaꝶ. Cauſe ergo pēſande ſunt: ꝛ tūc ligādi ac ſoluēdi poteſtas exercenda. hec Greg. in.c. ipſe.ꝛ ca. pleruq;. In foro quoq; iudiciali obſeruare debet qḋ ait Aug. Nos quēq; a cōione ꝓhibere non poſſum⁹. Quis hec ꝓhibitio nōdū ſit mortalis ſed medicinalis: niſi aut ſpōte cōfeſſum: aut in aliquo ſiue ſeculari ſiue eccl'iaſtico iudicio nominatum atq; conuictum. Hec ille.ij.q.j. multi. De poteſtate autem epiſcoporum.j.eo. agetur.ꝛ in titu.ſeq. de poteſtate pape.

¶ Quantū ad tertium hoc §.III.

eſt ꝙ vtilitatē debent afferre eccl'ie/ notaꝶ hoc cū dr̄. Memores erūt nois tui. Debent enī ep̄i eſſe memores nois dn̄i: et lectitando ſeu lecta meditādo ꝛ ꝓ populis orādo et eis predicādo et eos regulādo. Ad lectionē hortatur apl's.j. Timo.iiij. ep̄m dicēs. Attēde lectiōi exhortationi ꝛ doctrine ſemꝑ ꝑmane in his. Et in hui⁹ figurā inter cetera ornamēta pōtifex in veteri teſtamēto rōnale ferebat in pectore in quo ſcribebatur manifeſtatio ꝛ ꝟitas: qꝛ in pectore pōtificis manifeſta dʒ eſſe cognitio ꝟitatis: inq̄t Gratia. diſt.xxxvj.§. ecce. vn̄ ꝛ Hiero. in Leui. ait. Si quis vult eſſe pōtifex nō tā vocabulo ꝙ merito imitetur moyſen. imitetur aarō. Quid enim dicitur de his: qꝛ non diſcedebant de tabernaculo dn̄i: oret ergo indeſinenter moyſes in tabernaculo dn̄i. Qḋ autem ei opus erat vt aut a deo aliquid diſceret: aut ipſe populū doceret: hec duo ſunt pontificis opera: vt a deo diſcat legendo ſcripturas diuinas ꝛ ſepi⁹ meditando: aut populū doceat.xxxvj. diſt.c. ſi quis. Hec optime ſeruaſſe nouimus ſctiſſimos ep̄os eccleſie. Athanaſiū. Chryſoſtomū. Baſiliū. Hilariū. Greg. Ambroſiū. Augu.ꝛ alios multos. Debet ep̄s memor eſſe nois dn̄i orando ꝓ ſe ꝛ pro ppl'o. vn̄ Pe. de ſe ꝛ aliis apoſtolis coep̄is ſuis ait ad multitudinē credētiū. Non eſt equū nos miniſtrare menſis: et derelinquere verbū dei: ſed cōſtituite ꝛc. et nos orationi et predicationi vacabimus. Actuū.vj. Sic et in figuram pontifex veteris teſta. intrabat in templum ad fundendū preces pro ſe et pro ppl'o. quod deſignabat illa incenſatio. vt legitur de zacharia Lu.j.c. Et ad hoc facit qḋ ait Hiero. in Leui. Eſt aliud opus qḋ facit moyſes: ad bella non vadit/ nō pugnat contra inimicos: ſed quid facit: orat: donec orat vincit ppl's eius: ſi relaxauerit ꝛ dimiſerit manus ſuas ppl's eius vincitur ꝛ fugaꝶ. Oret ergo ſacerdos eccleſie indeſinenter vt vincat popul⁹ qui ſub ipſo eſt hoſtes

inuiſibiles amalechitas: qui ſunt demones
impugnãtes eos q̃ volũt pie viuere in chriſto.
xxxvj.di.c.ſi qs vult.ꝛ di.lxxxviij.eps.iij.di ex
cõcil.carthagineñ. Eps nullam rei familiaris
curã ad ſe reuocet:ſ3 lectioni oratiõi ꝛ ꝟbo pre
dicatiõis tantũmodo vacet. Debet eſſe memor
nois dñi eps/ipm dñm populis p̃dicãdo: quõ
ad eũ peruenire valeãt declarando. vñ Paul⁹
ad Tim.epm inquit. Predica verbũ inſta op-
portune importune.ij. Tim.iiij. Et in hui⁹ figu
rã preceptũ fuit a dño in Exod.ii.c. vt ſummus
ſacerdos ingrediens tabernaculũ in ora veſtis
ſue hyacinthine haberet tintinnabula inſerta
ad deſignãdũ ꝙ ſacerdotes et precipue epi cõ-
uerſationi ſue deſignate per veſtẽ debẽt adiun
gere tintinnabula.i.actũ predicationis. vt di-
cit Greg.diſt.xliij.ſit rector.ꝛ in eadẽ diſt.dicit
idẽ Greg. Epheſijs. Paul⁹ dicit. Munde ſunt
manus mee a ſanguine oim veſtrũ. Non enim
ſubterfugi quo min⁹ annũciarẽ oẽ conſiliũ dei
vobis. Actuũ.xx.c. Mundus ergo a ſanguine
eoꝝ nõ eſſet: ſi eis dei ↄſiliũ ꝑnũciare noluiſſet
qꝛ cũ increpare delinquẽtes noluit/eos ꝑcul-
dubio tacẽdo paſtor occidit: hoc eñi ſc3 predica
re fuit officiũ chriſti ꝛ apoſtoloꝝ precipuũ quo-
rũ locũ tenent epi. Unde ꝛ eis dixit Marci vl-
ti. Euntes in mundũ vniuerſum predicate euã
geliũ omni creature. Scdm aũt qualitatẽ et ca
pacitatẽ audientiũ ſic debet verbũ ꝓponere: vt
dicit Petr⁹ aplẽs ad plebẽ. Oportet eũ qui do
cet ꝛ inſtruit alas rudes eſſe talẽ: vt ꝓ ingenio
audiẽtiũ ſeipm poſſit aptare: ꝛ verbi ordinẽ ꝓ
audientiũ capacitate dirigere. viij.q.j. oportet
Sed de modo predicationis qualiter formari
debeat habes.s.in ti. de predicatoribus.

¶ De his que pertinent ad executionẽ officij
epi. vt in ordinando. conferendo beneficia. in
diſpenſando. in adminiſtrando temporalia. et
alijs multis. Capitulum.ij.

DE epiſcopis nota ꝙ eps dicit ab epi
qđ eſt ſupra: ꝛ ſcopos qđ eſt intẽtio:
quaſi ſupintendẽs.ſ.cure ſubditorũ
vt dicit Aug.viij.q.j. qui epatũ. Et
nota ꝙ inter epm ꝛ presbyterũ quã-
tũ ad appellationẽ qñq3 nõ fuit differẽtia: qꝛ et
iſti et illi dicebant epi. vt patet di. xciij. legim⁹
Et ſic erãt ſynonima. vt epi dicerent presbyte-
ri et presbyteri epi. Semp tñ fuit realis diffe-
rẽtia. Vñ et in primitiua eccleſia ſoli epi cõfir-
mabãt. Actuũ.viij. Et hoc tenet Tho. Pet. de
palu. et Raymũ. Sed gloſ.ſup.d.c. legimus. cir
ca hoc ponit tres opiniones: ibi potes videre.
Fuit q̃dã dignitas in eccleſia antiquit⁹ q̃ erat
quaſi media inter epos et presbyteros: qua di
cebantur coepi. qui cõſtituebant in caſtris ſeu
in villis nõ in ciuitatibus vt epi, ꝛ conferebãt
ordines minores tantũ non maiores ꝛ dare va
lebant litteras cõmendatitias ꝛ pacificas non
autẽ formatas. vt dicit Gratia. diſt. lxviij. §.j. ꝛ
c. ſequẽti. Sed ablata fuit talis dignitas ab ec
cleſia: qꝛ abutebantur autoritate ſua vſurpan-
tes que ꝑtinebãt ad officiũ epoꝝ. vt dicit Da- Qua-
maſus papa. diſt. eadẽ. coepi. Qualẽ aũt opor lis de-
teat eſſe epm oſtẽdit aplꝰs.j. Tim.iij. Oportet beat eſ-
eſſe epm irreprehẽſibilẽ: vnius vxoris virũ: ſo- ſe eps.
brium: prudentẽ: ornatũ: hoſpitalẽ: pudicũ: do-
ctorẽ: nõ vinolẽtũ: nõ percuſſorẽ: nõ litigioſum:
non cupidũ: domui ſue bene prepoſitũ: nõ neo-
phitũ. harũ cõditionũ expoſitionẽ habes.s. ti.
xiij. de clericis. Et in.xxiij.diſt. q̃ eps. di. Qui
eps ordinandus eſt antea examinet: ſi natura
ſit prudens: ſi docilis: ſi morib⁹ tẽperat⁹: ſi vi-
ta caſtus: ſi ſobrius: ſi peruigil: ſi ſemp ſuis ne-
gocijs cautus: ſi humilis: ſi affabilis: ſi miſeri-
cors: ſi litteratus: ſi in lege dñi inſtructus: ſi in
litterarũ ſenſibus acutus vel cautus: ſi in dog-
matibus eccliaſticis exercitatus. Liberat aũt
epalis dignitas a conditione ſeruili ꝛ aſcripti
tia. immo etiam ſacerdotalis dignitas. vt diſt.
liiij. ſi ſeruus. liberat ꝛ a curiali. diſt. liiij. ex an-
tiquis. Tales tñ.ſ. ſerui ꝛ hmõi nõ debẽt ordi-
nari: niſi liberati ab hmõi. ¶ Eps nõ poteſt re
ſtituere depoſitũ ſiue degradatũ: ſed tñ papa
diſ.l.c.j. Nã nec preſes ꝓuincie põt reſtituere
illũ quẽ dãnauit. ff. de q̃ſti.l.j. in fi. De degrada
to ſeu ſolẽniter depoſito planũ eſt ſm oẽs: ſ3 i
depoſito ꝟbaliter ſunt opiniões. Nã archid. ꝛ
abbas de ſicilia tenent ꝙ põt reſtituere debite
quo ad crimina in qb⁹ poſſet diſpẽſare ipe eps
Jo. an. t3 ꝙ nõ. Epi ꝛ ſupiores nullã ſniã3 ſuſpẽ
ſionis vel interdicti incurrunt ipſo iure: niſi de
eis expſſe dicat. ex̃ de ſen. excõ. c. qꝛ piculoſu3.
lib. vj. Eps in tota ſua dioceſi iuriſditionẽ h3
ordinariã. Vñ poteſt per ſe vel per aliũ in quoli
bet loco non exẽpto ꝓ tribunali ſedere: cauſas
audire: ꝑſonas eccliaſticas cũ oportuerit cape
re: carceri deputare: ꝛ cetera officia libere exer
cere. Et ꝙ epi pñt a ſubditis qñq3 moderatum
auxiliũ exigere. ¶ Utrum eps poſſit iudicare
immediate de ſubditis ꝑlatoꝝ q̃ ſub eo ſunt: ni
ſi gradatim ad eũ deferat. Rñ. ſm Hoſti. l3 ſuꝑ
hoc a diuerſis diuerſa notata ſint. dico ↄſuetu-
dinẽ cuiuſl3 eccleſie obſeruãdã: q̃ iuriſditionẽ
tribuit. Idẽ Hoſt. Epi ſinguli i ſuis dioceſibus
etiã ſine cõſilio metropolitani pñt plurima. vt
Ray. ponit. puta ↄſecrare ꝟgines ſiſtr ꝛ eccl̃ias
ordinare cl̃icos: erigere altaria i eccl̃ia ↄſecra
ta. Nã i nõ ↄſecrata ſac̃dos hoc põt. Itẽ chriſ-
ma ↄficere: baptizatos ↄfirmare: recõciliare ſo
lẽniter penitẽtes: l̃ras formatas ſiue ↄmẽdati
tias cl̃icis dare. hec. lxxviij. di. c. Quis. de ↄſe.
di.j. null⁹ presbyter. lxxj. di. c. neo. Itẽ poſſunt

inter ſubditos indicare. Itez anathematizare
cū ſolēnitate: de qua habet̄.xi.q.iii.debēt. Itē
diuidere vnā eccleſiam in duas/ ꝛ duas vnire:
vnā ſubiicere alteri/ ꝛ nouas eccl'ias erigere: ꝛ
hoc quidē ex cauſa poſſunt facere ꝛ nō aliter: ꝛ
nichilominus requiſito cōſenſu illoꝝ quoꝝ in-
tereſt ꝛ q̄ forſan ex hoc ledi poſſent etiam q̄ñq̄
eoꝝ cōſenſu nō obtēto. ex̄ de exceſ.p̄la.c.ſicut.
ex̄ de eccle.edi.ad audientiā.x.q.ii.c.ſi.xii.q.ii.
c.placuit. Itē poſſunt ep̄alē ſynodū celebrare.
xxxviii.di.q̄ñ. Itē reuertētes ab hereſi recōci-
liare.ex̄ de here.ad abolendā. Itē canonē late
ſentētie quo ad ſuā dioceſim condere. iii.q.iiii.
nullus. Multa quoq̄ alia que difficile eſſet nu
merare cuz ep̄s preordinator ſit in cūctis.xxv.
di.plectis. ¶ Utrū ep̄s principali⁹ debeat in-
tendere cure paſtorali vel multiplicatiōi tpa-
liū? Rñ.ſm Tho.in quodl'. Sollicitudo p̄lati
ꝓpria ꝛ precipua debet eſſe circa gregis cuſto
diam: orādo/predicādo/ſacramēta diſpēſando
et ſua iura quantū res exigit erogādo. Multi-
plicatio aūt tpaliū pōt exerceri opportunitate
ſe offerente ſine ſpūaliū notabili dāno: ꝛ ſic ptū
eſt multiplicare ea ad eccl'ie vtilitatē: ꝙ ſi op-
portunitas nō ſe offerat/nullatenus licet ei ſe-
ipſum diſtractiōi ingerere et ſecularibus occu
pare cū impedimento notabili. Idē etiā Tho.
ii ii.q.clxxxv. Et ad materiā iſtam pōt ptinere
.i.ſollicitudo. Utrū liceat ep̄o ꝓpter aliquam
pſecutionē deſerere gregē? Rñ.ſm Tho.ii.ii.
q.lxxxv.ar.v.vbi ſubditorū ſalus exigit pſone
paſtoralis p̄ſentiā: non debet paſtor ſuū gregē
deſerere: nec ꝓpter aliquod tpale cōmodū: nec
etiā ꝓpter aliquod pſonale periculū imminēs
cū bonus paſtor aīam ſuā teneat̄ ponere ꝓ oui
bus ſuis. Si xo ſubditorū ſaluti poſſit ſufficiē
ter in abſentia paſtoris per aliū ꝓuideri: tunc
licitum eſt paſtori ꝓpter aliquod eccl'ie cōmo-
dum: vel ꝓpter perſone periculū corporaliter
gregē ſuū deſerere: ꝛ ſm hoc intelligit̄.vii.q.i.
ſciſcitaris. hec materia plene tractat̄.vii.q.i.
adverſitas.§.hoc totum.vbi gloſa ſic ſummat.
Perſecutio eccleſie aut eſt extrinſeca / aut in-
trinſeca. Si extrinſeca q̄.ſ.fit a manifeſtis ini-
micis pſequētibus corporaliter: tūc aut ſolus
prelatus querit̄/aut totus clerus. Si ſol⁹ pre-
latus/tūc ſi eo recedēte tuta eſt ſalus eccleſie: ꝛ
tunc fugiet exēplo xp̄i.: ſi nō eſt tuta/tūc ponat
aīam ſuā ꝓ ouibus ſuis: al's mercēnarius eſt.
ſi totus clerus querit̄ indiſtincte ſe ꝓ eis ho-
ſtibus opponet: vt di.xliii.ſit rector. Sz ſi al's
pōt cōſuli eccl'ie: totus cler⁹ fugiet cū prelato.
Si non pōt remanere cū prelato vel omnes vel
quidā ex illis. Si aūt eſt altercatio de māſuris
vł receſſuris/res ſorte dirimat̄.xxvi.q.ii.ſors.
Si autē pſecutio eſt intrinſeca p eos.ſ.qui ad-
huc nō ſunt preciſi: tunc aut oēs ſunt mali/aut
aliqui. Et ſiq̄dē oēs ſunt mali/ aut habet̄ ſpes
de eorū correctione: ꝛ tunc nō ſunt deſerendi: ſi
nō habet̄ tūc ſunt deſerēdi: ſicut fecit btūs Be
nedictus. Si autē non oēs ſunt mali: ſed boni
admixti malis/non debēt deſeri.xxiii.q.iiii.tu
bonus. De hoc etiā in.c. Ibi adunati equani-
miter portādi ſunt mali: vbi inueniūt̄ aliq̄ bo-
ni qui adiuuent̄. Nā vbi omnino fruct⁹ de bo-
nis deeſt: fit aliq̄ñ de malis labor ſupuacuus:
maxime ſi e vicino cauſe ſuppetant qui fructū
deo valeant ferre meliorē. Greg.ii.q.i.c.vlti.

¶ De ordinatiōibus ſiēdis p §.I.

ep̄os: qr iſtud eſt res maxime importantie ex
qua ſi cōgrue fiāt / magna vtilitas eccleſie dei
ſequit̄. Si aūt indebite/magnū detrimentū et
dehonoratio diuini cult⁹: et pnicies ordinatis
et ordinatorib⁹: ideo maxima diligētia i hmōi
eſt ſeruāda. Propter qđ apl's Timotheo ep̄o
ſcribēs ait: man⁹ cito nemini impoſueris.ſ.or
dinādo: neq̄ cōices alienis peccatis.i.Tim.v.
Ubi Leo papa. Quid eſt man⁹ cito imponere
niſi ante etatē maturitatis / ante tēpus exami
nis/ante meritū obediētie/ante expiētiā diſci
pline ſacerdotalē honorē tribuere nō ꝓbatis?
Et q̄d eſt cōicare peccatis alienis niſi talē effi
ci ordinātez qualis eſt q̄ nō meruit ordiari? di.
lxxviii.quid eſt. Uñ de Leōe papa legit̄ ꝙ cū p
xl.dies ad corp⁹ beati Petri apl'i oraſſet vt a
dño remiſſionē ſibi pctōꝝ ꝓcuraret: demū ap-
paruit ei apl's Petr⁹ dicēs ſibi hoc a dño obti
nuiſſe de oībus: excepto de manuū impoſitiōe
ideſt ordinatiōe ꝛ collatione bñficioꝝ: de q̄ ad- De exa
huc dño habebat reddere rationē. ¶ Primo mine
igit̄ debet ep̄s ꝓuidere: vt diligēter examinēt̄ ordinā
ordinādi ꝛ ſi de more illi⁹ dioceſis eſt vt p ar- dorum.
chipreſbyterū/vel archidiaconū/vel prepoſitū
examinent̄: hoc non obſtāte debet ip̄e alios cū
p̄dictis aſſumere examinatores ſacerdotes/ti
moratos et prudētes viros/gnaros diuine le-
gis/et exercitatos in eccl'iaſticis ſanctiōib⁹ q̄
ꝓmouēdos examinēt: vt dicit̄ diſt.xxxiiii.q̄ñ.
Et p̄cipue debēt examinari de etate legitima/
ſufficiēti litteratura/ ꝛ moꝝ honeſtate. Hec re-
quirūt̄ in p̄ficiēdis quib⁹.ſ.iniūgit̄ cura aīaꝝ.
vt dicit̄ ex̄ de elec.cum in cūctis. Et notat glo.
ſup dicto.c.q̄ñ examinatio fiēda eſt ante diem
ordinatiōis: vt ptz in illo.c. Debet ergo exami Etas.
nari prio de etate: vt.ſ.attingat.xviii.annum ſi
vult ordinari in ſubdiaconū.xx.annū ſi in dia-
conū.xxv.ſi in preſbyterū: al's nō debet eū ad-
mittere: et ſi admittit citra talem etatē peccat
mortalr. et ep̄s etiā talem ſciēter ordinās niſi
eſſet diſpēſatus p papā: qr in hoc ip̄e diſpēſare
nō poſſet. De etate aūt credere debet p̄ſentāti

ordinandū: niſi ipſe manifeſte ſciat cōtrariū ꝑ ſe vel ꝑ aliū/vel habeat aſpectū nimis puerilē: ꝓpter qḋ merito poſſet dubitari:⁊ tūc requiratur aliqḋ teſtimoniū vicinoꝝ vel ꝯſanguineoꝝ. De diſpēſatiōe aūt habita ſup hoc a papa non hꝫ credere niſi hoc oſtdat: pōt tn̄ credere ſi ꝑſo
Scientia. na eſt multū fidedigna. Quātū aūt ad ordines minores nō requirit̃ determinata etas: dūmodo excedat infantiā. De lr̄atura aūt quāta eſſe debeat nō eſt bn̄ clarū. Et q̄tū ad ſubdiaconatū ⁊ diaconatū opꝫ ꝙ ſaltē ſciat bn̄ et expedite legere:ne faciat cōfuſionē corā ꝑpl'o in legēdo. ar.di.xxj.cleros. ⁊ operā det addiſcēdi grāmaticalia: ⁊ ꝙ etiā ſciat bn̄ legere ⁊ inuenire officiū:cū ad hoc teneat̃ ex p̄cepto: al's ſi nō hꝫ modū ad addiſcendū ipm̄: vel q: nō hꝫ cōmoditatem breuiarij:vel q: neſcit ꝑ ſe vel cū alio: nullo modo debet ordinari: al's talē ſciēter admittens vel ordinās videt̃ peccare mortal'r: cum det illi quotidie occaſionē delinquēdi ⁊ peccādi mortal'r illud omittēdo. Quantū aūt ad ſacerdotiū videt̃ neceſſariū ꝙ ſaltē ſciat grāmaticam:et p̄cipue ſi eſt ſacerdos ſecl'aris:q: tales cōiter exponunt̃ ad curam aiarū:que male pōt exerceri ſine lectiōe libroꝝ q̄ habēt in litterali nō in vulgari ſermōe ſcripti. vn̄ Celeſtinus papa. Debet q̄s ante eſſe diſcipulus q̄ſq̄s doctor eſſe deſiderat: vt poſſit docere qḋ didicit. Qui minime lr̄is operā dedit p̄ceptor eſſe nō poterit.diſ.lix.ordinatos.Sed ſi eſſet religioſus cū ex vocatiōe ſua nō deputet̃ ad curā aiaꝝ: vnde oporteat eū ſcire que ꝑtinēt ad debitā adminiſtrationē ſacramētorū:⁊ p̄cipue penitētie.ideo videt̃ ſufficere ꝙ ſciat bn̄ ⁊ expedite legere miſſam ⁊ diuinū officiū/ ⁊ q̄ ꝑtinēt ad debitā materiā et formā euchariſtie ⁊ celebratiōis miſſe:in hmōi eñi puritas ꝯſciētie ⁊ deuotio regule ſupplent defectū ſciētie. Congruū eſt etiā et ſolitū examinare de cātu eccl'iaſtico:p̄cipue clericos ſeculares. Quātū ad tertiū.ſ.de bonitate vite
Uita. niſi ſit pctōr manifeſtus notorio iuris vel facti vt publicus cōcubinari⁹/ vel vſurari⁹ manifeſtus ⁊ hmōi:vel niſi ſit excōicat⁹ maiori vel ſuſpenſus vel interdict⁹ pōt eū admittere:q: nemo iudicād⁹ eſt ſalutis ſue immemor. j.q.vij. ſancimus. Debꝫ tn̄ admonere oēs ordinādos vt debeāt cōfiteri ante ordinis ſuſceptionem. Debꝫ etiā interrogare ſi eſt legitim⁹:q: ſi illegitimus nō pōt ꝓmoueri ad aliquē ordinē ſine diſpenſatiōe:vel ep̄i quo ad minores/vel pape quo ad ſupiores: niſi eſſet religioſus q̄ ratione religiōis in hmōi nō indiget diſpenſatiōe: al's ordinās talē illegitimū ſcienter peccat mortaliter:et ordinat⁹ eſt ſuſpēſus. Itē ad ſubdiaconatū ⁊ ſupra non debet aliquē clericū ſecularē ordinare ſine titulo alicui⁹ vel bn̄ficij vel altaris/vel ſaltē patrimonij: al's ipſe ordinator haberet ſibi ꝓuidere. Et lꝫ exēpti cōiter habeant p̄uilegia ꝙ nō debeāt examinari: ꝓpter qḋ ſuperficial'r pōt tranſiri in examinatiōe ipoꝝ: tū q: frequēter abutunt̃ p̄n̄tantes ineptos: puta habētes defectū etatis vel nimis ignorantes: ideo nō incōgruū eſt ſi in hmōi examinent̃. ar. xj.q.iij.p̄uilegiū. ¶ Scḋo debet ꝓuidere ep̄s vt ſicut ipe abſtinet ab omni vicio ſimonie/ vel qḋ hꝫ ſpeciē vel ſcrupulū ei⁹:ita ⁊ faciat examinatores et notarios ab hmōi cauere:et p̄cipue ab illa corruptela qua ſolēt notari anteq̄ ſcribant ordinandū ſeu p̄n̄tandū ep̄o petere certā pecuniā: vt florenū vel medietatē/vel plus vel minus: al's nō ſcriberēt.qḋ expreſſe ꝓhibet̃.j. q.ij.ſicut ep̄m. Et q̄uis poſt ordinationē factā ꝓ lr̄a teſtimoniali ordinis recepti poſſet notarius moderatū quid accipe ab ordinato ꝓ ſuo labore qn̄ non eſt ſalariat⁹ ab ep̄o ſm̄ glo.dict̃ c.tn̄ tuti⁹ eſſet abſtinere:vt ceſſaret oēe ſcrupulum:⁊ p̄cipue cū multū accipiūt:⁊ ordinator et examinatores ꝑticipant de lucro. Cortina ſeu cerei q̄ volunt ſm̄ morē ſua ſpōte offerre recipi poſſunt: q̄ nolūt nō ſunt cogēdi. ¶ Tertio ep̄s faciēs ordinationē in p̄ncipio ⁊ ante oia faciat generalē admonitionē ⁊ exhortationē ad ordinandos vt deuote ſuſcipiant ordines:cum per hmōi applicēt̃ ad diuina myſteria tāq̄ angeli. Et ideo conent̃ vitā tenere angelicā:p̄cipue vt caſte ⁊ honeſte viuāt:⁊ frequēter confeſſionē:⁊ precipue cū habēt exercere actus ordinū ſuoꝝ faciāt:q: talia faciēdo vt acholitatū/ſubdiaconatū/diaconatū et hmōi exiſtētes in pctō mortali:mortal'r peccarēt:et ꝙ nō omittant officiū diuinū.i.horas canonicas ad quas tenent̃:⁊ ꝙ vacēt lectiōib⁹ libroꝝ diuinoꝝ et hmōi: deinde ad cautelā abſoluat a vinculo excōicatiōis/ſuſpenſiōis/⁊ interdicti:a quib⁹ pōt ordinādos. ¶ Quarto ep̄s cōferat ipos ordines:ſꝫ nō niſi illis q̄ ſunt de ſua dioceſi.ar.ix.q.ij.lugdunenſis. vel alijs de licētia ſuoꝝ ſuperioꝝ oſtenſa in lr̄is autēticis: quos examinare pōt etiā ſi vult ꝑ ſe vel ꝑ alios:⁊ etiā nō ordinare cū ſibi nō vident̃ idonei. Conferat aūt tp̄ib⁹ ſtatutis ab eccleſia infra miſſam ſꝫ ꝙ notat̃ i pōtificali. Attēdat aūt cū oī diligētia vt nō faciat defectū in expreſſiōe formaꝝ vel collatiōe inſtrumentorū ipſoꝝ ordinū ⁊ alijs cerimonijs: vn̄ frequenter reſpiciat in pōtificali: vt de ꝑte in partē videat q̄d agere debeat mature ꝓcedēdo: ⁊ auiſando ordinādos:⁊ reſpiciēdo ꝙ tangant inſtrumēta in q̄b⁹ imprimit̃ character:de quib⁹.ſ̄.ti.xiiij. c.de ſacramēto ordinis. Frequēter eñi defect⁹ in hmōi ſolēt ꝯtingere in quib⁹ quid agēdū cū cōtingūt/habes.ſ̄.in dicto.c. Un̄ nō cōfidat de miniſtris eius quin ipſe etiā ſingula attendat

et precipue circa ordinē ſacerdotij et ꝑcipue ꝙ in calice ſit vinū cū aqua: ⁊ ſuꝑ patenā hoſtia ⁊ ꝙ ordinādi tāgāt calicē: ⁊ patenā. Itē ꝙ impo nat manū ſuꝑ capita eoꝝ ꝓut notaṫ in pōtifica li. Ita aūt ordinatione facta dicendo ſecretas moroſe et fortiter dicat: vt ordinati ad ſacerdo tiū poſſint cū eo dicere cū habeāt celebrare cū eo: nō tñ ꝙ iſtō ſit de ſubſtātia ordinatiōis: vel ꝙ oporteat ſupplere illud ſi nō dicerēt cum eo. Demū in fine miſſe ad bñ eſſe ſolēt epi ſe recō mendare ordinatis ⁊ iniungere quaſdā miſſas ſacerdotib⁹/alijs alias orationes ꝓ eccl'ia dei. ꝓ ſūmo pōtifice/ ꝓ ipoꝝ ꝓ bono ſtatu ciuitat.

¶ In cōferēdo etiā beneficia §.II.

oportet ſummā adhibere diligentiā. Nam ſm Tho. ⁊ Alber. in. iiij. mortal'r peccat ſciēter cō ferēs bñficia indignis. Vñ hormiſda papa diſ. lxj. c. in ſacerdotib⁹. ait. In ſacerdotib⁹ eligen dis curā op3 eſſe ꝑſpicuā. Irrephenſibiles eñi eſſe eos cōuenit quos preeſſe eſt neceſſe corri gēdis. Lōga ergo vitā ſuā ꝓbatione mōſtrare cui gubernacula ꝯmittūtur eccl'ie: emēdatiorē eñi eſſe cōuenit populo quē neceſſe eſt orare ꝓ po pulo. Et infra. Perferēs memorādi criminis labē nō h3 lucidā ſacerdotij dignitatem. Sicut aūt ſm Greg. ſingula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſq3 ꝑſonis cōmitti debēt. q2 turpiſ ſimū eſt ſi ſingula rerū miniſteria ꝑſonis totidē nō fuerint diſtributa. di. lxxxix. c. j. ita ⁊ bñficia nō plura vni ſed ſingula ſingulis cōferāṫ. vt dr̄ di. lxx. c. ſanctoꝝ. Et hoc qñ illō vnū bñficiū eſt ſufficiēs ad cōpetētē ſuſtētationē ei⁹. Et quis ſolus papa diſpēſet vt ꝗs habere poſſit plures eccl'ias curatas vel pl'es dignitates. vt expſſe habeṫ ex de ꝑbē. c. de multa ꝓuidētia. ⁊ i bñfi cijs ſimplicib⁹ pl'ib⁹ habēdis epūs valeat diſpē ſare. vt dicit gl. ſuꝑ dicto. c. diffuſe tractās iſtā materiā: tñ ſine cauſa rōnabili diſpēſando non eſt abſq3 pctō cū diſſipet non diſpenſet. Ex quo ſequiṫ illud inconueniēs vt vn⁹ quidē clericus eſuriat nullū habens beneficiū: ali⁹ autē ebri⁹ ſit multitudine bñficioꝝ: ⁊ aliqñ min⁹ dignus. Pōt autē epūs eccleſias curatas duas vnire ex cauſa rōnabili. puta ꝓpter exiguitatē. q2 vna nō ſufficeret ad ſuſtētationē: vel ꝓpter rarita tē clericoꝝ ⁊ hmōi. Accedēte tñ cōſenſu patro norū ſi habēt patronos. ⁊ hoc vel ſimpl'r vel ad vitā ſacerdotis eas habētis. ⁊ ſic poterit abſq3 alia pape diſpenſatione quis habere duas cu ratas. q2 vt vna reputatur. arg. x. q. ij. De iſta materia ſatis diffuſe ſupra habetur titu. xv. c. de beneficiatis. ¶ Primo ergo attendat epūs vt cui cōfert beneficiū nullū ei obſtet de cano nicis impedimentis vel de his defectibus de quibus dictū eſt in. §. precedenti, et ꝙ attingat xxv. annū ſi beneficiū conferendū eſt curatum: quantūcūq3 exiguā curā habeat. ⁊ ꝙ non ſit il legitim⁹. et infra annū a collatione ordineṫ ad ſacerdotiū ſi nondū eſt ſacerdos. Contrarium ſciēter faciēdo vel ignorantia craſſa: peccaret mortaliter ⁊ collatio nō valeret. Examinet etiā per ſe vel ꝑ aliū de aptitudine adminiſtratiōis ſacroꝝ et precipue circa audiētiā cōfeſſionū: vt ſaltē ſciat cōia dei ⁊ eccl'ie precepta ⁊ cōpeten ter diſcernere inter mortale ⁊ veniale. S3 ſi bñ ficiū eſt ſimplex: nec predictā etatē nec promo tionē ad ſacerdotiū requirit. Et de illegitima tione ipſe diſpenſare valet dūmodo al's ſit ido neus: ⁊ per aliū deſeruire faciat illi bñficio ca pelle vel altari: ita etiā ꝙ reprehēdat ipm dice re horas canonicas cū ad hoc teneaṫ ex prece pto: al's nullo modo d3 ei ꝯferre quātūcūq3 exi guū etiā ſit. ¶ Scdo attēdat ſi bñficiū habeat pr̄onos. q2 tunc cū tp̄s habeāt quadrimeſtre a noticia vacatiōis talis bñficij curati vel ſimpli cis īfra illō tp̄s nō pōt epūs diſponere aliꝗd de eo cōtra volūtatē patronoꝝ cōferēdo: ſ3 ipſo va cante ꝓcitu⁹ d3 ibi cōſtituere yconomū ad con ſeruandū bona eccleſie mobilia vel immobilia ad ſeruiēdū in cura ⁊ officio illius eccl'ie: cui et poſtea ꝓuidere habebit de cōpetēti ſalario. Si aūt infra predictū tp̄s nō preſentāt: poſtmodū ad ipm deuolujṫ ꝓ illa vice ꝓuiſio eius. Et ſi ipſe epūs infra ſemeſtre nō inſtituit aliquē in il lo bñficio curato vel nō curato: poſtea deuolui tur ad aliū prouiſio ei⁹ nec poteſt ſe intromitte re: al's peccaret mortaliter ⁊ collatio nulla. Et idē de bñficijs q̄ ſpectāt ad eius collationē. de his diffuſe. ſ. ti. xv. c. de bñficiatis. Si aūt pa troni preſentāt indignū ſuꝑ quo ipſe h3 exami nare de idoneitate ſua/nullo mō debet admit tere ſ3 repellere eū: al's nō excuſareṫ a mortali admittēdo ſciēter indignū etſi ab alijs p̄ſenta tum. nec tamē ex hoc patroni amittūt ius pre ſentandi etiā pro illa vice: ſed poſſunt aliū pre ſentare. Si vo idoneū preſentēt d3 epūs ipſum admittere et confirmare miſſo tñ prius edicto publico vt moris eſt: et nullo cōtradicēte d3 eū anulo inueſtire ⁊ dare autoritatē alicui mittē di eū in poſſeſſionē. Et hec oīa fieri debent per inſtrumentū notarij curie ipſo tñ beneficiando prebēte aſſenſum per ſe vel ꝑ ꝓcuratorē ſuum Si autē patroni plures eſſent ⁊ vota variarent in p̄ñtādo: admitti poteſt preſentatio vtriuſq3 partis: ſed nō d3 ſequi cōfirmatio niſi facta diſ cuſſiōe cui⁹ p̄ñtatio magis debeat admitti. ꝓ ualet aūt p̄ñtatio maioris partis patronoꝝ ce teris parib⁹. Et circa hmōi ſolēt oriri multa li tigia q̄ deciduṫ ꝑ doc. Aliqua breuiter habes de patronatu. ſ. ti. xij. ca. de pr̄onis. ¶ Tertio d3 attēdere vt nulla ibi cōmittatur ſimonia in

collatiõe vel in preſentatiõe ipſoꝝ:nec per bñfi
ciandos nec ꝑ patronos nec per mediatores:⁊
multomagis ipſe ab hoc abſtineat.vt.ſ.nec ra
tione pecunie conferat.nec etiã rõne ſeruitij tẽ
poralis recepti vel recipiẽdi:aut rõne precũ ad
illud principaľr moueaꝛ:ſ; potiꝰ ad meritũ ꝑſo
ne reſpiciat. ꝑces etiã ꝓ ſe porrecte ꝓ bñficio
curato idignũ reddũt ſm Tho.Ray.et plures
alios.Collatio aũt bñficij ſimoniace facta nul
la eſſet et renũciare oporteret.de qua materia
diffuſe habes.ſ.in.ij.parte.ti.j.c.de ſimonia.
nec etiã d; bñficia rõne cõſanguinitatis dare:
nec minꝰ dignos conſanguineos preponat ex=
traneis magis idoneis.q: hoc ꝑtineret ad vi=
tiũ acceptionis ꝑſonarũ ſm Tho.de quo.ſ.in
ij.parte.Eſt aũt de more ſeu abuſiõe in multis
curijs epoꝝ:vt in collatiõe bñficioꝝ certã quã=
titatẽ pecunie ipſi exigãt a bñficiatis ſm taxã
curie ipſoꝝ maiorẽ vel minorẽ ſm valorẽ bñfi=
cij hoc agentes:⁊ in hoc ſe excuſantes ex more
romane curie vbi ſm taxã beneficioꝝ ſoluiꝛ an
nata ipſi curie:medietatẽ h; papa.aliam vero
medietatẽ cardinales.S; nõ ſequiꝛ ꝙ ſi papa
hoc facit ex antiqua cõſtitutiõe vel ꝯſuetudine
ꝙ ipſi ſilr̃ia poſſint facere cũ nõ habeãt plenitu
dinẽ ꝑtãtis in bñficijs quã h; papa:nec poſſint
defalcare iura vel introitꝰ eccl'iarũ ſibi ſubdi=
tarũ vt papa vniuerſaliter erga oẽs.Preterea
et aliũ ſtatũ ⁊ alias expẽſas papã cũ curia face
re op; ꝙ̃ epos in dioceſibꝰ ſuis:⁊ ita faciũt ha=
bẽtes magnos redditꝰ ſicut ⁊ tenues.Vñ videꝛ
hoc ad ſimoniã vel ad extorſionẽ iniuſtã ſaltem
ꝑtinere.Vñ cautũ eſt ⁊ vt videꝛ debitũ ab hmõi
abſtineãt.Notarijs aũt curie ſue ita faciãt ꝓui
dere de labore ſuo:ꝙ nõ nimis extorqueãt pro
hmõi a clericis.⁊ ipſi nõ ꝑticipẽt de lucro illoꝝ
Et ſilr̃ ꝓ cõfirmatiõe electaꝝ in abbatiſſas vel
electorũ in preſidẽtes eccleſiaꝝ collegiataꝝ ni
chil accipiãt: vt ſint immunes a vitio ſimonie.

Circa alia ſpiritualia ne= §.III.

gocia oportet epm̃ eſſe ſollicitũ ſemꝑ ea prepo
nẽdo tꝑalibꝰ ſicut animꝰ ꝑponiꝛ corpi:cũ ⁊ cu=
ra aiaꝝ precipue ſit ei iniũcta.⁊ primo circa au
dictiã cõfeſſionũ vbi magis vertiꝛ ꝑiculũ aiaꝝ
ſi indebite fiat illud offm̃.attẽdat ꝙ cõfeſſores
habeãt ⁊ autoritatẽ ⁊ ſufficiẽtẽ peritiã.⁊ q: vt
diciꝛ ex̃ de pe.⁊ re.c.ſi epõ.lib.vj.nulla ꝯſuetu
dine introduci põt vt aliqs propria autoritate
ſibi eligat ꝯfeſſorẽ:ideo admoneat ſacerdotes
et alios clericos vt ab eo vel vicario ſuo petãt
lniam ꝯfitẽdi ſi nõ habẽt ab alio ſupiore vel niſi
cõfitenꝛ religioſis habẽtibus ex priuilegio vt
poſſint audire quoſcũqꝫ illiꝰ dioceſis vbi fuerit
ꝯſtitati.vt ex̃ de ſepul.c.dudũ.in clemẽ.Sacer=
dotes vero parrochiales eo ipſo ꝙ cõſtituũtur
in rectores eccl'iaꝝ ſine alia lnia poſſunt audi=
re ſuos parrochianos:nõ aũt alios ſine licẽtia
epi vel vicarij ſui vel niſi ipſi cõfitentes de hoc
haberẽt lniã;.Aduenientes aũt ex̃ dioceſim au
dire nõ poſſunt niſi in graui infirmitate.vel ni
ſi illi alienigene haberẽt lniã; a ſuo dioceſano.

Nec tñ ſacerdotes parrochiales pñt abſol=
uere in caſibꝰ reſeruatis niſi ſuper hoc habue=
rint ſpecialẽ lniã;.Alij aũt ſacerdotes nõ cura
ti audire nõ pñt ſine lnia eoꝝ q̃ dare pñt.Reli=
gioſi ꝟo exẽpti audire pñt ſm formã clemẽtis
ne/dudũ.de ſepulturis.Et q: maxima ignorã=
tia hodie reperiꝛ in cõfeſſoribꝰ/⁊ ꝑcipue cleri=
cis ſecularibꝰ:ideo epõ ꝑ ſe vel per aliũ exami
net ⁊ doceat de neceſſarijs ad hmõi.de qua ma
teria habes diffuſe.ſ.in titu.de cõfeſſoribus.

Quãtũ etiã ad alia ſacr̃a ꝓcuret ꝙ a ſacer=
dotibꝰ oĩa debite miniſtrenꝛ ſm formã ⁊ ritum
eccl'ie:⁊ ꝯtrariũ faciẽtes puniat plus ⁊ minus
ſm quantitatẽ exceſſus:⁊ ꝑmaxime ſacr̃m ba=
ptiſmatis in ſubſtãtialibꝰ:vt nullꝰ fiat defectꝰ
Faciet etiã obſeruari vt nichil exigaꝛ ꝓ colla=
tiõe ſeu adminiſtratiõe ſacr̃oꝝ vel alioꝝ ſpiri=
tualiũ ſed ſpõte oblata recipere ꝑmittat.Dicit
enĩ Grego.ꝙ eius oblatio nullã culpe maculã
ingerit q̃ nõ ex ambiẽtis petitione ꝓceſſerit.j.
q.ij.ſicut. Monaſterioꝝ monialiũ ſibi ſubdi
toꝝ diligẽtẽ adhibeat curã circa cõſeruationẽ
honeſtatis earũ:nec ꝑmittat ingreſſum in mo=
naſteriũ niſi ex cauſa neceſſaria.vt viſitationis
medici ad infirmos:deportatiõis victualiũ et
hmõi.⁊ hoc ꝑ ꝑſonas maturas ⁊ honeſtas:⁊ cõ
tra ingrediẽtes ſine cauſis hmõi ſolet eſſe lata
ſnia excõicatiõis ꝑ ſynodales vt in pluribꝰ dio
ceſibꝰ.Acceſſum etiã ad crates ad loquẽdũ cũ
monialibꝰ nõ de facili ꝯcedat/niſi forte conſan
guineis.⁊ hoc ſine pompa et ornatu ſuperfluo.
Egreſſum aũt monialiũ nõ cõcedat rõne viſita
tionis parẽtũ etiã infirmoꝝ.rõne aũt balneoꝝ
ꝓpter liberationẽ ab aliqua graui infirmitate
de cõſilio m[e]dici ſi monialis honeſta eſt ⁊ nõ le
uis cũ decẽti ſocietate ꝯſanguineoꝝ vel aliena
rũ ꝑſonaꝝ nõ ſuſpectaꝝ ꝑmittere põt:etſi cõſul
tius eſſet abſtinere.Q; obſeruẽt regulã ſuam
vt viuãt in cõi oĩa tenẽtes ſub vno officiali ⁊ lu
cra ex artificijs ⁊ legata ⁊ donata a conſangui=
neis.de cõi ꝓuideaꝛ ꝑ prelatã prout vnicuiqꝫ
opus eſt:⁊ facultas permiſerit.xij.q.j.nõ dica=
tis.Cõfeſſorẽ eis tribuat q̃ nõ ſolũ ſit honeſtꝰ:
ſed etiã ſciat q̃ ſpectãt ad vitã religioſam:vt va
leat eis facere cõſciam de trãſgreſſionibꝰ ſuis
ꝓut decet.Cõgruũ etiã videtur vt lapſum car
nis cũ alijs ꝑſonis ſibi reſeruet.Viſitare etiam
ordinarie annuatim d;:⁊ ſi neceſſarium viderit
etiã pluries.De pertinẽtibꝰ aũt ad mores reli
gioſoꝝ hẽs.ſ.i ti.d religioſis.Familiaritates

aũt ⁊ frequẽtatiões laicoꝝ ⁊ multo magis cle=
ricoꝝ ⁊ religioſoꝝ cũ monialib⁹ intercidat. In
ↄſecratiõe eccliarũ vel virginũ nichil tpale exi
gat. Silr in bñdictiõe abbatũ vel abbatiſſarũ.
In ↄſecratiõe tñ eccliarũ põt recipe ꝓcuratio=
nẽ.vel cũ vadit extra ad chriſmãdũ. vt dr eẋ de
cẽſi.c.romana.lib.vj.i lectura.et habeẗ.j.Omi
anno chriſma ↄficiat in cena dñi.vel p aliũ epm
ſi nõ põt/fieri hoc faciat.et chriſma ⁊ oleũ ſctm
et cathecuminoꝝ faciat in eccleſijs cũctis reno
uare ⁊ vetus cõburere.Oi anno det ſacrm ↄfir
mationis his q̃ nõ ſunt chriſmati in eccl'ia ca=
thedrali:⁊ hoc fieri dz i feſto pẽthecoſtes:⁊ ad=
moneat vel admonere faciat p p̄dicatores qñ
adulti vadũt ad recipiendũ chriſma ꝙ pri⁹ cõfi
teanẗ:⁊ ꝙ habeãt q̃ eos teneãt. Põt etiã ↄfer=
ri q̃buſcũqꝫ dieb⁹ iſtud ſacrm p caſtella ⁊ villas
dioceſis ſue.dz aliqñ diſcurrere ⁊ ↄferre ⁊ p̄ci=
pue qñ viſitat.De ptinẽtib⁹ ad iſtud ſacrm ha
bes.ſ.ti.xiiij.de ſacro ↄfirmatiõis.Cõtra here
ticos ſi q̃s inuenerit dz ꝓcedere ſm iura ⁊ offm
inq̃ſitoꝝ q̃ deputati ſunt a ſede aplica nõ impe
dire ſʒ adiuuare. Judeos ſi ibi ſũt facere ſignũ
portare.eẋ de iudeis.c.in nõnullis.vt diſcernã
tur ab alijs ⁊ alia facere obſeruare : vide q̃ ha=
benẗ.ſ.pte.ij.ti.ñ.de iudeis. Poſſunt etiã epi
inq̃rere ↄ̄ hereticos. eẋ de here.c.p hoc.lib.vj.
Qñ inq̃ſitor vel epõs facit inq̃ſitionẽ vl' ꝓceſſuʒ
ↄ̄ hereticũ aliquẽ quõ ſe debeãt hr̃e: q: ſimĩ ali
qua habẽt facere. vide.ſ.i ti.de p̄dicatorib⁹.c.
de inq̃ſitorib⁹. Et maleficia faciẽtes expellere
de dioceſi vt dr.xxvj.q.v.epi. Et dicit q̃dã gl.ꝙ
q̃ p maleficiũ faciũt ꝙ vir nõ poſſit vxorẽ cogno
ſcere.iſtud eſt crimẽ eccliaſticũ: ⁊ ad epõs ſpe=
ctat ſeuere punire.vt.xxvj.q.v.ſi q̃s cleric⁹.Di
uinatiões ⁊ incãtatiões ꝓhibere p cẽſuras ec=
cleſiaſticas.Et excõicationẽ ⁊ iterdictũ ſeruari
facere. Cõtra eccliaſticã libertatẽ laicos nõ p=
mittet agere ſtatuta aliq̃/⁊ edita deſtruere fa=
ciat quãtũ põt: ⁊ ꝙ clerici ⁊ cauſe eccliaſtice et
vſurarie ⁊ mr̃imoniales ⁊ hmõi nõ trahanẗ ad
iudiciũ ſclare. Coneẗ ↄtra publicos vſurarios
ꝓcedere ſm formã ↄſtitutionũ vſuraꝝ.⁊.c.q̃ꝙ.
de vſuris.lib.vj. cui⁹ declarationẽ hẽs.ſ.in.ij.
parte.ti.j.c.de vſurarijs manifeſtis.Abuſiões
varias q̃ ſunt in ciuitate q̃tũ põt p p̄dicatores
admonẽdo rephendẽdo ⁊ aliqñ p excõicationẽ
conetur extirpare ſine ſcãdalo tñ.ar.diſt.xliiij.
comeſſatões.Singulis ãnis ſynodũ faciat:vbi
admoneat clericos de agẽdis ⁊ vitia reprehen
dat: excluſis laicis ↄſtitutiões ſynodales lege
re faciat ⁊ exponere ꝓ ignorãtib⁹ ⁊ mãdare oĩ=
bus ſub certa pena pecuniaria vt veniãt ad ſy=
nodũ.Et ſi expedit aliquã ↄſtitutiõeʒ ſynodalẽ
facere vel imutare:h̄ tractare cũ ↄſilio ⁊ ↄſenſu
capli.i,canonicoꝝ ecclie cathedralis: ad exem
ptos clericos vel regulares hũane ſe dz hr̃e:in
nullo infringere p̄uilegia ſue exẽptiõis: ſʒ ↄſer
uare ⁊ i nullo ꝓcedere ↄ̄ eos i iudicio:nec rõne
cuiuſcũqꝫ delicti:nec rõne ↄtract⁹ vel alteri⁹ rei
ſi in h̄ ſunt exẽpti.vt cõiter ſunt hodie. In eccle
ſijs eoꝝ nõ celebrare ſolẽniter nõ req̃ſit⁹ ab eis
monaſteria monialiũ eis ſubdita viſitare nõ dz
vel in aliq̃ moleſtare:põt tñ charitatiue ſi q̃d re
prehẽſibile viderit admonere.Eccliaʒ romanã
dz ſingulis ãnis p ſe vel ꝓcuratorẽ viſitare:q:
ſic iurat i ſua ↄſecratiõe ⁊ alia q̃ ibi iurat obſer
uet:vel ꝓcuret ſup hoc de anno in annũ relaxa
tionẽ ab illo iuramẽto.Singulis ãnis ſi poteſt
oẽs eccliaſ ⁊ monaſteria ⁊ hoſpitalia ſue dioce
ſis dz viſitare.et de mõ viſitatiõis diceẗ.j.in.c.
ſpãli.Vicariũ autẽ vnũ vel plures dz inſtituere
ſm ꝙ viderit expedire:q̃ audiat cãs iudiciales
et iuſticiã adminiſtret:cui det ptãtẽ neceſſariã
cauſis expediendis ⁊ plus ⁊ min⁹ ſm ꝙ ſibi vi=
debiẗ:⁊ diligẽter aduertat ꝙ talis ſit q̃ reputeẗ
ſufficiens in ſciẽtia ⁊ rect⁹ in ↄſcia:vt nõ decli=
net a vero p̄cib⁹ vel munerib⁹:⁊ ꝓuideat ei de
cõpetẽti ſalario ꝓ labore ſuo. Sed q̃rit Arch.
ſup.c.vob.xij.q.ij. vtrũ vicari⁹ epi in ſpũalib⁹ ⁊
tpalib⁹ poſſit bñficia ↄcedere. et Hoſt.tenebat
ꝙ ſic.eẋ de p̄ben.in.c.dilecto.q: vicari⁹ põt oĩa
q̃ ptinẽt ad iuriſditionẽ:ſʒ inſtituere eſt iuriſdi
tionis:nõ epalis officij. Guil.durã.tenet ↄtra=
riũ.Sed Archi.dicit.Credo ꝙ req̃raẗ ſpeciale
mãdatũ: qð ꝓbat expreſſe de offi.vica.ca.cum
in generali.lib.vj.et hoc tenetur.

Circa bona tpalia mobi= §.IIII.

lia vel imobilia epatus : eccleſiarũ ⁊ monaſte=
rioꝝ ⁊ alioꝝ locoꝝ pioꝝ ſibi ſubditoꝝ dz diligẽ=
tiam adhibere ne diminuanẗ vel auferanẗ. Et
primo q̃dẽ cauere dz ſibi ab auaricia. vt videlʒ
nec p ſe nec p alios negocijs ſclarib⁹ pecunias
ſuas exponat:ſʒ ⁊ clericos ſuos ab hmõi faciat
abſtinere ꝓut teneẗ. vt diſt.lxxxviij.c.fornica=
ri.et eẋ ne cle.vel mo.c.j. nec etiã dz theſauri=
ʒare ſed qð ſibi ſupeſt in pias cauſas expẽdere.
Vñ Amb.xij.q.ij.aurũ.Aurũ eccleſia hʒ: nõ vt
ſeruet ſʒ vt eroget ⁊ ſubueniat in neceſſitatib⁹.
Et Hiero.c.ſequẽ.j. Gl'ia epi eſt pauperũ opi=
bus ꝓuidere:ignominia ſacerdotis eſt ꝓprijs
ſtudere diuitijs. Scðo abſtineat a dilapidatio
ne ipſoꝝ bonoꝝ cũ ſint pauperũ.xvi.q.j.qm.vñ
amicis vel ↄſanguineis nõ det niſi i neceſſitate
tanq̃ pauperib⁹:ſicut legiẗ ſctm Augu.feciſſe.
Ab expẽſis ſupfluis cõuiuioꝝ/plurimoꝝ famu
lorũ vel equorũ/pompoſe ſupellectilis ſe abſti=
neat:obſeruãdo illud qð habeẗ diſt.xlj.epõs. ex
carthaginenſi cõcilio.Epõs vilem ſupellectilẽ ⁊
menſam ac victũ pauperẽ habeat:⁊ dignitatis
ſue autoritatẽ fide et vite meritis q̃rat. et in.c.

ſequẽ. dicit nec veſtib⁹ vel calciamẽtis decorẽ querat. Legata ad pias cauſas: ſi infra annũ a morte teſtatoris heredes vel executores nõ ſoluerint: iþe ẽps dʒ poſtea cogere illos ex officio ſuo niſi teſtator ipſe ꝓtelauerit ⁊ determinauerit tẽpus illa faciendi. Et ne hmõi lateant congruũ eſt vt ſingulis annis ẽps ꝑceptũ faciat notariis ſub pena excõicatiõis vt debeãt talia legata referre curie ſue poſt mortẽ teſtatoris: vt videat ſi adimpleant̃: ⁊ alicubi eſt ſentẽtia lata ꝑ ſynodalẽ cõſtitutionẽ ꝯtra tales. Ipſa vo legata q̃ haberet exequi ẽps ſiue ꝓ icertis facta ſiue ꝓ aliis cauſis: qñ ꝑ teſtatorẽ nõ eſt expreſſus locus vel modus erogationis nõ ꝓpterea põt vel debet ẽps ſibi iburſare ſed pauperibus erogare tenet̃: ⁊ idẽ de aliis incertis q̃ ꝑuenũt ad manus ei⁹ rõne vſure vel ludi ⁊ hmõi. Tertio alienare nõ debet aliq̃d imobiliũ ſui ẽpat⁹ etiã in caſu neceſſitatis niſi pri⁹ habita licentia a ſede aplica cũ ⁊ hoc iuret. ex̃ de reb⁹ eccle. nõ alie. c. monaſterioꝝ. in cle. et tunc etiã requirit̃ certa forma. de qua. ſ. ti. xii. de alienatiõe rerũ eccliaſticarũ. Siliter nõ debet ꝑmittere alias ecclias vel monaſteria vel hoſpitalia ſibi ſubdita alienationẽ rei alicui⁹ immobilis facere ſine cõſenſu ſuo ex cauſis ⁊ cũ modis qui habent̃. x. q. ii, hoc ius. et. xii. q. ii. ſine exceptiõe. Et debet bene inq̃rere ꝙ ecclia nõ decipiat̃ ⁊ ꝑciũ ꝓ neceſſitate expẽdat̃: vel in vtilitatẽ maiorẽ ecclie ipſius emẽdo aliud ſibi fructuoſius. Multe leſiones fiũt eccleſiis ⁊ locis piis ꝑ illicitas alienationes. Sed vbi ecclia vel monaſteria apparent notabiliter leſa: põt ẽps cõtractũ reſcindi facere vel ad ſupplemẽtũ cogere emptorẽ. Idẽ de ꝑmutationib⁹ vel trãſactionibus. Qꝫ autẽ ẽps in alienationib⁹ poſſeſſionũ ecclie velit certam quotã puta ad rationẽ. v. ꝓ centenario de precio rei vẽdite videtur expreſſa extorſio: nec excuſari põt rõne ꝯſuetudinis cũ ſit irrationabilis: nõ eñi põt gabellã ꝑonere in ꝯtractib⁹ ſicut laici faciunt. Que aũt reperit vſurpata ab eccleſiis ⁊ piis locis a patronis vł ꝯſanguineis rectoris eccleſiarũ mobilia vel immobilia reſtituere faciat inquãtũ poteſt. Eccleſias ruentes faciat ꝑ rectores vel populũ reparari ⁊ domos earũ ꝓut fieri põt. Quarto nota vt di. xii. q. i. ẽpi. et. c. ſequẽtib⁹. ẽpi ⁊ alii rectores eccleſiaꝝ debẽt habere ⁊ tenere res eccleſie diſtinctas a reb⁹ propriis: ne ſub ꝑtextu rerũ ꝓpriarũ auferant̃ bona ecclie. Et de bonis quidẽ ecclie mobilib⁹ vel imobilib⁹ ⁊ alii clerici nõ poſſunt teſtari: ſed de reb⁹ patrimonialib⁹ vel ſibi donatis aut legatis aut acquiſitis ꝑ induſtriã poſſunt teſtari ⁊ ꝯſanguineis licite legare ⁊ donare ⁊ ab inteſtato in hmõi ſuccedũt ꝯſanguinei. Epi aũt ex religionib⁹ aſſumpti nõ poſſunt de aliquo teſtari niſi de licentia pape ſm Tho. in ſum. ii. ii. q. clxxxv. argu. viii. Et ſiliter religioſi aſſumpti ad ecclias curatas: ſed quicq̃d acquirũt tales ẽpi vel aľs curati ecclie ſue acquirũt etiã ꝑ ſucceſſionẽ aduenientia. Sed hodie ꝯſanguinei ꝑlatorũ ſpoliãt domos eoꝝ in morte. de his plenius habes. ſ. ti. x. de teſtamẽtis. Nota quito ꝙ ẽps debet ꝓcurare ꝙ ecclie collegiate et monaſteria habeãt ꝓcuratores ſuos ſeu iconomos q̃ fideliter tractẽt bona earũ. Ipſe autẽ ẽps debet hr̃e iconomũ rerũ ẽpatus q̃ ſit teſtis adminiſtratiõis debite tꝑaliũ. Sicut etiã cubicularii q̃s dʒ hr̃e ꝑſonas maturas ⁊ optime vite ⁊ fame clericos vel religioſos debet eſſe teſtes ſctẽ ꝯuerſatiõis ſue. vt di. ii. q. vii. cũ paſtoris. ⁊ hic iconom⁹ dʒ eſſe clericus. vt di. lxxxix. diſt. c. qr in q̃buſdã. et. c. indicatũ. In glo. tamẽ ſuꝑ. c. diaconũ. di ꝙ q̃ hꝫ poteſtatẽ ſeu adminiſtrationẽ ſuꝑ reb⁹ ẽpatus di vicedñs. qui autẽ ſuꝑ res canonicoꝝ di iconomus. hodie ꝯſueuerũt nũcupari camerlighi. Et in. c. decẽter oib⁹. diſt. ea. di ꝙ talia officia ꝓpinq̃s vel fauore ſibi ꝯiũctis nõ ſunt cõmittenda. Et dicit ibi glo. ꝙ ratio hui⁹ eſt: qr magis ſunt ꝓni ẽpi ad dandũ ꝓpinq̃s ꝙ̃ aliis etiã magis dignis. Itẽ alia ratio eſt hui⁹ ꝓhibitiõis: qr ſemꝑ preſumit̃ ꝙ res ecclie latẽter ledant̃ ꝑ eos. ⁊ diſ. lxxxiii. ẽps. iii. dicit̃. Eps nullã rei familiaris ad ſe curã reuocet: ſed orõni ⁊ lectioni ⁊ predicationi tñmodo vacet. Hinc et Ber. ad Eugeniũ papã in lib. de ꝯſideratione multũ inuehit ꝯtra ẽpos qui totã ſollicitudinẽ ſuã ponũt principaliter circa temporalia ⁊ ſupellectilia ſua ⁊ cõparãdos reddit⁹ et de ſalute aiarũ parũ curãt: dicẽs ꝙ ſi nõ poſſunt hr̃e prudẽtes ⁊ fideles diſpẽſatores vt decet: melius eſt hr̃e minus idoneos ꝙ̃ ẽpi ſe immiſceant hmõi occupationibus tẽporaliũ.

¶ De diſpenſatione q̃ poteſt §. V.

fieri ꝑ ẽpos. Nota ꝙ circa lapſos reperiuntur tres regule ius cõe ꝯtinẽtes ſm Ray. in ſum. et glo. ſummaria. diſt. l. in ꝑn. Prima eſt ꝙ q̃ peccauit mortaliter poſt baptiſmũ nõ põt ꝓmoueri. ſ. abſq; diſpẽſatione. xxv. diſ. primũ. xlviii. di. qm. i. q. vii. ſi q̃s oẽm. Scda regula eſt ꝙ ꝓmotus peccãs mortaliter deiicit̃. di. l. q̃ ſemel. diſ. lxxxi. ſi diaconus. Tertia eſt ꝙ ab ordine depoſitus nõ põt reſtitui. diſt. l. c. i. ⁊ ii. Iſte etiã tres regule colligunt̃ diſ. l. vt ꝯſtituerent̃. in ꝑncipio. ⁊ vbicũq; mitius agit̃ diſpẽſatio eſt. Idẽ Hoſt. Sed circa intellectũ iſtaꝝ regularũ ſm Ray. ⁊ glo. vbi ſupra tres fuerũt ab antiquo opiniões. Prima fuit ꝙ omne mortale poſt baptiſmũ repellit ꝓmouendũ ⁊ deiicit ꝓmotũ. et qr iſta eſt nimis rigida: qr ſm eã nullus poſſet ꝓmoueri: ideo nõ eſt tenẽda. Scda opinio intelligit iſtas

regulas de magnis pctis: q̄ꝛ minoꝛa poſt penitentiā nō repellūt ꝓmouendū: nec deijciūt promotū. ar. diſt. xlj. clericus. et. v. q. iiij. in loco. Et q̄ꝛ iſta opinio nō diſtinguit inter pctā occulta ⁊ manifeſta: ideo nō eſt tenēda. diſ. l. c. de his ꝟo. Tertia opinio intelligit predictas regulas de manifeſtis: occulta eñ poſt penitentiā etſi grauia nō repellūt nec deijciūt. diſ. xlviij. q̄m. Et q̄ꝛ hec opinio nō diſtinguit inter enoꝛmia q̄ etiam occulta repellūt ⁊ deijciūt ⁊ alia pctā. ideo ipſa etiā nō eſt tenēda. ex̄ de accu. c. inquiſitiōis. Ut ergo ſine calūnia procedas diſtinguendū eſt de peccatis: q̄ꝛ aut illa ſunt enoꝛmia / aut medioc͛ria / aut minoꝛa: q̄uis oīa moꝛtalia. Si ſunt enoꝛmia ſiue occulta ſiue manifeſta ſint repellūt ꝓmouendū ⁊ deijciūt ꝓmotū. i. indignū faciūt vt ꝓmoueat̄. et ſi iam ꝓmotus ſit indignū faciūt ad exequendū officiū ſuſcepti oꝛdis etiā poſt quantācūq̧ penitentiā. et cōtrariū faciens hoc eſt accedēs ad oꝛdinē ſuſcipiendū vel exequens ipſū ante diſpenſationē ſemꝑ peccaret moꝛtaliter. diſ. l. c. miroꝛ. j. q. j. erga. ⁊. c. ſi q̄s. ex̄ de accu. c. inq̄ſitionis. Et vt dicit Guil. gloſatoꝛ Ray. hoc q̄d dicit̄ de enoꝛmibus reſtringendū eſt ad homicidiū ⁊ ſimoniā i oꝛdine. Idē Hoſt. et Goff. addentes vitium hereſis. j. q. j. ventū. Quantū ꝟo ad mediocria pctā ſubdiſtinguit Ray. q̄ꝛ aut ſunt manifeſta: aut occulta. Si manifeſta impediūt ꝓmouendū ⁊ deijciūt ꝓmotū. diſt. l. c. de his ꝟo. Et intelligunt̄ manifeſta q̄ ſunt nota ꝑ ſententiā vel ꝑ cōuictionē / vel ꝑ cōfeſſionē factā in iure metu ꝓbatiōis. diſ. xxxiij. ca. ſi. vel notoꝛia q̄ nō poſſunt aliqua tergiuerſatione celari. Si aūt ſint occulta nō impediūt promouendū nec deijciūt promotū: ſed poſſunt ꝓmoueri ⁊ miniſtrare in ſuſceptis abſq̧ incurſione alicui⁹ cenſure vel irregularitatis: ſed nō abſq̧ moꝛtali pctō quouſq̧ peniteant. ex̄ de tēpo. oꝛdi. c. ex tenoꝛe. et. c. queſitū. Dicunt̄ autē mediocria exēplificādo adulteriū / furtū / ſacrilegiū / ꝑiuriū / fraus cū dolo / inceſtus. multomagis vitiū ſodomiticū. ex̄ de exceſ. p̄la. c. clerici. et ſimilia maioꝛa adulterio. foꝛnicatio etiā ſimplex notoꝛia vbi admonit⁹ nollet ſe coꝛrigere: videt̄ ꝑtinere ad mediocria. ex̄ de coha. cleri. ſicut. Minoꝛa aūt pctā etiā manifeſta nō impediūt ꝓmouendū nec etiā deijciūt ꝓmotū. Et dicunt̄ minoꝛa reſpectu grauiū. vt venatio in clerico: ludus alee ⁊ ebꝛietas. diſt. xxxv. c. j. facere ſtrepitū in ſynodo. v. q. iiij. in loco. et ſimi̅a. Si tñ admoniti tales nollent ſe coꝛrigere: propter cōtumaciā efficiunt̄ grauioꝛa. Idē Hoſtiē. Inno. etiā in glo. ſuꝑ. c. ex tenoꝛe. de tēpo. oꝛdi. dicit q̄ in occultis peccatis ſufficit abſolutio ſacerdotis autoꝛitate clauiū. arg. vj. q. j. illi. nec credo q̄ ſit neceſſaria diſpenſatio oꝛdinarij quo ad promotionē vel quo ad executionē: q̄d intelligendū eſt de mediocribus. vt patet ex illo. c. ex tenoꝛe. et. c. queſitū. Et addit q̄ nō peccat talis ſtatim facta ꝯfeſſione celebꝛando: licet bonū ſit ꝯſiliū q̄ vel abſtineat / vel pro parte ſatiſfaciat. Q̄ꝫ papa poſſit in oī caſu diſpenſare ſuꝑ homicidio ⁊ alijs nō eſt dubiū. Sed circa ep̄os eſt duplex ſolennis opinio ſm̄ Ray. Pꝛima eſt q̄ ep̄s poteſt diſpenſare ꝯtra duas pꝛimas regulas in adulterio ⁊ minoꝛibus criminib⁹: ſcʒ cū ſunt manifeſta vt dictum eſt. in maioꝛibus ꝟo adulterio nequaq̄ niſi in caſib⁹ a iure expreſſis poſſit diſpenſare. et hoc expreſſe d̄r ex̄ de iud. c. at ſi clerici. Nā hoc ipſo q̄ de q̄buſdā ꝯcedit̄ de alijs tacite ꝓhibet̄. diſt. xxv. c. qualis. extra de trāſla. c. iter coꝛpoꝛalia. ar. ad idē de tēpo. oꝛdi. dilectus. vbi d̄r. Cū illi diſpenſatio hm̄ōi a canone minime ſit ꝑmiſſa. Expꝛimit̄ autē in iure de quibuſdā maioꝛib⁹ adulterio in q̄bus ꝑmittitur ep̄o diſpenſare. diſ. l. c. ſi q̄s preſbiter. In hereſi tñ hodie nō hʒ locū cū papa ſibi reſeruet abſolutionē. et in. c. preſbiteros. diſt. l. vbi dicit̄ de diaconib⁹ ⁊ preſbiteris idolis imolantibus ex coactiōe poſtq̄ penituerint penes ep̄os eorit poteſtas aliq̄d eis tribuēdi. Alia ſiue ſc̄da opinio eſt q̄ ep̄s p̄ōt diſpenſare in oī crimine cōtra duas pꝛimas regulas: niſi expreſſe ꝓhibeatur a iure. hoc ꝓbat̄ diſt. xxviij. c. preſbiter. et optime de pe. diſt. vj. c. j. in fine. vbi d̄r. Pontifex iuſtus atq̧ diſcretus nō cogitur ſuos ſacerdotes ſemꝑ abijcere: ſed nec mox reſtituere niſi ſtatutū fuerit a romano pontifice. vt ex̄ de ſentē. excō. c. nuꝑ. circa ſi. Hanc opinionē tenet Laud. Uincen. Ioh. ⁊ Tan. Et Ber. ex̄ de iudi. in glo. ſuꝑ. c. at ſi clerici. dicit q̄ hec opinio eſt magis cōmunis: cui aſſentit Ray. ⁊ Guil. gloſatoꝛ eius dicit hanc opinionē eſſe ſalubꝛioꝛē ⁊ benignioꝛē ſupꝛadicta. Sequendo igit̄ ſecundā opinionē que cōmunioꝛ eſt qui ſint hi caſus in quibus prohibita ſit ep̄is diſpēſatio et pape reſeruetur. plene habes. j. in ti. ſequē. ibi vide. Quantū autē ad tertiam regulā: ſcʒ q̄ depoſitus reſtitui nō poteſt in officijs ſuis: in hoc nullus poteſt diſpenſare niſi papa ſm̄ Ray. ⁊ Hoſtien. licet aliqui contrariū ſentiant. vt habes ſupꝛa in premiſſis.

¶ De epiſcopatu quo ad §. VI.

appetitionem vel recuſationem eius vel renūciationem. Et quantū ad pꝛimū q̄ non ſit licitum appetere epiſcopatū ſed preſumptuoſum: hoc declaratum eſt ſupꝛa parte. ij. titu. iij. c. de ambitione. ibi vide. Quantū ad ſc̄dm ſcʒ vtrū ep̄atū iniūctū a ſuperioꝛe liceat oīno recuſare. R̄n. Tho. ij. ij. q. clxxxv. ar. ij. q̄ in aſſumptione epiſcopatus duo ſunt cōſideranda. Pꝛimū eſt

quid deceat hoiem appetere ſm ꝓpriā volūta
tem. Secūdū eſt quid deceat hoiem facere ad
volūtatē alteri⁹. Quantū igit̄ ad ꝓpriā volūta
tem cōuenit homini principal'r inſiſtere ꝓprie
ſaluti ⁊ intēdere:ſed ꝙ alioꝝ ſaluti intēdat hoc
cōuenit homini ex diſpoſitiōe alteri⁹ poteſtatē
habētis ſup eū. Vn̄ ſicut ad inordinationē vo=
luntatis ptinet ꝙ homo ꝓprio motu ferat̄ in
hoc ꝙ gubernatiōi alteri⁹ preficiat̄:ita ad inor
dinationē volūtatis ptinet ꝙ aliqs oino cōtra
ſupioris iniūctionē predictū gubernatiōis offi
ciū finaliter recuſet:et hoc ꝓpter duo. Primo
qꝛ hoc repugnat charitati ꝓximoꝝ qꝛ vtilita=
ti ſe qs dꝫ exponere ꝓ loco ⁊ tpe. vn̄ Aug.xix.
de ciui.dei. Negociū iuſtū ſuſcipit neceſſitas
charitatis. Scḋo:qꝛ repugnat hoc humilitati
ꝑ quā quis ſe alioꝝ mādatis ſubijcit. Vn̄ Gre.
in paſtorali dicit ꝙ tūc ante dei oculos vera eſt
humilitas cū anim⁹ ad recipiēdū hoc qḋ vtil'r
ſubire p̄cipit̄ ptinax non eſt. Quāuis aūt vita
ꝯtēplatiua ex q̄ qs ſibi vacat ⁊ deo/p̄ponit̄ acti
ue qua ꝓximis intēditur:⁊ amor dei ſit potior
amore ꝓximi: tn̄ bonū multitudinis p̄ferendū
eſt bono vni⁹. Et hoc ipm ptinet ad dilectionē
dei: ꝙ aliqs ouibus xp̄i ꝑ curā paſtoralē impo
ſitā intēdit. Inſup ⁊ p̄lati nō ſic trāſferunt̄ per
p̄laturā ad vitā actiuā vt cōtēplatiuā deſerāt:
ſed vtrīqꝫ ꝓ tpe debent vacare. Et inducit ad
hoc Tho.auctoritates Aug.q̄ habēt̄ in decre.
Dicit ei Aug. Ociū ſcm̄ querit charitas verita=
tis/ negociū iuſtū ſuſcipit neceſſitas charitatiſ:
quā ſarcinā ſi null⁹ imponit ꝑcipiēde atqꝫ in=
tuēde vacādū eſt veritati. Si aūt imponit̄/ſuſci=
piēda eſt ꝓpter neceſſitatē charitatiſ. Sꝫ nec ſic
omnimō veritatis delectatio deſerēda eſt:ne ſub=
trahat̄ illa ſuauitas et opprimat̄ iuſta neceſſi=
tas. viij.q.j.q epatū. vbi dicit glo.q̄ ad finē an=
ctoritatis:ꝙ nō ita dꝫ inſiſtere tātū delectatiōi
veritatis in cōtēplatiōe/ꝙ nō deſeruiat ꝓut opꝫ
neceſſitati ꝓximoꝝ i exercitio cure paſtoralis.
Ad idē Aug.ad Eudoxiū. Vos aūt hortamur
in dn̄o vt ꝓpoſitū veſtrū cuſtodiatis/et vſqꝫ in
finē pſeueretis:aut ſi qua opa veſtra mater ec=
cleſia deſiderauerit: nec elatiōe auida ſuſcipia
tis/nec blādiēte deſidia reſpuatis/ ſꝫ miti cor=
de obtēperetis deo:cuꝫ māſuetudine portātes
eū q vos regit/q dirigit mites in iudicio/ ⁊ do=
cet māſuetos vias ſuas:nec ociū veſtrū neceſſi
tatib⁹ eccl'ie p̄ponatis. Cui parturiēti ſi nulli
boni miniſtrare vellēt:quō naſceremini nō in=
ueniretis. xvj.q.j.vos aūt. Itē q̄uis accipere
epatū de ſe nō ſit neceſſariū ad ſalutē:fit tn̄ ne=
ceſſariū ad ſalutē recipe rōne p̄cepti ſupioris.
Nec excuſaret eū ſi votū de nō epando feciſſet:
qꝛ ſi intēdiſſet hoc nullo mō acceptare etiam ꝑ
ſuperioris mādatū/eſſet votū illicitū:⁊ ſic non
obligaret. ſi intēdit quantū erat ex pte ſui:tūc
qꝛ iniūgit̄ a ſupiori nō agit cōtra votū:nec etiā
excuſaret a tali iniūctiōe hoc ꝙ haberet ꝓpoſi
tum peccādi:qꝛ pōt ⁊ dꝫ dimittere tale ꝓpoſi=
tum. Si aūt haberet aliqḋ impedimētū/puta
excōicatiōis vel irregularitatis: cū illo non dꝫ
ſuſcipe/ſꝫ dꝫ manifeſtare iniūgēti. Et ſi nō pōt
tollere tale impedimētū/ puta qꝛ eſt archiep̄s
q precipit:et ille irregularis vel illegitimus et
hmōi/nō tenet̄ obedire:⁊ idem videt̄ ſi eſſet no
tabiliter ignorās : ſed ſi pōt tollere impedimē
tum et tollit/ipſo iudicato vt papa dꝫ obedire.
De renūciādo aūt epatui qḋ fieri nō pōt abſqꝫ
licentia ſedis aplice.habes ex̄ de renū.ca.niſi.
qḋ plene declarat̄.ō.ti.xxi.c.de renūciatione.

De ep̄is aſſumptis ad §.VII.

hmōi dignitatē ex ſtatu religiōis vtrū teneant̄
ad obſeruātias regulares? Rn̄.Thom.ij.ij.q.
clxxxv.ar.viij.ꝙ cū ſtat⁹ religiōis ⁊ ſtatus epa
lis ptineāt ad pfectionē ⁊ dicāt̄ ſtatus pfectio=
nis/in hoc tn̄ eſt differētia inter vtrūqꝫ : qꝛ ſta=
tus religionis dicit̄ ſtatus pfectionis : qꝛ ipſa
obſeruatio religiōis eſt via tendēdi in pfectio=
nē. Sed ſtat⁹ epalis dicit̄ ſtatus pfectiōis q̄ſi
quoddā magiſteriū pfectiōis. Vn̄ ſtatus reli=
giōis cōparat̄ ad epalē ſicut diſciplina ad ma
giſteriū/⁊ diſpoſitio ad perfectionē: diſpoſitio
aūt non tollit̄ pfectiōe adueniēte niſi forte q̄tū
ad id qḋ pfectioni nō cōgruit / ſed magis cōfir
mat̄: ſicut diſcipul⁹ cū puenerit ad magiſteriū
nō ꝯuenit ꝙ ſit auditor: cōuenit tn̄ ſibi ꝙ legat
⁊ meditet̄ magis q̄ pri⁹. Sic igit̄ dicendū ꝙ ſi
qua ſunt in regularib⁹ obſeruātijs que nō im=
pediāt pontificale officiū:ſed magis valent ad
pfectiōis cuſtodiā:ſicut eſt cōtinētia/pauptas
⁊ hmōi:remanet ad illa obligat⁹ religioſus fa
ctus ep̄s: et ꝑ cōſequēs ad portādū habitū ſue
religionis q eſt hui⁹ obligatiōis ſignū. Si qua
vō ſunt in obſeruātijs regularib⁹ que officio
pōtificali repugnēt ſicut eſt ſolitudo/ſilētium/
abſtinētie/graues vigilie ⁊ hmōi:ex quib⁹ im=
potens redderet̄ ad exequendū pōtificale offi
ciū/ad hmōi nō tenent̄. In alijs aūt pōt ⁊ diſpē
ſatione vti: ſm ꝙ requirit neceſſitas pſone vel
officij/vel cōditio hominū cū quib⁹ viuit:ꝑ mo
dum quo etiā prelati religionū ſecū diſpēſant.
Qḋ autē dicit̄.xviij.q.j.ca.vnico. ꝙ monachū
canonica electio a iugo monaſtice cōuerſatio=
nis abſoluit:⁊ ſacra ordīatio de monacho ep̄m
facit : intelligit̄ hoc dictū non q̄tū ad omnia ſed
q̄tū ad ea que repugnāt pontificali officio. Et
q̄uis ep̄i religioſi non teneant̄ obedire p̄latis
ſuarū religionū : ex eo vꝫ qꝛ deſierunt ſibi eſſe
ſubditi:ſicut ⁊ ipſi prelati religionū cum nō ha
bent ſupiores non tenent̄ obedire ſupioribus

prelatis quos nō habēt: manet tñ adhuc obligatio voti virtualiter. ita ſcilꝫ ꝙ ſi eis legitime aliqs preficeret̄ obedire tenerētur inquātū tenent̄ obedire ſtatutis regule ꝑ modū ꝑdictū et ſuis ſuperiorib⁹ ſi quos habēt vt archiep̄m vel papā ⁊ hmōi. Propriū aūt nullo modo poſſunt hr̄e: nā hereditatē paternā vēdicāt nō q̄ſi ꝓpriā ſed quaſi eccleſie debitā. Et ſic intelligit̄ qđ habet̄. d. c. vnico. vbi dr̄ ꝙ monachus factus ep̄s velut legitimus heres paternā ſibi hereditatē iure vēdicādi poteſtatē habeat. Vñ ibi ſubdit̄: ꝙ poſtq̄ ep̄s ordinat̄ ad altare ad qđ ſanctificatur qđ acq̄rere potuit reſtituat. Teſtamentū autē nullo modo pōt facere: q2 ſola diſpenſatio ei cōmittit̄ rerū eccleſiaſticarū q̄ morte finitur. Si tamē ex cōceſſione pape religioſus ep̄s vel alter faciat teſtamentū: nō tamē ex hoc intelligitur vt de re propria diſponere: ſed autoritate apoſtolica intelligit̄ eſſe ampliata poteſtas ſue diſpenſationis: vt eius diſpēſatio poſſit valere poſt mortē. Epiſcopi aūt q̄ aſſumunt̄ ad ep̄atū de ſtatu clericali poſſunt bona patrimonialia ⁊ acquiſita ꝑ induſtriā tenere vt ꝓpria ⁊ donare vel legare per teſtamentū: ꝓut eis videtur de hmōi bonis. xij. q. j. ep̄s. Non eñ ep̄i in ſua ordinatione ad hoc ſe obligant vt abſq; proprio viuant: nec etiā viuere abſq; proprio ex neceſſitate requiritur ad officium paſtorale.

¶ Utrū epiſcopi non lar- §. VIII.

giendo pauperib⁹ bona eccleſiaſtica que ꝓcurant peccēt mortaliter. Rñ. Tho. ij. ij. q. clxxxv. ar. vij. aliter eſt dicendū de ꝓprijs bonis q̄ ep̄i poſſidere poſſunt. ſ. ſi nō ſunt religioſi: ⁊ de bonis eccleſiaſticis. Nā ꝓprioꝝ bonoꝝ verū dñiū habēt. Unde ex ipſa rerū ꝯditiōe nō obligant̄. vt ea alijs ꝯferant: ſed poſſunt vel ſibi retinere vel alijs ꝓ libito largiri: in qua tñ diſpēſatione vel receptione poſſunt peccare: vel ꝓpter inordinationē affectus ꝑ quā plura ſibi cōferāt vel retineāt q̄ȝ oporteat: vel alijs nō ſubueniāt ſm̄ debitū charitatis: nō tñ tenent̄ ad reſtitutionē. Sed eccl'iaſticoꝝ bonoꝝ ſunt diſpenſatores vel procuratores. vt Augu. xij. q. j. ſi priuatū. dicit. Ad diſpenſatorē aūt requirit̄ bona fides. Sūt aūt bona eccl'iaſtica nō ſolū in vſus pauperū: ſꝫ etiam ad cultū diuinū ⁊ neceſſitatē miniſtrorū expendēda. Vñ antiquit⁹ fiebāt quattuor partes de redditibus eccleſiarū: vna erat ep̄i: alia clericorū deſeruientiū eccleſie: tertia ſeruabat̄ pro fabrica ſeu reparatione eccleſie: et quarta pauperib⁹ dabat̄. vt habet̄. xij. q. ij. de redditibus. et. c. quattuor. ⁊ alijs ca. Si ergo diſtincta ſunt bona q̄ debent in vſum ep̄i cedere ab his q̄ debent expendi in vſum clericoꝝ vel pauperū vel fabrice: ⁊ aliq̄d ſibi retineat ep̄s de his que ſunt deputata miniſtris: vel pauperib⁹ vel fabrice: non eſt dubiū ꝙ agit cōtra fidē diſpenſationis: et mortaliter peccat ⁊ tenet̄ ad reſtitutionē. De his autē que ſunt ſpecialiter ſuo vſui deputata videt̄ eſſe eadē ratio que ⁊ de ꝓprijs bonis. vt ſcꝫ per immoderatū affectū vel vſum peccet ſi ſibi retineat vltra q̄ȝ debeat et alijs nō ſubueniat: vt exigit debitū charitatis. Si v̾o nō ſunt predicta bona diſtincta: eoꝝ diſtributio fidei ſue cōmittitur. Et ſiquidē in modico deficiat vel ſuꝑabundet poteſt hoc fieri abſq; bone fidei detrimēto: ⁊ ideo abſq; mortali: q2 nō poteſt in talib⁹ pūctualiter accipere qđ fieri oportet. Si v̾o ſit multus exceſſus nō poteſt latere. Unde videt̄ bone fidei repugnare: ⁊ ideo nō eſt abſq; mortali. Et addit Tho. ij. ij. q. clxxxv. ar. vij. ad. iiij. ꝙ ſi q̄s clericus vel prelatus neceſſitate nō īminente ꝓuidēdi pauperib⁹ de his q̄ ſuꝑfluūt ex ꝓuentib⁹ eccl'ie poſſeſſiones emat: vel in theſauro reponat in futurū ꝓ pauperib⁹ laudabiliter facit. Si aūt neceſſitas immineat pauperib⁹ erogādi / ſuꝑflua cura eſt ⁊ inordinata vt aliq̄s tūc in futurū cōſeruet. qđ dñs ꝓhibet dicēs. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinū.

¶ De ornamētis epiſcopa- §. IX.

libus cū celebrat. Nā vltra ornamēta ſacerdotis de q̄bus. ſ̄. hꝫ. ix. alia ornamēta ſignificātia res ſpūales quas dꝫ hr̄e. Et p̄mo calige q̄ ſignificant rectitudinē greſſuū. i. affectionū ⁊ operū. Sc̄do ſandalia q̄ ſignificāt ꝯtemptū terrenoꝝ: q2 tegūt pedes ⁊ defendūt a puluerib⁹. Tertio ſuccinctoriū quo ſtola ligat̄ cū alba ſignificans amorē honeſtatis. Quarto tunicella lōga vſq; ad pedes: ſignificās ꝑſeuerantiā. Vñ ⁊ Joſeph dicit̄ habuiſſe tunicā talarē. i. deſcendentē vſq; ad talos: q̄ inſinuāt extremitatē vite. Quinto dalmatica lata deſignās largitatē in operibus miſericordie. Sexto chirotece: q̄ deſignāt cautelā in operib⁹: defendūt eñ ne ledant̄ man⁹ a frigore vel alijs: ⁊ manus ſunt oꝑa nr̄a. Septimo mitra deſignās ſcientiā vtriuſq; teſtamēti: vnde ⁊ duo cornua hꝫ: ⁊ appenditia mitre duo poſſunt ſignare expoſitiones additas doctorū ſm̄ duplicē ſenſum ſcꝫ litteralē ⁊ ſpūalē: qui eſt triplex. Octauo anulus ſignificās ſacramentū fidei quo eccl'ia deſponſat̄ chriſto. Ipſi eñ ep̄i ſunt ſponſi eccleſie loco chriſti. Nono eſt baculus paſtoralis q̄ deſignat tria q̄ ſpectant ad officiū paſtoris. nam ꝑ curuitatē in capite baculi ſignificat̄ ꝙ debet colligere vagos: per ſtipitis rectitudinē ſignificat̄ ꝙ debet ſuſtentare infirmos: ꝑ ſtimulū qui eſt in pede baculi ꝙ debet pungere ⁊ ſollicitare lentos ⁊ pigros. Vñ verſus. Collige ſuſtēta ſtimula vaga morbida lenta. Solent etiā quandā crucē paruulā argētā

vel eneā cū catenula ad collū ſub caſula deferre
que deſignat paſſionē chriſti quā debēt habere
in mente p meditationē ⁊ affectū imitationis.
Additur archiepiſcopis palliū in ſignū priuile
giate poteſtatis reſpectu ſuffraganeoꝝ. Et de-
ſignat torquē aureā quā ſolebāt recipere legi-
time certātes. Roman⁹ aūt pontifex nō vtitur
baculo paſtorali duplici rōne: vel q: petrus pri
mus papa miſit baculū ſuū p quendā diſcipulū
ſuū: vt ad tactū eius reſuſcitaret ſociū ⁊ cōdiſci
pulū eius georgiū defunctū in via quos ipſe pe
trus miſerat ad p̄dicandū: q̄ baculus reſeruat
vt d̄r in dioceſi treuerenſi. Unde ⁊ papa ibi ce-
lebrās vtitur baculo paſtorali. Uel ex eo ꝙ pa-
pa nō habet poteſtatē limitatā et determinatā
vt oēs ep̄i ⁊ prelati quā deſignat etiā curuatio
baculi ſȝ vniuerſaliter vbiq;. ideo nō vtitur tali
baculo. Poſſunt etiā per iſta nouē ornamenta
ſpecialia ep̄oꝝ deſignari nouē q̄ facere poſſunt
ſupra p̄ſbiteros. videlȝ clericos ordinare / virgi
nes bn̄dicere / baſilicas dedicare / clericos de-
ponere / ſynodos celebrare / chriſma conficere /
veſtes ⁊ vaſa ꝯſecrare ⁊c̄. Hec Tho. in. iiij. diſt.
xxiiij. immediate ante expoſitionem littere ex-
ceptis paucis additis. ¶ Notandū etiā de q̄-
buſdā que ſm iura debent obſeruare epiſcopi.
Primo vt nō deſpiciant ſed honorent clericos
ſuos ſm gradus ſuos: ⁊ ecōuerſo clerici epiſco
pos habeant vt patres. Unde Hiero. ad nepo-
tianū. Eſto ſubiect⁹ pontifici tuo ⁊ quaſi anime
parentē ama. Sed epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe
ſciant nō dn̄os / honorēt clericos ſuos quaſi cle
ricos: vt ipſis ep̄is a clericis quaſi ep̄is honor
deferat. Scitū eſt illud oratoris domitij. Cur
ergo te inquit habeā vt principem cū tu me nō
habeas vt ſenatorē. ꝙ autē aaron ⁊ filios eius
hoc eſſe ep̄m et preſbiteros nouerimus: vnus
dn̄s / vnū baptiſma / vnū tēplū / vnū ſit myſteriū.
Et paulopoſt. Peſſime cōſuetudinis eſt i qui-
buſdā eccleſijs preſentib⁹ ep̄is tacere preſbite
ros nec loqui quaſi eis inuideāt aut dedignent
eos audire. Et ſi aliud ait paul⁹ ap̄ls reuelatū
fuerit ſedenti prior taceat: gloria patris eſt fi-
lius ſapiens. hec ille. diſt. xcv. eſto. Itē ex cōci-
lio carthagineñ. iiij. d̄r. Epiſcopus in eccl̄ia in
cōſeſſu preſbiteroꝝ ſublimior ſedeat: intra do-
mum x̄o collegā preſbiteroꝝ ſe eſſe cognoſcat.
diſt. ea. vbi glo. ſup x̄bo collegā. dicit. ita tn̄ ꝙ
nō cōtemnat. ff. de offi. preſi. l. obſeruandū. Itē
ep̄s dieb⁹ feſtiuis diuinis officijs dȝ intereſſe.
vnde dicit de cōſc. diſt. iij. ep̄s. Epiſcopus ſi in-
firmitate nō fuerit impeditus eccleſie cui ꝑri
mus fuerit die dn̄ico deeſſe nō debet. vbi dicit
glo. archid̄. ꝙ epiſcopus dieb⁹ dn̄icis in epiſco
pali eccleſia diuinis officijs dȝ intereſſe in qua
ſacerdotali more precipit reſidere. vt. vij. q. j.

Extra de ſa. vnc. c. j. in glo. viti.

Ep̄s quid dȝ facere.

peruenit. Non debet aūt ſacerdos in fine miſſe
dare bn̄dictionē pplo cū preſens eſt ep̄s: ⁊ pre-
cipue in miſſa quā cantat ip̄e ſacerdos: vel etiā
cū legit: niſi ipſe epiſcopus annuat ei ꝙ det: et
tūc etiā nō debet dare cū ſolēnitate illa. Sit no
men dn̄i ⁊c̄. Poteſt etiā dici ꝙ eoipſo ꝙ pmit-
tat ei miſſam celebrare. et p ꝯſequēs pmittit ei
oīa q̄ ptinent ad miſſam. vnde ⁊ bn̄dicere. vt ex
de offi. dele. c. p̄terea. hec in glo. ſup. c. ecce ego.
diſt. xcv. in quo. c. Hiero. reprehēdit ep̄os ꝓhi-
bentes ſacerdotes bn̄dicere populū: dicēs ibi.
Si preſbiter chriſtū conſecrat cū in altario dei
ſacra bn̄dicit: bn̄dicere populū nō debet q̄ chri
ſtum ꝯſecrare nō metuit. Qđ videlȝ intelligen
duȝ eſt de bn̄dictione in fine miſſe priuate quā
debet ei pmittere epiſcopus etiā ſi ſit preſens. Miſſaȝ quotidie audire.
¶ Item notandū qđ habet de priuil. in. vj. vbi
dicit. Quī epiſcopi ⁊ eoꝝ ſuperiores ſe habent
diuerſis ex cauſis a ſuis eccleſijs et dioceſi ab-
ſentare frequēter nec poſſunt cōmode ad eccle
ſias accedere ꝓ miſſa celebrāda vel audienda
etiam ipſa ſine qua eos tranſire nō decet abſq;
cauſa rōnabili vlla die. preſenti ꝯſtitutione in-
dulgem⁹ eiſdē vt altare poſſint habere viaticū
et in eo celebrare vel celebrari facere vbicunq;
abſq; interdicti trāſgreſſione illis pmittit cele
brare vel audire diuina. hec oīa in tex. vbi di
cit Ioh. an. in glo. cū iſto altari viatico poterit
epiſcopus: puta vadens ad curiā de mane ante
campanam diei dicere vel dici facere miſſam ⁊
pergere vias ſuas: ⁊ ſic non impedit in dieta:
qđ fieret ſi haberet expectare diē ⁊ ſolitā horā
et oportunitatē eccleſie. ex tex. iſto regulariter
quotidie debet dicere vel audire miſſaȝ niſi im
pediatur. Itē epiſcopi mutuū ſibi debent pre-
ſtare auxiliū ſcȝ in licitis. Un̄ Inno. ij. diſt. xc. c.
precipim⁹. ait. Precipimus eñ vt epiſcopi ad
ſolū deū et populi ſalutē habētes reſpectū oīni
tepiditate ſopita ad pacē firmiter tenendā mu
tuū ſibi cōſiliū et auxiliū prebeant. nec hoc ali-
cuius amore vel odio pretermittant. Ubi dicit
glo. ꝙ per iſtud. et. c. ſequēs patet ꝙ ad iudiciū
eccl̄ie ſpectat facere pacē: vt hic. ⁊ ex de treug.
et pa. c. treugas. Et etiam mortuo epiſcopo vel
infirmo vicini epiſcopi tenentur ſupplere defe
ctum. vt. vij. q. j. pontifices. Itē diſt. xc. ſtuden-
dū. ex cōcilio carthagineñ. iiij. dicit. Studendū
eſt epiſcopis vt diſſidētes fratres ſiue clericos
ſiue laicos ad pacem magis q̄ ad iudiciū coer
ceant. vbi tamē dicit glo. hoc intelligendū cū ci
uiliter agit de crimine vel in cauſa ciuili. ſecus
vbi criminaliter ageretur. Expedit eñ pctā no
centiū eſſe nota. extra de colln. c. j. in glo. Item
epiſcopus debet patrocinium preſtare pupillis ⁊
viduis et alijs pſonis miſerabilibus cōtra im-
proboꝝ violentias. Unde Gelaſius. Deſolatis

p̄prie defenſionis auxilio: ⁊ qui ſuis actibus prodeſſe propter etatis infirmitatē nō poſſunt: exoratū decet pontificē ſubuenire: q2 pupillis tuitionē etiā diuinitas iuſſit īpēdi. diſt.lxxxvij. defenſionis. et diſt.lxxxviij.ep̄s.iiij.dī. Epiſcopus gubernationē viduarū ⁊ pupilloꝝ ac peregrinoꝝ nō ꝑ ſeipſum ſed ꝑ archip̄ſbiterū vel archidiaconū agat: qđ intelligendū eſt de his qui ꝑ ſuos iuuari nō poſſunt: ⁊ idē de aliis pauperib⁹ ⁊ debilib⁹ inquantū facultas aſſit. vnde diſt.lxxxij.c.j.dī. Epiſcopus pauperib⁹ vel infirmis q̄ debilitate faciente ſuis manibus laborare nō poſſunt: victū ⁊ veſtitū inquantū poſſibile ſibi fuerit largiat̄. dicit̄ ea.diſti. Ad reatū ep̄i pertinet vel p̄ſbiteri qui parrochie p̄eeſt ſuſtentande: ſi vite p̄ſentis cauſa adoleſcentiores vidue vel ſanctimoniales clericoꝝ familiaritatibus ſubijciant̄. vbi glo. ꝙ propter rerū defectū faciēdo aliquas op̄as clericis vel aliis per talē familiaritatē inducūtur ad turpia. Et ideo epiſcopus ſi ſunt pauperes debet eis ꝓuidere: ⁊ hoc de quarta pauperū: nō tñ debēt eſſe ocioſe: ſed debent facere calathos et alia hmōi honeſta. de ꝯſe.diſt.v.nunq̄. Sed diligēter attendendū eſt ꝙ ꝑ ꝑſonas honeſtas dent op̄a et recipiāt preciū. Itē diſt.lxxxvj.nō liceat.dicit̄. Non liceat ep̄o manib⁹ ſuis aliquē cedere: hoc eñ alienū eſſe debet a ſacerdote. vbi dicit glo. ꝙ ſi ꝑ ſe hoc nō poſſit tanq̄ indecens dignitati ep̄ali pōt tñ hoc ꝑ aliū: ita tñ ꝙ ſit clericus. Nā ſi ꝑ laicū / incideret in canonē. ex̄ de ſen.excō.c. cū ex vniuerſitatis. et hoc niſi eſſet incorrigibilis vapulādus: nec ꝑ clericos poſſit coerceri.

¶ De his que ep̄s poteſt habere ſeu exigere ab aliis eccl'iis ex ꝯcilio Aurelian. §.X.

ſic dī. De his q̄ parrochijs ī terris vineis mancipijs atq; peculijs quicūq; fideles obtulerint antiquoꝝ ſtatuta ſeruent̄ vt in ep̄oꝝ poteſtate ꝯſiſtant. De his tamē q̄ altario ꝯceſſerint tertia pars fideliter ep̄is deferatur. In.c.autē ſe.qđ incipit antiquos / dī de medietate. vbi dicit glo. ꝙ tp̄e primitiuo cū pauperes eſſent ep̄i ſtatutū fuit: vt ep̄i de ep̄alib⁹ eccleſijs et oībus bonis eccl'ie ſumerent medietatē: ſed in oībus parrochialib⁹ eccleſijs habēt tñ tertiā oblationū ⁊ decimarū. vt in.d.c.de his. poſtmodū quartā. vt.xij.q.ij.vobis. et q̄cūq;.c.ſeq. Hodie autē nec tertiā parrochialiū habebūt niſi ad fabricā reparandā: nec illā habebūt niſi velint fabricā reſeruare vl' renouare. vt.x.q.iij.c.j.⁊.ij. vel dic ꝙ ſ̄m ꝯſuetudinē iſta dant̄. ex̄ de ſepul.c.certificari. hodie aūt cū ſint diuites ep̄i nichil habebūt preter cathedraticū. vt.x.q.iij.c.j. ſed certe quicq̄d dicat Jo. parrochialis eccl'ia habet tñ quartā decimarū ⁊ ep̄s aliā quartā ꝓ ſe, alias

De q̄rta ep̄o danda.

duas quartas retinet epiſcopus pro fabrica et pauperib⁹. vt.xij.q.ij.cōceſſo.et.c.ſeq. De aliis redditibus nichil habet de ꝯſuetudine gñali ⁊ p̄ſcripta. licet predicta ca. et alia videant̄ dicere ꝯtrariū. et ita ſententiatū fuit pro ep̄o Bonoñ. ꝯtra eccleſiā ſcti Johis in ꝑſico. hec in glo. Addit archid. ad glo. dicti.c. dicens. Hoſti. de hoc notādo ponit hāc ſententiā. et videt̄ manifeſte cōprobari ex̄ de cenſi.c. cū olim. de decimis.c.qm̄. Sed tu dicas ſ̄m Hoſt. ꝙ de iure cōi competit epiſcopo nō ſolū quarta decimationū ałs decimarū: ſʒ etiā mortuarioꝝ. vt ex̄ de offi. or.c.cōquerente. vbi de hoc in glo. et ex̄ de teſta.c.officij. et de v̄bo.ſig.c.ex p̄te.iij. Nec obſtat dictū.c.x.q.iij.c.j. q2 ibi nō loquit̄ de canonica ep̄i: ſed de canonica fabrice deputata. fateor eñ ꝙ illā nō habebit epiſcopus: niſi velit ſubire onera fabrice. Nā ⁊ quelibet res tranſit cū onere ſuo. vt ex̄ de pigno.c.ex litteris. Sed Inno. dixit in predicto.c.cōquerēte. de offi.or. ꝙ quarta decimarū ⁊ mortuarioꝝ nō debet̄ de iure cōi. et idē ſentit ibi Bern. Sed Hoſt. ibi dicit ꝙ ſalua reuerētia ſua debet̄ quarta vt dictū eſt. Quis quota.ſ. media vel tertia de cōſuetudine debeat̄. et ſic loquūtur iura.x.q.j.de his. et.c.ſeq. ⁊ ea.q.iij.c.vnio. et.c.nec numerus. et de ſepul.c.certificari. Et ipſe idē Inno. ſententiauit pro Hoſti. in cauſa quā habuit cū fratribus ſcti Johis hieroſolymitani ꝑut ibidē ipſe idem Hoſtien. notauit.ſ.in.c.cōquerente. Sed Laudul. notauit hic ꝙ quartam de decimis et oblationibus non conſequitur epiſcopus: niſi ſubeat onus fabrice. Et ita de facto ſ̄m ipſum ſententiauit dñs Celeſtinus. Si tamen ſit pauper epiſcopus nec poſſit fabricā reparare. credit ipſe Laudul. ꝙ nichilominus poſſit habere quartam. vt.x.q.iij.c.priſcis. et etiam vltra ſi illa non ſufficiat. ar.xij.q.j.ex his. Idem archid. ſuper.c.antiquos. dicit ꝙ Vincen. ⁊ Ber. notant extra de teſta.c.requiſiſti. que.c. dicunt ꝙ res eccleſiaſtice diuidende ſunt in quattuor partes. vt.xij.q.ij.quattuor. cum aliis cap̄. loquuntur de matricibus eccleſiis. ſed Hoſtien. in eo.c. inquit. ꝙ illi qui dicunt ꝙ epiſcop⁹ non recipit ſuam canonicam niſi de redditibus eccleſie cathedralis: videre debēt quoniā ipſam percipit per omnes ſue dioceſis eccleſias ⁊ alia pia loca: ſicut ſunt hoſpitalia et ſimilia. vt in.§. ſecus. predicti cap̄. requiſiſti. de teſta. colligitur manifeſte. et idem ſentit Goffre. in glo. et extra de decimis. cum cōtingat. vbi dicit ꝙ in aliis eccleſiis habebunt epiſcopi legitimā portionem in decimis. extra de preſcript. cap̄. de quarta. et in oblationibus. extra de verbo. ſigniſi. cap̄. cum inter. et in his que in teſtamento continentur. vt in predicto cap̄. requiſiſti.

De cathedratico.

Uincē.ſequit̄ Jo.in glo.xvj.q.j.quicūqꜫ.¶ Et
qꜫ de cathedratico facta eſt mētio quō illō de=
beat ſolui vel quātum habet̄.x.q.iij.c.j.vbi dr.
Placuit vt nullus epoꝝ per ſuas dioceſes am
bulans preter honorē cathedre ſue.i.duos ſoli
dos aliquid aliud p eccleſias tollat. Ubi dicit
glo.ſummaria ante.c.ꝙ iſtud appellat̄ qnꜫ ſy
nodaticū.vt ex̄ de cēſi.olim.⁊ hoc qꜫ frequēter
dant̄ iſti ſolidi in ſynodo. Addit archi.ad glo.
ꝙ Inno.intelligit iſtud de qualibet eccleſia.ſ.
ꝙ ab ea poſſit accipere cathedraticū: excipiūt̄
tñ oīa monaſteria: vt habet̄.x.q.iij.inter cete=
ra.in tex.que non tenētur ad cathedraticū. Et
q̄uis aliqui dicāt etiā hoc intelligi de capellis
monaſterioꝝ. dicit archid.ſuper.d.c.ꝙ hoc nō
eſt verum ſm Hug.niſi intelligat̄ in eo caſu qn̄
capelle ſunt exēpte etiā cum ſuis monaſterijs
aliquo priuilegio ſpeciali ab omni iure dioceſis
epi. Exponit̄ ergo iſte tex.vbi dicit̄/ monaſte=
rioꝝ baſilicis.i.baſilice que ſunt monaſterij:
que (vt dictum eſt) nō tenent̄ ad cathedraticū.
Sed Tancre.⁊ Ber.intelligūt hoc de eccleſijs
dioceſis et nō ciuitatēſibus. Idem Hugo. Iſti
aūt duo ſolidi quales debeāt eſſe ſunt diuerſe
opiniōes: vt ponit ibi glo. Aliqui eñ dicunt ꝙ
debent eſſe ſm cōem monetā regiōis: et ſi plu=
res appareāt magis exigui dabunt̄ meliores:
vel ſaltē mediocres. Addit archid.ad glo.dic
ſm Goffre.⁊ credo verius ꝙ erunt ſolidi vſua=
les ⁊ cōis monete regiōis. Et ſi plures ſint mo
nete in regiōe forte dabunt̄ meliores.ar.ex̄ de
iureiuran.quāto.vel mediocres.ar.x.q.ij.hoc
ius. vel minores.ex̄ de cenſi.ca.ex parte. Hec
ibi. Cum aūt in hmōi ſcʒ in datione cathedrati
ci et datione quarte/vel tertie/vel medietatis
de decimis ⁊ oblatiōibus dādis epo ſint varie
cōſuetudines: ⁊ alicubi nichil det̄ de oib⁹ his:
vt florentie.alicubi detur cathedraticū ſolum.
alicubi diuerſe portiōes de decimis ⁊ oblatio=
nibus ⁊ alijs: videt̄ in hmōi ſtandū cōſuetudi=
ni locoꝝ cū eſt preſcripta. vt ar.ex̄ de ſepul.ca.
certificari. Itē qd dicit̄.x.q.j.decretū. Decre=
tum eſt vt oēs eccleſie cū dotibus ſuis ⁊ deci
mis/ratiōibus et oībus iuribus ſuis in epi po
teſtate cōſiſtant: atqꜫ ad ordinationē ſuā perti=
neant. dicit ibi archid. ptineāt ſcʒ quo ad inſti
tutionē: vt ſcʒ talē p ſe vel per aliū inſtituat q̄
eccleſie bene puideat. Et quo ad alienationē:
qꜫ preſbyter non pōt res eccleſie alienare ſine
cōſenſu epi.xij.q.ij.placuit. vbi nota ſm archi.
ſup.c.j.x.q.j.ꝙ omnia iura que vident̄ dicere ꝙ
omnes eccleſie/monaſteria/⁊ hoſpitalia/⁊ alia
pia loca ſub diſpoſitione epoꝝ conſiſtant. vt in
d.c.j.⁊.xvj.q.vij.omnes.⁊.xviij.q.ij.c.quidaʒ.
intelligi poſſunt ſm illud qd habetur ex̄ de re=
li.do.ca.de xenodochijs. vt ſcʒ illud verū intel
ligat̄ quātū ad hoc vt ſeruēt ea q̄ ordinata ſunt
vt ibi dicit̄ ar.extra de teſta.c.nos quidē. nec=
nō quo ad alia que inueniunt̄ expreſſa in iure:
vt puta dare pcurationē cum viſitat et hmōi.
Al's aūt eps nichil ſaltē tpale ab eccleſijs pe=
tere pōt. vt.x.q.iij.qꜫ cognouimus. Innocē.et
Hoſti.qui ita ſcripſerūt in dicto ca.de xenodo
chijs. ¶ Notādū eſt etiā qd dicit̄.x.q.j.noue=
rint.ex cōcilio toletano. Nouerint conditores
baſilicarū in rebus quas eiſdē eccleſijs confe=
rūt nullā ſe poteſtatē habere: ſed iuxta canonū
inſtituta ſicut ⁊ eccleſiā: ita ⁊ dotē eius ad ordi
nationē epi pertinere. Ubi dicit archid.preciſe
dicēdū eſt ꝙ ex quo fundata eſt eccleſia ſtatim
eſt extra poteſtatē laici niſi quo ad ius patro=
natus: nec plus habet ibi ante cōſecrationē q̄
poſtea: qꜫ nichil antea/nichil poſtea niſi ius
patronatus: et ſtatim ptinet ad epm in cuius
dioceſi fundata eſt vt hic: ⁊ anteq̄ eccleſia cōſe
cret̄ eccleſia locus eſt religioſus ⁊ deuotus.de
conſe.diſt.j.precepta.lʒ nō ſit paratus: ⁊ tñ in=
uenit̄ dici ſacrat⁹.xij.q.ij.nulli. Nec obſtat qd
dicitur.xvj.q.vij.decernimus. Nam qd ibi di
cit̄ patronos habere poteſtatē in eccleſijs: in=
telligit̄ ſm glo.de poteſtate defenſiōis. Et ad=
dit archid. Non autē habeat poteſtatē dilapi=
dationis. ¶ Sciendū etiā de charitatiuo ſub= De charitatiuo ſubſidio.
ſidio debito epis: ꝙ hoc habet̄ ex̄ de cenſi.c.cū
apl's.circa mediū. vbi dicit̄. Suſtinemus autē
p multis neceſſitatib⁹ que aliquotiēs ſupue=
niūt: vt ſi manifeſta et ratiōabilis cauſa extite=
rit cū charitate moderatū valeant ab eis auxi
lium poſtulare.ſ.epi a ſubditis: nā ab exēptis
nō poſſunt. Idē dicit Honori⁹ de offi.or.c.con
querēte. ⁊ dicit glo.ſup verbo ratiōabilis cau
ſa. ꝙ ſi hoc dubitat̄ ſupioris arbitrio determi=
net̄: hinc puto in cōſuetudinē in aliquib⁹ locis
introductū: ꝙ epi cū a principio ſuſcipiūt poſ=
ſeſſiones epatus exigūt ab omnibus eccleſijs
ſibi ſubiectis charitatiuū ſubſidium ſm pporo
tionem beneficioꝝ. Nam qꜫ ipſi habēt ſoluere
annatā curie et bullas/⁊ ſibi puidere de mul=
tis in principio officij: ideo vt iuuētur in hmōi
expenſis pmiſſum eſt: quod tñ moderate fieri
debet. De pcuratiōibus in viſitatione dicet̄.j.
In dioceſi florentina extat bulla Eugenij.iiij.
ꝙ non poſſit exigi p ſubſidio charitatiuo vltra
ſeptingentos florenos: al's plus exigēdo inci=
dit in excōmunicationē ipſe archieps: ⁊ ex hoc
videtur tacite illud cōcedere: ex quo vltra illud
phibet.ar.diſt.xxxv.qualis ⁊c.

¶ De iuriſditiōe epoꝝ dicit §.XI.

Joh.an.in nouel.ſup.c.dilectus. de capel.mo.
ꝙ ſi eps vel quiſq̄s alius habeat iuriſditionē
vel aliud gnāle ſtatutū a iure/vel cōſuetudine/

vel ſtatuto in aliqua loca vel pſonas quãtocũqȝ tp̄e ſtet ꝙ in aliquo illorũ locorũ vel perſonarũ non vtať oĩ iure qđ in eis hȝ vel in aliquo.c. ipſius iuris:non tñ contra eũ preſcribiť:multo minꝰ ſi ibi aliquid exerceat. Nã ibi ꝑ vnũ ſolũ ca.ipſius iuris generalis oĩbus alijs poſſeſſionẽ retinere videť: niſi al's amittat poſſeſſionẽ:puta qȝ violẽter inde expelliť/vel reuertẽs non admittiť/vel ſuſpicať ſe poſſe repelli.ff.de acqui.poſ.l.clam poſſidere.§.fi. Nã cũ hec iura ſint cõtigua/ſufficit in vno eoꝝ retinere poſſeſſionẽ.ff.de acqui.poſ.l.poſſideri.immo nec preſcriptio illiꝰ tp̄is cuius nõ extat memoria. de qua nota de verbo.ſig.c.quid ꝑ nouale.curꝛit cõtra talẽ cum ſemꝑ poſſideat. Quid eñ ſi aliqua perſona vel eccleſia ꝑ quinquaginta annos ⁊ amplius in tali ſtatu fuit:⁊ tãta trãquillitate pacis ꝙ nõ opoꝛtuit eã viſitari:nec aliquẽ actũ iuriſditiõis in ea vel contra eam exerceri: nũquid ꝓpter hoc diceť ꝙ ep̄s amiſit in ea iuriſditionẽ ſuã quã in ea hȝ:ˀ abſit ſꝫ Inno.cuiꝰ eſt hec glo.ar.in eo qđ notať et legiť de p̄ſcrip. ca.vigilanti.Et adde qđ no.in ſpec.de iuriſdi. om.iu.ad fi.ver.illud. Notãdũ etiã ſm Inno. vt inducit Ioh.an.ibidẽ.ꝙ poſſeſſio generalis iuriſditiõis acquiriť etiã ſi vnicus actꝰ iuriſditionis exerceať : puta qȝ aliquis cognoſcit de aliqua cauſa criminali vel ciuili : vel qȝ excõicat aliquẽ : vel qȝ expedit/vel facit quodcunqȝ aliud voluerit:qđ tñ ad iuriſditionẽ ꝑtineat. Et hoc verũ dũmodo intendat vti iure ſuo quo ad iuriſditionẽ vniuerſalr̄. Quõ de hac intentiõe cõſtare poſſit vide qđ dixi de poſtu.c.bone.ij.Et lȝ legiſte Pe.⁊ Cy.improbẽt hãc opinio. Inno.tñ ip̄e ip̄aȝ determinationẽ ſuã declarat dicẽs : ꝙ ſi audiẽdo cauſam ciuilẽ intẽderet in ciuilibus tñ vti iure ſuo:nichil acquirereť tũc quo ad criminales.ar. ex̄ de p̄ſcrip.c.auditis. ⁊ de offi.oꝛ.c.dilectus. quãtũcũqȝ etiã intẽdat vniuerſalr̄ iuriſditiõe vti : tunc tñ nõ extendiť quo ad alias pſonas:niſi ad illas inter quas illam exercuit.Et ſic pȝ ꝙ potiꝰ extẽdiť ad partes iuriſditiõis ꝙ̄ quo ad pſonas . Et eſt ratio: qȝ ſub iuriſditiõe cõpꝛehẽduntur oẽs ptes ⁊ actꝰ iuriſditiõis:ſed ſub vna pſona nõ cõpꝛehendiť alia quantũcũqȝ etiã intendat per vnã perſonã iuriſditionẽ in totũ populũ exercere:qȝ diuerſi ſunt hoïes . Unde qđ fit in vno nõ extendiť ad alios regulariter:vt de re iud.c.ꝗuis.Et preſtat ad hoc ar.qđ al's diciť in gleba.qȝ vna apprehenſa oẽs apprehenſe intelliguntur:ſeparate vero nõ.ar.ff.de acqui.poſ.l.poſſideri. ⁊ de conſe.eccle.vel al.c.j.lib.vj.Sic in hac materia dicẽdũ eſt ꝙ apprehẽſa poſſeſſiõe in vno ca.iuriſditio intelligiť apprehẽſa ⁊ in oĩbus aliis dũ apprehendẽtes hoc intẽdãt: qȝ oïa capitula iuriſditiõis eidẽ iuriſditiõi cõtigua ſunt ⁊ annexa:ſecus in pſonis que nõ ſunt contigue ſed diuerſe. Et per hoc ſequiť ꝙ ſi ep̄s habeat poſſeſſionẽ in vna pſona ⁊ alius intendẽs iuri ſuo aliquid iuriſditiõis exerceat in eadẽ perſona ep̄s poſſeſſionem amittit : niſi ꝗcito ſciuerit cõtradicat.De hoc etiam nota de reſti.in inte.ca.ij. Generalis aũt poſſeſſio iuriſditiõis alicuiꝰ caſtri/vel ciuitatis/vel ꝓuincie acquiriť: ſi quis publice ⁊ vniuerſaliter ꝑ omnes partes ciuitatis bannũ:vt ſcȝ ſic preconizet. Talis dñs huius ciuitatis mãdat ꝙ quicũqȝ hoc vel illud fecerit incurrat talem penã. In hoc eñ caſu etſi nullus penã incurrat/tñ poſſeſſionẽ generalis iuriſditionis acquirit: qȝ edictũ qđ iuriſditionis eſt fuit ſic publice et generaliter ꝓmulgatum: ⁊ hoc eſt verũ ſi nullus erat in poſſeſſione generalis poſſeſſiõis illius ciuitatis:alioquin ille qui predicto modo vel alio quocunqȝ vult apprehendere poſſeſſionẽ iuriſditionis generalis : nõ acquirit poſſeſſionẽ niſi illorũ capitulorũ ⁊ hominũ tñ:que ⁊ quos apprehendit. vt ff.de acqui.poſ.quod meo.§.fi. Omnia que dicta ſunt de officio oꝛdinarij ſupra cõueniũt ſtatui ep̄oꝝ: qȝ ipſi ſunt principaliter oꝛdinarij et illa debẽt ſcire. Et ſĩliter illa q̄ dicta ſunt.s̄.de bñficijs in ti.de bñficiatis. et oïa q̄ dicta ſunt. s̄.de eccleſijs ⁊ ſacramẽtis: qȝ in hmõi debent alij informari per eos:⁊ pene de oĩbus cõtẽtis in iſta tertia parte de ſtatibus debẽt per ſe vel alios habere noticiam ad directionẽ populorũ:necnon de cenſuris eccleſiaſticis. de quibus.j.habeť.Et cũ oĩa hec fecerint que eis iure eis mandanť dicere habent illud Luc.xvij. Serui inutiles ſumus: ⁊ que debuimus facere fecimus. Sed quis eſt hic et laudabimꝰ eũ: fecit eñ mirabilia in vita ſua ſuper oĩa miracula. Quis eñ ad hec tam idoneus q̄ nõ omittat:et que perpẽdit ⁊ que nõ aduertit:ˀ Et ideo bene dicit Auguſt.ꝙ nil difficilius ⁊ periculoſius ep̄i dignitate.

Sermo de archiep̄is. Cap̄.iij.

Accingere gladio tuo ſuꝑ femur tuũ potẽtiſſime.ps̄.xliiij. Pꝛopꝛie ⁊ ſꝫ ſenſum litteralẽ loquiť ps̄.de xp̄o qui vtiqȝ potẽtiſſimus eſt: nõ ſolum in deitate ſua. ſꝫ illđ Eccli.iij. Magna eſt potẽtia dei ſolius: ſed etiã in aſſumpta humanitate data eſt ei oĩs poteſtas in celo ⁊ in terra.vt ipſe ait Mat.vlti.quã potentiã oſtẽdit. Foꝛtis eñ armatꝰ.ſ.diabolus:foꝛtis.ſ.naturaliter:qȝ tota materia elementaris ꝗ̄tũ ad motũ localẽ ſm oꝛdinẽ nature ei ſeruit ad nutum niſi a deo ꝓhibeatur: ꝓpter qđ diciť Iob penulti. Nõ eſt poteſtas ſimilis ei ſuper terrã.

Armatus autē in malicia: q꞉ callidioꝛ ſerpēs
erat cūctis aiantibus. Gen̄.iij. cum cuſtodiret
atriū ſuū.ſ.mundū ſibi ꝑ vicia ſubiectū:in pace
erāt q̄ poſſidebat nullo cōtradicēte ſeu reſiſten
te tētatiōibus ei⁹. Sed fortioꝛ eo.ſ.xp̄s ſupue
niēs in mūdū dū fortis et potēs in ꝑlio eū deui
cit:q꞉ vt ait Aug. Manu inermi et affixa cruci
debellauit aereas poteſtates: indeq꞉ arma ei⁹
in quib⁹ cōfidebat abſtulit.ſ.malicias ei⁹ dete
gendo ꝛ reprimēdo: ꝛ ſpolia eius diſtribuit:q꞉
aias fraude deceptas ꝑ fidē eccleſie diſtribuit
cōſignādas. Potētiſſim⁹ quoq꞉ in miraculis:
potētiſſimus in exēplis ꝟtuoſis.ſm illud Fuit
vir ꝓpheta potēs in ope ꝛ ſermōe.Lu.vlt. Iſte
accinxit gladiū.ſ.iuſtitie ſuꝑ lumbos ſuos: q꞉
non potētia eripuit hoīes de manu diaboli vt
poterat/ſed iuſtitia: q꞉ vez pctā noſtra.i.penā
pctōꝝ ꝑtulit in corpore ſuo ſuꝑ lignū crucis:et
corp⁹ ſuum hic dicit᷑ femur ſuū.ſ.humanitas:
quā ex femore patris traxerat ſm corpulētam
ſubſtātiam. In cui⁹ figuram dicit᷑ Gen̄.xxij.ꝙ
yſaac portāie ligna ſuꝑ humerū que deſignāt
crucē a xp̄o baiulatā. Abꝛaam portabat in ma
nu ignē ꝛ gladiū:ignē.ſ.amoꝛis ꝛ beniuolētie:
et gladiū iuſtitie:ex quib⁹ paſſus xp̄s tulit deo
diſponēte: et hoc gladio iuſtitie hoīem libera=
uit.ſm illud Eſa.xxvij.c. Viſitabit dn̄s in gla=
dio ſuo duro ꝛ grādi ſuꝑ Leuiathan ꝛc. Moꝛa
liter aūt pōt applicari ad quēlibet ꝓlatū: pre=
cipue archiep̄m qui eſt princeps ep̄oꝝ: vnde
merito pōt dici potentiſſimus qui permaxime
xp̄m repreſentat: qui dicit᷑ a Petro ap̄lo prin
ceps paſtoꝝ. Tria hic igitur notantur.

¶ Pꝛio eminentia dignitatis: q꞉ potētiſſime.

¶ Secundo congruētia operoſitatis: q꞉ accin
gere gladio tuo.

¶ Tertio continētia in ſe honeſtatis: q꞉ ſuper
femur tuum.

¶ Quantū ad primū ꝗuis §.I.

quilibet ep̄s ſit potēs in iuriſditiōe ſp̄uali que
potioꝛ eſt tp̄ali: archiep̄s tn̄ potētiſſim⁹ eſt: q꞉
Palleū archiep̄i. ſuꝑ alios ep̄os:qꝺ deſignat palleū ei⁹. Palleū
eſt inſigne oꝛnamentū archiep̄i ſumptū de coꝛ=
poꝛe beati Petri. vt de elec.ca.ſignificaſti. qꝺ
dat᷑ in ſignū plenitudinis pōtificalis dignita=
tis:q꞉ archiep̄s eſt ſuꝑ ep̄os. Unde dicit᷑ ab ar
chos qꝺ eſt ꝓnceps ꝛ ep̄s:quaſi ꝓnceps ep̄oꝝ:
non tn̄ hꝫ plenitudinē poteſtatis/ſed ſol⁹ papa
hāc hꝫ. vn̄ Juli⁹ papa. Ipſa eccl̄ia que pꝛia eſt
ſcꝫ romana ita reliq̄s eccleſijs vires ſuas cre=
didit largiendas:vt in partē ſint vocate ſollici
tudinis/nō in plenitudinē poteſtatis. ij.q.vj.q̄
ſe ſcit. Qꝫ aūt aliqui ep̄i vtāt᷑ palleo hoc eſt ex
ſpeciali priuilegio eis cōceſſo: vt dicit᷑ de ep̄o
Lucano, vt de ꝓſump.c.cū in iuuētute. Et ſm

Hoſti. debemus dicere palleū ad hoc etiā vt in
ſcribēdo ſit differētia inter palliū honeſtatis ꝛ
palleū dignitatis. ¶ Palliū eni honeſtatis qꝺ Pallium honeſtatis.
quilibet etiā laic⁹ deferre pōt/eſt ſupremū ve=
ſtimētū.i.ſuꝑ oia alia:et chlamydē vocam⁹. de
quo Mat.vj. Qui vult tecū in iudicio cōtēde=
re/ꝛ tunicā tuā tollere:dimitte ei et palliū. Et
vtrūq꞉.ſ.palliū et palleum dicit᷑ a pallicū grece
qꝺ latine dicit᷑ mot⁹. Nā palliū ſemꝑ mouet᷑:ꝛ
ſepi⁹ etiā palleū:vn̄ ꝛ miniſtri ſepe palleū aptā
do circūeunt palleatū archiep̄m. Uel dꝛ palleū
ꝛ melius a palloꝛe ſeu palleo palles. Pꝛe cete
ris eni debet deū diligere: amoꝛ autē facit ani
mū languidū/ꝛ languoꝛ vultū pallidū. ſꝫ illud
Cant.iij. Amoꝛe langueo. Debet etiā inſiſtere
talis vigilijs/ieiunijs/ꝛ abſtinētijs que faciunt
hoīem pallidū. Oꝛnatui ergo veſtiū conueniat
oꝛnat⁹ actionū. Un̄ Greg. Rōnis oꝛdo nos ad=
monet vt cūvſu pallei aliqua largiri priuilegia
debeam⁹. Sed qm̄ cū honoꝛis augmento cura
quoq꞉ ſollicitudinis dꝫ excreſcere vt cultui de
ſtiū actiōis q̄q꞉ oꝛnamēta cōueniāt:opꝫ vt eni=
xi⁹ in cūctis ſtudijs ſe veſtra fraternitas exer=
ceat: ꝛ circa ſubiectoꝝ act⁹ ſit cura vigilās. di.
c.rōnis. Repꝛehēdit aūt ipſe Greg. Johānē ar=
chiep̄m rauēnatē: eo ꝙ ꝑter cōe ius ꝛ cōſuetu=
dinē generalē extra miſſaꝝ ſolēnia palleo vte=
bat᷑:qꝺ fieri nō dꝫ. di.c.cōtra. Contra moꝛē ec=
cleſiaſticū eſt ſi nō patiētiſſime tolerat᷑ qꝺ a no
bis abſit etiā iniuſta correctio. ꝛ infra. Decoꝛa
ri palleo volum⁹ foꝛſan moꝛib⁹ indecoꝛi: dū ni
chil i ep̄ali ceruice ſplēdidi⁹ fulget ꝙ hūilitas.
¶ Ponunt᷑ aūt in palleo quatuoꝛ cruces colo In palleo quatuor cruces.
ris nigri ꝓpter moꝛtificationē viciorū que dꝫ
eſſe in palleato:vt cū ap̄lo dicere poſſit. Michi
mūdus crucifix⁹ eſt ꝛ ego mūdo. Ad Gal. vlti.
Et q̄dā dicūt ꝙ ꝓdicte q̄tuoꝛ cruces q̄tuoꝛ affe
ctiōes animi deſignāt. de quib⁹ Uirg. Hinc cu In.vj. eneidos.
piūt hoīes/gaudēt/metuūtq꞉/dolētq꞉. Pꝛia ꝙ
crux q̄ eſt in palleo an̄ pect⁹ ſignificat gaudiū.
Scda q̄ eſt in ſiniſtra deſignat ſpem. Tertia q̄
eſt retro doloꝛē. Quarta q̄ eſt a dextris timoꝛē
ꝛ iſta ſicut ꝯtraria/ſic a ꝯtrario apponūt᷑. Sed
q꞉ qn̄q꞉ hmōi affectiōes excedūt poti⁹ ſunt af=
flictiōes. Et iō in ꝓmis trib⁹ crucib⁹ apponūt᷑
acus ad pungēdū et reprimēdū ne excedāt. In
q̄rta nō ponit᷑ ac⁹:q꞉ ipſa ſecū ſuū aculeū poꝛ=
tat.ſ.timoꝛ. Uel pōt dici ꝙ ꝑ primā crucē ſigni
ficat᷑ gaudiū: qꝺ ideo ꝓponit᷑.ſ.an̄ pect⁹:q꞉ hō
dꝫ ſemꝑ incedere leta facie: ꝑ ſcdāꝫ doloꝛ:q꞉ a
ſiniſtris pādet᷑ omne malū:ꝑ tertiā timoꝛ q̄ re
tro eſt:q꞉ timem⁹ q̄ nō videmus:ꝑ quartā ſpes
ꝛ ideo ſine aculeo:q꞉ quiſq꞉ magis debeat ſpe=
rare ꝙ timere. Uel ꝑ ipſas deſignāt᷑ q̄tuoꝛ ꝟtu
tes cardinales: ꝑ primā ante pect⁹ iuſtitia: vt
ſemꝑ ſit pre oculis: ꝑ ſecūdam foꝛtitudo cōtra

aduerſa:ꝛ ideo ponitur a ſiniſtris: q: ſignificat
aduerſitates: p tertiā prudētia q̄ reſpicit pre-
terita vt bene prouideat.vñ retro ponitur. per
quartā tēperantia : q̄ nūq̄ excedit ſed alia tem
perat.Unde valerius maxi.lib.iiij.c.j. Nichil
tam magnificū tam preclarū quod non mode-
ratione tēperari deſideret. ꝛ ideo a dextris po
nitur quaſi concluſio aliarū virtutū.Et Hiero.
ait.Snia eſt phoꝝ moderatas eſſe ꝟtutes:ex-
cedētes modū vel mēſurā inter vitia reputari.

¶Quantū ad ſcdm. Opus §.II.

congruū potentiſſimo archiepo eſt vt accinga
tur gladio ſuo:vt in prōptu ipſum habeat ſecū
Gladi⁹ quadru plex. ſed hic gladius eſt quadruplex . Gladi⁹ ſupne
dilectionis.Gladius diuine ſermocinationis.
Gladius plurime paſſionis. Gladius iuſte vl-
tionis. Accingatur ergo primo archiepiſcop⁹
gladio dilectionis.Unde et primo archiepo vr
bis petro dictū fuit.Jo.vlti.Si diligis me pa-
ſce oues meas.q. d. nō vales eſſe verus paſtor
ſi me nō diligis. Nam ſi te diliges non paſces
oues meas.i.fideles meos:ſed lanā lac et car-
nes queres ex eis. Accingere ergo.i.tecū cōti
nue habe gladiū dilectionis.hic eſt gladi⁹ au-
reus quē in ſpiritu vidit iudas machabe⁹ ſibi
dari ab onia ſummo ſacerdote apparēte et di-
cēte.In hoc gladio vinces.ſ.ꝛ inimicos infer-
nales ſuggeſtores tentationū ꝛ tyrānos ꝛ here
ticos:vt lupos querentes gregē dñicū deuora
re.Mercēnarius aūt et qui nō eſt paſtor: ſi vi-
det lupū veniētē ſiue diabolū ſiue hereticū ſiue
publicanū prauū et nocentē aliis fugit:q: gla-
diū nō habet dilectionis: quo vulnerata ſe aia
deuota fatebatur dicēs . Uulnerata charitate
ego ſum. In canticis.Et vt dicit Leo papa.Er
ga corrigēdos plus agat beniuolētia q̄ ſeueri
tas. plus charitas q̄ poteſtas. plus coartatio
q̄ cōmotio.diſt.xlv.licet.De gladio diuini ſer-
monis ſic apl's oēs fideles hortať ad ipſum ha
bendū dicens ad Ephe. vj. Et gladiū aſſumite
qđ eſt verbū dei.multo magis archiepiſcopus
qui habet dirigere non ſolū laicos et clericos:
ſed etiā epos debet accingi ipſo gladio.Uiuus
eſt enim ſermo dei.vt ait apl's ad Heb.iiij.ꝛ pe
netrabilior omi gladio ancipiti ꝛc. Semp iſte
debet eſſe accinctus in vagina mentis.et cum
expedit pro loco ꝛ tpe de vagina educere pre-
dicando.admonendo.diſputando.conſulendo
ſm ſcripturas veteris vel noui teſtamenti.Un
de in figurā dicentibus apl'is.Ecce gladij duo
hic.Rndit chriſtus ſatis eſt.Luc. xxij. q: vet⁹
et nouū teſtamentū ſufficiunt ad docendum et
ad deſtruēdū oēm errorem.Uno eoꝝ fuit a pe-
tro abſciſſa auricula ſeruo pontificis altero nō
euaginato:q: p ipm vet⁹ teſtamētū oſtendiť et
aufertur falſus intellectus ſeruilis populi iu-
deorum.nam alio.ſ. nouo vti non oportet:cum
non recipiant eum. Gladiū paſſionē deſignare
oſtendit Symeon.cū ait virgini Marie Lu.ij.
Tuā ipſius animā pertranſibit gladi⁹.ſ. affli-
ctionis.ꝛ ps̄.Ferrum pertranſiuit animā eius
ſcȝ Joſeph.i.gladius afflictiōis:cū iniuſte fuit
calūniatus ꝛ incarceratus. Hoc gladio archi-
epō debet accingi ꝛ ſecū ſemper habere:vt di-
cat cum apl'o.Quis infirmatur et ego nō infir
mor:quis ſcandalizatur et ego non vror.Cum
enim quotidie cernat tot hoīes perire: tot mi-
ſerias corporales et ſpirituales.quid ei reſtat
niſi affligi ꝛ dolere? Afflictionem quoq; abſti-
nentie qua vt gladio tranſfigat ꝛ mortificet vi
tia carnis aſſumere oportet. vt dicat. Gladius
meus deuorauit carnes. Deuť.xxxij. id eſt vi-
tia carnalia.Si eñ vt ait Hiero.in loco apl'oꝝ
ſumus non ſolum doctrinā eoꝝ imitemur:ſed
etiam conuerſationem et abſtinentiā.di.xxxv.
eccleſie.vbi dicit.Eccleſie principes.i. prelati
qui delitijs affluunt et inter epulas ꝛ laſciuias
pudicitiā ſeruare ſe credūt ꝓphetic⁹ ſermo. ſ.
in michea deſcribit q eijciendi ſunt de ſpacio-
ſis domibus lautiſq; cōuiuijs et multo labore
epulis conquiſitis . Et ſi vis ſcire quo eijciēdi
ſunt:lege euangeliū:q: in tenebras exteriores
vbi erit fletus ꝛc.Matth.xxv. Sed ꝛ gladium
vltiōis peccatoꝝ aſſumat : vt nō diſſimulet ſed
puniat:vt dicat per effectum. Si acuero vt ful
gur gladium meū:ꝛ arripuerit iudiciū manus
mea:reddam vltionem hoſtibus meis. Deuť.
xxxij. Hoſtes dei et prelati veri ſunt peccato-
res/precipue obſtinati.Unde proſper. Si cri-
minoſi nec leui medicamēto penitentie ſeu pa
tientie ſanati ſunt:veluti igne pie increpatio-
nis vrendi ſunt : q ſi nec ſic medela proceſſerit
in eos qui diu portati et ſalubriter obiurgati
corrigi noluerunt : tanq̄ putride corporis par
tes debent ferro excōmunicationis abſcindi:
ne putredinis ſue contagione reliquos corrū-
pant.xxiiij.q.iij. ecce. Exēplo moyſi ducis po-
puli.hic enim vt ait Grego. xx. moraľ. mox vt
culpe veniā ne deleretur obtinuit. ſ. in monte
orās ꝓ pplo illo poſt idolatriā perpetratā in vi
tulo aureo : rectitudinis zelo ſuccenſus inquit
Ponat vir gladiū ſuper femur ſuū. Ite ꝛ redi-
te de porta vſq; ad portā et per caſtrorum me-
diū:et occidat vnuſquiſq; fratrē ꝛ amicū ꝛ ꝓxi
mū ſuū : et ceciderūt vigintitria milia. di. xlv.
diſciplina. In iudicādo aūt q̄ ſunt obſcura de-
bet vti gladio magne prudētie ꝛ equitatis.exē
plo ſalomonis:qui ad inueniendā veritatem q̄
clare probari nō poterat ait. Afferte michi gla
dium ꝛc.iij.Reg.iij. c. in cauſa illarum mere-
tricum contendentium de filio mortuo.

¶ Quantũ ad tertiũ debet §.III. archiep̄s vt potentiſſim⁹ in ꝟtute mentis acingi gladio occaſionis vitiorũ ſup femur ſuũ.i. ſenſualitatē. vt feriat illicitos motus ſeu paſſiones ei⁹. Ut eñi dicit ſymmachus papa. Uiliſſimus cōputādus eſt ſi ſciētia ⁊ ſanctitate non precellat: qui eſt honore preſtantior.i.q.i. viliſſimus. In cui⁹ figurā legit̄ ꝙ cũ ſaul fact⁹ eſſet rex dñi nutu eminebat ſuper populũ ab humero ſurſum.i.Reg.x.c. q₂ qui regit alios debet virtute multũ eos precellere. Nomen ergo ep̄i conueniat actioni: ⁊ actio reſpondeat nomini. Dicitur enim ep̄s ab epi qđ eſt ſupra ⁊ ſcopos qđ eſt intentio. quaſi ſup alios debet intēdere ad curā eoꝝ. ⁊ primo ſui. vt dicitur. viij.q.i. qui ep̄atũ. Archiep̄s dicit̄ quaſi princeps epoꝝ. q₂ permaxime debet intendere et virtutib⁹ eminere. Reſpondeat ergo actio nomini. ait Ambro. in paſtorali. ne ſit nomē inane: honor ſublimis: ⁊ vita procliuis: deifica profeſſio ⁊ illicita actio: religioſus amict⁹: et irreligioſus profectus: gradus excelſus ⁊ deformis exceſſus: cathedra ſublimior et cōſcientia humilior: locutio colũbina et mēs canina. Sicut enim nichil eſſe dicimus ep̄o excellenti⁹: ſic nichil miſerabilius ſi de vita ſancta periclitatur ⁊ in crimine teneatur. q₂ quanto gradus ep̄alis altior: tāto ruina grauior. Et ideo magna ſublimitas magnā debet habere cautelā: quia cui pl⁹ creditur plus ab eo exigetur ſicut ſcriptum eſt. q₂ optimis permixta ſunt peſſima: et potētes potenter tormenta patientur. Sapien. vj. Et iudicium duriſſimum fiet his qui preſunt. ibidem.

¶ De patriarchis primatib⁹ ⁊ archiep̄is quo ad eorum iuriſditionem. Capitulũ.iiij.

De patriarchis primatib⁹ ⁊ archiep̄is quo ad eoꝝ poteſtatem et dignitatē. Nota ꝙ ſm Ray. p̄triarche et primates ſunt minores papa et maiores archiep̄is: ⁊ p̄triarcha ⁊ primas ſupponunt ꝓ eodē. Nam inter patriarchā ⁊ primatē nō eſt realis differentia ſed vocalis. vt diſt. xcix. prouincie. ꝓprie tñ dicunt̄ patriarche quattuor principales.ſ. cōſtantinopolitan⁹: alexandrinus: antiochenus: ⁊ hieroſolymitanus. Et ſm ordinē hic poſitũ eſt eoꝝ maioritas ſeu dignitas attendēda. vt de priuile. c. antiqua. Aliũ vero ꝓprie dicuntur primates vt aq̄legienſis: grādēſis bituricēſis: ⁊ cantuarienſis: et hmōi. De primis quattuor patriarchis ⁊ de eoꝝ prioritatibus ⁊

Priuilegia patriarcharũ. autoritatib⁹ habes di.xxij. per totũ. ¶ Priuilegia autē quattuor patriarcharũ principaliũ ſunt iſta quattuor. Primũ eſt ꝙ poſtq̄ receperint palliũ a ſede ap̄lica conferunt ipſi metropolitanis palliũ qui ſunt ſub eis. Scđm eſt ꝙ recipiũt fidelitatis et obediētie iuramētũ ꝓ ſe et romana eccleſia. Tertium eſt q₂ faciũt vbiq₃ ante ſe crucem deferri. niſi vbi papa fuerit aut eius legatus vtens inſignijs papalibus: et niſi in vrbe romana. Quartum eſt q₂ appellat̄ ad ipſos omiſſis medijs. hec omnia habent̄ extra de priuile. c. antiqua. ex tex. ⁊ gl. p̄cipue Jnno.

¶ Juriſditionē aũt habēt patriarche ſiue primates in ſubditos ſuffraganeoꝝ ſuorum ſm Ray. in octo caſib⁹. Prim⁹ eſt cũ appellat̄ ad eos. diſt. xcix. prouincie. Scđs cũ vacat eccleſia metropolitana: ⁊ poſtulat̄ primas vt diſponat de rebus ad metropolitanũ pertinentibus ſc₃ cuſtodiendis. vt de offi. or. c. preſenti. lib. vj. Tertius ex cōſuetudine vel priuilegio. hos duos habes. ix.q.iij. cōqueſtus. Quartus cũ ſup arduo negocio dubitat̄: nec poteſt in ꝓuinciali cōcilio terminari. tũc eñi metropolitan⁹ debet primatē cōſulere. di. xviij. de cōcilijs. Quintus cũ metropolitanus eſt negligēs ⁊ remiſſus: tũc pōt ſupplere defectũ ei⁹. ix.q.iij.c. cum ſimus. Sextus ſi aliq̄s cōquereret̄ de archiep̄o p̄mas eſſet iudex. xj.q.i. ſi cleric⁹. Septim⁹ ſi ſubdit⁹ metropolitani cōq̄rat̄ primati ꝙ iniuſte eũ excōicauit: ⁊ primas remittit eũ ad metropolitanũ vt abſoluat: ⁊ ille nō poſſit abſolutionē obtinere: poterit abſoluere patriarcha: ita ꝙ precipiat ei ꝙ metropolitano ſatiſfaciat. al's reducat eũ in eandē ſententiā. de offi. or. c. ad reprimendā. Octau⁹ ꝙ ſi archiep̄s vel ep̄s fecit mādatũ iniuſtũ vel illicitũ: et ſubditus appellauit ad papā: pōt p̄triarcha determinare ꝙ ſubdit⁹ legitime appellauit. de appel. c. ſollicitudinē. Archiep̄s et metropolitanus ſynonyma ſunt et oīno ꝓ eodē ſupponũt. Sed archiep̄s dicit̄ ab archos qđ eſt princeps et ep̄s quaſi p̄ceps Metropolitanus. episcoporũ. Metropolitanus ꝟo a metros qđ eſt menſura ⁊ polis qđ eſt ciuitas: q₂ ſub certa mēſura.i. numero ciuitatũ cōſtituitur. vj.q.iij. ſcitote. nō tamē eſt neceſſe ꝙ habeat illũ tantũ numeruz ſub ſe ſc₃ decē epoꝝ. vt ibi đr Archiep̄s nō poteſt ꝯpellere ſubditũ ſuffraganei ſui ad ſuſcipiēdas cōmiſſiones eius in cauſis niſi ſit cōſuetudo. de foro cōpe. c. romana. lib. vj. et extra de offi. ordi. c. paſtoralis. Sup quo. c. dicit Hoſtiē. ꝙ cũ ep̄s ſubſit archiep̄o: q₂ pingui⁹ ius habet in eũ q̄ in ſubditũ ipſi⁹ pōt archiep̄s ep̄m cogere vt cōpellat ſubditũ ad ſuſcipiendũ Et ſi ep̄o infra certũ tempus ſibi aſſignatũ hoc facere neglexerit nec aliqđ iuſtum pretēderit. demũ pōt cogere vtrũq₃. arg. extra de offi. ord. c. quāto. in fi. ⁊. c. irrefragabili. §. exceſſus. Cōcor. Berñ. etiā ſi ab epiſcopo appellatũ fuerat.

¶ Sed hic ſciendũ ꝙ iure nouo archiep̄s cauſas que per appellationem vel alio iure metropolitico deferũt̄ ad ipſum nō poteſt audire ſeu

cōmittere alibi ꝙ in ſua ciuitate vł dioceſi: aut in eis in quib⁹ appellatū extitit: vel cauſe ipſe cōſiſtūt: niſi aliud ſibi cōpetat de cōſuetudine. ex̄ de offi.or.c.vt litigātes.li.vj. ¶ Archiep̄s non hꝫ iuriſditionē in ſubditis ſuffraganei ſui niſi in ꝗbuſdā caſib⁹ ꝗ notāt ex̄ de offi.or.c.paſtoralis. Prio ꝗdē cū deuiāt i diuinis officijs a conſuetudine metropolitane eccłie.xij.di.de his. Itē qñ ſubdit⁹ ep̄i delinquit in dioceſi archiep̄i.vj.q.iij.placuit. In hoc enīꝫ caſu efficit aliqs de iuriſditiōe cuiuſlibet alteri⁹. Itē ſi hꝫ prediū in dioceſi ſua. ex̄ de fo.cōpe.c.ſi. Et iſte etiā caſus ꝑtinet ad quēcūqꝫ aliū. ¶ Itē ſi cauſa deferꝛ ad eū ꝑ appellationē. ex̄ de offi.leg.c.j.ꝛ de offi.or.duo. Itē cū abſolut⁹ ab archiep̄o nōvult parere ep̄o. ex̄ de offi.or.ad reprimēdā. Iteꝫ ſi criminalis cauſa ſit inter ep̄m ꝛ clericū ſuū/ debet deduci ad ſynodū in qua p̄eſt archiep̄s.vj.q.iij.c.j. Item ſi clericus hꝫ ciuilem cauſam cōtra ep̄m ſuum.xj.q.j.c.ſi clericus. Item qñ ep̄s negligens eſt in eo qđ facere debet.ix.q.iij.cum ſimus. ex̄ de ſen.excom.ca.ꝑ tuas.et de appel.c.qua fronte. Itē qñ defuncto ep̄o eccleſia idoneos clericos nō hꝫ.xij.q.ij.nō liceat. Item cū euidens eſt ſentētiam ep̄i eſſe iniuſtā. ex̄ de appel.ca.ſollicitudinē. Item cum viſitat ꝓuinciam. ex̄ de preſcriptio.c.cum ex officij.ꝛ de cenſi.c.ſopite.ꝛ.c.cum nuper.

¶ Per ſolam vacationē ep̄alis §.I.

ſedis nō archiep̄s ſed capitulum ſuppletvices ep̄i. ex̄ de ſup.neg.prela.ſi ep̄s.ꝛ.c.eccleſie.lib.vj. Siłiter ſi ep̄s ſit excōicat⁹. ex̄ de ſup.negli.prela.romana.lib.vj.aut captus a paganis.vt in ca.predicto ſi ep̄s. ¶ Sed nūquid archiep̄s pōt eccleſie cathedrali vacāti dare viſitatoreꝫ? Rñdeo nō: niſi forte capitulū in ſpūalib⁹ ꝛ temporalib⁹ negligēter vel male adminiſtret: tūc eñi vocato capło ꝛ cauſe ſup hoc cognitiōe premiſſa viſitatorē ſeu miniſtratorē poterit deputare: ꝗ ꝙuis habeat legitimā adminiſtrationē in ſpūalibus ꝛ tp̄alibus/ tñ illa bñficia ꝗ ad ſolam ep̄i collationē ꝑtinent cōferre nō pōt ſi ab alio ꝙ a romano pōtifice fuerit deputatus. ex̄ de ſup.neg.prela.c.eccłie.lib.vj. ¶ Archiep̄s pōt ꝓuinciā ſuā viſitare: lꝫ nō ſint ei⁹ ſuffraganei negligētes/ ꝛ iterare viſitatiōes/ ꝛ ꝓcurratiōes recipe nō obſtante cōtraria cōſuetudine: ꝛ dum viſitat pōt cōfeſſiones ſubditorū ſuffraganeoꝝ ſuoꝝ audire/ ꝛ abſoluere/ ꝛ penitētiam iniungere. ex̄ de cenſi.ꝑpetuo.lib.vj. Sed vtrū aliquid poſſit recipere vide infra.c.ꝓximo de eius viſitatione. Archiep̄s pōt cōciliū celebrare irrequiſito primate.diſt.xcij.ſi quis ep̄s vacans.et.ix.q.iij.c.ij.et.iiij. Archiep̄s tranſiens per queuis loca pōt facere ante ſe crucem portari: benedicere populo: in pōtificalibus celebrare ꝛ hmōi. Similiter ep̄s etiā in locis exēptis ſue dioceſis.c.archiep̄s.in clemē.

¶ De pallio quo vtunꝛ papa §.II.

patriarche/ ꝛ archiep̄i. Et papa quidē ſemꝑ et vbiqꝫ vtiꝛ eo. Patriarche autē ꝛ archiep̄i ſolū eo vtunꝛ infra miſſaꝝ ſolēnia in qualibet eccleſia ſue ꝓuincie: non aūt ſi egrediaꝛ eccłiam: vt in ꝓceſſione. vt de vſu pal.c.j.et hoc in dieb⁹ in quib⁹ cōcediꝛ in priuilegio ſuo: alꝛ nō pōt. ſed bene pōt qñcūqꝫ ſine pallio celebrare. e.ti.c.ſi. Eſt aūt palliū illud quoddā ornamentū ad modum ſtole ſacerdotalis cū quibuſdā crucib⁹ nigris intextis qđ deferꝛ ſupra alia ornamenta circūdans pectus ꝛ humeros ad modū corone ante dependēs: ſignificat aūt plenitudinē pontificalis officij. eo.ti.c.niſi. Debꝫ aūt peti a papa infra tres menſes a tp̄e cōſecratiōis vel cōfirmatiōis ſi ante fuerat cōſecratus: alꝛ ſi petitum nō fuerit infra dictū tēpus legitimo impedimēto ceſſante poterit de hoc accuſari: et etiā de dignitate remoueri. vt diſ.c.ca.qm̄. Et debꝫ peti cū inſtātia. di.c.priſca. Et debet petēs preſtare ſacramentū fidelitatis ꝛ obediētie romane eccłie. di.c.optatū.ꝛ de elec.ſignificaſti. Itē in datiōe pallij debet dari nouū priuilegiū/ vel antiquū cōfirmari. diſt.c.ſcriptorū. Item recepto pallio et non ante pōt ſe archiep̄m noiare. eo.ti.niſi. Nec ante pōt conuocare cōciliū: nec cōficere chriſma: nec dedicare baſilicas: nec ordinare clericos: nec ep̄os conſecrare. vt ex̄ de elec.c.ꝙ ſicut. Item nō pōt archiep̄s pallium ſuū alteri cōmodare: qꝛ palliū eius in perſonā nō tranſit: vnde debet cum eo ſepeliri. eo.ti.ad hoc.ꝛ.c.ex tenore. ¶ Dies aūt in quib⁹ pōt archiep̄s vti pallio ꝛ ſolū in miſſaꝝ ſolēnijs ꝓparatus ſunt hi. vt nota.ſuper.c.ad honorē. ex̄ de aucto.ꝛ vſu pal. Natiuitas ſaluatoris/ feſtū ſequēs beati Stephani ꝛ ſcti Johānis euāgeliſte: circūciſio dñi ꝛ epiphania: in ramis palmarū et in cena dñi: in ſabbato ſctō: in trib⁹ dieb⁹ reſurrectiōis dñice ꝛ pētecoſtes: natiuitas Johannis baptiſte: in feſtis oīm apłoꝝ: in feſtiuitatibus ſancte Marie: in feſto oīm ſanctorū: in dedicatiōe eccleſiarū: in principalibus feſtiuitatibus eccleſie ſue: in ordinatiōibus clericoꝝ: ꝛ in die anniuerſaria ſue cōſecrationis.

¶ De viſitatiōe fienda per ep̄os et alios prelatos. Capłm.v.

INtende ad viſitandas oēs gentes: et nō miſerearis oībus ꝗ operanꝛ iniquitateꝫ. pš.lviij. Loquiꝛ pš. ad dñm deū poſtulās per aſſumptionē humanitatis eius viſitationē: dum dicit Intēde ad viſitādas om.gen. quod aliubi

pſ.cv. aptius loquēs ait. Viſita nos in ſalutari tuo. Scđo prenūciat defectū participatiōis ſalutis ſue incarnatiōis cum ſubdit Nō miserearis.i. nō misereberis oīḃ⁹ qui operanẗ iniquitatē ſcʒ qui pſeuerāt in malis. Nam (vt ait Hiero.) Aſſidue peccantiū nō miſereẗ deus. Exaudita aūt fuit oratio ꝓphete: qꝛ in viſceribus viſitauit nos oriēs ex alto. Illuminare his qui in te.et in vm.mor.ſe.ad diri.pe.no.in viā pacis. Luce.j. Vñ notaẗ ex ipſa viſitatione ſui p incarnationē intima miſeratio: qꝛ p viſcera mie ꝛc. Vñ Hiere.xxxj.c. In charitate perpetua dilexi te: ꝓpterea attraxi te miſerans.ſ.ſuſcipiēs humanitatē. Et noſtra illuminatio/ qꝛ viſitauit illuminare his qui in tenebris ꝛc. ideſt ad illuminandū. Et affectuū ꝛ actuū noſtroꝝ rectificatio/ qꝛ ad dirigēdos pedes noſtros in viam pacis: ſm illud Eſa.lxvj. ¶ Ponam viſitationē tuam pacē. Cum igiẗ eṗs quilibʒ vices teneat ſummi pontificis Jeſu xp̄i/ debet ip̄m viſitādo imitari in viſitatione gregis ſibi cōmiſſi: et lʒ xp̄s tm̄ ſemel viſitauerit per incarnationē/ viſitat tm̄ pluries ꝛ frequēter fideles ſuos ꝛ p gratiarū munera/ ꝛ per diuerſa beneficia/ ꝛ multa flagella. Sic et eṗs debet viſitare plebem ſibi cōmiſſam pluries: et ad min⁹ ſemel p annū: vt iura ſtatuūt. Vñ diciẗ.x.q.j.decreuimus. Decreuim⁹ vt antique cōſuetudinis ordo ſeruetẗ: ꝛ annuis vicibus ab ep̄o dioceſes viſitenẗ. Et ſi qua forte baſilica fuerit reperta deſtituta ordinatiōe eius reparari precipiaẗ. Qđ ſi nō poſſet impeditus infirmitate vel alia cauſa iuſta: p alios viſitare debet. Vñ in ſequenti ca.diciẗ. Ep̄m per cūctas dioceſes/ parrochiaſqꝫ ſuas p ſingulos annos ire opʒ: vt exquirat quo vnaqueqꝫ baſilica in reparatiōe ſui indigeat. Qđ ſi ipſe aut languore detētus/ aut aliīs occupatiōibus implicat⁹ adimplere nequiuerit: preſbyteros ꝓbabiles aut diacones mittat: qui et redditus baſilicarū ꝛ reparatiōes ꝛ miniſtrantiū vitam inquirāt. Vbi dicit archid.ꝙ hoc verbum oportet aliqñ eſt neceſſitatis/ aliqñ honeſtatis verbū. Sed hic non videtur ꝙ ſit neceſſitatis verbū. vt.s̄.ea.q.c.regenda. Et ꝗuis glo. dicat ꝙ cū ſubeſt cauſa neceſſaria/ tūc ſingulis annis pōt viſitare: alˀs ſi non eſt neceſſitas/ de triēnio in trienniū viſitabit. vt de offic.archid. c.vt archidiacon⁹. Sed addit archidiaconus ad glo.dicas ordinarium eſſe vt ſemel viſitenẗ eccleſie annuatim: ſiue ſit neceſſitas ſiue nō. vt in p̄dicto ca.decreuimus. Sed ſi fuerit neceſſitas/ viſitabit quotiens fuerit opportunū. exẗ de hereti.c.ad abolēdam. Et ſic intelligas oīa iura dicentia pluries poſſe viſitare in anno ſm Goffre. Nec obſtat de cēſi.c.cum venerabilis. vbi diciẗ ꝙ bis in anno ep̄s ꝓcurationeʒ accipiat que datur ꝓ viſitatione: qꝛ illud intelligo cū a fundatione monaſterij onus bine ꝓcurationis fuit illi impoſitū: vel forte monaſteriū illud conſueuit bis viſitari in anno ab illis ep̄is. Iteʒ dicit archidiaconus ſup verbo vnaqueqꝫ baſilica.ꝙ per hoc ſoluta eſt queſtio an dioceſanus habeat viſitationē in eccleſijs nō habētib⁹ curā aiaꝝ: ꝛ eſt dicendū ꝙ ſic. vt ptʒ p predicta vba. Nā videbit an eccleſia ſit ornata vel cooperta ꝛ hmōi. Et ſi nō poterit ad vnūquēqꝫ locū declinare archiep̄s: vt qꝛ ſunt niues vel inundatiōes aquarū vel alia iuſta cauſa: ad vnū ſaltem locū congruū clericos et laicos ſtudeat cōuocare. vt de cenſi.romana.lib.vj. Ad ipſum ergo ep̄m pōt dirigi verbum pſ̄.intende ad viſi.ꝛc.vbi tria poſſunt notari circa viſitationē.

¶ Primo ꝙ fiat affectualiter ꝛ cum ſubditoꝝ vtilitate.ibi. Intende ad viſitandas.

¶ Secundo ꝙ fiat vniuerſaliter et cū modorū varietate.ibi. Omnes gentes.

¶ Tertio ꝙ fiat miſericorditer ꝛ cū flagellorū ſeueritate.ibi. Non miſerearis.

¶ Quantū ad primū debet §.I.

viſitatio fieri ex affectu charitatiuo ꝛ nō ꝓ vtilitate nō ſua ſed ſubditorū: qꝛ diciẗ Intēde ad viſitādas. nō dicit ad dominādū/ vel ad epulandum/ vel ad lucrandū: ſed ad viſitandū. Aliqui em̄ viſitāt ſubditos cū multis equitaturis ꝛ famulis: acſi ſint dn̄i vel poti⁹ tyrāni. de quibus dñs p Ezechielē ait. Vos cū auſteritate impe- Ezech. rabatis ꝛ cū potentia. Cū tm̄ dicat Petr⁹ apl̄s xxxiiij. ep̄is.j.Pe.v. Non quaſi dominātes in clero/ ſed forma facti gregis ex aio. Ex conciẗ.cabiloñ.diciẗ.x.q.iij.cauēdū. Cauēdū ſane eſt ne cū ep̄i p parrochias ſuas peragrāt quādā nō ſolum erga ſubditos/ ſed erga ſocios tyrānidem exerceāt: ne (qđ abſit) nō cum charitate ſed cuʒ quadā iactātie temeritate ſtipendia ab eis exigant. Et dicit ibi glo.ꝙ ſubditos appellat laicos ꝛ ſocios clericos. Alij vero viſitāt ad epulandū ꝓcurantes ſibi parari lauta cōuiuia: et ſic longi temporis victū breuis hora cōſumit. vt dicit Innocē.extra de cenſi.c.cū apoſtolus. vnde ibi diciẗ. Nec ſumptuoſas epulas querant: ſed cum gratiarū actione recipiāt quod honeſte ꝛ cōpetenter fuerit illis miniſtratū. Et x.q.iij.illud.dicitur ꝙ ep̄i non debent cōpellere preſbyteros aut clerū parrochiarū ſuarum ſupra vires ſuas eis cōuiuia p̄parare. Vbi dicit glo.ꝙ comedet ep̄s carnes veruecinas/ vel vaccinas/ vel porcinas: vel tria oua cuʒ aceto. Et in dicto ca.cauendū. dicit glo.ꝙ ea que domi cōſueuit expēdere expēdet dum eſt in via.ſ. in viſitando. vt in autē.de man.princi.§.illud. coll.iij. Alij viſitant ad lucrandū pecunias: cū

tñ dicat apl's.ꝙ nõ debẽt filij parentibꝰ theſaurizare:ſꝫ parẽtes filijs. Et huic prouiſum eſt ꝑ c.romana.de cẽſi.li.vj. vbi precipit ſub interminatione maledictionis eterne: vt epi viſitãtes nichil recipiant preter ꝓcurationẽ victus cũ familia ſua ab eccleſijs quas viſitant:⁊ non viſitãtes nichil percipiãt rõne viſitationis nec etiã procurationẽ. Que cõſtitutio infra ponit ad litterã cũ ſua declaratione. Intendãt ergo nõ ad iſta:ſed ad viſitãdũ. Viſitat ſiquidẽ medicus egrũ ad curandũ.Matth.xxv. Infirmꝰ fui et viſitaſtis me.Viſitat amicus ſociũ tribulatũ ad ꝯſolãdũ: ſicut tres amici Iob cũ viſitauerũt afflictũ Iob.Viſitat paſtor gregẽ ad cõgregãdũ et defenſandũ.Ezech.xxxiiij.dicit dñs.Viſitabo oues meas ſicut paſtor viſitat gregẽ ſuũ. Sic prelati debent ſubditos viſitare ad curandas infirmitates vitioꝝ:ad ſubleuãdas neceſſitates miſeroꝝ:ad vniẽdũ et regulãdũ actiões ſubditoꝝ:⁊ ſic vtiliter viſitẽt ꝓut docet.x.q.j. placuit.vbi dr. Placuit vt per ſingulas eccleſias epiſcopi ⁊ per dioceſes ambulãtes primũ diſcutiãt clericos:quõ ordinẽ baptiſmi teneãt vel miſſaꝝ et qualiter quecũq; officia in eccl'ia peragãt. Et ſi recte q̃dẽ inuenIant deo gratias referãt. Si aũt minime/docere debẽt ignaros et hoc modis oĩb⁹ precipere:ſicut antiqui canones iubẽt.⁊ poſtea in eo.c. dicitur ꝙ debent etiam populũ docere vt vitia fugiant ⁊c.vt infra dicetur.vbi glo.ſuper verbo ignaros.ar.cõtra illos epiſcopos qui ſtatim ſuſpendunt ſimplices ſacerdotes.vt.xxxviij.diſt.ſedulo.

Quãtũ ad ſcðm principale §.II.

ſcꝫ ꝙ viſitatio debet fieri vl'r ⁊ cũ modoꝝ varietate innuitur hoc cũ dr. Ad viſitãdas om.gen. id eſt quoſcũq; ſibi ſubditos cuiuſcũq; ſtatus:⁊ laicos ⁊ clericos ⁊ religioſos et eccleſias collegiatas ⁊ nõ collegiatas: parrochiales ⁊ regulares:ſimplices ſubditos et prelatos hoſpitales et oẽs de ſua dioceſi: niſi ſint exempti a ſua iuriſditiõe.qui de hmõi non habet ſe intromittere:iudicare vel viſitare.Et qꝛ hmõi gẽtes varie ſunt cõditionis ⁊ ſtatus:⁊ ideo vario modo ſe debet habere ad eos in iudicando. In ipſa autẽ viſitatiõe tria habet facere:ſcꝫ docere per predicationẽ vel collationẽ: inquirere illorum mores et conuerſationem: corrigere illoꝝ trãſgreſſionẽ. Et quo ad primũ: nã de alijs duobꝰ infra dicetur. Predicare debet populo in cõi ad eccl'iam cõuenienti per ſe vel per aliũ. Vñ dr in di.c.placuit.x.q.j.ꝙ poſtq̃ epi clericos ſuos diſcuſſerint vel docuerint:cõuocata plebe illiꝰ eccleſie doceant illas vt errores idoloꝝ fugiãt: vel diuerſa crimina.i. adulterium:periurium: falſum teſtimonium:et reliqua pctã mortifera et quod nolunt ſibi fieri alteri nõ faciãt. Et vt credant reſurrectionẽ oĩm ⁊ diẽ iudicij in quo vnuſquiſq; ſm opera ſua recepturus ſit: et ſic poſtea eps de eccleſia illa proficiſcatur ad aliã. Predicatio aũt cõmunis et apta ad populum poteſt eſſe:vel de duodecim articulis fidei: vel de ſeptẽ vitijs capitalibꝰ:vel de decẽ preceptis vel de ſeptẽ ſacramentis:vel de ſeptẽ virtutibꝰ vel de ſeptẽ donis:vel de beatitudinibꝰ:vel de alijs materijs moralibꝰ: prout videtur expedire ſm qualitatẽ et capacitatẽ audientiũ. viij.q.j.oportet. Si eccleſia eſt collegiata habẽs plures clericos vel canonicos ipſis capitulariter cõgregatis dicat per modũ collationis q̃ pertinent ad ſtatũ eoꝝ agendũ.et ſi ſunt religioſi vel moniales ſimiliter in capitulo faciat exhortationem de pertinẽtibus ad religionem.de qbꝰ habes multa ſupra in titu.de religioſis.

Quantũ ad tertium principale §.III.

quod eſt in correctione defectuũ qui reperiuntur in viſitatione. Sciendũ ꝙ in huiuſmodi debet vti miſericordia et ſeueritate: qð innuitur in hoc quod dicitur. Non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatẽ. Debet eñ miſereri delinquentibus ſed non omnibꝰ. Nã recognoſcentibꝰ defectum ſuũ ſine accuſatione et ſe humiliantibus eſt miſerendũ. Unde Hiero. Ubi peccator intelligens vulnus ſuũ tradit medico ſe curandũ/illi nõ eſt virga neceſſaria: ſed ſpiritus lenitatis.de pe.diſt.j. importuna. Et ſimiliter in his que cõmittuntur ex fragilitate:nõ ex habituata malicia que nec ſunt ſcandaloſa poſſunt etiam et debent miſericorditer puniri.vt diſt.l.c.quia. Cõtumacibus vero ⁊ ex ſuperbia peccantibus nõ eſt miſerendũ. Unde Greg.ij.q.iiij.c.quanto.ait. In cõtumacia pſiſtentibꝰ ſeueros eſſe nos cõuenit.ſm illud Virgilij. Parcere ſubiectis et debellare ſupbos. Similiter non eſt miſerendũ his qui operãtur iniquitatem poſt plures admonitiones. Unde Siricius papa ait. Ferro neceſſe eſt vt abſcindantur vulnera que fomentorum non ſumpſerunt medicinam.diſt.lxxxij.c.plurimos. Similiter qui operãtur iniquitatem infectiuã alioꝝ vt diſſeminãdo doctrinã hereticã non eſt miſerendũ ſed ſeuere puniendũ.j.Cor.v. Auferte malum a vobiſipſis. Modicũ enim fermẽtũ totam maſſam corrũpit. Et Hiero. Arrius vna ſcintilla in alexandria fuit:⁊ quia cito nõ extincta eſt:totũ orbem depopulata eſt flãma eius. xxiiij.q.iij.reſecãde. Similiter quãdo aliquod ſcelus reperitur diffuſum in multos precipue clericos:nõ eſt miſerendũ ſed ſeuere puniendũ cũ eſt manifeſtũ:qꝛ vt dicit lex. Multis graſſantibus opus eſt exemplo, et hoc niſi timeatur

maius ſcandalū ⁊ malū ex punitiōe ꝙ vtilitas
et bonū. ar.l.di.c.vt conſtitueret. Et breuiter
vt dr de cēſi.c.romana.lib.vj. Ad ſubditorum
emēdationē viſitans per ſalubria monita: nūc
lenia nūc aſpera iuxta datā ſibi a deo ꝓuiden-
tiā diligēter intendat. Corrigere aūt ⁊ punire
poteſt varijs modis.qꝛ ꝑ excōicationē:ſuſpen-
ſionē/⁊ interdictū:incarcerationē:flagellatio-
nē: penā pecuniariā: relegationē:depoſitionē
ſm qualitatē exceſſuū.de qb⁹ penis habes ple
ne.j.de cenſuris eccleſiaſticis in pluribus capi
tulis. et ſic puniendo dicere potuit illud Pſ.
lxxxviij. Uiſitabo in virga iniquitates eorum.

¶ Forma autem tenenda §.IIII.

in viſitatiōe ab archiepīs quo ad ꝓpriā dioce-
ſim et dioceſes ſuffraganeoꝝ:⁊ ab epīs quo ad
ſubditos ſuos: et de ꝓcurationib⁹ eis fiendis
habet ex de cenſi.c.j.li.vj. Que hic ex integro
ponet cū declarationib⁹ doctoꝝ:et eſt hec Ro-
mana eccleſia.⁊.j.Statuimus vt qlꝫ archiepꝰs
ſuā volens viſitare ꝓuinciā: prius eccleſie ſue
caplm atqꝫ ciuitatem⁊ dioceſim plene viſitare
ꝓcuret ꝓpriā.Nec ſit ſolū erga maiorū ſꝫ etiā
minoꝝ eccleſiarū: nec circa clericorū tm̄ ſꝫ etiā
pplꝰoꝝ viſitationē intēt⁹.Et ſi cōmode vel abſqꝫ
difficultate accedere ad vnāquāqꝫ nō poterit:
de plurib⁹ locis ad vnū congruū clericos ⁊ lai
cos ſtudeat cōuocare:ne i illis viſitatio poſtpo
natur.¶ Deinde liceat ei ꝑ totā prouinciā vel
ei⁹ partē viſitatiōis officiū exercere: ciuitates
et dioceſes:ſuffraganeos ſuos⁊ eorū ſubditos
cathedraliū et aliarū ecclīarū capitula et mo-
naſteria:ecclīas et alia religioſa ⁊ pia loca cle
ricos et pplꝰos libere viſitando ac ꝓcuratiōes
a locis tm̄ ſe recipe viſitatis. Ex quo tñ aliquā
de ipſis dioceſib⁹ viſitare ceperit: nūꝙ poſtea
ſiue totū ſiue partē eius viſitauerit:reuertatur
cauſa viſitationis ad illā priuſꝙ oēs reliq ipſi⁹
prouincie dioceſes in toto vel in parte(quas ſe
cure viſitare poterit) et ſua denuo fuerint viſi-
tate. Nꝫ ſi forte eadem dioceſis vel aliqua ibi
eccleſia plus alijs indiguerit viſitari:tūc aliaꝝ
viſitatiōe intermiſſa redeat ad eandē: ſi a loci
dioceſano reqſitus extiterit:vel de oim̄ aut ma
ioris partis epoꝝ eiuſdē ꝓuincie ꝓceſſerit cō
ſilio et aſſenſu:ad qꝺ ijdē ſe ꝓnos exhibeāt: ne
animaꝝ ꝓfectus aliquatenus negligat.¶ Si
vero malicioſe in his difficultatē aliquā exhi-
buerint:archiepꝰs licentiā ſuꝑ hoc a ſede apo-
ſtolica poſtulet cōfidēter. ¶ Poſtꝙ aūt ſemel
oēs prouincias ſue dioceſis viſitauerit:licitum
ſit ei poſtea(prius tñ ſuffraganeoꝝ ſuoꝝ reqſi-
to cōſilio:⁊ ipſi⁹ diffinitione ſuꝑ hoc habita co
rā eis que in ſcriptis redigi volum⁹:vt poſſint
alijs eſſe nota) viſitationē per eandē reiterare
prouinciā iuxta modū ſuperi⁹ annotatū:etiam
ſi nō interueniat in hoc ſuffraganeoꝝ ipſoꝝ aſ-
ſenſus:illā ſemꝑ ꝓuidētiā adhibēdo:vt in po-
ſterioꝛib⁹ viſitationib⁹ illas ecclīas:eoſqꝫ cle-
ros et pplꝰos prius viſitet q nō fuerāt ab eo in
prioribus viſitati niſi magis ſit alijs viſitatio-
nis offm̄ opportunū.Sane hmōi impēſur⁹ offi
ciū ꝓpoſito xᵇo dei querat de vita ⁊ cōuerſa-
tiōe miniſtrātiū in eccīijs et locis alijs diuino
cultui deputatis:ac ceteris que ad officiū ipm̄
ſpectāt:abſqꝫ coactione ⁊ exactiōe qualꝫ iura-
mēti ad ipoꝝ emēdationē per ſalubria monita
nunc lenia:nūc aſpera iuxta datā ſibi a deo ꝓ-
uidentiā diligenter intendēs. Nꝫ ſi de aliqb⁹
orta fuerit infamia cōtra eos:ordinarijs ipoꝝ
vt ſuꝑ his diligenter inqrāt denūciet ſi viderit
expedire. Notoria xᵒo crimina q examinatiōe
nō egent(cū ſuꝑ his merito notare poſſit ordi-
narioꝝ negligētiā eorūdem)libere corrigat:pe
nā pro illis debitā infligēdo. Procurationes
aūt recipiat ſm ꝙ eſt in canonibus cōſtitutum
nullā tamen pecuniam ipſe vel aliquis de ſua
familia occaſione alicui⁹ officij vel cōſuetudi-
nis:ſeu quolibet alio modo eorū noīe:ſed invi-
ctualib⁹ tm̄ expenſas recipiat moderatas. Ca
ueat inſuper ne ipſe vel qſꝙ ſuorū aliqꝺ mun⁹
quodcūqꝫ ſit et qualitercūqꝫ offerat preſumat
recipere:vt nō que ſua ſunt videat qrere: ſed q
ieſu xp̄i. Nꝫ ſi fuerit contra preſumptum reci
piens maledictionem incurrat:a qua nūꝙ niſi
duplū reſtituat liberetur. Uolumus eñ in his
fraudē quālibet penitus euitari. Hācautē viſi
tandi formā ab vniuerſis etiā epiſcopis alijſqꝫ
prelatis ordinario iure ſubditos ſuos viſitan-
tibus plene obſeruari precipimus. Saluis ſu
per hoc rōnabilib⁹ ⁊ approbatis religioſoꝝ cō
ſuetudinib⁹ ⁊ regularib⁹ inſtitutis. hec Inn.
Greg.x.in cōcil.lugdunen.cōfirmat dictā con-
ſtitutionē: et addit penā in cōtra faciētes in.c.
exigit.eo.ti.vbi dicitur.Statuentes vt vniuer
ſi et ſinguli qui ob procurationem ſibi ratione
viſitationis debitā exigere pecuniā: vel etiā a
volente recipere:aut als cōſtitutionē ipſam re
cipiendo munera ſue viſitatiōis officio nō im-
penſo procurationē in victualibus aut aliquid
aliud ꝓcurationis occaſione violare preſum-
pſerint: duplū ei⁹ qꝺ receperint eccleſie a qua
id receptū fuerit ifra mēſem reddere teneant.
Alioquin ex tūc patriarche: archiepi: epi du-
plū ipſum vltra dictū tēpus reſtituere differen
tes:ingreſſum ſibi eccleſie interdictū nouerint
Inferiores xᵒo ab officio et beneficio nouerint
ſe ſuſpēſos quouſqꝫ de duplo hmōi grauatis ec
cleſijs plenariam ſatiſfactionem impendant:
nulla eis in hoc dantium remiſſione liberalita
te ſeu gratia valitura.hec ibi.

¶ Declaratio dubioꝝ circa §.V.

predicta. Nota primo ꝙ cū nō pōt viſitare p ſe: poteſt viſitare p aliū. de offi.ordi. inter cetera. et cū viſitat p aliū ipſi viſitati debēt facere expē ſas victualiū viſitāti. Et ipſi quoqꝫ epi ſup his quos mittūt ad viſitādū debēt facere expēſas de alijs neceſſarijs. vt dꝛ de offi.ordi.c. ſi epꝯ. lib.vj. vbi dicit glo. ꝙ neceſſaria dicunt vt equi veſtes ꝛ familia ꝛ hmōi: de qbus epi debent illis puidere. Epi aūt nō viſitātes pſonaliter nichil penit⁹ poſſunt exigere a viſitatis. vt dicit in.d.c. ſi epꝯ. ¶ Scdo nota in glo. ſup vbo plene. ꝙ nulla parrochia debet remanere inuiſitata: dū cōmode poſſit viſitari ꝛ viſitationis cauſa ſubſit: ꝛ ſunt hec redigenda ad arbitriū boni viri. Nec ſufficit p viſitatiōe ſynodū cōuocare et plene inqrere: qꝛ in tā breui tēpore nō poſſet ſingulorꝝ inquiſitio fieri: tū etiā qꝛ nō veniūt ad ſynodū oēs viſitādi clerici ꝛ laici: tum qꝛ ſubijcięda eſt res oculis ꝛ pſone pſentia multū operat. ex de offi.leg.c.fi. Nota ſm Hoſti. ꝙ nō dicit viſitatio nō plena: qꝛ due vel tres vel pauce remaneāt viſitāde. Allegat de cōſe.diſt.ij. reuera. et.vij.q.j. deniqꝫ. Et dicit ꝙ in his inſpiciendus eſt modus regionis. ¶ Nota tertio ſuper vbo laicos. ꝙ ppl's viſitatus ipſe non tenet ad pcurationē ſed eccleſia. vt.x.q.iij. placuit. et ſic eſt ꝯſuetudo. Et ſi non poteſt ad aliquā eccleſiā accedere ſine difficultate: puta ſm glo. ppter niues vel glacies vel aliqd ſimile: tūc ad vnum locū congruū ꝛ honeſtū ꝛ cōmunē pōt cōuocare clericos ꝛ laicos illius eccl'ie ad quā nō poteſt accedere ꝛ ibi viſitare. ¶ Nota quarto ſm glo. ſup vbo pia loca. p hec intelligunt hoſpitalia ꝛ xenodochia q ibi debēt viſitari. ¶ Nota quinto ſup illud prouinciā. ꝙ licet Ber. dixerit hoc verū cū ſuffraganei ſunt negligētes: tñ ꝯtrariū eſt verū. vt ptꝫ eo.ti.c.fi. vbi dꝛ ꝙ archiepꝯ pōt puinciā ſuā viſitare: etiā ſi ſuffraganei nō ſunt negligētes: ꝛ iterare viſitationē eandē et pcurationē recipere a locis nō obſtāte ꝯſuetudine in cōtrariū. ¶ Nota ſexto ſup illud libere. glo. ſcꝫ ꝯtradictione/ pſcriptione/ vel appellatione nō obſtantibus: ſcꝫ pōt viſitare archiepꝯ ſuffraganeos. ex de pſcrip.c. cū ex officij. idē archid. Et itelligunt loca viſitata ſiue illa q pſonaliter viſitat: ſiue illa q ad viſitationē cōuocat. ¶ Nota ſeptimo ſup illud cōſilio ꝛ diffinitione: nō dicit hic de aſſenſu: qꝛ ſiue cōcordent ſiue diſcordent ſuffraganei hoc diffinire ad archiepm ptinet. q diffinitio ſic fiet ſm Inno. dicēdo. Diffinimus p nos pcedendū ad viſitationē puincie noſtre. Et a tali diffinitione cū ſit ſup executione ſui officij nō poterit appellare. de offi.or. ca. irrefragabili. idē archid. Dicit aūt Hoſti. ꝙ

ideo ingerit hec difficultas ꝯſilij ꝛ diffinitiōis: vt archiepꝯ non ſit negligens ad cōciliū cōuocandū: cū aliter ꝯciliū de facili haberi nequeat: nec ſine hac diffinitione viſitare pōt: per qd cōcludit ꝙ archiepꝯ vix vel nunꝙ ſecūdā viſitationē faciet niſi ꝯciliū celebret. Jo.an.i nouel. ¶ Nota octauo ſup illud coactiōe. glo. a principio nō exigetur iuramentū p qd occultū ppo nere conſtringat. ex quo tñ ſine iuramēto referunt aliqua corrigenda: poſtea poterit inquiſitor ſup his exigere iuramentū. Et ꝙuis nō debeat cogere a principio ad iuramentū. bene tñ coget venire ꝛ reſpōdere: et ſibi in his q officiū reſpiciūt obedire ſm Ber. Inno. ꝛ Hoſti. Joh. mo. et archid. al's eñi eſſet; diluſoria poteſtas vel iuriſditio viſitādi: ſi nullā coertionē haberet: ꝛ qꝛ cui cōmittit principale ꝛ acceſſoriū. de offi.dele.c. de cauſis. Joh.an. ¶ Nota nono ꝙ circa viſitationē clericorꝝ ꝛ populorꝝ debet eſſe intētus. dicit glo. ꝙ nō ſimul ſed ſeparatim fiet cū taliū vita ſit ſeparata. xij.q.j. duo. et melius pcedit inqſitio qñ fit ſigillatim. c. inquiſitiōis. de accuſa. Et hoc verū ſi qualitas negocij hoc expoſcit. al's in genere fit inquiſitio. Et quo ad punitionē dicit Joh.an. in nouel. ſup ſexto. hoc intelligēdū ſcꝫ quantū ad laicos quo ad crimina eccl'iaſtica matrimonia et alia q ad eccleſiā ptinēt: in alijs corrigēdis nō vſurpabit iuriſditionē iudicij ſecularis. vt de iud. nouit. Impedientes aūt nuncios q mittunt ad cōuocandū: vel al's iuriſditionē archiepi viſitātis p eū poſſunt puniri. quod dicit. vt de penis.c. romana. lib.vj. ¶ Nota decimo ſup illud ciuitates. ſm Hoſti. ꝛ Joh.mona. ꝙ ille ordo ſeruādus ſit in puincia: ſcꝫ quo ad eccleſiā principalē ciuitatē et dioceſim metropolitani. In ſuffraganeis tñ difficultas ꝛ incōmoditas ſit: in hoc ordine ſeruādo nō putāt ordinē neceſſariū. ¶ Nota vndecimo ſup illud eorū ſubditos. dicit Jo.an. in nouel. ꝙ ſi cōcurrāt epꝯ ꝛ archiepꝯ in viſitādo ſm Inno. Hoſt. ꝛ Jo.mo. Alb. ꝛ Arch. ꝙ ambo admittent cū nō ſit a iure phibitū: etſi diſcordarēt in ſentētia p reo niſi in cauſa fauorabili. vt de pba.c. ex lr'is. Et addit Hoſtiē. et alij ꝙ ſi eccl'ia nō ſufficit vtriqꝫ: admittet pmo veniēs: vt de foro cōpe.c. pposuiſti. cū ꝯcor. Et ſi cōcurrant ſimul veniendo nec apparet qs prior: licet videret epꝯ preferendus cui ſpecialis ineſt cura. x.q.j. regenda. pdictis placet archiepm preferendū. xj.q.iij. qui reſiſtit. et.c. ſeq. Si vo cōcurrat epꝯ cū prelato ſibi ſubiecto ad quē etiā ſpectet viſitatio. dicit Archid. preferendū epm niſi obſtet cōſuetudo. alleg.c. in lateranenſi. de prebē. ¶ Nota duodecimo ſm Jo.an. ꝛ Inno. ſup vbo viſitatis. ꝙ intelligitur viſitare etiā ſi vadat cauſa cōſignandi vel chriſmādi pueros

ſiue cōſecrandi eccleſias: ſiue pro quocūq3 alio
cōi negocio: vel qđ multos tangit. ar.x.q.iij.re
latū. ſm Inno. vel ſm Hoſti. vel Joh.mo.ꝙ ſit
pro ſalute aiarū vel ꝓ cultu diuino ampliando
vel pro ſtatu eccleſie melius reformādo.x.q.j.
placuit. Secus ſm Inno. ſi vadit ꝓ cauſis ex-
pediēdis. Unde in his debeť ꝓcuratio: nō aūt
ſi vadat ꝓ recōciliatione eccľie ſm Archi. Uin
cen. ⁊ Laudul. ⁊ Goffr. Item ſm Archi. cū ar-
chiepūs ad vnā dioceſim cauſa viſitandi acce-
dens: ſi tranſit p aliā nō eſt ꝓcurādus iure vi-
ſitationis: q2 nō viſitat. iure aūt hoſpitalitatis
nemini eſt denegādū. xlij. diſt. §. j. hoc tū ſi pōt.
¶ Nota tredecimo ſup ỽbo ꝓcurationes ibi
in victualibus. ꝙ ſi epūs vel archiepūs viſitans
ꝑdit equū: vel ſoluit vecturas equoꝝ et his ſi-
milia: nō pōt hoc exigere a viſitatis noie ꝓcu-
rationis ſm Inno. ⁊ Archi. Et multo min9 nō
poteſt petere expenſas quas facit in via eūdo
pro viſitatione facienda: tum q2 hoc nullo iure
caueť: tum q2 ꝓpter id habet bona dignitatis:
vt q̄ ad dignitatis officiū ſpectant exerceat. Et
talis procuratio hoc reſpectu potius datur in
ſignū ſubiectionis et ꝓpter hoſpitalitatē ꝙ de
neceſſitate iuris naturalis cū ſuos reddit9 ha-
beat: et ideo de illis viuat cū pauperes eccľias
viſitat. Qꝫ ſi vna die viſitationē expedire non
poteſt: dicit Inno. ꝙ plurib9 diebus vt opor-
tuerit ꝓcurandus erit. x.q.j. placuit. Nec ob-
ſtat. x.q.iij.c. inter cetera. q2 illud intelligiť cū
vna die viſitatio poteſt expediri. Item Hoſtiē.
addit ꝙ in nullo caſu eccleſia eſt grauanda.
¶ Nota decimoquarto ſup verbo inquirāt: ꝙ
epūs tenetur facere hāc inquiſitionē ad denun-
ciationē ipſius archiepi. ad hoc. ij.q.v. mennā.
Et ſi epūs nollet inquirere dicūt aliqui ꝙ archi
epūs inquirat: q2 curā eius habet: ⁊ ad eius offi
ciū ꝑtinet ꝓpter negligentiā epi. ar. ix.q.iij. cū
ſimus. Alij tū dicūt ꝙ ꝓpter eius negligentiā
nō deuolniť ad archiepm hec cognitio: q2 in ca
nonibus nō eſt expreſſum. ita ponit Inno. alle
gans ad hoc. ar. x.q.iij. q2 cognouim9. Et ſi di-
catur ꝙ ꝓpter hoc remanebūt crimina impu-
nita. cōtra illud de ſentē. excō. c. vt fame. Rū. ꝙ
archiepūs coget epm vt ꝓcedat ⁊ puniat qđ po
teſt rōne negligentie peccati. xxxiij. diſt. quo-
rūdā. ¶ Nota decimoquinto ſup ỽbo notoria.
Dicit Innocē. ꝙ ſi dubiū eſt iudici an crimina
ſint notoria. Primo de hoc inquiret nec videť
ꝙ habeat aliud ꝓnūciare: niſi qđ ſuū eſt punire
hec maleficia q̄ ſunt notoria: q2 ſolū in hoc vi-
deať cognoſcere: an ſit ſua iuriſditio puniendi.
Archid. dicit hoc notoriū intelligi cuius teſtis
eſt populus. allegat. xxxv.q.iij. qđ ſcripſi. et di-
cit illius criminis populū eſſe teſtē: etiā ſi cri-
men eſt notū maiori parti, tū allegat de coha.
cle. c. veſtra. et ibi Hoſti. tractat de notorio ma
nifeſto ⁊ occulto. ¶ Nota decimoſexto ſup ver
bo pecuniā ſm Jo. an. in nouel. Si veri philo-
ſophantes pecuniā cōtemnūt. xij.q.ij. ſocrates.
multo fortius viſitantes. et ſi ſm Hoſti. ciuilis
ſapiētia ꝑcio nūmario dehoneſtari nō debet. ff.
de va. ⁊ extor. cogni. l. j. §. eſt quidē. multo min9
canonica deprauanda: que multū reprehendit
auariciā clericoꝝ. ē. eo. c. ex parte. Hic etiā no-
ta ſm cōſtitutionē iſtā romana. et ſequentē ſc3
exigit: ꝙ nulla pecunia poterat exigi aut etiā
recipi a ſponte dare volenti rōne ꝓcurationis
in viſitatione epi vel archiepi: ſed tū in victua
libus expēſas moderatas: alˀs incidebat in pe
nā que habeť in. c. exigit. Sed p conſtitutionē
Bonifacij. viij. que habeť in. c. ſeq. et incipit. fe
licis. hoc ꝓ parte remoueť: q2 videl3 a volenti-
bus eccleſiarū ⁊ locoꝝ viſitatoꝝ rectoribus ſeu
ꝑſonis pecuniā licite recipere valēt ꝓ ſumpti-
bus moderatis faciendis in victualib9 diebus
quib9 viſitationis officiū ꝑſonaliter exercebūt.
Ex q̄bus verbis patet ꝙ ſi viſitati ꝓcurationē
in victualib9 ſoluere velit pecunia ab eis exigi
non poteſt. Sed ſi ſponte velit ſoluere pecuniā
cōgruentē ꝓcurationi accipere poſſunt. Et ſu-
miť hic pecunia nō ſtricte ꝓ ea q̄ cōſiſtit in nu-
mero: ſed etiā ꝓ rebus q̄ poſſunt ꝑcio eſtimari.
ſm illud. j.q.iii. totū. Unde ꝯcordare poſſunt in
alijs vel liquidis / vel de boue / pullo / vel re ſilī
danda ꝓ quantitate taxata: vel ſine alia taxa-
tione: dūmodo ſerueť moderamen. Hodie p cō
ſtitutionē Bñdicti. xj. q̄ incipit. vas electionis.
taxata eſt quātitas ſm diuerſitatē ꝓuinciarū
diuerſarū: q̄ ſoluenda eſt ſine victualib9: ſi a vo
lentib9 in pecunia in qua etiā diſtinguiť: an p
ſe an p alios viſitent: que etiā reſtringiť cū per
alios viſitāt. ¶ Nota decimoſeptimo ſm Joh.
an. ſup ỽbo de familia ſua occaſione officij aut
cōſuetudinis. Per familiā intelligiť clericus
vel laicus equeſter vel pedeſter. ſ. qui eſt de do-
mo ſua. Noie officij intelligiť ſcriptor / ſigilla-
tor / ⁊ ſimiles ſm glo. ibidē. Et addit in nouel-
lis. hoc eſt verū ſi petatur rōne viſitationis: ſed
nō intēdit grauare clericū ſi faciat litteras: ſc3
ſcriptor ⁊ aliq̄d habeat ꝓ labore. ar. xij.q.ij. ec-
cleſiaſticis. Hoſt. ⁊ Inno. et hoc niſi de publico
reciperet ſalariū: quo caſu ſtipendijs debet eſſe
cōtentus. xxiij.q.j. militare. Nec excuſat ꝯſue-
tudo in talib9: q2 cenſeť irrationabilis: ex quo
p ſedē aplicā reprobať. xj. diſ. quis neſciat. et p
ꝯſequēs ꝑſcribi nō poteſt. de ꝯſue. c. ſi. ¶ Nota
decimooctauo ſup ỽbo victualibus ſm Jo. an.
in nouel. horū noie cōtineť eſus / potus / veſtis /
ſtramēta / ⁊ oia hominu neceſſaria ad viuendū:
et hoſpitiū ⁊ calciariū: ⁊ hec nō videnť remiſſa:
etiā ſi de alimētis tranſactū ſit niſi ſpecificenť.

Uideāt tamē ne vltra facultatē grauent eccleſias. Et dicat Hiero. ad epm. Cornute cōſiderane ſimilā ⁊ mella faſtidias qui iam in paupere domo et tugurio ruſticano rugientē ventrē vix milio ⁊ cibario pane poteras ſaturare. xij. q. ij. gloria. ¶ Nota decimonono ſup v̄bo aliquod munus quodcūq ſit. ſm Jo. an. in nouel. Beatus q̄ excutit man⁹ ſuas ab om̄i munere. j. q. j. ſunt nōnulli. Excipit Hoſt. eſculentū ⁊ poculentū ⁊ enxenia: que nō extēdunt ad munerū qualitates. ff. de offi. procō. l. ſolent. Dicit demū q̄ mens huius littere innuit cōtrariū. Cōſultius ergo facit a talib⁹ abſtinens: tamē hmōi recipiens modica garſias: non credit q̄ incidat in penā. Et ſi dicat quomodo enxenianſ eſculētū et poculentū vt recipiat ꝓcurationē in victualibus. Rn̄. Jo. mo. cū ſcꝫ viſitatus aliqd excellens tale vltra cōes expenſas enxeniat. puto q̄ periculū ſit recipere victū alia portāda: ſi portat aliquos capones caſeos vel flaſcos vini: ſed victualia ibi comedēda quantūcūq excellētia recipere / nō eſt periculū penarū infrapoſitarū: exigere tamē poſſet eſſe peccatū. ¶ Nota vigeſimo ſup verbo maledictionē. ſm Jo. an. in nouel. i. penā eternā que debeſ illi pro mortali. ex quo ſequiſ hanc trāſgreſſionē eſſe mortale: nec talis pōt abſolui: niſi duplū reſtituat illi a quo recepit. ¶ Nota vigeſimoprimo ſup verbo ordinario. ſm Jo. an. delegatus ſeruet formā mādati. de reſcrip. c. cū dilecta. etiā ſi datus ſit ab alio q̄ a papa: ita tamē q̄ delegatus qđ nō poteſt nō cōmittat. de iure pa. c. qđ autē. Non putat autē Hoſti. ⁊ Jo. mo. hoc in legato locū habere triplici rōne: q2 vices pape gerit. xciij. diſ. ca. fi. Scđa quia maior eſt epo. de offi. deleg. c. ſane. qui non includiſ ſub clauſula generali. ex de ſentē. excō. c. quia periculoſum. lib. vj. Tercia quia romana eccleſia ɔtra ſe ⁊ ſuos priuilegiare nō cōſueuit. extra de cenſi. c. cū inſtantia. ¶ Nota vigeſimoſecūdo ſup verbo inſtitutis. Hoſt. dicit q̄ regularis denūciatio. i. ꝓclamatio in. c. nō requirit glo. q2 nō ſm iuris ſubtilitatē: ſed ſm obſeruātias regulares ⁊ ſm diuerſas religioſoꝝ cōſtitutiones de plano ⁊ ſimpliciter expediſ in qua nec eſt appellatio admittēda. ſ. de appel. c. ad noſtrā. Dicit aūt nō omittendū. q̄ ſi prelat⁹ q̄uis religioſus in mortali ɔſtitutus notoriis vel infamat⁹ incorrigibilis ſit et ꝓpter hoc a ſuo ſubdito appelleſ: aut appellatiōi deferet: aut ꝓ tāto exceſſu ſatiſfacere cōpelleſ. ſ. de appel. c. de priore. q2 nec ad talē pertinet iudicialis correctio. iij. q. vij. iudicet. Jtē religioſi licet ſint ſm regulā corrigēdi: miſericorditer tn̄ nec paſſim more latronū i grauē carcerē detrudendo ſm morē praue ɔſuetudinis: q̄ quaſi ꝓ lege in q̄buſdā eccleſijs inoleuit. ex de ſta. regu. c. ea que. Jtē licet ad abbatē ſpectet correctio: ſi tn̄ nimis eſt grauis de conſilio cōuentus. i. capli ſui tēperāda eſt. ſ. de his q̄ fi. a p̄la. c. nouit. Uult ergo finis hui⁹ cōſtitutiōis q̄ ɔſuetudines ꝑ quas fiūt viſitationes et correctiones religioſoꝝ: ſint rōnabiles ⁊ approbate. ¶ Nota vigeſimotertio q̄ monaſteria monialiū etiā ſi ſint exempta: debēt ꝑ ſuos ordinarios ſingulis annis viſitari. vt de ſta. mo. c. attendētes. in cle. qđ verū eſt niſi habeāt ex priuilegio q̄ nō poſſint viſitari ab ordinarijs. qđ priuilegiū habēt p̄dicatores ⁊ minores de monaſterijs ſibi ſubditis: ⁊ plures alij de q̄bus ignoraſ. Uñ ⁊ cū hoc allegāt priuilegiū debēt oſtendere. ¶ Nota vigeſimoquarto q̄ Hoſtiē. dicit locū incōgruū ad quē nō teneſ ire ad viſitandū ſed dꝫ rectorē talis loci: ⁊ ppl'm congregare ad aliū locū cōgruū: qn̄ ſcꝫ nō ſufficit ille locus ad ꝓcurationē archiepi. Sed archid. ɔtradicit: ⁊ dicit q̄ oēs cōtribuent. ſ. alie eccl'ie. Dicit ergo archid. q̄ iuſta cauſa cōuocatiōis nō eſt paupertas eccl'ie. Nā ſi pōt ad locū accedere teneſ ad id. et ſi eccl'ia eſt pauper: nichil exiget vel recipiet. j. q. ij. placuit. ſuis ergo viſitet ſumptibus q2 ad hoc ſunt ſibi reddit⁹ epales deputati. ſic etiā notat Ber. eo. ti. cū apl's. et Joh. Goff. Uincen. ⁊ Hoſti. eo. ti. cū inſtātia. Unde penit⁹ impotentē euidēs pauptas excuſat ad tribuendū. Decretalis autē cōquerente. de offi. ordi. que dicit moderate poſſe exigi. loquiſ de eccleſia q̄ cōtribuere poteſt: licet nō in totū ꝓcurare: haberi eñi ſemꝑ debet ratio ne miniſtri eccleſie egeāt. ar. de re. iu. in ɔdēnatione. ¶ Nota vltimo ſup verbo ingreſſum eccleſie interdictū. et ſup verbo ſuſpenſos. in. c. exigit. Dicit glo. q̄ ſi durante interdicto iſti moriaſ nō ſepelientur in cimiterio. et ſi interim celebrent in eccleſia in officio ſuo ſicut prius efficiunſ irregulares. de ſentē. excō. c. is cui. lib. vj. inferiores v̄o ſuſpenſi ꝓpter hmōi tranſgreſſionē: ſi interim celebrent vt prius ſunt irregulares nec poterunt ab alio q̄ a papa abſolui. de ſenten. excō. c. cum medicinalis. lib. vj. glo. ſup verbo quouſq. dicit facta ergo reſtitutione duplici ſtatim ſunt abſoluti ſine alia ſententia. de ſpon. c. nō eſt. qđ intelligendū ſi ſeruauerunt intereaſante reſtitutionem factam interdictū vel ſuſpenſionem. al's ſi nō ſeruaſſent incidiſſent ⁊ indigerent diſpenſatione ſeu abſolutione.

¶ De q̄bus ſint fiende inquiſitiōes in viſitationibus ad diuerſos ſtatus. Cap. vj.

Quia dictū eſt ſupra q̄ poſt predicationē ad ppl'm vel collationē ad capitulū clericoꝝ ſeu religioſorū fieri debet inquiſitio in viſitatione. Nūc

videndū eſt particulariter quō ⁊ quo ordine fiet
Primo inquiſitio. Qñ eps intrat eccl'iaꝫ/rector eccle
ſie vel principalis in cathedrali offert ei crucē
oſculandā ⁊ aſpſoriū aque bñdicte: ⁊ facta aſp
ſione incipit cātare ipē rector antiphonā Ecce
ſacerdos magnus.et poſtea antiphonā de ſctō
cui intitulata eſt eccl'ia:et poſt v̄ſiculū eps can
Scdo. tat orationē de illo ſctō.Et prio accedēs ad ec-
cleſiā cathedralē poſt orationē (vt dictū eſt) dꝫ
ire ad locū venerabilis ſacri: ⁊ videre quō ⁊ ꝙ
honorifice ſit recōditū: ⁊ bene firmū et clauſum
⁊ ꝙ ſepe mutet̄ ne generetur aliqua corruptio
Tertio vel v̄miū corroſio ex antiquitate. Et exinde ſa
cramentū extreme vnctionis ac etiā baptiſmū
⁊ chriſmatis ⁊ olei cathecuminoꝝ ſi ſunt reno-
uata illo anno: ⁊ fontes baptiſmales qñ eccl'ia
eſt baptiſmalis: ⁊ ſi vaſa ſunt mūda ⁊ corpalia
ꝑcipue ⁊ calices ⁊ palle altaris. Et cuꝫ reperit
in hmōi defectū dure increpet ⁊ puniat plus ⁊
Quarto. minus ſm qualitatē exceſſus. Inquirat (ſi viſi
tans eſt archieps) de vita epi viſitati ſuffraga-
nei ſui ꝗ ad honeſtatē ſui ⁊ familie ſue: ⁊ quali-
ter ſe habeat in gubernatiōe epatus et eccleſie
ſue/⁊ aliarū eccleſiarū ſibi ſubditarū tā in ſpūa
lib⁹ ꝙ in tpalibus: ⁊ pmaxime in collatiōe or-
dinū vel bñficiorū quō ſe habeat ſi indignis cō
ferat: puta ſi ante etatē legitimā vl' illitteratis
vel infamibus/⁊ ſi ꝓ hmōi pecuniam recipiat.
Si bona epatus bene gubernat nō diſſipando
ſed paupib⁹ diſpēſando ꝓut valet: ſi alienauit
aliqua immobilia vel alienatiōes in aliꝭs eccle
ſiꝭs ſine debita cauſa et forma fieri pmiſit. In-
terroget̄ non quidē ipſe eps (qꝛ teſtimoniū fer
ret de ſeipō) ſed aliꝭ maturi ⁊ diſcrete pſone qui
credunt̄ ſcire cōuerſationē eius ⁊ veritatē dice
re debēt: ſi eſt negligēs circa diuinū cultū vt di
ligenter exerceat̄ in eccl'ia maiori ⁊ in aliꝭs: et
ꝙ eccl'iaſtica ſacramēta tpe/loco/⁊ modo debi
to populo miniſtrent̄: ⁊ ꝑdicatiōes in eccleſiꝭs
iuxta laudabilē cōſuetudinē tēporib⁹ debitis
faciat: p ſe vel p alios inquirat̄. Si eſt diligens
vel negligēs in corrigēdo exceſſus clericorū et
alioꝝ quoꝝ correctio ſpectat ad eū de iure/pri
uilegio/vel cōſuetudine. Si viſitat eccl'ias ſue
dioceſis non recipiēdo niſi ꝓcurationē victus.
Si cōfert ſacramentū cōfirmatiōis tpe ſuo. Si
eſt rect⁹ in iudicādo vel iudicare faciēdo p vi-
cariū: ita ꝙ vnicuiqꝫ ad ipius tribunal recurrē
ti miniſtret iuſtitiā: et ſi iudiciū gratis reddat:
ſi cōſtitutiōes ſynodales aliquas hꝫ ⁊ ſeruat/⁊
ſeruare facit. Quo ad ſubditos eccleſie cathe-
dralis querat̄ ab archiepō vel epō ſi ꝑpoſitus
vel alius prelatus ⁊ canonici ⁊ aliꝭ clerici ſunt
eidem epō obediētes: ⁊ ꝙ oēs portent tonſurā
⁊ habitū clericaleꝫ: ⁊ ſi pacifice ⁊ quiete viuūt.
Et ſi aliqui ex ipſis ſunt rixoſi ⁊ ſcandaloſi: ⁊ ꝗ
ſunt illi. Item ſi canonici/⁊ aliꝭ capellani et cle
rici obediāt prepoſito ſeu alteri prelato ipſius
eccleſie in his in quibus tenent̄. Si faciūt ca-
pitulū/⁊ vbi/⁊ quotiēs/et que ibi tractāt. Et ſi
bñ gubernāt ⁊ ꝯſeruāt iura ⁊ iuriſditionē eccle
ſie. Et ꝗ ibi audiūt confeſſiōes: ⁊ ſi ſunt ſufficiē
tes ad illud: ⁊ ſi canōici ⁊ aliꝭ clerici viuunt ho
neſte/⁊ dicunt officiū ⁊ confitent̄ de licētia epi
vel eius ꝗ poſſit dare. Si prebende ſunt cōmu
nes vel diſtincte: equales vel diſſimiles. Qui
⁊ quales ſunt redditus ⁊ ꝓuentus ſacriſtie ca
nonicorū ⁊ eccleſie in quibus cōſiſtunt: et ad cu
ius manus perueniāt: ⁊ quō diſpenſant̄. Si in
dicta eccleſia officium diurnū pariter ⁊ noctur
num dicat̄ continue debitis tēporibus et debi
to modo. Et quot in die ex canonicis et capel- Quinto.
lanis in dicta eccleſia celebrāt. Deinde querat
de inuentario ſi hꝫ: ⁊ ſm ea que habent̄ in inuē
tario ſibi collata in acceptatiōe eccleſie vel offi
ciꝭs ſacriſtie ſic reſignet omnia. Et ſi aliquid
notabile defuerit ſeu perditū fuerit culpa ſua/
ſupplere tenet̄: ſecus ſi caſu ⁊ ſine defectu ſuo.
Et primo videat de rebus ſacriſtie per quanti
tatem/⁊ qualitatē/et ſigna diſtinctiua: calices
cuꝫ corporalibus/caſulas/cappas ſericas/ſeu
pluuialia/dalmaticas/tunicellas/albas/ami-
ctus/ſtolas/manipulos/cingulos/ſuperpelli-
cia ſeu coctas/doſſalia/altaria/pallas/toba-
lias/et alia hmōi. Et ſi ſunt cōfracta faciat re-
parare. Miſſalia/antiphonaria/homeliaria/⁊
alios libros diſſuta faciat reformare. Item ſi
eſt eccl'ia cathedralis vel al's collegiata inqui
rat quot debent ibi eſſe canonici vel aliꝭ in ea-
dē eccleſia ſeruiētes/⁊ quis eſt in ea prelatus.
Et i eccleſia cathedrali que ſint ibi dignitates
ſcꝫ archipreſbyteratus vel prepoſitat⁹/aut ar
chidiaconatus: ⁊ quis habet in ea curam prin
cipaliter: ⁊ qui ibi preſentialiter reſident ⁊ de-
ſeruiūt: ⁊ ſi eccl'ia hꝫ aliquas cōſtitutiones ab
epō approbatas: ⁊ quō ſeruantur ⁊ ſi fideliter
dantur diſtributiones intereſſentibus officiꝭs Sexto.
Itē inquirat̄ quot ſunt ibi capelle: ⁊ ſi ſint inti
tulate: et ꝗbus ⁊ quot reddit⁹ habent: ⁊ ſi offi-
ciātur ſm obligationē quā habēt: vel al's ſine
obligatione competenter ſm quātitatē reddi
tuū: et ſi patronos habent qui non committāt
fraudes circa reddit⁹ capelle. Si habēt debita
fulcimēta ad celebrādū ⁊ hmōi. Inquirant̄ nō
ſolū clerici ſed etiā laici aliꝗ de ppl'o maturi et
diſcreti. Si eſt in ppl'o aliquis heretic⁹: vſura
rius: ſimoniacus: ſortilegus: cōcubinari⁹: ma-
leficus: publicus adulter: vel obſtinat⁹ in excō
municatione: vel in inimicitia mortali: vel in
nō confitēdo annuatim ⁊ cōmunicādo: ⁊ preci-
pue qñ omiſit p plures ānos ⁊ alia hmōi quoꝝ
correctio ſpectat ad epm. Et circa hmōi admo

neat/ corrigat/ puniat/ pacē cōponat ꝓut dñs
dederit. Et ſi eſt aliq̄d legatum ad pias cauſas
nō mandatū executioni/ faciat implere. In viſi-
tatione eccl'iarū parrochialiū q̄ non ſunt colle-
giate. Primo viſo ſacſo euchariſtie: τ aliis ſa-
cramentis ſi diligenter teneanť: vt dictū eſt. ſ.
fiat inq̄ſitio: τ ſi lumē ꝯtinue teneť ante ſacſm.
Septio Exinde querať ſi eccleſia h̄z patronū: τ quē vel
quos/ et ſi bene ſe habēt ad ipſam vt nō extor-
queāt bona ei⁹ vel grauēt in prādiis expenſis τ
hm̄oi: vltra id ad q̄d teneнť. Et ſi rector ipſe ca-
nonice inſtitut⁹ eſt in illa eccleſia. Et ſi cōmiſſa
eſt aliqua ſimonia cū patronis vel ꝯfirmatore.
Et ſi aliq̄s detinet aliqua bona ipſius eccleſie.
Itez ſi h̄z ſolū illā eccleſiā parrochialē vel plu-
res. et ſi plures: ſi ſunt vnite vel nō: τ ſi ſunt vni-
te ſi h̄z ſup hoc diſpēſationē a papa. Nā al's te-
nere nō poteſt. Vñ diſpenſationē ipſaz oſtēdat
ꝑ modū ſufficientē. Itez ſi in dicta eccleſia ſunt
alique capelle dotate: τ ſi habēt capellanos de-
ſeruientes ſm debitū: τ de quātitate redditnū
ipſius eccleſie τ ipſarū capellarū. Et ſi habent
calices/ libros/ vel alia paramēta ꝑ ſe dicte ca-
pelle. Itē que in dicta eccl'ia habeanť ornamē-
ta/ calices/ cruces/ corpalia/ thuribula/ planete
et alie veſtes ſacre/ palle/ tobalee τ hm̄oi. de q̄-
bus habes. ſ. et ſi bñ τ nitide teneнť. Itē ſi re-
liquie ibi habenť τ quales. Item ſi habenť ibi
aliqua inſtrumēta τ priuilegia τ ſi bene cuſto-
Octa- diunť. Itē ſi eccleſia vel altaria ſunt cōſecrata.
uo. Singulariter aūt interrogeť ipſe ſacerdos re-
ctor eccleſie in abſentia tñ ppl'i ſed in preſentia
alicui⁹ de ſociis ep̄i quō ſe habeat circa ſacſa:
q2 multi errores cōmittunť ex ignorantia que
maxime regnat in clero in partib⁹ italie. Sin-
gulariter ergo interrogeť que ſint v̄ba ſubſtā-
tialia ad ꝯſecrationē euchariſtie: et ſi ea mēte-
tenus dicit vel in libro τ faciat eū dicere et vi-
deat ſi in aliquo verbo deficit ei declarādo q̄ ſi
aliq̄d omitteret non ꝯſecraret: τ p̄cipue de for-
ma ꝯſecratiōis ſanguinis q̄ prolixior eſt: nā du-
rat vſq3. hec quotiēſcūq3 feceritis. Et ſimiliter in-
terrogeť de forma extreme vnctionis/ τ quō ſe
habeat in collatione ei⁹: τ multo magis de for-
ma baptiſmi ſi baptizat. Inquirať etiā ſi h̄z bre-
uiariū/ ſi dicit officiū/ τ ſi ſcit bene legere τ ordi-
nate: τ ſi dicit miſſam ante matutinas: q̄d ꝓhi-
bitū eſt: et q̄ nō dicat officiū aliq̄d manuale fa-
ciendo. Si eſt luſor/ negociator/ vel frequenta-
tor taberne. Precipue aūt fiat diligēs inquiſi-
tio circa audientiā ꝯfeſſionū: q2 ibi verſať peri-
culū et ſalus aiarū. Vñ interrogeť ſacerdos cū
audit ꝯfeſſiones quē ordinē tenet interrogādo
peccatorē. Et ſi interrogat de decē p̄ceptis τ q̄
ſunt illa: et quō interrogat ſup quolibet illorū:
et q̄n in eis peccatur mortaliter vel venialiter
vel de ſimplici fornicatione: ſi facit ꝯſcientiā cō-
fitentibus de mortali eundo. ſ. ad meretrices τ
hm̄oi: τ de pctis cogitationū q̄n eſt ibi mortale
vel veniale: τ de ſeptē vitiis capitalib⁹: τ ſi ſcit
ea diſtincte exprimere: et q̄n ſunt mortalia vel
venialia: τ de p̄ceptis cōibus eccleſie: vt audi-
tione miſſe τ hm̄oi: et ſi in hm̄oi errat doceať et
admoneať τ ꝓcuret hr̄e aliquē libellū vel ſum-
mā talia docentē: τ ab aliis etiā inq̄rat. Inter-
rogeť etiā ſi audit alios q̄ ſuos parrochianos
ſine licentia: q2 nō poteſt. Et ſi ſcit caſus reſer-
uatos ep̄o. Demū de forma abſolutionis ſi ſcit
exprimere. Interrogeť etiā ſi h̄z licētiā ꝯfitēdi
pctā ſua: q2 al's nō poſſet niſi religioſis expoſi-
tis ad audiendū cōfeſſionē ſm cle. dudū. de ſe-
pul. Et quō frequēter cōfiteať ad q̄d admonea-
tur. ex quo frequenter celebrat: interrogeť etiā
quantū populū habeat: τ ſi viſitat īfirmos τ ſa-
cramēta exhibet tp̄e cōgruo. vt ſine eis nō dece-
dant. Si annuatim cōfitentur τ cōicant: τ quot
ſint q̄ remaneāt: τ ꝑ quot annos. Et ſi eſt aliq̄s
in parrochia maleficus vel incantator/ vel no-
torius ſeu manifeſt⁹ peccator/ vel inimicitias
graues ꝯtinuans. Si admonet ppl'm precipue
diebus feſtiuis. Interrogenť etiā laici parro- Nono.
chiani aliqui magis antiqui τ diſcreti de fama
et vita ipſius ſacerdotis. Si eſt concubinarius
vel al's inhoneſtus luſor vagabūdus. Si facit
debitā reſidētiā: ſi officiat bene eccleſiā. Si eſt
ſcandaloſus τ litigioſus cū ppl'o. Si q̄ etiā vo-
lunt ponere querelā cōtra ip̄m parrochialē de
quacūq3 re tēporali vel criminali audiat eos τ
examinet τ iuſticiā adminiſtret. Si aūt reperit
ep̄s in hm̄oi inq̄ſitione ſacerdotē defectuoſum
corrigat τ puniat plus et minus ſm qualitatē
defectus: τ ꝑmaxime cū deficit in formis ſacra-
mentoꝝ baptiſmi τ euchariſtie nō dimittat im-
punitū nec ꝑmittat celebrare niſi bene ſciat ea.
Et cautū eſt etiā ordinare vt ipſi ſacerdotes ru-
rales habeāt verba cōſecrationis l̄ris groſſis
ante ſe deſcripta τ ipſa legant. Videantur etiā
nō ſolū eccl'ia ſed etiā et domus quā inhabitat
ſi indiget reparatione: τ operā det ad hoc cū ſa-
cerdote τ ppl'o ꝓut fieri pōt. Videat etiā inuē-
tariū de reb⁹ tā eccleſie q̄ ſupellectilib⁹ dom⁹:
et ſi conſeruauit ſibi cōſignata: vel diminuerit:
qua ex cauſa τ ſi aliq̄d immobile alienauit.

De viſitatione autē eccle- §.I.

ſiarū ſine cura et oratoriū habētiū altare τ cam-
panā. Primo inquirať q̄s fundauit dictā eccle- Primo
ſiam vel oratoriū τ a quanto tp̄e citra τ ad quē
ſpectet inſtitutio vel deſtitutio eius: ſeu refor-
matio et cōfirmatio q̄n vacat. Inquirať etiā in Scdo.
cui⁹ eccl'ie parrochia fūdatū eſt dictū oratoriū:
et ſi fuit fundatū de cōſenſu ſacerdotis parro-

Tertio chialis et autoritate epi. Jtez inquirat̃ ſi dicta
eccleſia vel oratoriũ tenet̃ ad aliquẽ cenſuz vel
onus: et qδ ſit illud ⁊ cui debet ſoluere: ſi eccl̃ie
parrochiali vel alteri: ⁊ ſi ſoluit de tp̃e ĩ tẽpus.
Quarto. Querat̃ etiam quõ ⁊ qualiter ſe habeat rector
in officiando dictã eccleſiã vel oratoriũ: cũ qδ=
libet bñficiuz etiã ſine cura detur ꝓpter officiũ
plus vel minꝰ exercendũ quo. ſ. ad officiationẽ
eccl̃ie ẽm quãtitatẽ redditꝰ. Nã quãtũ ad ho=
ras quantũcũq̧ minimũ ſit bñficiũ ad ipſas te=
Quinto. net̃. vñ ⁊ de hoc interroget̃ ſi dicit. Jtez inq̃rat̃
de quãtitate reddituũ ⁊ in q̃bus ꝯſiſtant ⁊ quõ
diſpenſent̃: et ſi poſſeſſiones bñ gubernent̃: aut
aliq̃d ſit alienatũ ſine legitima cauſa. Jtem de
paramẽtis calicibꝰ ⁊ aliis ornamẽtis eccl̃iaſti=
cis: ⁊ libros quot hʒ vel calices ⁊ qualia. Jtẽ ſi
hʒ patronos ⁊ quos hʒ. De eccleſiis curatis et
nõ curatis ⁊ rectoribꝰ earũ ⁊ patronis: et quid
ꝑtineat ad eos: ⁊ de cõuerſatione ⁊ moribꝰ cle=
ricoꝝ: ⁊ de modo cure ⁊ cõfeſſionibꝰ audiendis
habes. ſ̃. ti. de cõfeſſoribus. per totũ.

De viſitatione monaſte= §.II.

rioꝝ et eccl̃iarũ regulariũ tã monachoꝝ q̃ mo=
Primo nialiũ ⁊ inq̃ſitione. Primo interrogandus eſt
abbas ⁊ prior vel abbatiſſa ⁊ prioriſſa q̃ ad mo
niales ſoli in p̃ſentia tñ aliquoꝝ de familia epi
q̃ ſint pſone mature et modeſte vt vicarius eiꝰ
et aliq̃s ex canonicis vel capellanis: q̃ defectꝰ
Secundo. quos audiũt occultos: aliis nõ reuelẽt. Deinde
interrogent ſigillatim ſingulos monachos vel
moniales in capl̃o vel alio loco honeſto. Prio
ergo q̃rat a maioribꝰ quot ſiut monachi ĩ dicto
monaſterio vel canonici regulares vel monia=
les: ⁊ quot debẽt eſſe: ⁊ ſi numerus eſt ibi cõſti=
tutus: quã regulã ꝓfitent̃: quot ſunt ibi ꝓfeſſi
vel ꝓfeſſe ⁊ nouicij vel nouitie: ⁊ ſi habitꝰ ꝓfeſ=
ſoꝝ eſt diſtĩctꝰ ab habitu nouitioꝝ vel indiſtin
ctus. Si faciũt ꝓfeſſionẽ tp̃e cõgruo. Si obſer=
uant regulã quã ꝓfeſſi vel ꝓfeſſe ſunt: ⁊ p̃cipue
quo ad ſubſtãtialia vota: vt paupꝑtatẽ/caſtitatẽ
et obedientiã. Si obſeruãt eã quo ad cerimo=
nialia: vt ſilentiũ/ obſeruatio ieiunioꝝ/abſtinẽ
tia ab eſu carniũ extra ĩfirmitatẽ: ⁊ vſu laneorũ
in camiſiis ⁊ liteaminibꝰ nõ lineoꝝ ⁊ alia hmõi
Si habẽt aliquã diſpenſationẽ ſup his ex cõſti
tutionibꝰ ſuis approbatis vel a papa. Et ſi ha=
bent aliquas ꝯſtitutiões vltra regulã approba
tas: ⁊ ſi eas obſeruãt. Nã ꝓfitentes regulã bti
Bñdicti tenent̃ ad p̃dicta cerimonialia obſer=
uanda. Sed ꝓfitentes regulã Augu. canonici
regulares ſeu monache ad illa nõ tenent̃ ceri=
monialia q̃ ſupradicta ſunt. ſ. abſtinẽtia a car=
nibus ⁊ lineis: niſi ex cõſtitutionibꝰ ad regulã
additis ad hoc obligarent̃. Si eccl̃ia dicti mo
naſterij habet curã animarũ inq̃rat̃ ſi diligẽter
exercet̃ talis cura: ⁊ ꝑ quẽ vtrũ ꝑ monachũ vel
preſbiterũ ſecularẽ qδ fieri debet. ſ. ꝑ ſacerdotẽ
ſecularẽ magis q̃ ꝑ monachũ vel regularẽ: niſi
exercitiũ talis cure haberent a papa vel ep̃o et
abbate. Et inquirat̃ ſi deputatus ad talẽ curã
ſcit ea q̃ ad ipſam ꝑtinent: vt dictũ eſt. ſ̃. in cor=
pore huiꝰ capl̃i. Jtẽ inquirat̃ ſi hore canonice ⁊ Tertio
miſſe debitis tẽporibꝰ celebrent̃ cantando vel
legendo ⁊ debito modo ſine diſſolutionibꝰ ⁊ cõ
fabulationibus: ⁊ ſi oẽs cõueniũt ad officiũ vel
remanẽt ex negligentia: et qui vel que ⁊ q̃ fre=
quẽter: ⁊ ſi omittũt officiũ. Si habẽt officiales
diſtinctos: vt camerariũ/ſacriſtã/cellerariũ. Et
tales interrogentur de officiis ſuis ſi diligẽter
exercent ⁊ fideliter tractant bona monaſterij: ⁊
ſi tenet̃ competens introitus ⁊ exitus ⁊ reddit̃
ratiocimũ pluries in anno ꝑ camerariũ ſeu ꝓ=
curatorẽ corã p̃lato ⁊ aliquibꝰ ex ſenioribꝰ mo
naſterij. Jnterrogẽtur etiã de quãtitate reddi= Quarto.
tuum monaſterij ⁊ in quibus ꝯſiſtant. et ſi bene
diſpenſant̃: ⁊ q̃ nullus vel nulla det aliq̃d ꝯſan
guineis vel aliis ſine licẽtia ſuperioris: ſed nec
etiã ipſe ſuperior abbas vel prior vel abbatiſſa
det bona monaſterij mobilia vel imobilia ſine
cõſenſu capl̃i ⁊ rõnabiliter. Jtem ſi ſunt aliqua
alienata ex bonis imobilibus ſine cauſa rõna=
bili ⁊ forma debita et ꝯſenſu capituli ⁊ ep̃i. Si
fiunt reparationes neceſſarie in monaſterio et
domibꝰ eius: et cultiuationes poſſeſſionũ. Jtẽ Quinto.
inquirat̃ de libris/calicibꝰ ⁊ paramẽtis: orna=
mẽtis ⁊ aliis partinentibꝰ ad eccleſiã: ⁊ ſi dili=
gẽter ⁊ mũde teneant̃ ⁊ reſartiant̃: ⁊ alia hmõi
ꝓut dictũ eſt. ſ̃. in corpore capl̃i. Jtez ſi abbas
ſeu prior vel abbatiſſa corrigit defectus delin=
quentiũ: ⁊ ſi tenet capl̃m ⁊ q̃ ſepe. de quo debẽt
interrogari magis ſubditi ⁊ p̃cipue ſeniores q̃
ipſe p̃latus vel p̃lati. Sed a p̃lato inquiri debet
quomodo ſubditi vel ſubdite ſint ei obediẽtes
ſeu reuerentes. Et ſi ibi eſt aliq̃s vel aliqua ꝓ=
prietarius vel ꝓprietaria: ⁊ ſi ſint ibi aliq̃ ſcan
daloſi vel rixoſi. Si ꝓuidet̃ infirmis in neceſſa
riis ⁊ in viſitationibꝰ ⁊ in ſacramentis: et ſi oĩa
habẽt in cõi: ad qδ inducat quantũ poteſt: et ſi
dormiũt oẽs in eodẽ dormitorio ⁊ comedunt
in eodẽ refectorio. Jnterrogetur etiã de fama Sexto.
eoꝝ ⁊ honeſtate: ⁊ ſi habent aliquas familiari=
tates ſuſpectas. Si inſtrumenta/iura et priui=
legia monaſterij bene cuſtodiuntur: ⁊ de debi=
tis quanta ſint. De religioſis ⁊ que pertineant
ad debitam cõuerſationem eoꝝ ⁊ vitam. habes
diffuſe titulo. xvj. per totum.

De viſitatione monialiũ §.III.

Quo ad monaſteria monialiũ inquirenda ſunt
abbatiſſa/ prioriſſa et moniales pene de oĩbus
de q̃bus dictũ eſt in. §. precedẽti. Sed vltra illa

interrogandũ eſt ſi facta eſt abbatiſſa ꝑ aliquã ſimonĩa vel prioriſſa: et ſi electa eſt canonice et ꝯfirmata. Si cõmiſſa eſt ſimonia in receptione monialiũ faciendo expreſſas pactiones cũ conſanguineis ingreſſe ꝓ ipſa receptione. Si aliqua coactio facta eſt alicui ad faciendũ profeſſionẽ. Si monaſteriũ habet debitã clauſurã: vt ex nulla parte poſſet aliqͥs ingredi. Unde ⁊ circuire debet totũ monaſteriũ vt bñ videat diſpoſitionẽ edificioꝝ: cũ decenti tamen ſocietate: puta duobꝰ ex ſenioribus vel tribus eũ aſſociantibus: cũ quibus ſolus ingredi debet monaſteriũ oĩbus aliis remanentibus extra ⁊ cũ abbatiſſa ſeu prioriſſa ⁊ vna vel duabus antiquioribus interroget ſi oſtia monaſterii ſub clauibus clauſa tenentur: quas claues ipſa vel alia honeſta ⁊ probata antiqua teneat. Si aliquis ingredit᷑ vel aliqua extra caſum neceſſitatis: vel ſi aliqua egreditur ſine licentia: in quo exceſſu ſunt grauiter puniende. Si tenent habitũ continue extra cellas: ſi vtuntur pompa in veſtibꝰ et velis ⁊ hmõi ad modũ ſecularium. In quibus exercitiis ſe occupant honeſtis vel vanis: puta faciendo reticellas: burſas vanas et hmõi. Si comedũt ſimul habentes lectionem in menſa. Suꝑ oĩa ſi habent aliquã familiaritatẽ cum religioſis/clericis ⁊ laicis nõ ꝯſanguineis: que deprehenditur ex frequenti eorũ adinuicẽ locutione ſine cauſa vrgente ⁊ ex litterulis ⁊ ambaſiatis ⁊ muneribus. que oĩa debent abſcindi et ordinari: vt monialis precipue iuuenis non ſola loquat᷑ ad crates ſed in preſentia ⁊ auditu alicuius honeſte monialis ſm ordinationẽ ſuperiorũ. Inquiratur etiã quis ſit cõfeſſor earũ et qualis: ſi bone fame ⁊ ſufficiens ad directionem earũ: quis etiã ſit procurator earũ in temporalibus: quotiens in anno confitent᷑ ⁊ cõmunicant: ⁊ ſi que remanent ⁊ huiuſmodi.

¶ De viſitatione hoſpita- §.IIII.

ſapiētes ſunt vt faciant mala: bonū autē facere neſciunt: hi iniuſti terre et celo vtriꝗ iniecere manus: impij in clerū: temerarij in ſancta: ſeditioſi inuicē: emuli in vicinos: inhumani in extraneos quos neminē amātes amat nemo. Et cū timeri affectant ab omnibus / oēs timeāt neceſſe eſt: hi ſunt q̄ ſubeſſe nō ſuſtinēt: preeſſe nō norūt: ſuperioribus infideles: inferioribus importabiles. Hi inuerecūdi ad petendū: ad negādū frontuoſi: hi importuni vt accipiāt: ingrati vbi acceperint: docuerūt linguā ſuam blāda loqui cū operent exigua: largiſſimi ꝓmiſſores et parciſſimi exhibitores: blandiſſimi adulatores: ⁊ mordaciſſimi detractores: ſimpliciſſimi diſſimulatores: et maligniſſimi ꝓditores. Inuehit exinde cōtra honorē exteriorē ⁊ apparatum curie dicēs. Vides omnē eccleſiaſticū zelū feruere ſola ꝓ dignitate tuēda: honori totū datur: ſanctitati nichil aut parū. Si cauſa requirente paulo ſubmiſſius agere: ac ſocialiꝰ te habere tentaueris. abſit inquiūt nō decet: tēpori non cōgruit: maieſtati non cōuenit: quā geras perſonā attēdito. De placito dei vltima mētio eſt: ꝓ iactura ſalutis nulla cūctatio: niſi quod ſublime eſt hoc ſalutare dicamus: et qđ gloria redolet id iuſtū. Ita omne humile ꝓbroſatur inter palatinos: vt facilius q̄ eſſe q̄ q̄ apparere velit humilis inuenies: timor dñi ſimplicitas reputat: ne dicā fatuitas. Virū circūſpectū ⁊ amicū ꝓprie cōſciētie calumniant: hypocritā porro amatorē quietis ⁊ ſibi interdū vacantē inutilē dicūt. Quid ergo tu euigilas nedum adhuc ad iſtos q̄ circūdederūt te laqueis mortis. Scio vbi habitas / increduli ⁊ ſubuerſores ſunt tecū: lupi nō oues ſunt: taliū tu es paſtor: vtilis ꝯſideratio qua forte inueneris: quō (ſi fieri poſſit) ꝯuertas eos ne ipſi ſubuertāt te. Si dura frōte ſunt durato: et tu ecōtra tua. Nichil tam durū qđ duriori nō cedat. Nō eſt ſuꝑuacua cōſideratio qua intendis diſponere domui tue: ꝓuidere his q̄ in ſinu tuo ⁊ in gremio tuo ſunt. Audi Paulū. ſi quis domui ſue ꝑeſſe neſcit / quō eccl'ie dei diligētiā habebit? Et hec dicēs nō te moneo ſummis occupatū intēdere infimis ⁊ minimis impēdere qđ maximis debes. at illa ꝑ te agēs ꝑ te etiā opꝫ ꝓuideas: q̄ ꝓ te de his ꝓuideant vacuū ꝓrſus a ſollicitudine rerū minorū et viliū opꝫ eſſe animū tam magnis ⁊ tam multis intētū rebus. Opꝫ eſſe liberum quē nulla ſibi vēdicet violenta occupatio. Opꝫ eſſe ingenuū / quē nll'a deorſuꝫ trahat indigna affectio. Opꝫ eſſe rectū / quē nulla ſeorſum auertat ſiniſtra intētio. Opꝫ eſſe cautum / quē nulla ſubeat furtiua ſuſpitio. Opꝫ eſſe vigilē / quē nulla a ſeſe abducat ꝑegrina ⁊ curioſa cogitatio. Opꝫ eſſe firmū / quē nll'a cōcutiat repētina turbatio. Opꝫ eſſe inuictū / quē nulla fatiget cōtinua tribulatio. Opꝫ eē amplū / quē nulla coercet rei tēporalis amiſſio. His te non dubites ⁊ bonis priuandū et feriendū malis: ſi animū diuidēs / ⁊ dei rebus ⁊ tuis pariter reiculis nolueris impartiri. Procurādus quem implices qui ꝓ te molat / ꝓ te dico non tecum. Quedā ꝑ temet facies / quedā ꝑ te et alios ſimul: quedā per alios ⁊ abſꝗ te: non eſt ꝙ inter iſta dormitet cōſideratio tua. Querēdus ꝓinade fidelis ⁊ prudēs quē ꝯſtituas ſuper familiā tuam. Fidelis / vt nō fraudet. Prudens / vt nō fraudet. Adhuc inutilis eſt ſi tertiū deſit. ſ. auctoritas. Tali. ſ. fideli ⁊ prudēti ſubdendi ſunt oēs: nullū patiat cōtradictorē: nemo qui dicat cur feciſti ſic / vt poteſtatē habeat excludere et admittere quos vult: mutare miniſtros: trāſferre miniſteria ad quos ⁊ q̄n voluerit. Ita timori ſit omnibus / vt ſic ⁊ vtilitati preſit omibꝰ. vt omnibus ꝓſit: ⁊ de omnibus clādeſtinas ⁊ ſuſurraneas delatiōes nō recipias aduerſus eū: ſed magis detractiōes cēſeas. Et hāc tibi velim generalē cōſtituere regulā: vt oēm qui palā vereat dicere qđ in aure locutus eſt ſuſpectum habeas. Itaꝗ vnus omibꝰ faciēda iniūgat: ⁊ vni oēs r̄ndeant: tu illi habeas fidē vacās tibi ⁊ eccleſie dei. Si quo minus aut fidelis inueniat: aut prudēs / fideli potius cōmittēdum. Sane ⁊ duobus tutius hoc q̄ꝙ ſi idoneus nō reperit: etſi minus fidelē ſuſtinere potiꝰ cōſulo / q̄ꝙ te immergere laberintho huic. Memento ſaluatorē iudā iconomū habuiſſe. Deinde rep̄hēdit ep̄os qui nimiā diligētiam habēt de tꝑalibus facultatibus: ⁊ quaſi nullam de aīabus. Et poſt plura ſubdit. Non opꝫ vt vicia domus tue vltimꝰ ſcias: qđ q̄ꝙ plurimis nouimꝰ cōtigiſſe. Quapropter (vt diximus) alius alia diſpēſet: de diſciplina tu ꝓuide. Illō nemini credas. Si inſolentior corā te vel ſermo inſonuerit / vel habitus apparuerit manus tua ſuꝑ eiuſmodi: tu vlciſcere iniuriā tuā. Impunitas auſuꝫ parit: auſus exceſſum. Domū ep̄i decet ſanctitudo: decet modeſtia: decet honeſtas: quorū diſciplina cuſtos: ſacerdotes domeſtici aut ceteris honeſtiores: aut oibꝰ fabula ſunt in vultu / in habitu et inceſſu illorū q̄ circa te ſunt nil reſidere impudicū: nil indecēs patiaris. Diſcāt a te coep̄i tui comatulos pueros et cōptos adoleſcentes ſecū nō habere. Certe īter mitratos diſcurrere calamiſtratores non decet. Nec auſteritatē tn̄ ſuadeo tibi / ſꝫ grauitatē: illa īfirmiores fugat hec rep̄mit leuiores: illa odibilē: hec incōtēptibilem reddit. Quid hac mediocritate gratius vt nec de ſeueritate ſis oneri: nec de familiaritate ꝯtēptui. i palatio papā: domi te p̄rem familias exhibeas: amēt te domeſtici tui: ſi nō facis

tovt timeāt. Utilis ſemꝑ cuſtodia oris: ꝗ tñ af-
fabilitatis gratiā non excludat: ille cōueniētior
auidus ſi actu quidem ſeuerus ſis: vultu ſere-
nus: verbo breuis. Capellani tui nō ſint ſine ho-
nore: his cōtenti ſint que tu ꝓuideris illis: tu
vide ne egeāt ſuꝑ hoc quē forte ab aduēiētibꝰ
petere deprehēdes: iudica giezitā: idē de oſtia
rijs: idē de ceteris officialibus decernendum.

¶ Quarto de his que ſunt §. IIII.

ſupra te in. v. li. admonet cōſiderandū. ſ. ꝗ ſunt
in ſuꝑna patria: et ait. Hoc velim ſolerter ad-
uertas vir ſagaciſſime Eugeni: q2 totiens pere
grinatur cōſideratio tua: quotiēs ab illis rebꝰ
ad iſta deflectit inferiora et viſibilia ſiue intuē
da ad noticiā: ſiue petenda ad vſum: ſiue ꝓ offi
cio diſponenda vel actitanda. ſi tñ ita verſat in
his vt ꝑ hec illa requirat aut ꝓcul exulat. Sic
cōſiderare vel approbare repatriare eſt. Ibi po
nit in. ij. c. tres ſpecies cōſiderationis. Et primā
vocat diſpēſatiuā: que. ſ. ſenſibꝰ ſenſibilibuſꝗ
rebus ordinate ⁊ ſocialiter eſt vtens ad ꝓme-
rendū deū. Scdām appellat eſtimatiuā: ꝗ pru
dēter ac diligēter queqꝫ ſcrutās ⁊ pōderās ad
inueſtigandū deū. Tertiā appellat ſpeculatiuā
ꝗ eſt in ſe colligens: ⁊ quantū in ſe eſt diuiniꝰ
adiuuat rebus humanis eximens ad cōtēplā-
dum deū. Et ſubdit ꝙ tribus modis deus ⁊ an
geli eius noſtra cōſideratione inueſtigant. opi
nione: fide: ⁊ intellectu. quoꝝ intellectꝰ rationi
innititur. fides autoritati. opinio ſola veriſimi
litudine ſe tuetur. Et declarat quō de ange-
lis quedā noſcimꝰ intellectu: ꝗdam opinione:
ꝗdam fide: vt de his que tradit ſcriptura ſacra
de ordinibꝰ angeloꝝ et miniſtris eoꝝ pulchra
et deuota ſcribēs de ſingulis ordinibꝰ. Dein-
de de deo quō ſibi hoc verbū eſt cōuenit: et quō
dicat eſſe principiū: ⁊ quō ex ipſo: per ipm: ⁊ in
ipſo ſint oia. Item ꝙ deus eſt quo nichil meliꝰ
cogitari poteſt. Et quō ſimplex eſt. et nō ſolum
vnus: ſed vniſſimus. Nec trinitas ꝑſonarū tol-
lit hanc vnitatē. ſ. ſubſtantie ſue deitatis. Ubi
etiam ponit octo differentias vnitatis: et vlti-
ma eſt vnitas trinitatis ꝗ oēs excellit. ⁊ hoc in
ix. c. ⁊ in. x. Et in. xj. ponit de vnitate triū ſubſtā
tiarū in vna ꝑſona xpi. ſ. carnis: aīe ⁊ verbi. De-
clarat etiā quid ſit deus quantū ad effectꝰ plu
rimos quos operat in creatura: ⁊ precipue ra
tionali. Demū exponit que ſit longitudo: lati-
tudo: ſublimitas: ⁊ ꝓfundū in deo: q2 lōgitudo
eſt eternitas: latitudo charitas: ſublimitas po
tētia: ꝓfundū ſapiētia in oībꝰ: aīs in nobis ha
betur lōgitudo per ꝑſeuerātiā: latitudo per di
lectionē. ſ. vſqꝫ ad inimicos: ꝓfundū per humi
litatē cōſideratis dei iudicijs: altitudo per con
templationem ſeu fiduciam promiſſorum.

¶ De poteſtate pape in gñe vbi de ptāte ordi nis ⁊ iuriſditionis ⁊ interpretationis. Cap. ij.

DE poteſtate pape. Nota ꝙ ꝗuis oīs
poteſtas ſit a deo: ⁊ abuſus poteſta Oīs po
tis nō ſit a deo. poteſtas tamē pape teſtas
per excellentiā et ſingularius eſt ab eſt a
ipſo deo. Iſta tria puncta ſic decla- deo.
rantur. Primū ponit apl's dicēs. Nō eſt pote-
ſtas niſi a deo. Rom. xiij. Hoc aūt ſic declarat.
Et ꝓbat Aug. de anch. in li. de ptāte pape: aīs
intitulat iſte liber de poteſtate eccl'aſtica. ꝗ ſe
pe in hoc titulo allegat. Deꝰ eſt cauſa cuiuſlꝫ
rei habentis entitatē in bonitate in triplici ge
nere cauſe. ſ. efficiētis: formalis: ⁊ finalis. Effi
cientis igit eſt oīs ptās a deo rōne deriuatio-
nis: ſicut eñ oia entia creant et deriuantur ab
vno ente: ⁊ oīs ſubſtantia ab vna ſubſtātia: ita
oīs principatꝰ cauſaliter deriuat ab vno prin-
cipe. Talis aūt princeps eſt deꝰ. Unde ſcribit
Sap. vj. Data eſt vobis a deo virtus ⁊ ptās ab
altiſſimo qui interrogabit opa veſtra. et Dan.
iiij. Sciāt gētes quia dñatur altiſſimꝰ in regno
hoīm: et cui voluerit dabit illud. ¶ Scdō eſt a
deo oīs poteſtas formal'r rōne eiꝰ ordinationis
Nā in quolꝫ pricipatu eſt ordo quidā ſuꝑioris
ad inferiorē: ⁊ inferioris ad ſuꝑiorē. Et quan-
tūcūqꝫ ſuperiores vel inferiores ſint mali: ipſe
tamē ordo de ſe habet rōnē boni: quia etiā ipa
mala bene ordinata et loco ſuo poſita laudabi
liora ſunt: ⁊ eminētius cōmendāt bonū: ⁊ ſemꝑ
ex tali ordine cōſurgit aliqꝺ bonū. Et ſic ex pn
cipatu maloꝝ rōne diuine ordinationis inſur-
git aliqꝺ bonū. Unñ ⁊ Augu. dicit ꝙ per ptātē a
deo diabolo traditā Job ꝓbatus eſt vt iuſtus
appareret. Petrꝰ tentatꝰ ne de ſe preſumeret.
Paulus colaphizatꝰ ne ſe extolleret. Judas
dānatꝰ vt ſe ſuſpēderet. ¶ Tertio eſt a deo po
teſtas finaliter rōne eiꝰ reductionis. Nā ꝗdiu
ſumus in hoc mundo: ſumus in via ⁊ in quodā
bello. In bello autē neceſſe eſt vt aliꝗ ſint prin
cipantes: ⁊ alij ſint ſeruiētes. Et ideo ꝗdiu bel
latores ſumꝰ ⁊ in exercitu / tandiu angeli dña-
būtur angelis: ⁊ hoīes hoībus: q2 tota eccleſia
militans eſt terribilis vt caſtrorum acies ordi-
nata. Sed cū ꝑuenerimus ad deū, tanꝗ ad ter
minū et finē noſtre felicitatis: non erimus am
plius bellatores: nec neceſſaria erit amplius
dñatio. Unde. j. Cor. xv. dicitur: ꝙ cū ipſe filiꝰ
tradiderit regnū. i. ſuos electos deo patri: tūc
euacuabitur oīs principatus ⁊ oīs poteſtas.

¶ Q abuſus pape non ſit §. I.

a deo: ſed a malicia et prauitate hominū: ꝓbat
ex hoc qꝺ dicit, dñs per ꝓphetā. Ipſi regnaue Oſee
rūt et nō ex me pncipes extiterūt ⁊ nō cognoui viij. c.
Fit aūt abuſus ptātis ſm Aug. de anch. tripl'r

Triplex poteſtatis abuſio.

¶ Primo per prauã adeptionẽ. ſunt em̃ aliq̃ qui ptãtẽ et principatũ praue adipiſcũt: q̃ʒ vel per ſimoniã: vel ꝑ minas: vel per ambitionẽ: in quoꝝ ꝑſona dicit ꝓpheta. In fortitudine nr̃a ſumpſimus nobis cornu. Et Leo papa. j. q. j. c. principatꝰ. vbi ait. Principatꝰ quẽ metꝰ extorſit: aut ambitꝰ occupauit: etſi actibꝰ vel moribꝰ nõ offendat: ipſiꝰ tñ initiũ ſui eſt ꝑnicioſus exẽplo. ¶ Scd̃o per prauã eiꝰ executionẽʒ: q̃ʒ ſi legitime aſſecuti ſint ptãtẽ: tñ nõ vtunt̃ prelatiõe ad vindictã malefactoꝝ ⁊ laudẽ bonoꝝ: ſʒ econtrario ſm̃ illud Heſter. xvj. Multi bonitate prĩcipũ et honore. ſ. bonitatis q̃ in eos collatꝰ eſt abutunt̃ in ſupbiã: et nõ ſolũ ſubiectos nitũtur opprimere: ſed datã ſibi gloriã non ferentes in ipſos qui dederũt moliũtur inſidias. et ſic etiã intelligitur illud Hiero. viij. q. j. audacter. forſitan aliq̃d dicimus: tñ q̃d ſcriptũ eſt dicimus. Non ſemꝑ princeps pp̃lo et iudex eccľie ꝑ dei arbitriũ datur: ſed ꝓut merita noſtra depoſcũt Si mali ſunt actꝰ noſtri ⁊ opamur maligna: datur nobis principes ſm̃ cor noſtrũ. Et inducit exẽplũ de ſaule qui cũ factꝰ eſſet rex pp̃li iubente dño: vt habet̃. j. Reg. ix. dicit dñs nõ ꝑ ſe eſſe factũ. ſ. quo ad abuſum eiꝰ. ¶ Tertio abutitur quis poteſtate ⁊ prelatiõe per prauã intẽtionẽ ſicut illi prelati qui etſi bona et iuſta faciunt in ſuo regimine: hoc non agunt propter iuſticie obſeruationẽ: ſed propter ſue glĩe diuulgationem. ſm̃ illd̃ Job. xxxiiij. Regnare facit hypocritã ꝓpter peccata populi. vbi Greg. in gl. dicit q̃ poteſtatem principatus deus tribuit: elationem vero potentie malicia noſtra inuenit.

¶ Q̃ ptãs pape ſit ſingularius a deo q̃ alie ptãtes. declarat hoc tripľr. §. II.

¶ Primo quantum ad electionem.
¶ Secundo quantum ad eius gubernationẽ.
¶ Tertio quantum ad impugnãtium ⁊ inobedientium ſibi punitionem.

¶ Quantũ ad primũ ſic declarat. Sicut deus generaliter habet eſſe in oibus rebꝰ per preſentiã: potentiã ⁊ eſſentiã. in ſuis tñ fidelibꝰ habet eſſe quodã ſpeciali modo. ſ. per gratiã: ⁊ charitatẽ. Sic licet in electione oim̃ poteſtatũ deus operetur vt dictũ eſt: quodã tñ ſingulari modo operat̃ in electiõe ſummi põtificis q̃ ſuos fideles habet regere ⁊ ordinare ad cultũ dei. Unde multũ peccãt electores q̃ huic ſingulari diuine prouidentie qua regit eccleſiã nõ innituntur. ¶ Quantũ ad ſcd̃m ſcʒ eius gubernationem q̃uis deus habeat curã generalẽ omniũ rerũ: ſingulari tamen modo habet curã de poteſtate ſummi põtificis regentis ⁊ gubernantis eccleſiã ſuã. Unde dicit Chryſ. in quadã homeľ. q̃ magna cura eſt deo de eccleſia: non montibus circundata: ſed fide circũſepta. Nã propter eccleſiã celum extẽſum eſt: aer ſparſus eſt: mare diffuſum eſt: terra fundata eſt: paradiſus plantatus eſt: ⁊ multa mirabilia facta ſunt. ꝓpter eccleſiã mare diuidebatur ⁊ iterũ ſuebat̃: propter eccleſiã ꝓphete: ꝓpter eccľiam apl̃i: propter eccleſiã vnigenitus dei filius factꝰ eſt homo. Ego ipſam ſtatui: inquit perſona xp̄i: qui celum fundaui et angelos creaui. Sed ꝓpter celũ crucifixꝰ nõ ſum: ꝓpter celũ celeſte corpꝰ non accepi: nec naturã angeloꝝ aſſumpſi: vt dicas q̃m celo angelis et oi creatura ſingularior et honorabilior eſt eccľia. ¶ Tertio oſtẽditur excellentia huiꝰ poteſtatis ſuper alias quantũ ad punitionem impugnantiũ et non obediẽtiũ ſibi. Gerit em̃ ſummus pontifex in eccleſia vicẽ illius ꝓphete: de quo dr̃ Deut̃. xviij. c. Prophetã ſuſcitabo vobis de fratribus veſtris ⁊c. Quicũq; nõ audierit ꝓphetã illũ ego vltor exiſtam: penã. ſ. eternã ⁊ temporalẽ ſibi infligẽdo. glo. dicit ex quo verbo habet̃ q̃ impingẽtes in ſummũ pontificẽ ⁊ reſiſtentes ſibi grandi pena puniendi ſunt. Unde ⁊ ipſe papa ſignificat̃ per montẽ ſynai. de quo dr̃ Exod̃. xix. q̃ die tertio deſcendit dñs in montẽ ſynai dicẽs filiis iſrael Ne aſcendatis in mõtẽ: nec tãgatis fines eius qui enim tetigerit moriẽt. Significatur enim ſummꝰ pontifex per talẽ montẽ. Primo enim ratione ghalitatis: q̃ʒ ſicut mediãte tali monte deſcendit deus corã toto populo iudeorũ: ſic xp̄s mediante poteſtate ſummi pontificis in lege noua deſcendit deꝰ ſuꝑ toto pp̃lo xp̄ianorũ. Scd̃o rõne ſublimitatis: q̃ʒ ſicut ille mõs ſublimior erat oi alio monte: ita papa ſublimior eſt oñi alio prelato. Tertio rõne legalis xitatis: quia ſicut de illo monte data eſt lex: ita ab ipſo papa oẽs leges et iura exquirenda ſunt. Ois ergo qui huic montem auſu temerario tangit impugnando: vel ſibi nõ obediendo debet mori: nõ quõcũq;: ſed lapidibus et iaculis confodiendus. Unde Symmachus papa ait. Quis ſanctũ eſſe dubitat quẽ apex tante dignitatis attollit. diſt. xl. nõ nos. ⁊ Bonifacius Huiꝰ culpã redarguere preſumit mortaliũ nullꝰ: quia cũctos ipſe iudicaturus a nemine iudicandus niſi deprehendatur a fide deuius. Pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fideliũ tanto inſtãtius orat: quanto ſalutẽ ſuã poſt deũ ex illius incolumitate aiaduertit propenſius pendere. di. ea. ſi papa. Et ſi cõtingat aliquos aſſumi ad ſummũ pontificiũ qui non ſunt boni homines: ſunt aliq̃ñ tñ boni prelati. nã bonũ hoiem ſimpliciter facit ſola charitas. Sed bonus prelatus poteſt eſſe ꝑ prudentiã ⁊ ſcientiã q̃ faciunt hoiem bonũ ſm̃ quid. i. ex parte intellectus: eo q̃ ſm̃ ipſam poteſt eſſe vtilis ad regimẽ alioꝝ.

Papa ſignificatur.

Dicit̃ enī di.lxi.ꝙ rudib⁹ ⁊ impitis guberna-cula eccl'ie nõ ſunt cõmittēda. Et in hoc etiam apparet ſingularis ꝓuidētia dei; qua regit eccleſiā ſuā mediāte etiā poteſtate malorū hoim bene ⁊ vtiliter. Si aūt talis ſit aſſumpt⁹ ad papatū qui ſit mal⁹ homo ⁊ malus prelatus etiā nichilominus poteſtas taliū eſt a deo: et ſub tali principatu predeſtinati purgant̃ ⁊ ſaluant̃: ⁊ mali cõterunt̃ ⁊ damnant̃. Semp tñ honorandus eſt ratione dignitatis. Vñ Bern̄.ad Eugeniū lib.ij.ait de papa. Tu es ſacerdos magn⁹ et pontifex ſummus: tu princeps epoꝝ: tu heres apoſtoloꝝ. Tu primatu Abel: gubernatu Noe: patriarchatu Abraā: ordine Melchiſedech: dignitate Aaron: auctoritate Moyſes: iudicatu Samuel: poteſtate Petrus: vnctiõe xp̄s. Tu es cui claues reddite ſunt. hec ille. Et cum hoc dicit Paſce oues meas. Joh. vltimo ca. Sȝ hoc pri⁹ ꝓmiſerat cū dixit tibi dabo ⁊c.

¶ Tibi dabo claues regni §.III.

celoꝝ. In quib⁹ verbis tria poſſunt cõſiderari. ¶ Prio poteſtas eccl'iaſticalis ad pl'a ſe extēdens: q: in plurali dicit claues regni celorum. ¶ Secūdo largitas diuinalis ipſam libere cõferens: q: xp̄s eſt qui ait dabo/non vendam. ¶ Tertio ſublimitas papalis eam plene ſuſcipiens: q: .ſ. dicit Petro ⁊ ſub ipſo om̄i ſuo ſucceſſori. Unde tibi dabo claues regni celoꝝ ⁊c.

papa ſucceſſor petri.

¶ In tota cõitate xp̄iana ſeu eccleſia eſt neceſſariū eſſe vnū ſolum preſidentē quē dicim⁹ eſſe papā ſucceſſorē Petri. Hoc aūt ꝓbat Herue⁹ in trac. de poteſtate pape/ rõne et auctoritate.

prima ratio.

Rationē autē inducit duplicē. Et prima ſumit̃ ex vnitate eccleſie: et eſt talis. In om̄i vno principatu bene ordinato eſt vnus ſol⁹ ſumm⁹ princeps ad quē regimen ꝑtinet omniū q̄ ſunt de illo principatu: ⁊ in om̄ibus que ꝑtinēt ad bonū regimē illius principatus bene diſpoſiti. Sed principat⁹ eccleſie ſeu cõitatis xp̄iane eſt talis vȝ vnus et bene ordinat⁹: ergo debet hr̃e vnū ſolū principalẽ preſidētē: qualis eſt papa. Maior ꝓbatur q̄tū ad tres partes quas continet. Nā ꝙ in vno principatu debet eſſe vnus ſolus p̄ſidēs ſupremus ptȝ ex hoc: q: pluralitas ꝑncipū quorū vnus nõ ſubeſt alteri/ repugnat bono reipub. q: vnus poſſet deſtruere qḋ ali⁹ poſſet facere. Vñ ex hoc concludit ph̄s. xij. Meta. ꝙ toti⁹ vniuerſi eſt vnus ſolus princeps dicēs ſic. entia nolunt male diſponi: nec bona eſt pluralitas principatuū: vnus eſt ergo princeps .ſ. deus. Quātū ad ſecūdā partē maioris .ſ. ꝙ ille ſit princeps omniū de illo principatu ptȝ: q: ſi aliquis nõ eſſet ſub eo nõ eſſet princeps totius principat⁹. Quantū ad tertiū ptȝ: q: ſi principatus ⁊ p̄ſidētia eius nõ ſe extēderet ad om̄ia que ꝑtinēt ad bonū regimē illius principatus vt poſſet de om̄ibus diſponere ſua preſidentia eſſet inſufficiēs ad bene regendū. Minor autē ꝓbat̃ .ſ. ꝙ principatus eccl'ie ſeu cõitatis xp̄iane ſit vnus: q: xp̄s dicit Jo. x. Fiet vnū ouile .ſ. eccl'ie. ptȝ etiā ex ſymbolo Nicent cõcilij: ⁊ vnā ſanctā catholicā ⁊ apl'icam eccl'iam. Eſt etiā talis principat⁹ bene ordinatus: q: a ſpūſctō regitur eccl'ia ſm Aug. diſt. viij. qui cõtempta. q̄ errare nõ põt. Et ad inſtar hierarchie celeſtis optime diſpoſite. iuxta illud Exoḋ. xxv. oīa fac ſm exēplar qḋ tibi in mõte monſtratū eſt: ergo opȝ eſſe vnū preſidentē eccleſie .ſ. papā.

Secūda ratio.

¶ Secūda ratio ſumit̃ ex cõformitate fidei et morū: que debet eſſe tota in eccleſia dei: et eſt talis. ¶ In tota vniuerſitate xp̄iana debet eſſe cõformitas de his que ꝑtinēt ad veritatē fidei ⁊ bonos mores circa neceſſaria ad ſalutē. Sed talis cõformitas nõ põt ſaluari niſi in ordine ad vnū caput ſeu vnū preſidentē ad quem ſpectat ſentētiare quid credendū ⁊ quid nõ credendū: ergo ⁊c. Et intantū eſt iſte principat⁹ vnus/ ꝙ null⁹ auctoritate humana põt dirimere: ita ꝙ nec papa cū tota eccleſia poſſet iſtā monarchiā mutare. Et ratio eſt ⁊ q: vicarius generalis in aliqua cõitate ſubiecta non poteſt licite facere contrariū qḋ principalis dñs ordinauit. Sed dñs Jeſus xp̄s cuius papa eſt vicari⁹ ordinauit vnū monarchā. vt ptȝ per illud Tu es Petrus ⁊ ſuper hanc pe. ⁊c. Et ſi dicat̃ ꝙ hec vnitas monarchie accipiēda ſit in ordine ad vnū paſtorē qui eſt xp̄s/ nõ valet: q: opȝ ponere monarchā qui cõuerſet̃ cum ſubditis: ⁊ eos regat ſm varietatē tempoꝝ/ ⁊ locoꝝ/ et perſonarū: et vnū ſolum ordinauit xp̄s talem ſcȝ Petrum ⁊ ſucceſſores ei⁹ dicēs: Tu es Petrus ⁊c. ⁊ tibi dabo. ¶ Probat̃ hoc ideȝ auctoritate Joh. x. Fiet vnū ouile ⁊ vn⁹ paſtor. ⁊ illud eſt multiplex ſicut multiplex eſt ordo. Nā in quolibet ſepteȝ ordinū imprimit̃ ſpecialis character: q̄ eſt quedā potētia ſpūalis ad agendū ea que pertinēt ad illū ordinē. Sȝ de ordine ſacerdotij eſt difficultas. Et cū ait/ tibi dabo claues regni celorū ⁊c. ꝑ clauē intelligit̃ poteſtas eccl'iaſtica: ⁊ hec dicitur clauis ꝑ ſimilitudineȝ: q: ſicut ꝑ clauē homo põt apire et claudere/ ita ꝑ poteſtatē eccleſiaſticā claudit̃ regnū eccleſie militantis vel triumphantis indignis ꝑ ſubtractioneȝ abſolutiõis vel per excõicationē: et bene diſpoſitis aperit̃ ꝑ abſolutionē a peccatis ⁊ a ſententijs.

duplex ptās eccleſiaſtica.

Eſt aūt duplex poteſtas eccl'iaſtica. vñ in plurali dicit claues .ſ. poteſtas ordinis ⁊ poteſtas iuriſditiõis. Poteſtas ordinis ibi .ſ. tibi dabo claues regni celorū. ⁊ quodcunq; ⁊c. Ubi dicit glo. poteſtatē ligendi ⁊ ſoluēdi vni .i. Petro cõceſſit: vt nos ad vnitatem inuitaret. Xp̄s enim

principē aploꝝ eū conſtituit vt vnū principalē
vicariū xp̄i haberet eccl'ia:ad hoc optime facit
qđ dicit Cyprian⁹.xxiiij.q.j.loquit̄. Cōſtituit
vicariū:cum dixit Paſce oues meas.ſed ꝓmi
ſit : cum dixit Tibi dabo claues regni celoꝝ.
¶ Quātū ad ordinē ſacerdotalē eſt character
impreſſus in aīa in ſuſceptiōe ſacerdotij inde-
lebiliter a xp̄o vt a cauſa pncipali : ab ep̄o vt a
cauſa inſtr̄ali.i. quādā potentia nō innata nec
acquiſita/ſed a xp̄o infuſa : qua vcʒ aperiri pōt
regnū celoꝝ.ſ.cōficiēdo corpus xp̄i verū: et(vt
ita dixerim) p cōſecrationē hoſtie faciendo ce-
los aperire ⁊ xp̄m in ſacr̄o exiſtere.Habet etiā
poteſtatē ſup corpus xp̄i myſticū ſcʒ in abſolu
tione ſacr̄i penitētie diſponēdo ad gratiaʒ in-
Effect⁹ pnie. ſtrumētaliter.¶ Sed qꝛ iſtud eſt magis obſcu
rum ſciendū ſm Herueū in lib.de poteſtate pa
pe.ꝙ effectus ſacr̄i penitētie cuius miniſter eſt
ſacerdos eſt remiſſio peccati actualis.Hec aūt
remiſſio haberi nō pōt niſi p diſplicētiā ipſius
peccati actualis inquātū eſt offenſa dei:et volū
tatē ſatiſfaciēdi ⁊ ſoluēdi emendā per penā: et
qꝛ humana natura eſt inſufficiēs p ſe ad talem
diſplicētiā habendā:⁊ talē voluntatē ſatiſfaciē
di que ſit deo accepta : que qdē vocat̄ cōtritio.
Ideo ꝓuidit nobis de⁹ de ſacr̄o penitētie per
qđ miniſter miniſtrādo tale ſacramentū poſſit
in nobis cauſare talē diſpoſitioneʒ ad gratiā p
quā ſuppleat̄ defect⁹ noſter q̄ eſt ex parte ope-
rātis: qꝛ nō niſi per talē diſpoſitionē cōiter at-
tingit̄ ad cōtritioneʒ:ita ꝙ ex parte opis opati
ſcʒ ſacr̄i actio ptingit ad cōtritionē : immo opʒ
ponere in miniſtro poteſtatē ſpūalem: per quā
vna cū debita forma verboꝝ cauſet talē diſpo-
ſitionē ad gratiā. Et hec eſt poteſtas characte
ris que pōt eſſe ſine poteſtate iuriſditiōis:ſicut
ptʒ in ſacerdote nō habente curā. Et ecōuerſo
pōt eſſe poteſtas iuriſditiōis ſine poteſtate cha
racteris : vt ptʒ in nō ſacerdote habēte curam
aiarū.Quia vero pctōr nō eſt dignus recōcilia
tiōe cū deo:niſi p talem diſplicētiā peccati ⁊ vo
luntatē ſoluēdi habēdam: ideo opʒ ꝙ miniſter
p quē debet recōciliari pctōr habeat poteſtatē
iudicādi vtrū ſit dign⁹ recōciliatiōe vel non. et
ꝙ etiā habeat poteſtatē recōciliandi eū ⁊ repu
diādi vel ligādi eū ſi ſit dignus penitētia recō
ciliante eū ad iuſtā penā:ita ꝙ materia ſacr̄i ſit
pſona obligata ſtare ſentētie miniſtri abſoluē-
tis eū ⁊ ligantis eū ad penā iuſtā.Iſtud aūt re
quirit poteſtatē iuriſditiōis:qꝛ nullus obligat̄
alicui vel pene taxate ab eo niſi ſit ei ſubiectus
⁊ per cōſequēs habeat iuriſditionē ſuper eum.
Et ideo in miniſtro ſacr̄i penitentie requiritur
vtraqꝫ poteſtas: ſcʒ poteſtas characteris q̄ eſt
diſpoſitio ad gratiā ſupplendo defectū q̄ eſt ex
parte opis opantis.i.ex parte conat⁹ pctōris.
Et poteſtas iuriſditiōis ſm quā pctōr ſit ſubie
ctus ⁊ obligatus ſuo miniſtro.¶ Notandū eſt Queſtio.
aūt ꝙ cū querit̄ vtrū miniſter habens iuriſdi-
tionē ſit de neceſſitate ſacramēti penitētie : eſt
quadruplex modus dicēdi.Aliqui eñ dicūt ꝙ
hic.ſ.miniſter habēs iuriſditionē nō eſt de ne-
ceſſitate talis ſacr̄i:ſʒ de neceſſitate p̄cepti ec-
cleſie : qꝛ eccl'ia ſic p̄cepit vt.ſ.quilibet annua-
tim confiteat̄ ꝓprio ſacerdoti.ex̄ de pe.et re.c.
ois. Hoc aūt ꝓbāt triplici ratiōe. Prio quidē Prima opinio.
qꝛ ſi eſſet de neceſſitate ſacr̄i miniſter habens
iuriſditionē ſuper confitentē: ſequeret̄ ꝙ papa
nō poſſet a quoq̄ abſolui a peccatis/cū nullus
habeat ſup eū iuriſditioneʒ:ſed hoc eſt falſum.
Secūdo qꝛ in articulo mortis non poſſet quis
abſolui a quocūqꝫ ſacerdote / ſed ſolū a curato
ſuo:qđ eſt falſum. Tertio qꝛ ſicut in ſuſceptiōe
ordinis ſacerdotalis conſtituit̄ quis miniſter
ad cōſecrandū corpus xp̄i : ita conſtituit̄ mini
ſter ſacr̄i penitētie. Sed in ſuſceptiōe ſacerdo
tij nō confert̄ aliqua iuriſditio ordinato : ergo
nō eſt de neceſſitate ſacr̄i penitētie ꝙ miniſter
eius habeat iuriſditionē.Sed Herueus repro
bat hanc opinionē vt erroneā et falſam: et hoc
ꝓbat ex iſta rōne ſcʒ ex forma et ex effectu ipi⁹
ſacramēti penitētie qui eſt abſoluere ⁊ ligare:
qꝛ abſoluere vel ligare reum in quocunqꝫ foro
pertinet ad iudicē: ⁊ per cōſequens ad haben-
tem iuriſditionē ſup eū: ſed miniſter ſacramen
ti penitentie abſoluit penitentē in foro cōſcien
tie:et ligat ſcʒ obligādo ad certam ſatiſfactio-
nem: ergo ⁊c. Patet hoc ex forma:ego abſol-
uo te ⁊c. ⁊ auctoritate xp̄i dicentis:Tibi dabo
claues ⁊c. et quecunqꝫ ſolueris ſuper terrā ⁊c.
Matth.xvj.Sequeretur et aliud incōueniens
ex hoc.ſ.ꝙ cōfeſſus ei qui non habuit iuriſdi-
tionē non teneret̄ iterare cōfeſſionē qñ hoc ſci
ret:qđ eſt falſum. Item ex hoc ⁊ aliud incōue-
niens ſequeret̄ : vcʒ ꝙ quilibet ſacerdos eſſet
ꝓprius ſacerdos : qđ eſt falſum. Primā autē
illoꝝ rationē ſic deſtruit: qꝛ papa ꝗuis ſimplr
loquendo non ſit ſubditus alicui iudici/ non tñ
ſequitur quin poſſit ſe ſubijcere alicui qđ facit
cū confitet̄ : nec al's poſſet cōſequi effectum ſa
cramēti penitētie niſi ſe ſubijciēdo.¶ Sed pōt
ad hoc eligere quem vult: ⁊ tenet̄ ei quē elege
rit ſe ſubijcere in faciēdo penitentiā iniūctā ꝓ
mortali. Secūdam rationē euacuat: qꝛ vcʒ in-
tentio pape eſt quēlibet in articulo mortis licē
tiare ad ſubijciēdū ſe cuilibet: cū deeſt ꝓprius
ſacerdos.Ad tertiā reſpōdet dicens ꝙ in ſuſce
ptione ordinis ſacerdotalis cōſtituit̄ quis mi
niſter ſacramenti penitētie q̄ntum ad illud per
qđ ſibi competit diſponere ad gratiā modo ſu
pradicto ad debitā materiā in quā debeat age
re.In predicto eñ foro materia debita nō ſolū

eſt pctõꝛ indigẽs gratia: ſed etiã opoꝛtet ꝙ ſit
pctõꝛ obligat⁹ ſentẽtie cõfeſſoꝛis. Et hoc nõ cõ
Scḋa opinio fertur in illo oꝛdine: ſ; in collatiõe cure. ¶ Se
cũdi dicũt ꝙ de neceſſitate ſacramẽti penitẽtie
eſt iuriſditio. ⁊ ꝙ talis iuriſditio cõfertur in re
ceptione oꝛdinis ſacerdotalis. Qḋ pꝛobant.
Pꝛimo quidẽ: q: in receptione ſacerdotij da-
tur poteſtas remittẽdi pctã: vt patet ex foꝛma
que ibi dicit. Scḋo q: ſi hoc nõ eſſet non poſſet
abſolui pctõꝛ in articulo moꝛtis a quolibet ſa-
cerdote: qḋ tñ ab oĩbus tenetur. Sed hãc opi-
nionẽ vt falſam ⁊ erroneã repꝛobat ipſe Herue⁹
Nã ex hoc ſequeret ꝙ vnus ſacerdos nõ plus
haberet curã aĩarũ ꝙ̃ alius ſi qcq̃d pertinet ad
curã ſcḋm iſtã poteſtatẽ: totũ eſt collatũ in ſuſce-
ptione oꝛdinis. Item ſcḋm hoc in eccl̃ia dei nul-
la eſſet collatio cure animarũ: niſi in ſuſceptiõe
oꝛdinis ſacerdotalis: q: qcq̃d fit poſtea magis
debet dici ſolutio poteſtatis ſuſpenſe vel liga-
te ꝙ̃ collatio poteſtatis de nouo. Item ſcḋm hoc
nullus habens oꝛdinẽ ſacerdotalẽ haberet cu
rã: qḋ eſt falſum. Pꝛimũ enim motiuũ hoꝝ ſic
deſtruit dicens. De neceſſitate ſacramẽti ſunt
due poteſtates: ſc; poteſtas characteris q̃ fa-
cit ad cauſandũ illã diſpoſitionẽ ad gratiã. Et
cũ hac rõne materie requirit poteſtas iuriſdi-
tionis: ⁊ quelibet facit ad remiſſionẽ pcti. Qñ
ergo dicitur ꝙ in ſuſceptione ſacerdotij datur
poteſtas remittendi pctã. verũ eſt ꝙ datur ali-
qua poteſtas faciens ad remiſſionẽ pcti: q: nõ
eſt poteſtas iuriſditionis q̃ habilitat materiã
faciẽs ſubiectã ſacerdoti vt iudici ſuo. Ad aliã
Tertia opinio rationẽ de articulo moꝛtis dictũ eſt. ſ. ¶ Ter-
tij dicunt ꝙ de neceſſitate ſacramẽti penitẽtie
eſt iuriſditio: ſed illa iuriſditio vt dicũt eſt arbi
traria: ita ſc; ꝙ in arbitrio pctõꝛis eſt ſubijcere
ſe cui voluerit ſe ſubijcere: ita ꝙ quantũ eſt de
neceſſitate ſacramenti qlibet a quolibet ſacer
dote poteſt abſolui. Qḋ aũt nõ poteſt abſolui
quilibet a quolibet: hoc eſt pꝛopter pꝛeceptum
eccl̃ie. Unde quicũqȝ vadit ad aliũ pꝛo abſolu
tione quẽ deputat papa vel pꝛelat⁹ peccat: vn
de nõ conſequitur remiſſionẽ pctõꝝ. Qꝫ autẽ
illa iuriſditio ſit arbitraria ꝓbant per hoc: q:
papa non poteſt habere iudicẽ niſi arbitrariũ.
Et per hoc q: ql; in articulo moꝛtis a quol; ſa
cerdote põt abſolui. Hãc etiã vt erroneã repꝛo
bat: q: ſequeretur ex hoc ꝙ ptãs iuriſditionis
nõ plus deſcẽdit ad inferioꝛes poſitiue loquen
do a ſede apoſtolica ꝙ̃ ecõtrario. q: ſcḋm hãc po
ſitionẽ ptãs iuriſditiõis ꝑ ſe loquẽdo eſt in ar
bitrio pctõꝛis quantũ ad illud qḋ eſt ſibi poſi-
tiuũ: q: papa vel alij pꝛelati per ſe loquẽdo nul
lã curã conferunt: ſed tollũt impedimẽta qbus
pctõꝛ impedit ab eo qḋ ſibi de iure diuino cõ-
petit, ſ, ad hoc qḋ eſt poſſe ſubijcere ſe cui volue
rit. Ad rõnes aũt dicẽdũ eſt ꝙ papa nõ eſt aſtri
ctus alicui determinato iudici iure diuino vel
humano: ſ; de iure diuino ſit aſtrict⁹ ſeſe ſubij-
cere alicui ſi vult habere effectũ ſacramẽti. vñ
ipſe põt ſe ſubijcere cui vult. Oẽs aũt alij ab eo
in vtroqȝ foꝛo ſunt ſibi ſubditi ſicut ſuo iudici.
Et ideo nullus poteſt ſe ſubijcere alicui alteri
extra periculũ moꝛtis: niſi de licẽtia ſui ſc; me
diate vel imediate. ¶ Eſt ergo quarta opinio Quarta opinio.
quã tenet vt verã: ꝙ de neceſſitate ſacramenti
penitentie eſt miniſter habens poteſtatẽ iuriſ-
ditionis qua cõfitens ſit aſtrictus ſententie cõ
feſſoꝛis: quã poteſtate; debet habere miniſter
vel immediate a deo: ſicut papa habet ſuꝑ totã
eccleſiã. oẽs aũt miniſtri alij habent hoc a pa-
pa: vel ab ipſo ſuſcipiente ſacrm̃: vel ſubijciẽte
ſe quantũ ad illũ qui de iure diuino nulli deter
minato iudici eſt ſubiect⁹: ſicut patet de papa.
Eſt ergo de neceſſitate ſacramenti penitentie
iuriſditio miniſtri ſuper confitente. Hoſti. Et
hoc eſt de neceſſitate diuini pꝛecepti non eccle
ſie tantũ: ita ꝙ papa hoc tollere non poſſet: nec
in ſua perſona nec in alia. Unde papa non põt
abſolui ab illo cui⁹ ſentẽtie ſtare non eſſet obli
gatus: ꝓpter qḋ ſi vellet confiteri alicui vt ſo-
cio aut ſubiecto: ⁊ non vt iudici ſuo quantũ eſt
de effectu ſacramenti nichil fieret. Sed in hoc
differt de papa et de alijs: q: vt dictum eſt oẽs
alij a papa habent iam iudicẽ determinatũ cui
a deo ſunt oẽs alij ſubiecti. ſ. papã vel alium ex
diſpoſitione pape mediate vel immediate: et
ideo ſine licentia eius mediata vel immediata
nõ poſſunt ſe ſubijcere alij. Qḋ aũt ſi fiat hmõi
ſubiectio ſeu cõfeſſio i articulo moꝛtis cuicũqȝ
ſacerdoti cũ deeſt ꝓpꝛius. ⁊ hoc intelligit fieri
de licẽtia interpꝛetatiua pape. Sed papa qui
nulli eſt perſone determinate ſubiectus: poteſt
in illo foꝛo ſe ſubijcere cui vult: ad quam ſubie
ctionẽ tenetur ex pꝛecepto diuino ſi contingat
eum peccare moꝛtaliter. Hec Herueus.

¶ De poteſtate eccleſiaſtica ſignata ꝑ claues
vbi ponũtur ſeptẽ poteſtates: in qb⁹ Petrus
pꝛeceſſit alios apoſtolos. Capl̃m. iij.

DE poteſtate iuriſditionis. Nota ſcḋm
Herueũ in lib. de poteſtate pape: ꝙ
poteſtas iuriſditionis videtur im-
poꝛtare quantũ apparet ex interpꝛe
tatione poteſtatẽ dicẽdi ius ſiue ſta
tuendo ſiue ſententiando. Nã dicere ius vel iu Dicere ius fit dupl'r.
ſtũ poteſt cõtingere dupliciter. Uno modo ſine
quacũqȝ obligatione ſicut qñ aliquis ſcholaſti
ce: puta determinando in ſcholis/ dicit aliquid
eſſe iuſtũ. Et iſta poteſtas dicẽdi ius per hunc
modũ nõ eſt illa de qua nũc agitur. Alio modo
poteſt vocari poteſtas ius dicẽdi: vel qñ aliqs
h; ptãtem ſuper aliquos: ſic ꝙ poſſit obligare

eos ad tenendū pro iuſto hoc qđ dicit ſiue ſtatuēdo ſiue ſententiādo. Statuendo quidē ſicut ſi habet poteſtatē talē ſtatuat ex cauſa rōnabili: vt ieiunet in quadrageſima: ipo facto ꝙ hoc ſtatuendo dicit habet rōnem iuſti ſiue debiti fieri: ita ꝙ ſubditi illi⁹ q̄ habet talē poteſtatē tenētur adherere huic dicto tāꝙ iuſto. Et idē eſt in ꝓhibitis: q: ſubditi tenētur vitare prohibitionē ab iſto tanꝙ iniuſtū. Sententiādo aūt vt ſi aliquis habēs talē poteſtatē aliquē ſubditū ſententiet eſſe reū vel innocentē. dictum ſuum in tali caſu tenētur ſubditi habere pro iuſto vel pro iure: et talis poteſtas ius dicendi eſt poteſtas quā vocamus iuriſditionē: ita ꝙ ptās iuriſditionis poteſt ſic deſcribi.

Ptās iuriſdi tionis.

¶ Poteſtas iuriſditionis eſt qua preſidēs alicui reipu. poteſt dicere ius ſtatuēdo vel ſententiando cum obligatione ſubditoꝝ ad habendū illud quod dicit pro iuſto. Contingit autem in his ſtatuendis vel ſententiandis aliquādo poteſtatē iuriſditiōis determinari dupliciter. Uno modo quantum ad cauſas: ita ſcilicet ꝙ ipſa poteſtas non ſe extēdit ad oēs caſus: ſed ad quoſdam. Alio modo quantum ad populum ſubiectum: ſcꝫ ꝙ ſe extendat tantum ad populum ⁊ nō ad plus.

¶ De iuriſditiōe ſeu poteſtate pape in declarādo dubia circa ius diuinum vel naturale. §.I.

¶ Sciēdū ꝙ q̄dā ſunt de iure diuino vel naturali: quedā de iure humano poſitiuo. ¶ Quantū vero ad illa q̄ ſunt de iure naturali vel diuino: iuriſditio ſeu ptās papalis non ſe extēdit: ſic vcꝫ ꝙ iſta poſſit mutare vel etiā dare eis vim obligandi. Et ratio eſt: q: inferior non pōt mutare leges ſuꝑioris. deus aūt eſt ſuꝑior ad papā. ea aūt q̄ ſunt de iure diuino vel naturali ſunt a lege dei ſcripta vel menti indita. vñ nō pōt eā mutare. xxv. q. j. ſunt q̄dā. Uerū eſt tñ ꝙ in talib⁹ q̄ ſunt de iure diuino vel naturali ſi eſt aliqđ dubiū ad papā ꝑtinet autoritas declarādi. Et ſic pōt exponi illđ. tibi. ſ. petro ⁊ cuilꝫ ſucceſſori tuo dabo claues. i. poteſtatē ad aperiēdū. i. declarandū regnū celoꝝ. i. ſcripturā. ſ. ſanctā.

Dubia declara re.

Ubi ſciēdū ꝙ declarare dubia in aliq̄b⁹ pōt cōtingere dupl'r. Uno mō inq̄ſitiue ſeu opinatiue: ſicut poteſt q̄libet ex ingenio vel habitu inquirēdo de dubiis alicui⁹ ſciētie. Et iſto mō declarare poteſt pertinere ad quēlibet ſcientē vel doctū in aliqua ſciētia. Alio mō poteſt accipi declarari cū autoritate aliqua: ſic. ſ. ꝙ declaratio ſua debeat hñi ꝓ vera ⁊ firma: ita ꝙ nō liceat oppoſitū tenere vel opinari. Et iſto modo ptās vel autoritas declarādi ꝑdicta dubia eſt ſolū apđ ſūmū pōtificē. Hoc aūt ſic ꝓbat. Opꝫ enī in eccl'ia ponere vnū caput ad qđ pertineat declarare illa q̄ ſunt dubia circa q̄cūqꝫ fidē pertinentia: ſiue ſint ſpeculatiua ſiue agibilia. Cui⁹ ratio eſt: q: opꝫ ponere eccl'iam ſic diſpoſitā ꝙ tota cōitas vl'is eccl'ie maneat in vnitate fidei ⁊ in vna ſnia de fide. Sꝫ hoc nō poſſet eſſe niſi tota cōitas eccl'ie haberet recurſuꝫ ad vnū caput. ſ. preſidētē apud quē eſſet autoritas declarādi dubia. Cōſtat aūt ꝙ in eccl'ia nō poſſet eſſe aliqđ tale caput niſi ſol⁹ papa: ergo ad ipm ꝑtinet hmōi declarare dubia. Et ſi obijciat cōtra hoc: ꝙ cū papa ſit ſingularis ꝑſona potens peccare et errare: apud aūt poteſtatē errātē nō dꝫ eſſe autoritas cōtra quā non liceat opinari. Rñdēdū ꝙ lꝫ papa vt ſingularis ꝑſona ⁊ ꝓprio motu agens poſſit errare. ſicut dr̄ de illo leone cōtra quē iuit hilari⁹ pictauieñ. ad ꝯciliū gñale tñ papa vtēs cōſilio et requirēs adiutoriū vl'is eccl'ie deo ordināte q̄ dixit petro. Pro te rogaui vt nō deficiat fides tua: non pōt errare. Nec poteſt eſſe ꝙ vl'is eccleſia tanꝙ verum recipiat aliqđ erroneum. Nec tñ papa ſic vt ſingularis perſona ſniam erroneā teneat: ſequit ꝙ autoritas eius obliget ad illā ſententiā tenendā: nec etiā ꝙ autoritas illa ſibi erranti ſubtrahat. ſed ꝙ autoritas ſua non habeat locū obligandi in tali caſu. ſ. quia eſt obiectum aptum natum autenticari. ſicut non ſequit ꝙ careat viſu ille qui non videt ſaporem qui non eſt obiectum viſus.

¶ De iuriſditione ſeu poteſtate pape circa poſitiua precepta. §.II.

Sciendū ꝙ quantū ad ea que euidēter valet ad ordinandū hoiem in deū ſm precepta diuini iuris vel naturalis ſiue precipiēdo ſiue ſtatuēdo: vt ꝙ ſemel in anno q̄s cōfiteat ad minus: ſiue ꝓhibēdo q̄ retrahūt hoies a predictis: ſiue taxādo penas cōtra trāſgreſſores: quātū ad penas vite pñtis papa habet plenariā poteſtatē in talib⁹ oībus abſqꝫ exceptione alicuius caſus ad talia pertinentis. Et hec ſunt illa que pertinēt ad ius poſitiuū pertinēs ad eccleſiaſticā iuriſditionē. Et ſic pōt intelligi illud. Tibi dabo claues. i. poteſtatē ligādi per precepta ⁊ ſtatuta. ſoluēdi per abſolutionē vel diſpēſationē quecūqꝫ. i. in oñi materia poſitiua. ⁊ regni celoꝝ. i. militantis eccleſie. Qꝫ autē papa in hmōi habeat plenitudinē poteſtatis: probat ſic. In oī republica bene ordinata opꝫ ponere aliquē qui preſit reipublice: q̄ poſſit totā cōmunitatē mouere ad oīa illa que conferunt ad bonū reipublice: ⁊ ad finē ad quē ordinat illa reſpu. et precipue de his q̄ ſic conferunt: vt ſine eis nō bene ordinaret cōitas et bonū reipublice. Sed preſidens vniuerſal'r reipublice in cōitate xp̄iana eſt papa: ergo papa pōt precipere talia que cōferunt ad bonum reipub. in cōmunitate xp̄iana. Dico aūt q̄ cōferūt ad bonum reipub. ſic ꝙ ſine eis reſpu. non

attingeret ad finẽ debitũ: q2 nõ oĩe ꝯferẽs ad
bonũ cõmune poteſt ꝑcipere: ſicut nõ poteſt ꝑci
pere ꝯtinẽtiã monachalẽ: vel ieiunare in pane
et aqua ꝑ totã quadrageſimã nisi hoc faceret
propter culpã puniendã vel aliud ſimile. Sic
ergo in ſtatuendo poteſtas pape ſe extẽdit ꝑci=
piendo vel ꝓhibendo oĩa illa q̃ ꝯferunt ad ob=
ſeruandũ ea que ſunt iuris diuini vel natura=
lis eo modo quo dictũ eſt: in quorũ obſeruãtia
conſiſtit bonũ reipublice chriſtiane.

¶ De iuriſditione ſeu pote= §.III.
ſtate pape in ſententiando de ſubditis ⁊ ꝙ de=
beant haberi ꝓ talibus ꝓut ſentẽtiat: ⁊ quãtũ
ad poteſtatẽ ligandi et ſoluendi eos: ſiue in fo=
ro iudiciali exteriori: ſiue in foro penitentiali.
¶ Sciendum ſm Herueum in dicto lib. ꝙ pa=
pa habet plenitudinẽ poteſtatis quantum ad
oẽs caſus et quantũ ad oẽm ꝑſonã exiſtentẽ de
eccl'ia militante: ⁊ hoc ꝓbat̃ ex illa autoritate.
Tibi dabo cla.reg.ce. ꝑ id qð ſequit̃. quodcũq3
ligaueris ⁊c̃. ſc3 ſentẽtiando ꝑ abſolutionẽ vel
cõdẽnationẽ in vtroq3 foro. Probat̃ etiã iſtud
rõne tali. Oportet ponere in tota cõitate xp̃ia=
na aliquẽ ꝑſidẽtẽ ad quẽ ꝑtineat ꝑ ſe vel ꝑ aliũ
ſentẽtiare de quolibet q̃liter debeat regi ſm id
qð egit vel omiſit quãtũ ad oĩa q̃ ꝑtinent ad ho
minẽ ordinandũ in deũ: ſiue ꝑtineãt ad noticiã
ꝯſcientie ſiue ad iudiciũ exterius: ſed quãtũ ad
ea q̃ ꝑtinent ad ordinãdũ hoĩem in deũ nullus
eſt talis ꝑſidẽs niſi papa. ergo ⁊c̃. Maior patet
q2 op3 ponere ꝙ ille q̃ preeſt reipu. et alicui cõi
tati poſſit ſuꝑ quẽlibet de cõitate dare ſentẽtiã
quomõ d3 regi in ordine ad finẽ reipu. ⁊ modo
quo reſpu. d3 ordinari ad illũ finẽ. Sed ad hoc
ꝙ q̃libet de cõitate xp̃iana ordinet̃ in finẽ debi
tum reipu. xp̃iane: ⁊ ſic modo quo d3 ordinari:
op3 ꝙ ſit aliq̃s qui de quolibet poſſit ſentẽtiare
qualis ſit: ⁊ qualiter regat̃ ſm illud qð egit vel
omiſit: nõ ſolũ in foro iudiciali exteriori: ſ3 etiã
quantũ ad ea q̃ ꝑtinent ad forũ ꝯſcientie: quia
vtroq3 modo op3 hoĩem ordinari in deum ſm
modũ cõuenientẽ cõitati xp̃iane: q2 tali mõ in=
ſtituit deus ꝙ homo ſubderet̃ iudicio ꝑſidẽtis
ſm poteſtatẽ eccl'iaſticã. papa ergo h3 poteſtã
tẽ ſentẽtiandi de oĩ hoĩe ꝑtinente ad cõitatẽ
xp̃ianã in oĩ caſu et quantũ ad forũ iudiciale
et forũ penitentiale. Et cũ hoc etiã ꝙ talẽ pote=
ſtatẽ poteſt cõferre aliĩ: vt dicet̃ infra.

¶ Iſta aũt iuriſditio ⁊ po= §.IIII.
teſtas vniuerſalis pape eſt inſtituta a xp̃o: vt
patet ex illa autoritate Matth.xvi. Tibi dabo
Prima ratio. cla. ego ſc3 xp̃s. Et qð ꝓmiſit tunc impleuit: cũ
ait. Paſce oues meas. Ioh.vlti. Probat hoc
Herueus in dicto trac. tali ratione. Inſtituere
iuriſditionẽ ſm quã aliqua cõitas debet regi:
ꝑtinet vel ad ipſam cõitatẽ vel ad dñm illius
cõitatis: ſed cõitas q̃ debet regi ꝑ poteſtatẽ pa
palẽ eſt cõitas xp̃iana quantũ ad eccleſiã mili=
tantẽ: hui9 aũt cõitatis non eſt dñs niſi xp̃s vel
papa: ergo iſta ptãs debet inſtitui vel a xp̃o vel
a papa/vel a tota cõitate xp̃iana: ſed nõ eſt in=
ſtituta a papa vel a cõitate xp̃iana: ergo a xp̃o
ſolo. Qꝫ aũt poteſtas papalis nõ ſit inſtituta a
papa ꝓbat̃ ſic. Ad vicariũ nõ ꝑtinet inſtituere
poteſtatẽ qua vtit̃ vt vicarius alteri9 cũ ſibi cõ
mitteret̃: q2 prius eſt poteſtatẽ inſtituere q̃ eã
alicui vicario cõmittere. Ite3 q2 papa talẽ po=
teſtatẽ papalẽ nec reſtrigere nec ampliare põt:
q2 nullus papa põt facere ꝙ ipſe vel alius papa
habeat maiorẽ ptãtẽ q̃ illa quã h3. Sed q̃ põt
aliquã poteſtatẽ inſtituere põt eã reſtringere ⁊
ãpliare. ergo ⁊c̃. Itẽ q2 ipſe idẽ ꝯferret ſibi po=
teſtatẽ qð eſt incõueniens dicere in ptãte ordi=
nata: nõ ergo a papa eſt iſtituta talis ptãs. Qꝫ
aũt iſta ptãs nõ ſit iſtituta a cõitate xp̃iana ſeu
eccl'ia ꝓbat̃ ſic: q2 aut hoc factũ eſt autoritate
ſibi ab alio cõmiſſa: aut autoritate ꝓpria. Sed
ꝙ nõ ſit inſtituta ab eccl'ia ꝑ autoritatẽ ſibi ab
alio cõmiſſam patet: q2 nec a xp̃o cõmiſſa legit̃
talis autoritas cõitati xp̃iane: cũ nõ habeatur
hoc in aliquo euãgelio ꝙ xp̃s eccleſie cõtulerit
autoritatẽ inſtituendi ſedẽ ap̃licam. Sed nec a
papa facta eſt talis cõmiſſio nec fieri potuit: q2
minus eſt inſtituere aliquã poteſtatẽ q̃ ei9 in=
ſtitutionẽ cõmittere. Sed papa non põt primũ
vt dictũ eſt: ergo multo min9 põt ſcðm. Qꝫ nõ
ſit inſtituta ab eccleſia ptãs papalis autoritate
ꝓpria: ꝓbat̃ ꝑmo ex parte obiecti ipſi9 ptãtis
ſic. Illa ptãs nõ poteſt inſtitui a cõitate xp̃iana
ꝓpria autoritate que includit illud qð excedit
oẽm autoritatẽ humanã: ita ꝙ ꝑ ſe nulla autori
tas humana ad hoc ſufficit ſine cõmiſſione al=
terius. Includit eñi in ſe ptãs papalis ligare ⁊
ſoluere in foro ꝯſcientie q̃ dici poteſt actio dei.
Includit etia3 abſoluere a pena debita in foro
dei: vt ꝑ indulgẽtias fit: hec aũt excedũt autori
tatẽ humanã: ita ꝙ ad hoc nõ ſufficit ſine alia.
ergo a cõitate xp̃iana nõ potuit inſtitui autori Scða ratio.
tas ⁊ ptãs papalis ꝓpria autoritate. ¶ Scðo
ꝓbat̃ hoc idẽ ex parte finis vel ptãtis pape ſic.
Finis iuriſditionis eccl'iaſtice q̃ poſt xp̃m prin
cipaliter reſidet apud papã: eſt ordinare cõita
tem xp̃ianã ad impendendũ deo debitũ cultũ ⁊
ſibi acceptũ: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs vite eterne meritoriũ.
Sed ad nullã cõitatẽ ꝑtinet poſſe inſtituere iu
riſditionẽ ſm quã impẽdat cõitas ipſa debitũ
dño ꝑſidenti cõitati tali: cuius dñium vel regi=
men in nullo dependet ab ipſa cõitate. Et ratio
eſt: q2 ad inferiorẽ nõ ꝑtinet iudicare de eo qð
cõpetit ſuꝑiori. Sed ſic ſe h3 cõitas xp̃iana ad
xp̃m ſiue ad deũ: ꝙ xp̃s dñatur tali cõitati ta=

liter quod dominium eius et regimen in nullo dependet ab ipſa cõitate: ergo ad cõitatẽ xpianã nõ pertinet inſtituere iuriſditionem ꝓpria autoritate. ſm quã cõitas xpiana ordinatur ad impẽdendũ debitũ cultũ deo. Tertio hoc idẽ ꝓbatur ex parte modi habendi talẽ poteſtatẽ ſic. Illã poteſtatẽ inſtituere ꝓpria autoritate qua quis utitur ut vicarius alicui⁹ dñi ad nullũ aliũ ptinet niſi ad illũ dñm cuius qui ſic tali poteſtate utitur eſt vicarius. Sed poteſtas pape de qua loquimur eſt ptãs qua ipſe papa utitur ut vicari⁹ xpi in terris. ergo iſtã inſtituere ad nullũ aliũ ptinet niſi ad xpm. Et ſi dicatur quod oẽs principes terreni ſunt etiã vicarij xpi: quia oĩs poteſtas a dño deo eſt. Ro.xiij. licet non ſit a deo abuſus ptãtis: et tñ principes poſſunt inſtituere iuriſditionẽ ſup populũ quẽ regũt ꝓpria autoritate: vel autoritate cõitatis cui pſunt. Rñdetur quod aliter ſunt pricipes vicarij dei et aliter papa. Principes enim nõ ſunt vicarij dei expreſſe et explicite: p expreſſam inſtitutionẽ et explicitã eius niſi aliqui reges qui fuerũt inſtituti reuelatione diuina. ut Saul et Dauid. Poſſunt tñ pricipes dici vicarij dei implicite: inquãtũ ſcʒ de⁹ dedit nature humane rõnẽ naturalẽ: qua poſſet iudicare eſſe bonũ aliquã poteſtatẽ eſſe in republica quae precellet oibus in cõitate: quae poſſet reſtringere malos et pſeruare bonos circa ea quae ptinent ad bonuʒ humanũ. Sed petrus cui ſuccedit papa nõ ſicut ſimplex eps: ſʒ ſicut gñalis vicari⁹ ſup totã eccleſiã fact⁹ eſt gñaliter et expreſſe a xpo vicari⁹ modo pdicto cũ dixit: paſce oues meas. Et hoc ſibi ꝓmiſit cũ ait. Tibi dabo claues regni celorũ. ego ſcʒ xps nõ eccl'ia vel alia pſona. Et nota ſm Iſid. debẽt iuuare eccleſiaʒ principes ſeculi qñ infeſtatur ab aliis. unde. xxiij. q. v. principes. ſic ait. Principes ſeculi nõnunquam intra eccleſiã ptãtis adepte culmina tenẽt: ut p eandẽ poteſtatẽ diſciplinã eccl'iaſticã muniãt. Ceterũ intra eccleſiã ptãtes neceſſarie nõ eſſent: niſi ut quod nõ preualẽt ſacerdotes efficere per doctrine ſermonẽ: poteſtas hoc imperet p diſcipline terrorẽ. Sepe p regnũ terrenũ celeſte regnũ ꝓficit: ut qui intra eccleſiã poſiti ↄtra fidẽ et diſciplinã agunt: rigore principũ cõterantur. Et paulopoſt. Cognoſcant principes ſeculi deo rationẽ ſe debere eſſe reddituros pro eccl'ia quã p xpo tuendã ſuſcipiũt. Nã ſiue augeatur pax et diſciplina eccleſie p fideles principes ſiue ſoluatur: ille ab eis rationẽ exigit: qui eoꝝ poteſtati ſuã eccleſiã tradidit. Hec ille ſcʒ ad defendendũ et iuuandũ: nõ inuadendũ et vſurpandũ bona et iura ſua: et ad obediendũ: nõ imperandum ei ut faciũt frequẽter. Concludit Herueus tria. Primũ eſt quod collatio iuriſditionis vel poteſtatis papalis ptinet ad ſolũ xpm. Scdm eſt quod prima collatio poteſtatis papalis fuit facta ſingulari et determinate pſone Petri dicente xpo ipſi: tibi dabo et paſce oues meas. Tertiũ quod alie collationes facte aliis papis iuriſditioneſqꝫ papales ſunt facte a xpo perſone electe ab eccleſia: vel ab habente vices eccleſie in hoc ſicut habent modo cardinales.

Tertia ratio.

Papa vicari⁹ xpi.

Principes debent iuuare eccleſiam.

De plenitudine poteſtatis §.V.

papalis et iuriſditionis erga alias poteſtates inferiores: ut patriarchas/archiepos/epos/et parrochiales curatos. Ubi ſciẽdũ ſm Herueũ in dicto tractatu: quod omnis poteſtas eccl'iaſtica alia a papali ſubeſt ei quo ad tria.

Primo quantũ ad correctionẽ abuſus.

Secũdo quantũ ad inſtitutionẽ et collationẽ ipſius poteſtatis inferioris.

Tertio ad ſubſidiũ adminiculatiuũ. i. quod tenetur iuuare eã ſi aliquo modo indigeret.

Primũ ꝓbatur ſic. preſidẽtia pricipis in omni principatu ordinatur ad hoc quod ipſe moueat oẽs ſubditos illi⁹ principat⁹ ad bonũ ſeu finẽ reipublice. unde ad eũ ptinet quantũ in eo eſt pferre et ordinare ea quae cõferunt ad tendendũ in bonũ reipublice. i. ea quae ſunt virtuoſa/et tollere ea que tollũt motionẽ ad talẽ finẽ ut vitia et abuſiones. Ad eandẽ enim poteſtatẽ ptinet mouere aliquos ad aliquẽ finẽ: et tollere ea quae impediũt motionẽ et ꝑfectũ cõitatis. Hec aũt ſunt vitia et abuſiones quae inordinãt hominẽ a deo. Tota aũt reſpu. ſeu cõitas xpiana ad hoc ordinatur ut ad ſuũ finẽ debitũ: quod pungatur deo p opa virtuoſa: et qui hoc impedit p vitia et diuerſas abuſiones: ideo ad papã qui eſt primus pſidẽs et pricipalis: quia põt et debet hmõi vitia corrigere et tollere erga oẽs inferiores ptãtes quantũ in eo eſt. ut tota cõitas xpiana tẽdat in debitũ finẽ. Et ad hoc poſſet induci illud Hiere. j. Ecce cõſtitui te ait dñs ſup gentes et regna: ut euellas/deſtruas/diſſipes/et diſpdas. ſ. quo ad vitia: edifices et plãtes quo ad virtutes. Nullus platus eccl'iaſticus eſt ſup regna niſi papa. Et in ſignũ hui⁹ ʒacharias papa depoſuit Ludouicũ a regno francie: quia inutilis erat. ut habetur. xv. q. vj. alius. et Innocentius imperatoreʒ Fredericum ab imperio.

Quãtum ad ſcdm. ſ. quod oĩs poteſtas inferior papa eſt ſubdita ei quãtũ ad inſtitutionẽ et collationẽ ei⁹ et remotionẽ ꝓbatur ſic. Oẽs poteſtates inferiores a papa ſunt limitate et determinate ut apparet de facto. Aut igitur ſunt inſtitute a xpo imediate: aut ab vniuerſali eccleſia: aut a xpo mediante papa ut vicario gñali eius. Sed nõ a xpo imediate nec ab eccl'ia vniuerſali: ergo a papa vicario xpi. Quod nõ ſint inſtitute a xpo immediate tales ptãtes inferiores ꝓbatur ſic: quia ſi ſunt inſtitute a xpo imediate ita determinate: ut ſunt quãtũ ad ppłm et quãtũ ad territoria: et

Papa põt corrigere abuſus cunctaʒ ptãtũ.

Papa põt inſtituere oẽs ptãtes.

quantū ad ea q̄ ſunt in foro ꝯtentioſo vel pniali ptās pr̄iarchalis/archiep̄alis/ep̄alis/et parrochialis/ aut xp̄s fecit h̄ ante aſcēſionē aut poſt: ſed neutro iſtoꝝ modoꝝ fuit: ergo nō a xp̄o inſtitute imediate. Q̄ꝫ nō fecit hoc xp̄s ante vel poſt aſcenſionē oſtēditur ex hoc: q2 ſi feciſſet in euāgelio haberet̃ expreſſe vel implicite: ſed nichil de hoc in eo habet̃ nec determinatio ⁊ diſtinctio hm̄ōi poteſtatū nec quātū ad caſus nec quātū ad territoꝛia: nec quātū ad noīa.ſ.pr̄iarcharū/archiep̄oꝝ ⁊ hm̄ōi.ergo ⁊c̄. Pꝛobatur ⁊

Scḋa ratio.

alia rōne: q2 ſi a xp̄o eſſet imediate inſtitutꝰ oꝛdo q̄ eſt inter papā/patriarchas/archiep̄os et alios/ ep̄s non poſſet imediate inſtitui vel ꝯfirmari a papa. Et ratio eſt: q2 illud qđ ptinet ad ius imediate inſtitutū a deo: nō pōt imutari ab hoīe. Sed cū oppoſitū quotidie fiat de cōī ꝯſuetudine eccl̄ie: q2 nō ſolū papa imediate ꝯfirmat ep̄os omiſſo archiep̄o q̄ eſt medius: ſꝫ etiā ſibi retinet ꝓuiſionē de eo faciendā ꝓut ſibi videt̃. ergo nō a xp̄o imediate ſunt inſtitute hm̄ōi poteſtates inferioꝛes. Q̄ꝫ nō ſint inſtitute ab vniuerſali eccl̄ia: vt a dante autoꝛitatē ipſi inſtitutioni: qđ ideo dico: quia q̄cūq3 in aliquo ꝯſilio aliqua ſtatuunt̃ tota autoꝛitas dans vigoꝛē ſtatutis eſt in ſolo papa: alij poſſunt facere ad directionē ꝯſulēdo ⁊ oꝛonibꝰ iuuare: ꝙ in dubijs a dn̄o dirigant̃. Pꝛobat̃ ergo ꝙ nō ſit hm̄ōi inſtitutio ab eccl̄ia ſic. Illa ptās q̄ nō pōt inſtitui niſi a xp̄o vel habēte poteſtatē ab eo nō pōt inſtitui ab eo q̄ nō eſt xp̄s: nec habens autoꝛitatē inſtituēdi ab eo. Sed ptās iuriſditiōis ſpūalis ptinētis ad eccleſiā eſt talis.ſ.ꝙ nō pōt inſtitui niſi a xp̄o vel habēte autoꝛitatem in hoc ab eo. Et ratio eſt: q2 ptās oꝛdinādi hoīem in deū ſ̄m dei acceptionē nō pōt inſtitui niſi a deo: vel habēte autoꝛitatē ab eo: ergo nullus alius poteſt inſtituere talē poteſtatē. Sed eccl̄ia vniuerſalis nō eſt deꝰ nec xp̄s: nec ſuꝑ hoc hꝫ autoꝛitatē ab eo: q2 collatio talis in ſacro canone non habet̃: tū etiā q2 ſi talis inſtitutio fieri nō poſſet a papa ſine cōitate xp̄iana papa non haberet plenitudinē poteſtatis: qđ eſt falſum. Ex quo igit̃ inſtitutio poteſtatū inferioꝝ nō eſt facta imediate a xp̄o/nec ab vniuerſali eccleſia.vt ꝓbatū eſt.ſequit̃ ꝙ ſit facta a papa: vt a vicario xp̄i gn̄ali. Q̄đ etiā patet ex hoc q2 frequenter papa creat nouas ſedes ſeu ep̄atus: ⁊ mutat ⁊ priuat: ⁊ iura dicūt expreſſe hoc facere poſſe. Et ad hoc facit qđ dicit Dionyſius papa.xiij.q.j. eccleſias. Eccl̄ias ſingulas ſingulis preſbiteris dedimꝰ: parrochias ⁊ cimiteria eis diuiſimus ⁊c̄. Termini ep̄atuū fuerūt diſtincti tp̄e apl̄oꝝ: vel paulopoſt. et de hac diſtinctione ſedium ep̄aliū archiep̄aliuꝫ ⁊ patriarchaliū.habet̃ diſt.lxxx.c.j. Sic igit̃ inſtituere ⁊ cōferre ⁊ auferre poteſtates om̄es eccleſiaſticas inferioꝛes papatu quo ad iuriſditionē ptinet ad papā.

Termini ep̄atuum.

C Quantū ad tertiū etiā patet ꝙ om̄es poteſtates inferioꝛes etiā ſeculares debēt ⁊ tenent̃ iuuare papā i eo ꝙ expedit ad bonū regimē eccleſie. Et quantū ad hoc ei ſubſunt: qđ ſic ꝓbat. Reſpublica tenetur ad ꝯſeruationē illius ptātis a qua dependet reipublice bonū. Sed bonū reipublice chriſtiane potiſſime depēdet ex poteſtate eiꝰ cuius eſt oꝛdinare totā eccleſiā: ⁊ oꝛdinare gradus ⁊ ſtatꝰ in ea.ergo ⁊c̄. Huic etiā cōcoꝛdat ph̄s.xij. metaphyſice dicēs: ꝙ bonū exercitus depēdet ex oꝛdine vnius poteſtatis ad aliā et potiſſime ex oꝛdine exercitus ad iudicē. Et ſic etiā totuꝫ bonū eccleſie dependet ex oꝛdine vnius partis ad aliā: puta curati ad ep̄m: epiſcopi ad archiep̄m: ⁊ ſic vſq3 ad papā. precipue tamē bonū eccleſie dependet ex oꝛdine totius populi ad papam propter qđ oīs poteſtas debet ei adminiculari. Et ſi ꝯtra hāc poteſtatē aliqui ſeculares vellent: ipſi principes ſeculares debent ſubditos compeſcere ⁊ rebelles ei ſubijcere.

Ptātes ſclares debent iuuare papam

C De poteſtate pape ponit §.VI.

Herueus in dicto tractatu.v. erroꝛes exoꝛtos ab aliquibꝰ. Pꝛimus eſt ꝙ poteſtas prelatoꝛū inferioꝝ pape ſiue ſint ep̄i ſiue ſint curati eſt immediate a deo ſicut poteſtas pape. Secundus ꝙ in hierarchia eccl̄ie militātis infimi.i.parrochiani: nō poſſunt reduci in deū ꝑ penitētiā niſi mediantibus curatis ⁊ parrochialibus ſacerdotibus. Tertius ꝙ licet papa ⁊ ep̄i ſint principalioꝛes reſpectu parrochianoꝝ: nō ſunt tamen imediate curati eoꝝ: ſiue nō imediate habent curam eoꝝ. Quartus erroꝛ eſt ꝙ nec papa nec ep̄s poſſunt audire confeſſiones parrochianoꝝ quin teneantur cōfiteri eadē peccata ſuis ſacerdotibus parrochialibus. Quintus erroꝛ eſt ꝙ dato ꝙ confeſſi pape vel epiſcopis non teneantur eadem peccata confiteri parrochialibus ſacerdotibus: tamē papa vel epiſcopi non poſſent dare generalem autoꝛitatē audiendi confeſſiones aliquibus: vt fratribus et huiuſmodi: quin confeſſi talibus teneantur cōfiteri eadem peccata ſacerdotibus parrochialibus. Ponit rationes ⁊ autoꝛitates quas inducunt ad iſta probandum et eas omnes efficaciſſime euacuat: et autoꝛitates ab eis male intellectas ſane declarat ī dicto tractatu: que om̄ia cauſa breuitatis omitto. Et concludit ꝙ iſti erroꝛes non ſolum ſunt iudicandi erroꝛes ſed hereſes: quod pꝛobat per dictum Pelagij diſtin.xxj.Q̄uis.vbi dicitur.ꝙ qui detrahit ius ſuum alijs eccleſijs iniuſtus eſt. Qui autem detrahit ius ſuum Romane eccleſie hereticus eſt cenſendus. Sed ponentes dictos erroꝛes

Erroꝛes circa hoc exoꝛti.

detrahūt ius ſuū romane eccl'ie ſeu ap'lice ſedi quaſi nō ſubſint ⁊ ſint alie eccl'ie ſibi ſubiecte:⁊ poteſtatē iuriſditiōis ab ea accipiētes: cum tñ xp̄s Petro dixerit Tibi dabo claues.ergo ⁊c. ergo ſunt heretici. Quibus etiā datur licētia alicui a papa vel ep̄is cōfitendi vel audiēdi cōfeſſiones alioꝝ: non op; ꝙ petant licentiam a ſuis parrochialibus ſacerdotibus cōfitēdi vel audiēdi cōfeſſiones: vt dicit quedam glo. Ber. que reprobata fuit per Clemētem.iiij. vt falſa in extrauagāti que incipit: q̄dā temere. Quin immo eis inuitis et cōtradicētibus poſſunt ex dicta licentia cōfiteri: nec ſic cōfeſſi tenenꝛ iterum ſuo curato confiteri: qđ etiam notat Joh. an.extra de peni.⁊ remiſ.c.ſi ep̄s.lib.vj.

¶ De poteſtate iuriſditionis tēporalis et ſpiritualis que eſt in eccleſia. §.VII.

Sciendū ſm Augu.de ancho.in ſum.de poteſtate pa.ꝙ eſt triplex poteſtas et variata.

¶ Prima eſt immediata ſcilȝ a deo: et hec eſt ſummoꝝ pontificum.

¶ Secūda eſt deriuata ſcȝ a deo per papam: ⁊ hec eſt omniū inferiorum prelatorum.

¶ Tertia eſt in miniſteriū data:⁊ hec eſt imperatoris ⁊ principum terrenorum.

¶ Quantū ad primū ptās iuriſditionis plene ſp̄ualiū ⁊ tēporaliū eſt immediata a deo in papa:et ꝓbaꝛ tripliciter. Primo ſic. Auctoritas iuriſditiōis nō cōcediꝛ niſi p claues eccl'ie: ſed claues eccl'ie xp̄s non cōceſſit niſi Petro ꝓut ꝓmiſerat Petro di. Tibi dabo claues regni ce. Sup quo v̄bo dicit glo. Xp̄s ſolū vnū caput ⁊ vnū vicariū in eccl'ia eſſe voluit:ad quē diuerſa mēbra recurrerēt ſi forte adinuicē diſſentirēt. Scđo ꝓbaꝛ ſic. q̄ nō dat aliq̄d nō pōt illud auferre:ſed ſi papa nō daret ep̄is ⁊ aliјs p̄latis ptātē iuriſditiōis nō poſſet eos deponere/ priuare/⁊ illā ſuſpēdere:cuiꝰ tñ oppoſitū facit ⁊ facere pōt ſm oēs: ergo poteſtas iuriſditiōis plene reſidet ī ſolo papa. Tertio ſic.in illo reſidet immediate ptās iuriſditiōis ſp̄ualiū et tp̄aliū: cuiꝰ auctoritate fit p̄latoꝝ electio ⁊ ꝯfirmatio: ſed hoc fit a papa: ḡ in eo reſidet plenitudo poteſtatis. ¶ Quātū ad ſcđm.ſ.ꝙ ptās ep̄oꝝ et alioꝝ p̄latoꝝ eccl'ie ſit deriuata a papa in eos mediāte papa: ꝓbaꝛ rōne ⁊ auctoritate. Ratio aūt eſt talis ſicut ſe habēt riuuli ad fontē:radij ad ſolem:rami ad arborē: ſic ſe habent ptātes ep̄oꝝ ⁊ alioꝝ ad ptātem pape: nā(vt diciꝛ in.c. epheſini cōcilij)quō multi radij ſolis ſunt: ſȝ lumē vnū: ⁊ rami arboris m̄lti ſunt ſȝ vnū robur ⁊ multi riuuli de vno fonte defluunt: vnitas tñ ſeruaꝛ in origine: ſic eccl'ia vna eſt que in multitudine latiſſime fecūditatis extendiꝛ. xxiiij. q.j.loquiꝛ. ſed conſtat ꝙ aqua riuuloꝝ non eſt aqua fontis immediata:ſic nec ptās p̄latoꝝ eſt immediate a xp̄o: ſȝ deriuata in eis a xp̄o mediante papa. Ptȝ hoc etiā auctoritate Cirilli patriarche Alexādrini qui ſic ait in lib.theſauroꝝ. Sicut xp̄s accepit a p̄re ducatū ⁊ ſceptrū eccl'ie gentiū ex iſrael egrediēs ſup oēm principatū ⁊ poteſtatē ⁊ omne quodcūq;: vt ei genua cūcta curuenꝛ: ſic Petro ⁊ eiꝰ ſucceſſoribꝰ pleniſſimā cōceſſit poteſtatē: ⁊ nulli aliј q̄ Petro qđ ſuū eſt plene: ſȝ ſoli ipſi cōmiſit totū. ¶ Quod aūt ptās tp̄alis imp̄atoꝝ/regū/ et principū ſit in miniſteriū data a deo mediāte papa et aliјs prelatis eccleſie in quibꝰ reſidet ſp̄ualis ptās: ꝓbaꝛ triplici ratiōe. Prima eſt talis:illa ptās eſt data in miniſteriū alteri ab alio: per quā hȝ inſtitui/regulari/⁊ ordinari/ ⁊ cōfirmari ſi bona ſit:et p quā hȝ iudicari ⁊ cōdemnari ſi bona nō ſit:ſed talis eſt ptās imp̄atoꝝ/regū/⁊ principū:qꝛ p papā hȝ inſtitui regulari ⁊ cōfirmari ſi bona eſt: ⁊ p ipſam hȝ iudicari et cōdemnari ſi bona nō eſt:ergo talis ptās non eſt immediate a deo: ſȝ in miniſteriū poteſtatis ſp̄ualis data. Utrunq; aūt hoꝝ ꝓbatur.ſcribiꝛ em̄ diſt.xxij. ſancta.ꝙ ptās pape cuiuſlibet ordinis dignitatem ⁊ gradū hȝ inſtituere. Quod etiā habeat poteſtatē ſecularē iudicare ⁊ cōdēnare:ſi nō ſit bona ptȝ.xv.q.vj.aliꝰ. vbi diciꝛ ꝙ Zacharias papa regē francoꝝ depoſuit nō tam ꝓ ſuis iniquitatibus q̄ ꝓ eo ꝙ inutilis erat regno. et.xcvj. di.c.duo ſunt.diciꝛ ꝙ Innocētius archadiū imperatorē excōicauit:qꝛ cauſa fuit exilij Chriſo. ⁊ alius Innocētius depoſuit Fredericū imp̄atorē. Secūda ratio eſt talis: illa ptās eſt in miniſteriū data alteri cui iuramētum fidelitatis preſtat/et ab ea recognoſcit om̄e qđ hȝ: ſed oīs ptās imp̄atoris et ſeculariū principū eſt talis. diciꝛ em̄ diſt.lxiij.tibi dn̄o. ꝙ imperator iurat pape nunq̄ mādatū eius p̄terire:⁊ ſibi in om̄ibus fidelitatē ſeruare: ergo talis ptās eſt ſolū in miniſteriū data. Et ſi inueniaꝛ q̄nq; imp̄atores aliquos aliqua tp̄alia dediſſe ſummis pōtificibus: ſicut Cōſtātinus donauit Silueſtro non fuit hoc dare qđ ſuū erat/ſed reſtituere qđ tyrānice ſublatū eſt:⁊ eodē modo ſi inueniatur aliquos ſummos pontifices dediſſe aliqua bona tp̄alia imp̄atoribus et principibus: non eſt hoc intelligēdū eos hoc feciſſe in dominij recognitionē: ſed magis in pacis eccl'iaſtice cōſeruationē:qꝛ ſeruū dei non op; litigare/ſed manſuetū eſſe ad oēs. Itē ꝙ oīs poteſtas ſecularis ſit ſubdelegata reſpectu pape ptȝ per illud.xj. q.j.quicūq; litē. Tertia ratio eſt talis: illa poteſtas eſt in miniſteriū aliјs data q̄ eſt reſtringenda/ampliāda/et executiōi mandāda ad imperiū eiꝰ a quo data eſt in miniſteriū: ſed talis eſt poteſtas principū terrenoꝝ. Unde Berſ.

Ptās imp̄atoria eſt data a deo per papam

ad Eugeniū pa. in lib. de cōſideratione ſup illo ṽbo. Ecce gladij duo hic. ait. Quid tu de vno gladio vſurpare tētas quē ſemel reponere iuſſus es in vaginā: ⁊ loquit̄ de gladio tēporali: ⁊ ſubdit. Quē tñ gladiū q̄ tuū eſſe negat nō ſatis michi videt̄ attēdere ṽbū dñi dicētis ſic. Conuerte gladiū tuū i vaginā. Tuus ergo gladius ipſe euaginandus eſt ad tuū imperiū: alioquin ſi nullo modo ad te pertineret dicētibus aplis Ecce gladij duo hic: nō rñdiſſet dñs: ſatis eſt: ſʒ nimis eſt. Et ſic pʒ ꝙ hmōi poteſtas ſclaribus principib⁹ eſt in miniſteriū data. ſ. a papa. Hec Aug. de ancho. Nec obſtat his ait ipſe qḋ dicit̄ xxiij. q. iiij. q̄ſitū. ꝙ a deo eſt ꝯceſſa ptās iperialis ⁊ in vindictā noxioꝝ datus gladius. Nō eſt eñi iuriſditio iperialis vel ſclaris a papa vt ab hoie puro: ſed a papa vt a gerēte vicē xp̄i in terris: vel ꝙ eſt a deo ſed mediāte. ſ. papa. Siliter non obſtat qḋ dicit̄ diſt. x. qm̄. ſcʒ ꝙ ptātes ſunt diſtincte ſecularis. ſ. et ſpūalis: ⁊ ad diſtinctos fines ordinant̄. et. xcvj. diſt. duo ſunt. q̄bus regit̄ hic mūdus. ſ. pōtificalis dignitas ⁊ regalis poteſtas. Non enim ſunt ita diſtincte quin vna ſubalternet̄ alteri ſcʒ ſecularis eccleſiaſtice: vt minor maiori: ⁊ ſicut luna ſoli in illuminatione Sunt etiā diſtincte: quia nō cōueniūt vni eodē modo: qꝛ poteſtas iuriſditiōis ſpūaliū cōuenit pape ſm imediatā inſtitutionē ⁊ executionē: ſʒ poteſtas iuriſditiōis temporaliū cōuenit ei ſm inſtitutionē ⁊ autoritatē: ſed nō ſm immediatā executionē: niſi forte in q̄buſdā caſibus qui notantur qui fi. ſint legi. c. per venerabilē.

De poteſtate eccleſiaſtica ſignata per claues. Caplm. iiij.

De poteſtate eccleſiaſtica ſignata per claues regni ⁊ de collatiōe ei⁹ facta a xp̄o. vñ ipſe dixit Dabo. dictū eſt. Reſtat videre quō ſingulariter ꝑ petro ⁊ excellētiſſime data eſt: qꝛ dixit tibi ſcʒ petro. de quo prius dixerat. Tu es petrus ⁊ ſup hāc petrā edificabo eccleſiā meā ⁊c̄. Et ꝙuis aplis oībus collata ſit poteſtas clauiū ⁊ oibus epis cōferat̄: aliter tñ ⁊ excellētius petro ⁊ cuilibet pape ſucceſſori ei⁹. Et de aplis ait ps. Nimis honorati ſunt amici tui de⁹: nimis confortatus eſt principatus eoꝝ. Ad eos aptat illud eccl'ia. Maiores amici ꝙ aliꝗ in nouo vel in veteri teſtamēto credunt̄ cōiter fuiſſe apli: q̄bus ipſe xp̄s ait. Vos dixi amicos: qꝛ oia feci vobis nota. Jo. xv. Jpſi vt ait apl's ad Ro. viij. ꝑmitias ſpūs acceperūt: ⁊ ſicut priores tpe dicit glo. ita potiores gr̄e copia. Nimis aūt. i. valde honorati ſunt a xp̄o ⁊ eccl'ia ꝯſtituti iudices ſcl'i/ lumina mūdi/ paſtores primi eccl'iarū. Nimis etiā. i. valde ꝯfortat⁹ eſt. i. roboratus ⁊ ꝯfirmat⁹ eſt principat⁹ eoꝝ. i. ptās eoꝝ: excedit eñi oēm pricipatū terrenū. Vn Greg. nazāzen⁹ ait impatorib⁹ ꝯſtantinopolitanis. Dedit vobis ptātē. ſ. de⁹. dedit et principatū multo ꝑfectiorē principatib⁹ vr̄is. diſt. x. c. ſuſcipitis.

Principatus autem iſte ſeu §. I.

poteſtas collata apoſtolis eſt ſeptuplex. Septuplex poteſtas collata aplis.
Primo poteſtas baptizandi.
Scḋo ptās predicādi ⁊ tpalia accipiendi.
Tertio poteſtas miracula faciendi.
Quarto poteſtas recte conuerſandi.
Quito poteſtas ſacerdotalis cōficiendi ſoluendi ⁊ ligandi.
Sexto ptās epalis ꝯfirmandi ⁊ ordinandi.
Septimo poteſtas iuriſditionalis ſentētiādi. Has oēs habuerūt apoſtoli a chriſto: ſed petrus aliquo modo excellentius ceteris: ⁊ oēs poſſunt dici claues regni/ de quibus dictū fuit petro. Tibi dabo claues regni celoꝝ.

Poteſtatē quidē baptizādi dedit aplis xp̄s nō ſolū q̄n dixit poſt reſurrectionē apparēs eis in galilea: docete oēs gētes baptizātes eos ⁊c̄. Mat. vlt. ſed etiā ante paſſionē. Dicit̄ eñi Joh. iiij. ꝙ ieſus nō baptizabat ſed diſcipuli eius. i. apli qui hoc nō p̄ſumpſiſſent. ſ. baptizare niſi a xp̄o habuiſſent poteſtatē. Et lʒ Chryſoſtom⁹ dicat ꝙ diſcipuli nō baptizabāt baptiſmo xp̄i ſed Jobis. tñ Aug. ⁊ Alchuinus ꝯtrariū aſſerūt. ſ. ꝙ baptizabāt baptiſmo xp̄i: in quo dabat̄ ſpūſſctūs. Currebāt eñi tūc ſimul ⁊ legalia ⁊ euāgelica ſacra ſm virtutē vſq; ad paſſionē: ⁊ qꝛ non erat cōueniēs ꝙ ipſi alios baptizarēt nō baptizati: ideo ⁊ ipſi apli pri⁹ fuerūt baptizati a xp̄o et ſic exponit̄ illud Jo. xiij. Qui lotus eſt. i. baptizat⁹ nō indiget niſi vt pedes lauet. i. affect⁹ purificet aqua penitētie. qḋ etiā habet̄ de cōſe. diſt. iiij. c. qñ a hieroſolymis. Nec eſt inconueniens ꝙ ipſi baptizarent nondū facti ſacerdotes: ſicut ⁊ nunc laicus in neceſſitate baptizat. vt de conſe. diſt. iiij. cōſtat. Verū vt vnitas eccleſie ſeruaret̄ ⁊ a capite petro ois actus hierarchicus originaretur/ noluit xp̄s eos baptizare niſi ex petri cōmiſſione ⁊ ordinatiōe. Hec poteſtas poteſt dici clauis regni: qꝛ ꝑ vſum eius. i. ꝑ baptiſmū aperit̄ regnū celoꝝ baptizatis. Et quia baptiſm⁹ eſt fundamētū ⁊ principiū fidei xp̄iane: cuius directio cōmiſſa eſt petro. ideo xp̄s ei dixit. Tu es petrus ⁊ ſup hāc petrā edi. ⁊c̄. quē alio noīe vocauit cephas. i. caput. Joh. i. qꝛ ab eo vt a capite poſt xp̄m ois ſpūalis ptās debebat deriuari aliquo modo. dixit tñ non ſolū petro/ ſed etiā ſimul aliꝭ cū eo. docete eos baptizātes ⁊c̄. Ne crederet̄ baptiſmus a petro hr̄e virtutē non ab ipſo. vt eñi dicit̄ Joh. i. Jpſe ſcʒ chriſtus eſt qui baptizat ſcʒ interius mūdādo.

Ptās predicādi.

¶ Secūdā poteſtatē.ſ. predicādi dedit chriſt⁹ apl'is ꝛ ante paſſionē qñ miſit eos ad ꝑdicādū iudeis dicēs. In viā gētiū ne abieritis ꝛc̄. Euntes autē predicate dicentes: q꞉ appropinquat regnū dei. Luc.ix. Poſt reſurrectionē aūt apparēs ꝛ precipue in die aſcēſionis dixit. Eūtes predicate euāgeliū oī creature. Mar.vlti. Predicatio autē cōgrue poteſt dici clauis regni: q꞉ ꝑ ipſam aperiꝫ ſcriptura q̄ diciꝫ regnū ꝛ datur introitus ad virtutes q̄ etiā dicūtur regnū celoꝝ. Et q̄uis cū eſſent cū xp̄o nō eſſent ipſi apl'i adhuc ſub regimine petri: nec in predicando/ nec in baptizādo/ nec in alijs: tñ poſtq̄ fact⁹ eſt ab ipſo paſtor eccleſie: ꝛ in predicādo ꝛ in alijs fuerūt ſub petro. vt ſi diſſiderēt inter ſe in predicando ꝛ hmōi (ſicut facta eſt altercatio inter paulū ꝛ cōuerſos ex iudaiſmo q̄ erāt antiochie ex obſeruatione legaliū. Act.xv.) eſſet aliq̄s ſuperior qui eos renueret ꝛ determinaret. Unde cū preſens erat petrus in predicādo oēs ſibi deferebāt: ꝛ ipſe ſermonē fecit in electiōe matthie. Et ſīliter poſt miſſionē ſpūſſancti primus narraꝫ petrus ſurrexiſſe ad ꝑdicandū tria milia hoīm ſua predicatione cōuertens. Unde et Anacletus diſt.xxi. in nouo. dicit ꝙ petrus primus ad fidē populū virtute ſue predicationis adduxit. ceteri xō apoſtoli cū eodē pari cōſortio honorē ꝛ poteſtatē acceperūt: ipſum quoq̄ principē eoꝝ eſſe voluerūt. vnde ꝛ recte dictus eſt cephas quaſi caput alioꝝ pugnantiū ꝑ predicationē ꝯtra mundū: ꝛ ab ipſo facta eſt ordinatio predicatoꝝ ꝛ predicationū: licet aſſenſu ꝛ cōſilio alioꝝ apoſtoloꝝ: ſicut papa agit de cōſilio cardinaliū: qđ ꝑtinet ad regimē eccl'ie. Sic ergo poteſt dici ꝙ apoſtoli ꝛ alij poteſtatē predicandi poſt penthecoſten habuerunt a petro chriſto inſpirante ꝓpter ſeruandā in omnibus eccleſie vnitatē. Diciꝫ autē poſt reſurrectionē miſiſſe ad predicandū. dando ſcilꝫ eis os et ſapientiā et virtutē verbi: ſed petro ſingulariter dictū fuit. Paſce oues meas: ſcꝫ ꝑ verbū predicationis: ꝛ tibi dabo claues regni celoꝝ. Cum hac autē poteſtate predicandi dedit apl'is chriſtus/ ꝛ petrus poſt chriſtū eis ꝛ alijs predicatoribus poteſtatē metēdi tēporalia.i. accipiendi ab illis q̄bus ſpūalia ſeminauerāt. Dixit enim chriſtus Matth.x. Dignus eſt operarius cibo ſuo. Et .i. ad Coꝝ.ix. diciꝫ. dñs ordinauit his q̄ euāgeliū nūciant: de euāgelio viuere. Et Hieronymus inquit. Apl'icis viris ꝛ euāgelizatorib⁹ chriſti in neceſſarijs vſibus nō retribuere ſeipm̄ condēnare eſt. xvi.q.i.c.penul.

Ptās faciendi miracula.

¶ De poteſtate faciendi miracula dr̄ Luce.ix.c. Dedit eis poteſtatē ſuꝑ oīa demonia vt languores curarent. Hanc autē poteſtatē habuerūt oēs apl'i immediate a xp̄o ꝛ ante reſurrectionē ꝛ poſt nō a petro. Non enim poteſtas faciendi miracula poteſt dari a puro hoīe: ſed a ſolo deo: quiuimo ipſe deus eſt qui miracula operaꝫ ꝑ ſctōs ſuos vt ꝑ inſtrumēta. Unde ps. Qui facis mirabilia magna ſolus. Unde ꝛ ipſa poteſtate faciēdi miracula apl'i aut alij ſancti vti non poſſunt ad placitū: ſꝫ qñ deo placet. vt dr̄ de peni. diſt.ij.c. querendū. Et iudas ꝓditor hanc etiā creditur habuiſſe. licet aūt poteſtatē faciendi miracula nō habuerūt a petro apl'i alij: habuerūt tñ eam ſub petro ꝛ minorem petro. Unde et in illo vſu oēs deferebāt petro. Sic eñi ꝛ Johānes euāgeliſta qui fuit maior poſt petrū fecit. vnde ꝛ primū miraculū factū ꝑ apl'os poſt miſſionē ſpūſſancti factū eſt ꝑ petrū aſſociatū cū Johāne dicentē claudo mēdicanti. qđ habeo hoc tibi do. In noīe ieſu nazareni ſurge ꝛ ambula: qui ſubito ſanatus eſt. Act.iij. Et in geſtis martyꝝ petri et pauli. de delectione ſimonis magi quem demones per aera portabant. paulus petro legitur detuliſſe: nā poſt piā ꝯtentionē adinuicē precepit petrus demonibus vt demitterēt illū ad terrā: qđ ꝛ factū eſt: ꝛ ſic corruēs ſimon expirauit. Qꝛ aūt minorē operationē in miraculis alij apl'i egerint petro/ patet: q꞉ ad vmbrā petri ſanabanꝫ infirmi. Act.v. qđ de alijs apl'is non inueniꝫ. Unde ꝑ excellentiā quādā ei ſingulariter fuit dictū. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Diciꝫ aūt hec poteſtas clauis: quia ꝑ miracula patuit aditus multis ad regnū eccl'ie ꝑ fidē cōuerſis.

Ptās recte conuerſandi.

¶ Poteſtatē quartā ſcꝫ recte cōuerſandi dedit apl'is nō ſolū eo modo cōi quo dictū eſt dedit eis poteſtatē filios dei fieri his q̄ credūt in noīe eius ꝛc̄. Joh.i. ſed quodā modo ſpeciali cū eos elegit ad apoſtolatū ꝛ non ſolū doctrina et exemplo/ que eis familiarius cōicabat: ſed etiā gratia interiori. de qua eis dixit Joh.xv. Sine me nichil poteſtis facere.ſ. aliquid meritoriū: aliā tamen poteſtatē ſeu gratiā recte cōuerſandi dedit eis pleniorē ꝛ perfectiorē in die penthecoſtes. Nā antea nō fuerūt ita ꝯfirmati quin potuerint peccare mortaliter: et de facto in hoc inciderūt tēpore paſſionis oēs apl'i. ſm Pet. de pal. fidē diuinitatis chriſti mente negantes: cuius tamē virtutē ꝛ innumera miracula cognouerant: ſed ꝑ aduentū ſpūſſancti poteſtas recte viuendi adeo fuit roborata vt mortaliter peccare non poſſent ſm cōem opinionē. Unde ꝛ petrus ſi in diſſimulatiōe obſeruatiōis legaliū peccauit ꝓut vult Aug. propter quod paulus eū reprehēdit. vt habeꝫ ad Gal.ij.c. illud tamē veniale fuit ſm Tho. in.iiij. ſen. diſ.i. q.ij. ar.v. q.iij. Iſta tamē poteſtas recte cōuerſandi etſi ꝓcedat ex radice et affectu dilectionis: oſtendiꝫ tñ in toleratiōe magne paſſionis: et oēs quidē apoſtoli ꝑfectā dilectionē habue=

rũt ⁊ multa ꝓ xp̃o libenter paſſi ſunt. Unde dr̃ Act.v.de apl̃is poſt flagellationẽ ipſorũ. ibant apoſtoli gaudentes a ↄ̃ſpectu cõcilij: qm̃ digni habiti ſunt pro noĩe ieſu contumeliã pati. Petrus tamen feruentiorẽ dilectionẽ oſtendit pre ceteris. Unde ⁊ ter xp̃s ei dixit. Simon iohãnis diligis me plus his. Iohã.vlti. Et ex lapſu ſuo fortior et feruẽtior reſurrexit. Unde Amb. Fidelior factus eſt petrus poſtq̃ ꝑdidiſſe ſe fleuit: atq; ideo maiorẽ gratiã repperit q̃ amiſit. diſt.l.fidelior. Paſſus etiã videt̃ paſſione acerbiori pre ceteris. nã cũ paſſio crucis ſit acerbiſſima: ⁊ ipſe hãc ſuſtinuerit verſo capite ad terrã: hinc facta fuit crudelior: ipſa aũt dilectio ⁊ martyriũ paſſio apte dicunt̃ claues regni celorũ qr ꝑ eas ad celũ aditus patet. Unde et de xp̃o dicit̃ Eſa.xxij. Dabo clauẽ dauid ſup humerũ eius. appellans clauẽ crucẽ: et ꝑ dauid intelligens xp̃m: qđ cõgrue dicit̃ de petro ꝑ excellentiã. tibi dabo claues regni celorũ ⁊c̃. ¶ Quãtũ

ptãs cõficiẽdi e ſoluendi. ad quintã poteſtatẽ.ſ. ſacerdotalẽ/ſcz cõficiendi/ligandi ⁊ ſoluendi in ſacramẽto penitentie. Chriſtus dedit oĩbus apl̃is in vltima cena: cũ dixit. Hoc facite in meã cõmemorationẽ Luc. xxij. quaſi diceret poteſtatẽ hoc faciendi.i.conficiendi accipite: tũc enim eos fecit ſacerdotes etiã iudam tũc ibi preſentẽ ſm oẽs doct. preter Hilariũ qui dicit iudã nõ cõicaſſe: q̃uis hac poteſtate nõ credunt̃ vſi ante penthecoſten: et tũc in vltima cena eis data eſt poteſtas ligandi et ſoluẽdi oĩbus ipſis in foro penitẽtie ⁊ nõ antea Nã ꝙ antea dixerit diſcipulis. quecũq; ligaueritis in terra erũt ligata ⁊ in celo: ⁊ quecũq; ſolueritis ⁊c̃. Matth.xviij. fuit verbũ ꝓmiſſionis nõ collationis talis poteſtatis. Et ſĩiliter qñ dixit petro. Tibi dabo cla.⁊c̃. ſicut etiã qñ miſit apl̃os ad predicãdũ ⁊ vngendũ infirmos oleo: nõ dedit eis poteſtatẽ ↄ̃ferendi ſacrm̃ extreme vnctionis: cũ non eſſent adhuc ſacerdotes: ſed figurauit illud qđ poſtea eſſent collaturi ſacerdotes: qr ad ipſos nõ ad alios ſpectat dare extremã vnctionẽ ſm illud Iaco.v. Infirmat̃ aliquis in vobis inducat preſbiteros de eccleſia vngentes eũ oleo ⁊c̃. Tho. tamẽ in.iiij. dicit. ꝙ poteſtatẽ ſacerdotalẽ quãtũ ad ſecũdariũ actũ qui eſt ſoluere ⁊ ligare/xp̃s dedit poſt reſurrectionẽ cũ inſufflauit in eos: dicẽs. Accipite ſpiritũſctm̃/quorũ remiſeritis ⁊c̃. qđ videt̃ magis cõſonum dictis ſanctorũ. Poſſet tamẽ intelligi dictũ Tho. quantũ ad oſtenſionẽ ſeu vſuʒ dicte poteſtatis ſm illũ modũ loquẽdi ſcripture quo cõſueuit dicere rem fieri cum innoteſcit. vt ait Pe.de pal. De hac autẽ poteſtate cõficiendi/ligandi atq; ſoluendi inquit Antherius papa. Abſit vt quicq̃ ſiniſtrũ de his arbitremur qui apoſtolico gradui ſuccedẽtes chriſti corpus ſacro ore cõficiunt: per quos nos chriſtiani ſum⁹ qui claues regni celorũ habentes ante diẽ iudicij iudicant. xj.q.iij.c.abſit. Et q̃uis ſeptuagintaduo diſcipuli fuerũt etiam a chriſto miſſi ad predicandũ: nõ tamẽ habet̃ ꝙ eos fecerit ſacerdotes ſicut apl̃os. Unde quod dicit̃ diſt.xxj.in nouo. ꝙ preſbiteri tenent typũ eorũ: ⁊ in eorũ loco ſunt cõſtituti ab eccleſia: nõ ex hoc habet̃ ꝙ fuerint facti ſacerdotes a chriſto niſi in figurã. vt ſicut illi diſcipuli erant ſub apl̃is: ita preſbiteri ſub ep̃is. Et ſic etiã intelligendũ eſt qđ ait Gratianus diſt.xxj.§.j. videlʒ ꝙ chriſtus diſcipulos.lxxij. inſtituit minores ſacerdotes/ſcz in figurã nõ realiter ordinando eos vel inſpirando apl̃os ꝙ poſt penthecoſten ordinarẽt eos in ſacerdotes. Quãuis autẽ eandẽ poteſtatem ⁊ equalẽ in cõficiendo habuerint oẽs apoſtoli et ep̃i ⁊ ſacerdotes: tamen quantũ ad poteſtatẽ ligandi et ſoluendi plenitudinẽ habuit petrus poteſtatis ⁊ iuriſditionis. et ſic intelligitur illud Anacleti. diſt.xxj.in nouo. In nouo teſtamento poſt chriſtũ dñm a petro ſacerdotalis cepit ordo: qr ipſi primo in eccleſia pontificatus datus eſt dicente dño ad eũ. Tu es petrus ⁊c̃. et tibi dabo cla.⁊c̃. ligandi ⁊ ſoluendi. quia poteſtatẽ primus accepit a dño.ſ. quo ad iuriſditionẽ. ¶ Quantũ ad ſextã ſcz ep̃alem. Sciendũ ꝙ varia eſt opinio inter doctores de poteſtate ſeu charactere ep̃ali. Nã canoniſte cõmuniter tenent ꝙ ſit ordo diſtinctus ab alijs: et ꝙ imprimatur ſpecialis character. Et ad hoc facit qđ ait Iſido. diſt.xxj. cleros. dicens ordinẽ ep̃orum quadripartitũ. et Leo papa diſt.xxxij. omniũ. vbi dicit ep̃atuʒ eſſe quartũ ordinẽ. ſed Tho.in.iiij. diſt.xxiiij. q.iij. ar.ij.q.ij. dicit ſumendo ꝓprie ordinẽ: ſcz ꝓut ordinat̃ ad cõficiendũ euchariſtiã nõ eſſe ordinẽ diſtinctũ nec imprimere characterẽ. et ꝙ in predictis ca. dicatur ordo ſumit̃ ibi large ꝓut importat dignitatem habentẽ poteſtatem ad quaſdam ſacras actiones ꝑficiendas que nõ poteſt ſacerdos: vt chriſmare/ordinare eccleſiã/cõſecrare ⁊ hmõi. Pe.de pal. et Herueus. ⁊ Aug.de anch. in tractatib⁹ ſuis de poteſtate pape dicũt ibi nõ imprimi characterẽ ſpecialẽ: ſed amplïat̃ ſeu ꝑficatur ipſe character ſacerdotalis ꝑ cõſecrationem ep̃alem. vt ſcz poſſit aliqua facere que non poteſt ſimplex ſacerdos/ vt dictũ eſt. et qr plene poteſt adminiſtrare oĩa ſacramenta et cõficere. Extenditur autẽ iſta poteſtas ep̃alis per ſe ad chriſmandũ/ordinandũ/⁊ conſecrandum oẽ dignũ cõſecratione: vt eccleſias/virgines/vaſa/templa ⁊ hmõi. Et etiam ad ligandum et ſoluendum in foro exteriori per excõmunicationem. Unde excommunicatio dicitur mucro ep̃alis. xxiiij.q.iij. corripiant̃. In hac poteſtate

[margin: ptãs ep̃alis.]

[margin: Uide.S. ti.xiij. c.xvj.§. viij.]

ſcȝ ordinis om̄es apl̄i fuerūt equales ſiue fue-
rint facti ep̄i a xp̄o in vltima cena: vel poſt re-
ſurrectionē: ſiue ſint ordinati a Petro ꝟȝ alios
⁊ idem eſt de om̄ibus ep̄is cōſecratis: que po-
teſtas auferri non poſſet ab hoie nec deleri: qꝛ
a deo cōferꝛ: etſi mediante ep̄o et inſtrumētali
cauſa. Et ſic intelligendū̄ eſt qȯ ait Anacletus
di.xxi. in nouo. vcȝ ꝙ ceteri apl̄i cū eodem Pe
tro pari cōſortio honorē ⁊ poteſtatē acceperūt
ſcȝ q̄tum ad poteſtatē cōſecratiōis: non q̄tum
ad adminiſtrationē ſeu iuriſditionē. Vex Pe.
de pal. in tract. de poteſtate pape dicit ꝙ ſolus
Petrus factꝰ eſt a xp̄o immediate ep̄s ⁊ papa
cuȝ dixit ei Paſce agnos meos et oues meas.
Joh. vlt. ideſt do tibi poteſtatē paſcendi: q̄ pa-
ſtus ſpūalis fit per collationē ſacramentoꝝ: et
per cōfirmationē paſcunꝛ agni et nouelli in fi-
de: vt efficianꝛ arietes ad bellandū publice in
cōfeſſione dei ſine timore: ⁊ per ordinis colla-
tionē paſcunꝛ oues ꝓfecti in obedientia ⁊ pa-
tientia: vt pariāt filios ſpūales per baptiſmū/
penitētiam/ et predicationē: que agere ſpectat
ad ſacerdotes. Xp̄s ergo qꝛ per excellētiā po-
teſtatis ſeu poteſtatē excellentie poterat cōfer
re effectū ſacramētoꝝ ⁊ characterē ⁊ gratiā ſi-
ne collatiōe ſacramēti exterioris .i. alicuiꝰ rei
ſenſibilis: ſicut dedit apl̄is oēs ordines in vlti
ma cena ſine cōtactu alicuius ſacramēti ⁊ ſine
forma cōſueta: ita dicēdo Petro: Paſce oues
meas. dedit ei poteſtatē et characterē ep̄alem.
poſtmodū Petrus conſecratus a xp̄o in ep̄m:
cōſecrauit poſt pentecoſten Johannē euāgeli-
ſtam vt principaliorē poſt eum: ⁊ poſtea Jaco
bum maiorē fratrē eius. Et exinde iſti tres cō
ſecrauerūt Jacobum minorē in ep̄m ⁊ patriar
cham hieroſolymoꝝ dātes in hoc formā eccle-
ſie de numero trinario ep̄oꝝ conſecrantiū eos.
Et ita intelligēdum eſt qȯ dicꝛ de ordinatiōe
Jacobi minoris. di. lxvi. porro. cum glo. ſua. tn̄
non ꝙ numerus trinarius ſm̄ Pe. de palu. ſit
de ſubſtantia cōſecrationis illius: ſed de inſti-
tutione eccleſie. Unde et ipſi apl̄i aliq̄n nō ſer-
uabant predictū numerū cum non habebāt in
promptu: ſicut Paulus fecit Timotheū/ ⁊ Ti
tum/ et Dionyſiū ep̄os. Credendū etiam eſt ꝙ
fecerint aliquos ſimplices ſacerdotes ex. lxxii
diſcipulis vel aliīs. De diaconibus ſeptē clarū
eſt ab eis ordinatis. Act. vi. ⁊ hi faciebāt offi-
cia ordinū inferiorū. Habebāt etiā apoſtoli fa
cti ep̄i poteſtatē excōmunicādi fideles manife
ſte peccātes: qȯ facientes tradebāt eos ſatha-
ne vexandos corporaliter: vt fecit Paulꝰ apo
ſtolus erga illum corinthiū qui nouerca abute
batur. i. Cor. v. et alios etiam. Iſtam tn̄ pote-
ſtatem qꝛ ad iuriſditionē pertinet recognoſce-
bant ⁊ habebāt ſub Petro. Hec igitur eſt cla-
uis regni celoꝝ.i. eccleſie militantis poteſtas
ep̄alis collata principaliter Petro: ⁊ ideo di-
xit Tibi dabo claues regni celorū ⁊c. Nec ob-
ſtat ꝙ Aug. dicit in lib. de queſtiōibꝰ noui ⁊ ve
teris teſta. ꝙ xp̄s omnes apl̄os fecit ep̄os. Ad
hoc eñ pōt tripliciter reſpōderi. Uno modo ꝙ
fecit oēs apl̄os ep̄os: ſed differēter/ qꝛ Petrū
per ſe fecit ep̄m: alios ꝑ Petrū. Sicut etiā di-
cit ꝓpheta et xp̄s allegat in euāgelio Jo. Erūt
omnes docibiles dei .i. a deo: ſed aliī immedia
te vt diſcipuli / aliī mediate vt cōuerſi ꝑ ipſos.
Secūdo modo pōt dici ꝙ xp̄s fecit oēs apl̄os
ep̄os .i. preſbyteros: qȯ fecit ꝑ ſe in vltima ce-
na. Sepe eñ ep̄s ponitur ꝓ ſimplici ſacerdote
qȯ ꝓbat Hiero. per id qȯ habetur Act. xx. vbi
apl̄s loquēs ad ſeniores ciuitatis Epheſiī in-
quit. Poſuit vos ſpūſſanctus ep̄os .i. preſby-
teros. In vna eñ ciuitate nō debȝ eſſe niſi vnꝰ
ep̄s. ſicut dicit Clemens Petrū inſtituiſſe. di.
lxxx. c. in illis. Idem etiā ꝓbatur per ca. legi-
mus. di. xciii. ⁊ ſic etiaȝ pōt intelligi illud pſal.
dictum de iuda. Ep̄atum eius accipiat alter .i.
preſbyteratum vel apoſtolatū. Fuit etiam hoc
paſſioni congruū: vt ſicut in creatione humani
generis vt eſſet maior vnitas deꝰ fecit ex vno
omne humanū genus: vt dicꝛ Act. xvii. qꝛ pri
mo Adam/ ⁊ ex eo Euā. Sic ad ſeruandū eccle
ſie vnitatem non fecit xp̄s duos vel tres ep̄os:
ſeu oēs apoſtolos a quibus aliī fierēt: vt eſſent
plura capita: ſed decuit facere vnum ep̄m tm̄ a
quo ceteri fierent: ⁊ hic fuit Petrus: ⁊ ideo ſi-
bi dictum fuit Tibi dabo ⁊c. claues ſcȝ eccl̄ie
militātis. ¶ Septima ⁊ vltima poteſtas in ec
cleſia eſt iuriſditiōis iudicādi et ſentētiandi in
foro penitētie ⁊ foro cōtentioſo. Hanc autē etſi
apoſtoli om̄es habuerūt a xp̄o: tn̄ vt eſſent ſub
Petro. Ipſe auteȝ Petrus immediate a xp̄o
accepit omnē plenitudinē iuriſditionis: et ſic
omnis eius ſucceſſor .i. papa plenitudinem po
teſtatis hȝ a xp̄o: aliī autē ep̄i et prelati in par-
te habent ⁊ omnes a papa. Unde Greg. inquit
Romana eccleſia vices ſuas ita aliīs imparti-
uit eccleſiīs/ vt in partē ſint vocate ſollicitudi-
nis: nō in plenitudinē poteſtatis. ii. q. vi. decre
to. ⁊ ca. ſequenti. Ad qȯ deſignandū papa ſem
per ⁊ vbiq₃ vtitur pallio. Aliī vero prelati cer-
tis diebus et locis. vt extra de vſu pal. c. ad ho
norem. Hanc poteſtatē Petro contulit xp̄s cū
ait Paſce oues meas. ſm̄ Pe. de pal. que po
teſtas extēdiꝛ ad omnia dubia iuris diuini vel
naturalis declarādo omnia iura poſitiua i ſta-
tuendo ⁊ abrogando omnia priuilegia: condo-
nando de om̄ibus vtroq₃ foro qui ſunt in eccle
ſia: ſentētiando penas omnes tēporales ꝓ pec
catis debitas per indulgētias relaxando: etiā
quo ad defunctos/ ⁊ multa alia de quibus de-

Chriſtꝰ fecit omnes apl̄os ep̄os.

Ptās iuriſditionis.

claratum eſt ſupra que nullus alius põt:ꝛ ideo
ipſi ſoli dictuʒ eſt Tibi dabo claues. Et ad hoc
ſunt plures auctoritates:vt Pelagij pape di-
centis diſt.xxj.Quis. Quãuis vniuerſe per or-
bem catholice eccleſie vnus thalamus xp̃i ſit:
tñ ſancta romana eccleſia catholica et apoſto-
lica nullis ſynodicis conſtitutis ceteris eccle-
ſijs prelata eſt: ſed euãgelica voce dñi ꝛ ſalua-
toris noſtri primatũ obtinuit. Tu es inquiens
Petrus: ꝛ ſuper hanc petrã edificabo eccleſiã
meã. Et diſt.xxij.omnes.inquit Nicolaus pa-
pa. Oẽs ſiue patriarche ſiue in cuiuſlibet api-
cem ſiue metropoleos primatus aut epiſcopa
tuũ cathedras vel eccleſiarũ cuiuſcũq; ordinis
dignitateʒ inſtituit romana eccleſia. Illã vero
ſolus ipſe fundauit:ꝛ ſupra petrã fidei mox na
ſcentis erexit .i. qui beato eterne vite clauigero
ſeʒ Petro terreni ſimul ꝛ celeſtis imperij iura
cõmiſit. Non ergo quelibet terrena ſententia/
ſed illud verbũ quo conſtructũ eſt celũ ꝛ terra:
per qđ deniq; omnia cõdita ſunt elementa/ ro
manã fundauit eccleſiã: illius certe priuilegio
fungitur: illius auctoritate fulcitur:ꝛ in fine.c.di
citur. Sanct⁹ Ambro. ſe in oĩbus ſequi ma-
giſtrã ſanctã romanã eccleſiam ꝓfitetur. ꝛ in ca.
ſequenti dicit Anacletus in fi. Hec apoſtolica
ſedes caput et cardo (vt prefatũ eſt) a dño et nõ
ab alijs cõſtituta eſt:ꝛ ſicut cardine oſtium re-
gitur/ ſic huius ſancte ſedis auctoritate oẽs
eccleſie dño diſponente reguntur. ꝛ Agatho pa-
pa diſt.xix.ſic oẽs.ait. Sic oẽs apoſtolice ſe-
dis ſanctiões accipiẽde ſunt tanq̃ ipſius diui-
na voce Petri firmate. Item Amb. Et ſi alijs
imperetur diſcipulis vt laxẽt retia ſua : ſoli tñ
Petro dicitur Duc in altũ.i.in ꝓfundũ diſputa
tionũ. Quid enĩ tam altum q̃ altitudinẽ diui-
tiarũ videre.ſ.ſcire dei filium ꝛ ꝓfeſſionẽ diui
ne generatiõis aſſumere. xxiiij.q.j.nõ turbatur.
Unde ad papã referuntur dubia fidei ꝓ determi
natione: vt dicit Inno. ea.q.c.quotiens. Idem
Ambro. Eſt aliud apoſtolicũ piſcãdi gen⁹ quo
genere ſolum Petrũ dñs piſcari iubet dicẽs:
Mitte hamũ: ꝛ eum piſcem qui primũ aſcẽde-
rit tolle.xxiiij.q.j.eſt aliud. vbi dicit glo. ꝙ per
hamũ intelligitur iuriſditio qua Petr⁹ alijs pre
fuit. Item Leo papa ca.q.cũ beatiſſimus. Cũ
beatiſſimus Petrus apoſtolus accepit a dño
ꝑncipatũ et romana eccleſia in ei⁹ ꝑmanet in-
ſtitutis. Item Cyrillus in lib. theſaurorum dicit
ſuper illud Tu es Petrus. Sm hanc dñi ꝓmiſ
ſionẽ eccleſia apoſtolica Petri ab omni ſedi-
tione ꝛ heretica circũuentiõe immaculata ma
net ſuꝑ omnes prepoſitos ꝛ ep̃os/ ꝛ ſuꝑ omnes
primates eccleſiarũ ꝛ populorum in ſuis pontifi-
cibus in fide pleniſſima et auctoritate Petri.
Iteʒ ex ſynodo Nicena. que ſemꝑ fuit magne
auctoritatis apđ grecos ꝛ latinos dicitur. Eccle
ſia romana ſemꝑ primatũ habuit/ ſemꝑq; ha-
bere debet : qđ intelligẽdũ eſt poſtq̃ Petr⁹ in
ea ſedit. Itẽ ex alio concilio dicitur. Ueneramur
ſm ſcripturas et canonũ diffinitionẽ ſanctiſſi-
mũ antique rome ep̃m primum eſſe ꝛ maximũ
ep̃orum omniũ. Dicit aũt antique rome ad diffe-
rentiã cõſtantinopolis: quã Cõſtantinus illuc
ſedẽ ſuã transferẽs ꝛ priuilegijs vrbis romane
extollẽs nouã romã appellari voluit. Itẽ ex au
ctoritate cõcilij calcedoñ. inter cetera legitur ibi
geſta ꝙ tota ſynodus acclamauit Leoni pape.
Leo ſanctiſſim⁹ apłicus et icomenicos.i.vni-
uerſalis patriarcha ꝑ mł̃tos annos viuat. Qꝛ
aũt ep̃i ſucceſſerint loco apłorũ ꝛ curati et oẽs
ſuperiores ꝑlati loco diſcipulorum ꝓbatur diſt.xxj.
c.in nouo.ꝛ.lx.di.c.foris. Itẽ Marcellus papa
xxiiij.q.j.c.rogamus.dicit de Petro. Ipſe eſt
caput toti⁹ eccleſie .i. cui dñs ait Tu es Petr⁹
ꝛc. hui⁹ ſedis primatus fuit apud vos.ſ.antio-
chie que poſtea iubẽte dño romam trãſlata eſt.
Hũc autẽ iuſſum dñi exponit Inno. extra qui fi-
lii ſint legi.ꝑ venerabileʒ: vbi dicit ſic. Locus quẽ Roma
elegit dñs apłica ſedes eſſe dinoſcitur. Cũ ergo prima
Petr⁹ vrbẽ exiuiſſet volens dñs eũ ad locum ſedes.
quẽ elegerat reuocare interrogatus ab eo: dñe
quo vadis? Rñdit. Uenio romã iterũ crucifigi.
qđ intelligẽs ꝓ ſe dictũ ad locũ priſtinũ eſt re-
uerſus. Mot⁹ enĩ Petr⁹ lachrymis xp̃ianorũ
a facie Nerõis fugiẽs aliam ſedẽ forte eligere
volebat ſm illud Mat.x. Cum vos ꝑſecuti fue
rint in vna ciuitate fugite in aliaʒ: ſed hoc dñs
ꝓhibuit volẽs ibi ſedẽ Petri finaliter ꝑmane
re: vñ non ex Petri ſed ex xp̃i electiõe eccleſia
romana facta eſt ſedes Petri : quare non põt
ſedes apłica a Petro mutari ſicut elegit dñs
ſyon. vñ templũ facere alibi nõ licuit: etiã ſum-
mo ſacerdoti : vñ peccauit Heliachim in epo-
leos egypti ſiĩe tẽplũ faciẽs illi hieroſolymorum. Roma-
vt refert Ioſephus. Sine cauſa aũt ratiõabili na ſe-
ſedẽ ſuã a deo rome fundatã non poſſet ip̃e pa des nõ
pa euertere/ nec alio transferre: ꝛ ſi faceret im- eſt trãſ-
mo etiã quantũcũq; cauſa ꝓbabilis: q2 nõ niſi ferẽda.
cõtraria dei iuſſiõe mutãda eſt qđ ſemel iuſſit
ſine aſſenſu generalis concilij ſuꝑ hoc ſpeciali
ter cõuocati: ꝛ dei reuelatiõe ſuꝑ hoc inuocata
nõ eſſet tranſlatio faciẽda: q2 nec ꝓpter trans-
greſſionẽ/ nec ꝓpter captiuitateʒ populi dei ꝑ
lxx. annos licuit locũ templi quẽ dñs elegerat
immutari. Nec eſt ſiĩe de mutatione ſedis an-
tiochie: q2 illã ſedẽ Petr⁹ elegit motu ꝓprio.
Nec etiaʒ eſt ſiĩe de trãſlatiõe ſedis imꝑialis:
eius enĩ auctoritas eſt a populo romano q̃ ius
ſuũ ꝛ poteſtatẽ in imperatorẽ trãſtulit. inſtitu. Equa
de iu. na. §. ſed qđ. Auctoritates el quedã que ptãs
videntur ponere equalitatẽ poteſtatis in Petro apłorũ.

⁊ aliis apl'is ſane intelligēde ⁊ exponēde ſunt.
Dicit ei Cyprianꝰ.xxiiij.q.j.loquit̃.Quis xp̃s
oībus poſt reſurrectionē ſuā parē poteſtatē tri
buat ⁊ dicat.Sicut miſit me pater ⁊ ego mitto
vos.Accipite ſpiritūſanctū:tñ vt vnitatē mani
feſtaret poteſtatis eiuſdē originem ab vno inci
piētē ſua auctoritate diſpoſuit.Hoc erāt vtiqꝫ
ceteri apl'i:qđ Petrꝰ fuit pari cōſortio p̄diti ⁊
honoris ⁊ poteſtatis:ſꝫ exordiū ab vnitate ꝓfi
ciſcit̃ vt eccl'ia xp̄i vna mōſtret̃.Vñ vni dicit.ſ.
Petro.Tu es Petrꝰ ⁊c.ſup vnū edificat eccle
ſiā.Hec ille.Sed iſta parilitas ⁊ equalitas po
teſtatis et honoris intelligēda eſt de poteſtate
ordinis ⁊ cōſecratiōis/ nō de poteſtate iuriſdi-
tionis.Itē qđ ait Ambro.ij.q.vij.beati.Beati
Petrus ⁊ Paulꝰ eminuēt inter apl'os vniuer-
ſos ⁊ ſpeciali quadā prerogatiua p̄cellūt:puto
aūt illos equales eſſe in meritis / qꝛ eq̄les ſunt
in paſſiōe.Hi duo dicunt̃ alios apl'os p̄cellere:
nō quidē in poteſtate ordinis / ſꝫ in veneratiōe
gentiū:⁊ qꝛ vrbē ſuo martyrio cōſecrauerūt/in
paſſiōe ſocij exiſtētes:vt dicit̃.xxij.di.ſacroſan
cta.vñ ⁊ de cōcilio curie romane in indulgētijs
dicit̃ de biōꝝ Petri ⁊ Pauli apl'oꝝ auctorita
te cōfiſi ⁊c.Pares aūt dicunt̃ iſti duo nō iuriſ-
ditiōe/ſꝫ merito ⁊ ſanctitate martyrij:⁊ ſic etiā
intelligit̃ illud Hiero.ij.q.vij.Paulꝰ.Paulꝰ
Petrū reprehēdit:qđ nō auderet niſi ſe nō im
parē ſciret.Ubi ſubdit Gratia.ꝙ hoc nō eſt de
officio eccl'iaſtice dignitatis/ſꝫ de poteſtate vi
te ⁊ cōuerſatiōis intelligit̃:⁊ ſic etiā Aug.in.c.
puto.ea.q.Cyprianū Petro apl'o cōparat ſcꝫ
q̄tū ad martyrij coronā:nō q̄tū ad iuriſditiōis
potētiā.Itē qđ dicit Ber.in lib.iij.de conſi.ad
Eugeniū.Si vt in ſumma ita ⁊ ſolā inſtitutam
a deo:ſcꝫ veſtrā apl'icā dignitatem exiſtimas:
ſi hoc ſentis diſſentis ab ip̄o qui ait.Nō eſt po
teſtas niſi a deo:⁊ oīs aīa ſublimioribus pote-
ſtatibus ſubdita ſit:nō ait ſublimiori tanq̄ in
vno/ſed ſublimioribus tāq̄ in multis:nō ergo
ſola tua poteſtas a dño/ſunt ⁊ mediocres ⁊ in-
feriores.Si iſtud intelligat̃ de poteſtate ordi-
nis ſacerdotalis ⁊ pōtificalis ſi papa exiſtima
ret poteſtatē ſuā ſacerdotalē ⁊ pontificalē ſolā
eſſe a deo cōſtitutā excludendo poteſtatē ordi-
nis aliorū pōtificū ⁊ ſacerdotū:dicēdo illoꝝ nō
eſſe eque immediate a deo ſicut ſuā/erraret:qꝛ
(vt dictū eſt) poteſtas ordinis in oībꝰ equa-
liter eſt a deo.Itē ſi papa exiſtimaret poteſta-
tem ſue iuriſditiōis ſolā eſſe a deo / oēmqꝫ aliā
poteſtatē iuriſditiōis eccl'iaſtice non eſſe a deo
nec immediate nec mediate erraret:ſed ſi exi-
ſtimat ſuā eſſe a deo immediate:alioꝝ vero eſſe
a deo/ſed mediāte.ſ.ſua/ nō errat.Itē ex eo qđ
legit̃ Act.viij.ſcꝫ ꝙ miſerūt apl'i qui erāt hie-
roſolymis Petrū ⁊ Iohānē in ſamariā ad con
firmandū baptizatos:videt̃ ex hoc Petrꝰ in-
ferior apl'is eſſe / qꝛ cōiter mittit̃ inferior a ſu-
periore.Sed reſpōdet̃ ꝙ miſſio que fit p aucto
ritatē vtiqꝫ eſt a ſuperiore:ſicut papa mittit le
gatū/⁊ rex baliuū:ſed miſſio que fit p conſiliū ⁊
ſuaſionē pōt eſſe etiā ab inferiore:et ſic cōſilia-
rij dicunt̃ mittere regē qñ vadit alicubi de cō-
ſilio ſubditorū:qꝛ per cōſiliū mouēt eū ad illud
faciendū.Et ſic apl'i ⁊ ſeniores miſerūt Petrū
⁊ Iohannē:⁊ hoc perſuadēdo ⁊ conſulēdo ꝓ ſa-
lute populi.Itē ex eo qđ legitur Act.xv.ꝙ Ia
cobus minor tulit ſentētiā in queſtiōe legaliū
vbi erant Petrus ⁊ alij in concilio cōgregati.
Ex hoc maior videt̃ fuiſſe Petro:qꝛ maior eſt
q̄ iudicat inter oēs.Sed pōt dupliciter reſpō
deri.Prio ꝙ Iacobus iudicauit non vt iudex
omniū/ſed tanq̄ iudex illiꝰ loci ſpecialiter:nō
quin Petrus potuiſſet iudicare/ ſed qꝛ voluit
illi deferre loco ſuo:ſicut papa qñ eſt in aliqua
ciuitate poſſet omnia audire ⁊ iudicare:ſed in
multis nō facit vt deferat ep̄o loci.Alio modo
pōt dici ꝙ Iacobus ip̄e nō dedit ſentētiā in il-
la materia legaliū:ſed Petrus q̄ priꝰ locutus
fuerat quid agendū eſſet:poſtmodū aūt Iaco-
bus addidit ⁊ ſentētiā ſuā nō quaſi auctorizās
ſed vt aſſentiēs ⁊ confirmās ſentētiā Petri ꝓ
parte oīm alioꝝ:ſicut fit in cōcilijs in quibꝰ for
matis decretis ſeu canōibus p papā r̄ndet̃ ab
oībꝰ p̄latis p placet.Itē qđ dicit̃ di.xxj.c.in no
uo.ꝙ apl'i principē ſuū eſſe voluerūt Petrū:et
p cōſequēs totius eccleſie:⁊ ſic nō a xp̄o ſed ab
apl'is videt̃ Petrus habuiſſe primatū.Rñ.ꝙ
apl'i hoc voluerūt volūtate cōſequēti ⁊ acceptā
ti dei ordinationē:nō aūt volūtate antecedēte
ſeu cauſante ipſam auctoritatē:nā hoc habuit
a xp̄o:vt ibi dicitur.Hec Petrus de palude.

¶ Queritur vtrū papa poſſit §.II.

renūciare papatui?Videt̃ ꝙ non:qꝛ papatꝰ eſt
a ſolo deo imediate.vt.ſ.oſtēſum eſt.ſed qđ a
ſolo deo eſt nō pōt tolli per aliquē niſi ſit deus:
ergo nō pōt renūciari p papā qui eſt homo.In
contrariū habet̃ extra de renū.c.j.li.vj.vbi ex-
preſſe determinat̃ ꝙ pōt papa renūciare papa-
tui.Ad iſtā queſtionē ſic r̄ndit Aug.de ancho.
in ſum.de poteſtate pa.ꝙ vtiqꝫ renunciare pōt:
non obſtāte ꝙ papatus ſit a deo:qꝛ hoc eſt ita a
deo/ꝙ etiā ab hoīe coopante in iſto vel in illo.ſ.
cooperāte eius cōſenſu ⁊ volitiōe:talia eñi tol-
li poſſunt ⁊ diſſolui illiꝰ hoīs diſſenſu et cōtra-
ria volitiōe.Probat aūt hoc per exēpla in na-
turalibus/in moralibus/in artificialibꝰ.Et in
naturalibus quidē/qꝛ aīa rōnalis ſingulariter
a deo infundit̃ corpori cū nullꝰ poſſit infunde-
re ⁊ creare ip̄am niſi deus:⁊ tñ qꝛ infunditur a
deo cooperāte hoīe:qꝛ homo hoīem generat ⁊

Renūciare papatui.

ſol ſm phm. ideo ope humano pōt aīa a corpe
tolli ⁊ ſepari.vt p occiſionē. In moralib⁹ vero
videm⁹ ꝙ gr̄a ſingulariter a deo infundit aīe
coopante tn̄ hoie.vn̄ illud ſup Thren.iiij. Con
uerte nos dn̄e ad te et cōuertemur.dicit glo.ꝙ
gr̄a dei nō cōuertimur niſi ex nr̄a volūtate con
uertamur.ſ. libertate arbitrij ipſam acceptan
do.ſicut ergo gr̄e infuſio eſt a deo p hoīs tn̄ cō-
ſenſum et liberi arbitrij cōuerſionē.ita ſepatio
ei⁹ gr̄e pōt eſſe p hoīs diſſenſum:⁊ ei⁹ liberi ar
bitrij a deo auerſionē. In artificialib⁹ manife-
ſtū eſt ꝙ tēplū ſalomonis et tabernaculū moyſi
ex mādato dei fabricata ſunt ⁊ ſingula in illis
opata: ⁊ tn̄ q2 coopāte hoie illa fabricata ſunt:
coopante etiā hoie illa deſtructa ſunt. Sic etiā
papat⁹ etſi a deo ſit: tn̄ cōſenſu ipſi⁹ pape coope
rāte: et ideo ei⁹ diſſenſu renūciari pōt: etiā ſi iu
raſſet vel vouiſſet nō renūciare ⁊ ipſe videret ſe
impotentē ad talē curā ꝓpter infirmitatē gra
uē ⁊ incurabilē: vel cognoſceret ſe oīno inſuffi-
ciētē. Et de quattuor qdē ſummis pōtificibus
in geſtis ſctōꝝ legim⁹ renūciaſſe papapatui ſcʒ
clementē: cyriacū: marcellinū ⁊ celeſtinū: nō tn̄
ex eodē fonte ſeu cauſa ꝓceſſit illa renūciatio.
Nam clemēs renūciauit ꝓpter mali exēpli in
poſterū vitationē: cū fuerit inſtitut⁹ papa a btō
petro.ne qd ſiſe attētaret a ſucceſſorib⁹. vn̄ re
nūciauit et loco ei⁹ factus eſt Linus.et poſt eū
Cletus.⁊ poſt eos idē Clemēs vt notat.viij.q.
j.c.ſ. Cyriac⁹ xo renūciauit ꝓpter martyrij co
ronationē aſſociās ſe.xj.milib⁹ virginū beate
Urſule et ſociab⁹ ex reuelatiōe angelica. Mar
cellin⁹ aūt renūciauit ꝓpter idolatrā opatio-
nē ponens thura idolis. Unde penitēs in cōci
lio iudicauit ſe deponendū anathematizans q̄
corpus ſuū ſepeliret.vt habet di.xxj. Sed Ce-
leſtinus q̄ prius dict⁹ eſt petr⁹ de murrone: re
nūciauit papatui ꝓpter ſue inſufficientie reco
gnitionē ꝯſilio duct⁹ vt credit ſpūſſcti.hos oēs
canonizauit eccl'ia ⁊ aſcripſit catalogo ſctōꝝ.
Unde nō eſt credēdū in ipſa renūciatiōe erraſ-
ſe ⁊ feciſſe qđ nō potuiſſent. Et lʒ dāthes poe-
ta vulgaris reprehēdat Celeſtinū de illa renū
ciatione: recti⁹ de ipſa loquit Frāciſc⁹ petrar-
cha et ſentit fidelius in li.de vita ſolitaria ipm
cōmendās. Pe.de pal.in li. de ptāte pape idē
cōcludit ſed ſubtili⁹. dicit eñ ꝙ papa pōt cede
re papatui: ⁊ cedēdo deſinere eſſe papa: ſi car-
dinales acceptēt: al's nō. Sūt ei i hac accepta-
tione papat⁹ duo. vnū eſt ius ſuū qđ ei acquirit
tur ex canonica electiōe: alīđ eſt ius eccl'ie cui
obligat: cuiʒ antē lʒ iuri ſuo renūciare in oī eo
in quo nō eſt alteri obligatus vel ſubditus. C.
de pac.l.ſi quis. ſed qui ſemel ſe obligauit non
poteſt ſe ad libitū liberare: igitur papa ex pte
qdē ſua renūciare poteſt papatui: ſed q2 ſemel

Quattuor papę renūciauerūt papatui.

Papa obligatur ad duo.

ſe obligauit eccleſie/ex illa parte renūciare nō
poteſt niſi de aſſenſu cardinaliū qui in oībus q̄
ad papā ſpectāt repreſentāt vices eccleſie. Eſt
enim papa obligatus ex quo acceptauit eccle-
ſiā regere: vnde niſi eccleſia quitet eū et cōſen-
tiat.ſ.per cardinales: videt ꝙ nō poſſit renun-
ciare: ſed cōſentientib⁹ illis poteſt.⁊ ſm hāc di
ſtinctionē debet intelligi illa determinatio. de
renū.c.j.lib.vj. Sed cōtra ſic arguit. matrimo-
niū in quo eſt vinculū diuinū et nō cōſummatū
nulla renūciatione poteſt tolli: ergo nec vincu-
lū inter papā ⁊ eccleſiā qđ eſt vinculū diuinum
ſʒ papat⁹ eſt de iure diuino cū ſit inter eos ma-
trimoniū ſpūale: et ipſe papa ſit ſponſus eccl'ie
nulla renūciatiōe vel reſignatiōe tolli pōt eadē
rōne. Sed ad hoc rn̄det idē Pe.ſcʒ ꝙ nō eſt ſi-
mile vinculū: q2 in matrimonio carnali per cō
ſenſum mutuū expreſſum p xba de preſenti q̄
ſunt verū ſacr̄m ſequitur vinculū diuinū qđ eſt
ſubiectiue nō in aīa tm̄: ſed in toto cōpoſito: vn̄
tādiu durat vtrūq3 ſuppoſitū: vn̄ illđ vīculū qđ
eſt quid diuinū ⁊ res ſacri ſequēs nō mutuū cō
ſenſum ſʒ ſacr̄m integratū ex conſenſu et xbis
in pſonis habilib⁹ non pōt ab hoie diſſolui. Sm
illud. Quos de⁹ cōiūxit homo nō ſeparet. ſed
cōſenſus cardinaliū eligentiū repreſentātiū cō
ſenſum ſponſe ex vna parte: et cōſenſum electi
quaſi ſpōſi ex alia p quecūq3 xba expreſſum nō
eſt ſacr̄m nec ſacramētale: vnde ex opere opa-
to hʒ effectū diuinū quoad vinculū: ſed manet
illud vinculū pure humanū ſolo cōſenſu hoim.
vnde cōſenſu cōtrario tolli poteſt eadē ratione
qua et ſponſalia de futuro. Poteſtas ergo pa-
palis prout eſt in ſede romana hʒ fundamentū
diuinū non humanum ⁊ ideo nunq̄ deſtruitur:
ſed prout illa poteſtas eſt in pſona que eſt in ſe
de ſolū per cōſenſum humanū habet fundamē
tum humanū duplex.ſ.ipſum hominē ⁊ illū cō
ſenſum q̄ ſunt deſtructibilia: vnde quolʒ eoꝝ
deſtructo deſtruit poteſtas: nō in ſe ſed in illa
perſona in qua erat p accidēs per hoc.ſ.ꝙ erat
in ſede: q2 igit nichil tā naturale eſt q̄ vnūquodq3
diſſolui eo genere quo ligatū eſt. ꝓpter qđ obli
gationes q̄ ſolo cōſenſu cōtrahunt/cōſenſu con
trario diſtrahunt: et etiā diſſoluunt re exiſtēte
integra. Inde eſt ꝙ vinculū obligationis inter
papā ⁊ eccleſiā ſolo cōſenſu cōtractū contrario
cōſenſu diſſoluit: ⁊ renūciando in manib⁹ car-
dinaliū acceptantiū deſinit eſſe in ſede: ⁊ pdit
per cōſequēs poteſtatē que remanet in ſede: et
acquiritur ſuccedēti in ſede ex ipſamet ſucceſ-
ſione. Ratio autem quare nō ſic diſſoluatur cō
ſenſus mutu⁹ expreſſus in matrimonio de pre
ſenti per diſſenſum iam aſſignata eſt. nec papa
ſtatuere poſſet ꝙ non poſſit renunciare papa-
tui ſm Augu.de ancho.

¶ Queritur vtrū papa poſſit §.III.
deponi pro quocūqꝫ crimine notorio.⁊ videꝉ ꝙ
ſic.Dicaꝉ em̄ diſt.xl.ſi papa.ꝙ huius culpas re
darguere preſumit mortaliū nullus:q: cūctos
ipſe iudicaturus a nemine iudicādus:niſi de=
prehendaꝉ a fide deuius. ergo videꝉ ꝙ ſaltē ꝓ
hereſi poſſit deponi.immo et glo.ſup.d.c.dicit
ꝙ pro quocūqꝫ alio crimine notorio adulterij:
ſimonie ⁊ hmōi/ſi eſſet incorrigibilis ⁊ ſcādali
zaret eccleſiā poſſet deponi. In cōtrariū eſt qḋ
dicit Anaclet⁹ diſt. lxxix.electionē. Electionē
ſummoꝝ pōtificū ſibi dn̄s reſeruauit: licet eoꝝ
electionem bonis ſacerdotib⁹ et ſpūalibus po
pulis cōceſſiſſet.et.ix.q.iij.nemo.dr̄. Nemo iu
dicabit primā ſedē.neqꝫ em̄ ab auguſto/ nec ab
omni clero nec a regib⁹ nec a populo iudex iu
dicabitur.i.papa.vbi glo.dicit ꝙ cōciliū nō po
teſt iudicare papam.vt extra de elec.c.ſignifi=
caſti.⁊ hoc niſi ſe ſubmitteret iudicio aliquoꝝ.
vt.ij.q.vij.nos. Itē Symmachus papa ait.ix.
q.iij.alioꝝ.Aliorū hominū cauſas deus voluit
per homines terminari:ſed ſedis iſtius preſu=
lē ſuo ſine queſtione reſeruauit arbitrio.voluit
beati Petri apoſtoli ſucceſſores celo tantum
debere innocentiam: ⁊ ſubtiliſſimi diſcuſſoris
indagini inuolutā habere cōſcientiā.Dicendū
ſm̄ Augu.de anch.vbi.ſ̄. ꝙ papa pro crimine
quantūcūqꝫ notorio non eſt deponendus:quia
talis depoſitio vel accuſatio redundaret in ma
lū totius eccl̄ie:cū ſi audiretur eius accuſatio
eccl̄ia remaneret acephala : et hoc niſi ꝓ pctō
hereſis:de qua etiā ſi vellet ſe corri gere ⁊ emē
dare nō deberet deponi. vt notat Hugo diſtin.
xxi.⁊ ideo ipſi in cōcilio cōgregati marcellinū
confeſſum de hereſi et idolatria nō depoſuerūt
q: paratus erat corrigi: ⁊ ſuā ſentētiā reuoca=
re qḋ ⁊ fecit. Pro ipſa aūt hereſi congrue ipſo
facto deponiꝉ.q: papa eligiꝉ in caput toti⁹ ec=
cleſie.iuxta illḋ Eph.j.ipm.ſ. xp̄m dedit caput
ſup oēm eccl̄iam.q̄ eſt corpus ei⁹. Papa autē
repreſentat pſonā xp̄i.Unde ⁊ petrū xp̄s voca
uit cephas.i.caput:capitis aūt eſt influere vitā
oīb⁹ mēbris.Principiū aūt vite ſpūalis eſt fi=
des.q: ſine fide impoſſibile eſt placere deo ait
ap̄ls Heb. xj. Si ergo papa deprehēdaꝉ a fide
deui⁹ mortu⁹ eſt ipſe papa vita ſpūali: ⁊ p cōſe
quēs alijs vitam influere nō poteſt: vnde ſicut
homo mortu⁹ non eſt hō:ita papa in hereſi de=
prehēſus nō eſt papa:q: ipſo facto eſt depoſit⁹.
Idē dicit Pe.de pa.vbi. ſ̄. ꝙ papa nullo caſu
q̄diu eſt papa per qḋcūqꝫ crimē nō poteſt a cō
cilio nec a tota eccl̄ia nec a toto mūdo deponi:
et hoc non ſolū quia eſt ſuperior ⁊ nullū homi=
nem habet ſupra ſe qui eum valeat iudicare:
ſꝫ quia eſt a deo qui ſibi romani preſulis q̄diu
preſul eſt iudicium reſeruauit,ix.q. iij. aliorū.

Sed quādo labitur in hereſim: tunc eo ipſo eſt
preciſus ab eccleſia ⁊ deſinit eſſe caput:⁊ tunc
deponitur de facto nō de iure: q: qui nō credit
iam iudicatus eſt de iure: ſed hoc eſt ante iudi
ciū:q: eo ipſo ꝙ hereticus eſt ab eccleſia eſt pre
ciſus: non poteſt aūt caput a corpore preciſum
q̄diu eſt preciſum caput eſſe illius corporis a
quo eſt p̄ciſum : vnde papa per hoc deſinit eſſe
caput corporis eccl̄ie:⁊ ſic hereticus nō poteſt
eſſe nec manere papa: q: extra eccleſiā non poſ
ſunt haberi claues eccl̄ie:per alia aūt pctā pa=
pa eſt caput languidū:qḋ nō ꝓpter hoc deſinit
eſſe caput:nec poteſt a mēbris per ꝯñs iudica=
ri.Dicit aūt Pe.ꝙ illa glo.ſuper.c.ſi papa.ſu=
perius inducta que dicit ꝙ ꝓ quocūqꝫ alio cri
mine notorio ſi eſt incorrigibilis papa pōt de=
poni ⁊ iudicari eſt falſa.Et rationē ei⁹ aſſignat
dicit em̄ illa glo.ꝙ ex quo papa eſt incorrigibi=
lis cū cōtumacia dicaꝉ hereſis:⁊ ipſe ex hoc fit
cōtumax p ꝯñs eſt infidelis ⁊ heretic⁹.Sed di
cendū eſt ſm̄ pe. ꝙ cū cōtumacia dicaꝉ hereſis
ſumiꝉ large hereſis: ſicut et ſimonia etiā large
dicitꝉ hereſis ꝓpter aliquā ſimilitudinē.Cū au
tē dr̄ papā poſſe deponi vel eſſe depoſitū ꝓpter
hereſim ſumiꝉ ibi ꝓprie ⁊ ſtricte hereſis.ſ.pro
errore fixo eoꝝ q̄ ſunt fidei.nō ergo ꝓpter alia
pctā quātūcūqꝫ ſit incorrigibilis poteſt deponi
Idē dicit Augu.de anch.circa glo.illā.Addit
tn̄ ꝙ poſſet ſaluari illa gl. vcꝫ ꝙ cū dr̄ ꝙ ꝓpter
incorrigibilitatē alicui⁹ vitij poſſit deponi/itel
ligaꝉ qn̄ ſic eſt incorrigibilis ꝙ illḋ pctm̄ qḋ cō
mittit mortale credit ⁊ dicit nō eſſe pctm̄.tunc
em̄ eſſet vere ⁊ ꝓprie heretic⁹ ⁊ ſic poſſet depo
ni.nō aūt ꝓpter hoc ſolū ꝙ non deſiſtit ab actu
peccati. ¶ Quid igitur ſit fiēdum qn̄ papa eſt
ita malus ꝙ morib⁹ ſuis deſtruit eccl̄iam dei.
dicit Pe.de pa.ꝙ eſt duplex remediū.Primū
eſt exēplo pauli q̄ petro in facie ei reſtitit antio
chie:q: inducebat gētes quaſi ad iudaizandū
in obſeruatiōe legaliū nimis ꝯdeſcēdēs iude=
is cōuerſis ne eos ſcādalizaret. vt habetur ad
Gal.ij.⁊.ij.q.vij.paulus.ſic pape in malis non
eſſet obediēdū.ſed reſiſtendū p honeſtā repre=
henſionē.Unī ſi papa vellet totū theſaurū eccle
ſie dare parētib⁹ ſuis.vel eccleſiā ſcti petri de=
ſtruere aut dare parētib⁹ patrimoniū petri vel
aliq̄d hmōi qḋ nō licet:nō eſſet permittēdū ſed
ei reſiſtēdū ſine ipſi⁹ tamē depoſitione. Scḋm
remediū eſt exemplo bti Hilarij q̄ cōtra leonē
papā preualuit orādo . Iſte leo fuit vt credo q̄
alio noīe dr̄ libert⁹ papa q̄ fauit hereticis arria
nis.Orādū ergo eſſet ꝓ tali papa incorrigibili
a tota eccl̄ia vt de⁹ illū corrigeret vel de medio
amoueret:nec vnq̄ de⁹ ſic eccl̄iam ſuā deſpice=
ret qn̄ eā exaudiret.⁊ eſſet cōtra eū cōciliū ꝯuo
cādū ſi ipſe nollet ꝯuocare:vt p illḋ moueretur

vel deus imploraret vt remediū apponeretur in reſiſtēdo malis que vellet facere in eccl'ia periclitaret. Aliud exemplū habet de hoc remedio de Anaſtaſio papa q̄ fauēs hereticis aſſellando diuino iudicio ꝑcuſſus eſt. xxi.diſt. Anaſtaſius. Item nota ſm Aug.de anch.ꝙ dū papa eſt papa q̄uis conciliū generale cōgregari nō poſſit niſi ei⁹ auctoritate:vt pʒ di.xv.ꝑ totum. tñ q2 papa ꝓpter crimen hereſis non eſt papa:ideo in tali caſu ei⁹ auctoritas nō requirit: ſed ſufficeret auctoritas collegij cardinalium ꝛ aliorū ep̄orum et doctorū. Item dicit ꝙ ſi notoriū ſit papam mortuū hereſim et peruerſum dogma docuiſſe vel nutriuiſſe in eccleſia dum viuebat/nec ſe correxit: poſt mortē etiam pōt accuſari ꝛ dānari.ar.xxiiij.q.iij.c.ſi vera.

De poteſtate pape que eſt maior omni poteſtate creata. Cap̄lm.v.

DE poteſtate pape que eſt maior oīni alia creata poſt poteſtatē xp̄i aliquo modo extēdēs ſe ad celeſtia / terreſtria/et infernalia: vt de eo poſſit illud verificari dictum de xp̄o in pſal. viij. Oīa ſubiecisti ſub pedibus eius: oues ꝛ boues vniuer. inſuper ꝛ pe.cāpi. Volucres celi et piſ.ma. Et apte/q2 ipſe eſt vicarius xp̄i:quo ad terreſtria dicit oues ꝛc. quo ad celeſtia dicit volucres:quo ad infernalia dicit piſces maris : ꝑ volucres celi deſignari angelos bonos ꝛ malos habetur in euangelio. Dicunt autē ei ſubiecti:q2 maior eis in quatuor: videlicet

Primo in iuriſditione.

Secundo in ſacramentorū adminiſtratiōe.

Tertio in cognitione.

Quarto in premio.

Vñ Chryſo.ait. homini mortali omniū que in celo et que in terra ſunt poteſtatem cōmiſit deus:ꝛ validiorem celo eccleſiā eſſe mōſtrauit.

Pro intellectu prime partis §.I.

papa eſt maior angelo. querit vtrum papa ſit maior angelo in iuriſditiōe?ꝛ videt ꝙ non:q2 natura ſpūalis hʒ iuriſditionē ſuꝑ naturā corporalē ex ſue nature conditiōe: ſed angelus eſt nature ſpūalis: ergo hʒ iuriſditionēʒ ſupra papā qui eſt nature corporalis. Sed in cōtrariū eſt qđ dicit Heb.ij.in ꝑſona xp̄i cuius papa vicarius exiſtit : nō angelis ſubiecit de⁹ orbē terre futurū ei de quo loquimur. Ad hoc rñdet Aug.de anch.vbi.ſ.ꝙ maior eſt iuriſditio pape q̄ cuiuſlibet angeli : eſt eñi triplex regimē ſm pħm . Primū eſt ethicū ꝛ morale. Secūdū eſt familie ꝛ paternale. Tertiū eſt politicū et regale . Primū reſpicit curā vniuſcuiuſqꝫ hoīs in ſe ꝑ virtutū regulationē. Secūdū reſpicit regimē dom⁹ ꝛ familie ꝑ paternalē monitionē. Tertiū reſpicit regimē ꝓuinciarū ꝛ regnoꝝ ꝑ penaꝝ cōminationē. Primū regimē cōmiſſum eſt angelis:q2 vnaqueqꝫ aīa ab ortu ſue natiuitatis hʒ angelū ad ſui cuſtodiā ꝛ exercitiū ſm Hiero. Secūdū cōmiſſuʒ eſt archāgelis:quoꝝ eſt familias ꝛ ciuitates dirigere ꝛ gubernare. vñ requiſit⁹ Raphael archāgelus a Tobia an ſciret viā eūdi ad ciuitatem medoꝝ: dixit ſe itinera oīa illi⁹ frequēter ambulaſſe. Tertiū cōuenit principatib⁹ quorū eſt ꝓuincias et regna miro ordine diſponere. Vñ dixit angelus q̄ loquebat Danieli. Princeps regni ꝑſarū reſtitit michi.xxi.diebus. Dañ.x. Nulli ergo angelo cōmiſſa eſt iuriſditio et cura toti⁹ orbis : ſed pape totius mūdi iuriſditio ꝛ cura cōmiſſa eſt:nō ſolū vt noie mūdi importet terra / ſed etiā vt noie mūdi importet celū: q2 ſuꝑ celum ꝛ terrā iuriſditionē accepit:vñ dicit ꝙ celeſtis et terreni impij Petro xp̄s iura cōceſſit.di.xxij.oēs. Ad qđ facit qđ Chryſ.ait in lib.de laudibus Pauli . prefert eñi Paulū cuilibet angelo in iuriſditiōe dicēs: ꝙ angelis diuerſarū gētiū cura cōmiſſa eſt:ſed null⁹ eorū ita creditū ſibi populū gubernauit vt Paulus vniuerſum orbē:nā Michaeli gens cōmiſſa eſt iudeorū:paulo xo terre et maris atqꝫ vniuerſi orbis habitatio:ip̄mqꝫ deſertū. Si igit iuriſditio Pauli maior fuit iuriſditiōe olim angeloꝝ/ multo forti⁹ intelligēdū eſt hoc de Petro cui⁹ papa ꝑſonā repreſentat:ꝛ idē Chryſo.ſuꝑ Io. dicit. Petrū toti⁹ orbis ordinat magiſtrū ꝛ doctorē:cui poteſtatē dedit vniuerſoꝝ. Ad argu. aūt rñdet ꝙ lʒ angelus ſm gradū nature ſit ſuperior hoīe:etiā papa ꝛ ip̄i⁹ nature cōditiōe:diuina tñ auctoritate ꝛ cōmiſſiōe p̄t ad p̄ſa ſe extēdere iuriſditio hoīs ꝛ p̄cipue pape q̄ angeli.

Secundo papa eſt maior §.II.

angelo in ſacroꝝ adminiſtratiōe. Adminiſtratio eñi ſacroꝝ non eſt cōmiſſa angelis de lege cōi/ſed ſacerdotibus et ep̄is:de ſingulari autē mādato dei poſſet angelus bonus ſacra miniſtrare:vt baptizare ꝛ eccleſiam cōſecrare: ſicut legit de eccl'ia ſancti Michaelis ab ipſo archāgelo cōſecrata:ꝛ q̄uis cōiter dicat ꝙ talis non deberet iterū baptizari:nec eccl'ia iterum cōſecrari qñ egiſſet bonus angel⁹ : tñ q2 ſathanas transfigurat ſe in angelū lucis/tuti⁹ eſſet q̄ ad baptiſmū illū iterare:et lʒ in doctrina et in his q̄ ſe tenēt ex ꝑte intellect⁹ hō reducat aliqñ in deū ꝑ angelos:vt pʒ de apparitiōib⁹ ꝛ reuelatiōib⁹ factis ꝑ angelos antiq̄s p̄rib⁹:tñ in charitate ꝛ in his q̄ ſe tenēt ex ꝑte affect⁹ hō reducit in deū imediate ꝑ ip̄mmet p̄ncipal'r ꝛ miſterial'r ꝑ papā ꝛ alios miſtros eccl'ie q̄ ſunt adminiſtratores ſacroꝝ in q̄b⁹ gr̄a nobis confert. Origo aūt adminiſtratiōis ipſius eſt in papa.

¶ Tertio in cognitione ali= §.III.
quo modo papa eſt maior angelo. Un̄ ſup illo
vbo Btūs es ſimō bariona: q2 caro et ſang. nō
re. ti. ſ3 pater me⁹. dicit glo. ve btūs / q2 tale q̄d
reuelatū eſt Petro: cui⁹ papa ſucceſſor exiſtit:
qđ nec angelus nec hō ſcire potuit. De miniſte
rio ei incarnatiōis et paſſiōis angelis accreuit
aliq̄ cognitio p p̄dicationē aploꝝ quoꝝ caput
fuit Petrus: cui⁹ papa eſt ſucceſſor: l3 ei ſcirēt
angeli filiū dei ꝯcipiēdū de vgine / tn̄ mod⁹ cō=
cipiēdi vl' grauidatōis eos latuit. S3 p̄dicāti=
bus aplis multa cognouerūt circa illđ myſteriū
q̄ ante ignorabāt: qđ etiā notat apl's Eph. iij. ⁊
Hiero. dt angelicas vtutes myſteriū incarna=
tiōis ad plenū nō intellexiſſe donec paſſio xp̄i
p apl'os fuit p̄dicata. Et q̄uis Dioñ. dicat pri
mā hierarchiā illuminare ſcđam: ⁊ ſcđam ter=
tiā: ⁊ tertiā hoies. vn̄ et papā: tn̄ ex hoc ordine
cōi non artat̄ ſpūſſanctus ꝙ nō poſſit docere / ⁊
illuminare / et pficere hoies abſq3 tali ordine.
In multis em̄ apoſtoli immediate fuerūt edo=
cti a ſpūſancto: ⁊ hoc concludit.

¶ Quarto papa eſt maior §.IIII.
angelo quo ſc3 ad multa. ſ. in p̄mio. ſ. in p̄ueniē
do ad gloriā. Dicit̄ em̄ Matth. xxij. de ſanctis.
Erunt ſicut angeli dei in celo. et alibi. equales
ſunt angelis dei. Cū em̄ ſm̄ Grego. diuerſi ſcti
ad diuerſoꝝ ordines angeloꝝ aſſumūt̄ ſm̄ eoꝝ
merita maiora vl' minora: ⁊ tot hoies aſſumūt̄
ad gl'iam / quot angeli remāſerūt: dicere op3 ꝙ
ad ordinē ſeraphin plures aſcēdēt: qđ rōnabi=
liter credendū eſt de aplis quoꝝ Petrus fuit
caput: vn̄ et ipſe papa ſucceſſor eius. Certū eſt
aūt ꝙ ſeraphin ſunt maiores in p̄mio aliis an=
gelis: ergo ⁊c. ¶ Ubi etiā ſciendū ꝙ q̄uis quo
ad nature cōditionē angel⁹ ſit maior quolibet
puro hoie etiā papa: non tn̄ q̄tū ad repreſenta
tionē dei. In ipſa em̄ pfecti⁹ repreſentat̄ deus
in natura humana q̄ angelica: ⁊ p̄cipue longe
meli⁹ deus repreſentat̄ p papā: ⁊ q̄tū ad natu
re cōformitatē / q2 dei fili⁹ nūq̄ angelos appre
hendit ſed ſemen Abrae: ⁊ q̄tū ad officiū pote=
ſtatē / q2 nulli angeloꝝ cōceſſit claues ligādi et
ſoluēdi ſicut Petro ⁊ ſucceſſoribus ei⁹: ⁊ ideo
nō minor honor debet̄ pape q̄ angelis. Un̄ pa
pa recipit a fidelib⁹ adoratiōes / pſtratiōes / et
oſcula pedū: qđ non pmiſit angelus a Johāne
euāgeliſta ſibi fieri. Apoc. vlt. Si aūt per volu=
cres celi intelligant̄ angeli mali. ſm̄ illud Lu.
viij. Uolucres celi comederūt illud. Sic etiam
deus ſubiecit pape hmōi volucres ⁊ demōes: ⁊
q̄tum ad effectū ſpūalem p predicatiōes ⁊ ad=
miniſtratiōes ſacroꝝ quibus demōes ab aīa=
bus expellunt̄: et q̄tū ad effectū corporalē vel
abiiciendo eos ab obſeſſis corporibus: vt fecit
Paulus a phitoniſſa: Et per excōicationē im=
mittendo demonē ad vexandū corpus pctōris
vt pt3. j. Coꝝ. v. c. hunc tradidi ſathane ⁊c.

¶ De canonizatiōe ſanctoꝝ §.V.
fienda p papā. Si p volucres celi intelligātur
ſancti viri. ſ3 illud Mat. xiij. Uolucres celi re=
quieſcūt in ramis ei⁹ ſc3 ſinapis. Sic etiā ſub=
iecit deus volucres celi pape q̄tum ad canoni
zationem: vt venerent̄ a fidelibus pro ſanctis.
¶ Pro huius declaratiōe ſciēdū ſm̄ Aug. de
anch. in li. de ptāte pa. ꝙ ſanctū aliquē canoni
zare nō eſt aliud q̄ ſanctitatē alicui⁹ venerādā
⁊ approbandā manifeſtare pter fidē eccleſie
eius opa imitātis ⁊ beneficia recipiētis. Tria
q̄ principal'r reqrunt̄ ad canonizationē ſancti.
¶ Primū eſt eius ſanctitatis approbatio.
¶ Secundū eſt ſanctitatis eius accepte a po=
pulo xp̄iano veneratio.
¶ Tertium eſt fidei toti⁹ eccleſie beneficia il=
lius ſancti poſcentis confirmatio.
¶ Iſta aūt tria ſolū ad ſummū pontificē perti
nēt qui eſt caput eccl'ie. Nā ſicut ſolius xp̄i eſt
hoiem ſanctificare cauſando ſanctitatē. ſm̄ il=
lud Leuit. xxj. Ego dñs q̄ ſanctifico eos. ſic ſo=
lius pape q̄ eſt vicari⁹ xp̄i hoim ſanctitatē ap=
probare ⁊ manifeſtare. Sil'r ſicut ſol⁹ papa eſt
caput toti⁹ eccl'e / ita ſolū ad ip3 ptinet mēbris
eccl'ie mādare ſanctū aliquē ſub veneratiōe ha
beri. Alteri⁹ ſicut opa phibent teſtimoniū ſan
ctitatis alicui⁹ cū fidei eccl'ie innitūt̄ / ita ad il
lum ptinet hmōi ſanctū canonizare ad quē pti
net queſtiōes fidei determinare: qđ q̄dē planū
eſt ſpectare ad ſummū pōtificē: ſicut pt3. xxiiij.
q. j. c. quotiēs ratio fidei vētilat̄. Et q̄uis man
dare ſanctū aliquē vl'r a toto ppl'o venerari pti
neat ad ſolū illu3 q̄ preeſt toti eccl'ie. i. pape. tn̄
q̄tū ad eos q̄ ſunt canonizati p eccl'iam: quoꝝ
feſtiuitates nō pm̄tvl'r celebrari: nec eis vigilia
ordinari: de talibus pōt ep̄s in ſua dioceſi or=
dinare ꝙ certa die eoꝝ feſtiuitas celebiet̄ / ⁊ vi
gilia deputet̄: aſſentiente tn̄ clero ⁊ ppl'o: vt dt
de cōſe. di. iij. pnūctandū. circa fi. ¶ De modo
aūt canonizatiōis dicit Hoſt. ex̄ de reli. ⁊ ve. ꝙ
in canonizatiōe ſancti ſm̄ morē que3 nūc tenet
eccl'ia. xij. per ordinē ſunt ſeruāda. ¶ Primū
eſt frequēs denūciatio: vt nō ſolū ſemel / ſ3 plu=
ries pape denunciet̄ q̄ p ſctō debeat venerari:
vt ſic mltiplicatis interceſſorib⁹ largiat̄ qđ pe
tit̄. Scđm eſt cōmiſſio. ſ. examinatiōis fiende.
Tertiū eſt cōmiſſiōis inq̄ſitio. ſ. p teſtes iura=
tos ⁊ fideles. Quartū eſt inq̄ſitiōis facte rela=
tio. Quintū eſt relatiōis diligēs examinatio.
Sextū eſt examīatiōis facte p ꝯſiſtoriū diſcuſ=
ſio. Septimū eſt ſecreta diffinitio ⁊ termiatio.
Octauū eſt manifeſta publicatio. Nonum eſt

Ad canonizationem alicui⁹ ſancti requiſita.

Mod⁹ canonizandi.

dici canonizatiõis aſſignatio. Decimū eſt ipiꝰ pape ⁊ aſſiſtentiū genuflexio⁊ oꝛonis deuotio: ne deus ꝑmittat eccleſiā ſuā decipi vel errare. Undecimū eſt ſermocinatio et miraculoꝝ ac operū mie recitatio:necnō ipiꝰ ſcti in catalogo ſctōꝝ cōſcriptio. Duodecimū eſt miſſe in honorē ſcti celebꝛatio ⁊ canticis ſpūalibꝰ ꝑſonatio. In pꝛimitiua tñ eccleſia nō ſeruabant̃ iſta pꝛopter duo. Pꝛimo qꝛ ibi ſcti vt in pluribꝰ erant martyꝛes:in qͥbus nō reqͥrebat̃ talis examinatio ſicut in ꝯfeſſoꝛibꝰ. Scðo qꝛ ex feruoꝛe fidei et ex meritis xp̄i et apl̃oꝝ miracula ⁊ alia opa ſic erant euidētia ꝙ nō poterāt tergiuerſatiōe celari. ¶ Si aūt q̄rat̃ vtrū in canonizatiōe reqͥrat̃ reqͥſitio cardinaliū ⁊ cōſiliū eoꝝ. Rñ. aug. de anch. vbi.s̃.ꝙ de neceſſario nō reqͥritur. nā ptās pape nō limitat̃ in aliquo. nec depēdet a collegio. ſʒ potiꝰ ecōuerſo. Nō eñ collegiū aſſiſtit pape ꝑ modū determinatiōis ſeu limitationis ptātis eiꝰ:ſʒ magis ꝑ modū miniſterij ⁊ cōſilij. vt debito mō hmōi ptātē exequat̃. Sed ſi q̄rat̃ de congruo. puto ꝙ magis tenet̃ reqͥrere collegiū in tali cauſa ꝗ̄ in aliqua alia:qꝛ in his q̄ ſunt fidei tāto cautiꝰ ⁊ tāto maturiꝰ eſt agēdū quāto dolꝰ ⁊ fraus eſt magis circa hmōi vitanda. Ne ergo canonizatio alicuiꝰ ſcti ꝓcuretur turpis lucri cauſa vel humane gl̃ie pōpa:nō ſolū cū reqͥſitiōe collegij: verū etiā cū reqͥſitiōe venerabiliū viroꝝ de eccl̃ia:papa in tali cauſa dʒ ꝓcedere exēplo Aſſueri q̄ lʒ ethnicꝰ interrogauit ſapiētes ſuos ſuꝑ quodā agēdo. quoꝝ cōſilio cūcta faciebat ſciētiū leges ac iura maioꝝ. Heſter.j. ¶ Nō dʒ aūt papa ſtatim aliquē ſanctū ſibi denunciatū canonizare. Et hoc pꝛopter tria ſm Augu. de ancho. Pꝛimo ꝓpter miraculoꝝ raritatē q̄ ſunt ſigna atteſtationis. Dicit eñ Aug. in lib. de vera religiōe. ꝙ ideo miracula i nr̃a tp̄a durare ꝑmiſſa nō ſunt ne aīa ſemꝑ viſibilia q̄reret: ⁊ eoꝝ cōſuetudine frigeſceret genꝰ humanū. Qꝛ igit̃ vera miracula nūc raro ſiūt ne ficta narrent̃ turpis lucri cauſa vel humane laudis appetitꝰ gl̃ia. nūc bene videʀdū eſt qͥbꝰ credēdū ſit de diuinis miraculis ⁊ inuiſibilibꝰ rebꝰ. Aliqñ eñ ſiūt miracula nō vera: ſʒ apparētia ꝑ demonū inuocationē ſicut magi pharaonis:aliqñ ꝑ malos hoīes ex inuocatiōe xp̄i ⁊ nominū ſctōꝝ. Unde ðr Mat. vij. a qͥbuſdā repꝛobis xp̄o. Dñe nōne in noīe tuo ꝟtutes multas fecimꝰ. Aliqñ ſiūt vera miracula cū vane gl̃ie vel elatiōis infectiōe. ſic dicit glo. Nume. xx. ꝙ moyſes ⁊ aarō qñ per ꝑcuſſionē virge fecerūt aquam decurrere de petra habuerunt quādā vanā gloꝛiā. ⁊ ideo meruerūt audire. qꝛ nō credidiſtis michi vt ſctificaretis me ⁊c. non ergo miracula oīa ſunt ſufficienter demōſtratiua ſctitatis:⁊ ideo etiā ipſa examinā da. Scðo

Nō ſtatim ꝗ̄s canonizādus eſt.

nō dʒ ſtatim aliqͥs ſctūs denūciatꝰ canonizari ꝓpter opis arduitatē. Nā quāto opus eſt magis arduū:tāto cū maioꝛi tarditate ⁊ maturitate faciēdū. Uñ nec xp̄s ſtatim lazarū ſuſcitauit ſed ꝑmiſſis multis circūſtātijs. Nō ergo canonizatio ſctōꝝ cū ſit opꝰ valde arduū ſtatim:ſʒ ꝑ mēſes ⁊ annos eſt differēdū:⁊ de operibꝰ eius interim inqͥrendū. Nec eñ ſufficit ꝙ habuerit magnā ſcientiā. qꝛ ſciētia nō facit hoīem bonū ſimplr̃. ſcʒ quo ad bonitatē volūtatis q̄ eſt per charitatē:ſed bonū ſm qͥd. ſ. quo ad intellectū. Uñ. j. Coꝛ. xiij. Si habuero oēm ſciētiā. charitatē aūt nō habuero nichil ſum. Nec etiā ꝙ habuerit donū ꝓphetie: qꝛ pꝛophetia cōis eſt bonis et malis. vt patet in balaā. ⁊ Aug. j. q. j. ꝓphetizauit. Pꝛophetizauit ſaul cū eſſet malꝰ: vt ſctm̄ dauid ꝑſequeret̃. Nec etiā ex fama alicuius oꝛta ex ppl̃o ⁊ turba ꝓcedēdū eſt. ſʒ teſtimonio maioꝝ q̄ ſunt ſanioꝛis cōſilij ⁊ verioꝛis iudicij. Tertio nō eſt ſtatim fienda canonizatio ꝓpter fidei firmitatē. Dicit eñ Chꝛyſ. ꝙ ideo xp̄s chananeā clamantē non ſtatim exaudiuit. qꝛ nolebat fidē illiꝰ occultari: ſed in palā fieri. Expectāda ergo eſt frequēs opatio miraculoꝝ et diuulgatio fame operū miſericoꝛdie alicuiꝰ anteꝗ̄ canonizet̃. vt fides de eiꝰ ſctitate in coꝛdibus xp̄iani ppl̃i firmet̃ ⁊ roboꝛet̃. Et ad hoc facit qð ait Leo papa. diſt. lxj. miramur. Si ad honoꝛes mūdi ſine ſuffragatiōe tp̄is / ſine merito laboꝛis indignū eſt ꝑuenire / ⁊ notari ambitꝰ ſolēt quos ꝓbitatis documēta nō adiuuāt: ꝗ̄ diligēs et ꝗ̄ prudēs habēda eſt diſpēſatio diuinoꝝ munerū et celeſtiū dignitatū. ita vt in pꝛioꝛi vita teſtimoniū ꝑhibeat ꝓ laboꝛibꝰ multis: pꝛo moꝛibꝰ caſtis: ꝓ actibꝰ ſtrenuis: celſioꝛis loci pꝛemiū nulli debeat̃. ¶ Sciēdū ꝙ nullus patrū veteris teſtamēti eſt canonizatꝰ a papa. Et ratio huiꝰ eſt ſm Augu. de ancho. qꝛ cauſa ſemꝑ pꝛecedit effectū ſuū. ⁊ non ſeqͥtur: ſed fundamētū et cauſa oīm ſanctoꝝ fuit xp̄s. ipſe eñ eſt ſctūſſctōꝝ vt ðr Dañ. ix. Nullꝰ ergo debuit canonizari ꝓ ſctō q̄ fuit ante chꝛiſti natiuitatē Appellat tñ eccl̃ia illos ſanctos: ⁊ eoꝝ ſanctitatē exēplariter pꝛoponit imitandā: necnō oꝛationibꝰ eoꝝ ſe cōmendat: eoꝝ tamen ſanctitatē non ſolēnizat ſeu canonizat. Scða ratio que tñ includit̃ in pꝛima eſt. qꝛ ſancti patres veteris teſtamēti quātacūqꝫ ſanctitate pollerēt nō fuerūt in tp̄e plenitudinis gr̃e que per xp̄m facta eſt. Joh. j. Sed plenitudo gr̃e in illa lege quaſi tenebat̃ incluſa figuratiue. Uñ Aug. in lib. de ſymbolo ſuꝑ illud. Domū tuā decet ſctitudo. dicit ꝙ nulliꝰ ſolēnitatē eccl̃ia ſolēnizat priuſꝗ̄ domus ſanctitatis fundaret̃. ⁊ ideo in tp̄e plenitudinis gratie potiꝰ ſanctitatē bea. Marie ⁊ Johānis bapti. eccleſia ſolennizat ꝗ̄ alicuius

alterius.qꝛ illa ſanctū ſanctoꝝ generauit.⁊ iſte digito demōſtrauit. Tertia ratio quare eccl̄ia illoꝝ ſanctitatē nō ſolēnizat eſt. qꝛ quantūcūqꝫ perſonaliter eſſent ſancti: claritas tamen diui ne viſionis eis fuit clauſa nondum ſoluto pre- cio humane nature per chriſtū. Utrum autem eccleſia poſſit errare in canonizatione ſanctoꝝ habes.ſ.in ti.xij.c.vij.de reli.ſanctorum.

De poteſtate pape erga §.VI.

inferos q̄ notari poſſunt per piſces maris. qꝛ ſicut piſcis moratur cōtinue in fluctibꝰ aquarū que mare dicuntur ꝓpter amaritudinē.i.ſalſe dinē.ita q̄ ſunt in purgatorio cōtinue morāẜ in afflictiōibꝰ penarū. ſꝫ ſubiecit deꝰ pape etiam piſces maris.i.eos q̄ ſunt i purgatorio ad ſub-

Papa pōt il- lis in purga- torio ſubue- nire.

uenīēdū eis ꝑ indulgētias. Sciēdū ergo ꝙ hi q̄ ſunt in purgatorio ad ſubueniēdū ꝑ indul gētias.ſm Aug.vbi.ſ. q̄uis quātū ad meritū eſſentiale abſolutuꝫ quo q̄s mereẜ vitā eternā operatione per radicē charitatis nō ſint in ſtatu merēdi (tale eīm meritū nō depēdet ab ope alte rius:ſed ab ope ꝓprio) tn̄ quātū ad meritū con ditionale quo q̄s mereẜ pene remiſſionē vel li- berationis accelerationē (dūmō alij ꝓ eis faciāt illa que inſtituta ſunt ab eccl̄ia ad pene remiſ- ſionē ꝯſequēdā) illi q̄ ſunt in purgatorio mere ri poſſunt.cū depēdeat ab ope alteriꝰ et adhuc viatores ſint et de foro pape: vn̄ pōt eis de the ſauro eccl̄ie per cōicationē indulgētie ſubueni ri. Qd̄ nō ſic eſt intelligendū ꝙ ois indulgētia data etiā a papa valeat exiſtētibꝰ in purgato- rio:faciēte aliquo ꝓ ipſo q̄ eſt in purgatorio il- lud qd̄ cōtinet indulgētia fiendū. puta ieiuniū vel elemoſynā vel viſitationē eccl̄ie: nō ſufficit intētio illa faciētis ⁊ applicātis ad eū qui eſt in purgatorio.ſed req̄ritur intētio pape hoc expli cātis per bullā ſcꝫ ꝙ q̄ facit talē elemoſynā vel vadit ad talē eccleſiā cōſequaẜ tantū de indul- gētia ipſe vel ꝓ quo fecerit viuꝰ vel defunctꝰ. Quāuis aliqui dicāt indulgētias nō poſſe ad mortuos extendi:qꝛ xp̄s dicit. Quecūqꝫ ſolue ris ſup terrā ⁊c. illi aūt ſunt ſub terra nō ſuper terram. Sed poteſt rn̄deri dupl'r. Uno mō ꝙ ly ſup terrā referaẜ ad ſoluētē vt ſit ſenſus/q̄cūqꝫ tu exiſtēs ſup terrā ſolueris ⁊c. Non eīm papa mortuꝰ poteſt ligare ⁊ ſoluere:ſed viuus. Alio mō ſi referaẜ ly ſup terrā ad abſolutos. ſcꝫ exi ſtētes ſup terrā cū purgandi ſint intra vel circa terrā dici poſſunt ſup terraꝫ: qꝛ non in celo. Et

Utrum papa poſſit purga- torium expolia re.

ita determinat bea.Tho.in.iiij.ſcꝫ ꝙ indulgen tie poſſunt extēdi ad eos q̄ ſunt in purgatorio modo dicto. Et ſi queraẜ vtrū papa poſſit ꝑ cōicationē indulgētie totum purgatoriū expo liare. Aug.de anch.vbi.ſ. rn̄det per diſtinctio nē trimēbrē. vcꝫ qꝛ aut hoc intelligiẜ quātū ad eiꝰ abſolutā iuriſditionē:aut quantū ad eiꝰ or- dinatā executionē: aut quantū ad diuinā acce ptationem:ita vt ſi faceret ꝙ deus acceptaret. Primo modo putat ꝙ pōt expoliare purgato- riū quantū ad oēs illos q̄ ſubijciunẜ iuriſditio ni ſue ſm meritū cōditionale:vt ſint aliqui q̄ fa ciūt ꝓ illis de purgatorio ea ꝓpter q̄ ordinate ſunt indulgētie valere. Si q̄ ergo eſſent in pur gatorio qui non recepiſſent ſacr̄m baptiſmi vt adulti recedētes cū baptiſmo flaminis cū non ſint proprie ſub iuriſditiōe pape:et illi etiā qui nō habētes amicos faciētes ꝓ eis id pro quo datur indulgētia iſtis nō valeret. Quantū aūt ad oēs alios poſſet papa purgatoriū expoliare qd̄ ſic ꝓbaẜ:qꝛ papa poteſt oīm illoꝝ penā tol- lere per ſatiſfactionē et cōicationē indulgētie in q̄bꝰ poteſt vti clauibꝰ eccl̄ie in oībꝰ q̄ ſunt in purgatorio ſibi ſubiectis.⁊ ſimpl'r chriſtꝰ dixit petro. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Probat etiā hoc arguēdo a fortiori ꝑ factū Grego. pa. qui per ſuā orōnē abſoluit Traianū a pena in- ferni q̄ eſt infinita. ergo multo fortiꝰ papa per cōicationē indulgētie poteſt abſoluere oēs qui ſunt in purgatorio a pena illa q̄ eſt finita. Sed ad hoc poſſet rn̄deri ꝙ illud fuit preter legē cō munē. Loquēdo xo de poteſtate pape quantū ad ordinatā eiꝰ executionē papa nō poteſt nec debet illud facere. Ratio eſt.qꝛ potentia pape iuſta et rōnabilis nō reduciẜ nec reduci debet ad actū ꝑ voluntariā affectionē:ſed ꝑ rōnabilē rōnē. Sed ſi ꝑ talē potētiā reduceret ad actum vt ꝙ totū purgatoriū ſpoliaret/nō eſſet ibi legi tima ratio:ſed potiꝰ volūtaria affectio:ergo ta li legitima poteſtate papa nō poteſt nec debet purgatoriū ſpoliare. Sed tertio mō ſcꝫ quātū ad diuinā acceptationē.hoc eſt ſi papa illud fa ceret volēdo totū purgatoriū expoliare ꝑ idul gentiā an deꝰ haberet acceptū: dico ꝙ ignotuꝫ eſt michi:⁊ puto ꝙ ignotū ſit cuilibet creature et ipſi pape. Nec credo ꝙ papa poſſit ſcire totū qd̄ facere pōt per potentiā ſuā et precipue qd̄ poteſt facere per cōicationē theſauri eccleſie. Huius ratio eſt.qꝛ illa potētia eſt homini igno ta q̄ eſt in virtute volūtatis ⁊ eq̄tatis ſibi igno te: ſed papa agit in virtute ⁊ equitate dei q̄ eſt ſibi ignota: ergo ſil'r poſſe pape eſt ſibi ignotū. bea. Tho.in.iiij. dicit ſimpl'r papā non poſſe ꝑ indulgētiā purgatoriū expoliare:qꝛ ad indul- gētiā dandā requiriẜ cauſa rōnabilis ⁊ diſcre- ta ad hoc vt valeat:illa aūt videtur irrationa- bilis et indiſcreta cū nec ipſe xp̄s deſcēdēs ad inferos purgatorium expoliauit ſm Tho.iij. parte.qd̄ etiā tenet ipſe Aug.de ancho. Pue- ris aūt q̄ ſunt in limbo nō pōt papa cōmunica re indulgētias:vt ſint participes eaꝝ ſꝫ Aug. de ancho. Et rō eſt.qꝛ nō habuerunt perſonalē

indulgentiam in mūdo:cū non habuerūt vſum
liberi arbitrij:nec ſacramentalē: quia ſine ba=
ptiſmo mortui ſunt: ſed ſine gratia non poteſt
qs eſſe particeps indulgentie.ergo ⁊c̄. Et mul
to minus hi qui ſunt in inferno.

Papa pōt a pena et culpa abſoluere.

¶ Utrū papa p cōicationē §.VII.

indulgentie poſſit cōtritos ⁊ cōfeſſos ſic a tota
pena ⁊ culpa abſoluere ꝙ nō trāſeant per ignē
purgatorij:puta dādo indulgētiā plenariā.rn̄=
det Augu.de anch. vbi.ſ. ꝙ ad hoc ꝙ cōicatio
indulgētie habeat cōpletū ⁊ vniuerſalē effectū
quantū ad totā remiſſionē pctōꝝ in cōtritos et
cōfeſſos: ita vt decedētes ſtatim euolent ⁊ non
tranſeāt p ignē purgatorij. Aliqua reqrunt ex
parte indulgentiā cōferentis. Aliqua ex parte
indulgētiā recipientis. Aliqua ex parte retar=
datiōis pene eoꝝ qbus talē indulgētiā cōferen
tis cōſecuti retardant. Ex parte qdē cōferētis
indulgentiā tria reqrunt. Primū eius volūta=
tis applicātis determinata intētio. Cū eñ pa=
pa ſit vniuerſalis diſpēſator theſauri eccl̄ie nō
poteſt p̄dictū theſaurū erogare aperiendo per
claues eccl̄ie ꝯferendo indulgētiā niſi applicet
intētionē ſuā ad partē vel totā remiſſionē pec=
catoꝝ eis qbus confert indulgentiā. Scōm eſt
clauis potētie recta ⁊ determinata iuriſditio:
ſi enim excederet terminos iuriſditiōis ſue fa=
ciendo indulgētiā qbus nō poteſt: vel de qbus
nō pōt nō cōplete valerēt vel nichil. Tertiū eſt
clauis ſcientie rectus vſus ⁊ debita diſcretio.
vt ſcʒ indulgentiā faciat nō ꝓ libito volūtatis
⁊ ꝓpria affectione:ſed ſm cauſam iuſtā vtilē ⁊
rationabilē: ſi aliqđ hoꝝ triū defuerit indulgē
tia non ꝯſequet effectū ſuū ſaltē totū ⁊ cōplete.
Ex parte etiā recipiētis indulgentiā tria requi
runt ad cōſecutionē eiꝰ. Primū ꝙ habeat fidē
in intellectu.i.ꝙ eccleſia poſſit illā indulgentiā
cōferre credat:qꝛ ſi illud nō crederet nil recipe
ret. Scōm ꝙ habeat charitatē in affectu.ſ.ꝙ ſit
vere ꝯtritus ⁊ cōfeſſus: nā p cōtritionē recōci=
liatur deo:per cōfeſſionē eccl̄ie:⁊ tūc numero ⁊
merito eſt de numero militū eccleſie qbus the
ſauri eccl̄ie aperiri debet ꝓ ſatiſfactione pene.
Tertiū ꝙ habeat complexionē cauſe ꝓ qua ſit
indulgētia in effectu vt cōpleuerit voto.i. ꝓpo
ſito et effectu illud/puta vt vadat vltra mare
cruce ſignatus: vel ad ſepulchrū xp̄i ⁊ hmōi: ſi
aliqđ hoꝝ defuerit:puto ꝙ eius effectū totū nō
cōſequetur. Ex parte tertiū ſciendū ꝙ quattuoꝛ
ſunt q̄ faciūt retardare cōſequētes talē indul=
gentiā ne ſtatim euolent. Primū eſt forme in=
dulgentie taxatio. vt ſi dicat indulgentiaʒ ſibi
plenā oīm peccatoꝝ ſuoꝝ de penitentia ſibi in=
iuncta indulgemus: tūc ſi moreret non ſtatim
euolaret: qꝛ maioꝛ ſibi penitētia fuerat iniun=
genda q̄ ſibi fuerit iniuncta:⁊ vigore indulgen
tie nō ſibi remittit niſi pena ſibi iniūcta a ꝯfeſ=
ſore. Pro illa ergo parte pene q̄ ſibi plus de=
beat iniūgi in foro penitētie luet ī purgatorio.
Scōm eſt alicuius peccati omiſſio p obliuionē
vel ignorātiā:ſcʒ ꝙ nō fuit de eo cōfeſſus:⁊ hoc
p̄cipue videt habere locū qñ dr̄ in forma indul
gentie: ꝙ habeat remiſſionē oīm peccatoꝝ de
qbus eſt corde cōtritus ⁊ ore ꝯfeſſus:qꝛ nō va=
let quo ad pctā non cōfeſſa. Tertiū eſt alicuius
mortalis poſt ꝯſecutionē indulgētie ꝑpetratio:
de illo eñ licet poſtea ꝯfiteatur ⁊ ſatiſfaciat:tñ
nō habet indulgentiam quo ad illud ſequens.
Quartuʒ eſt culpe venialis inexpurgatio.i. qꝛ
decedit cū aliqua culpa vniuerſali de qua non
eſt ꝯtritus ſed fixus in affectu eius:ſtant enim
venialia cū gratia ⁊ cū eis poteſt qs decedere ⁊
in purgatoriū ire. Non eñ poteſt remitti pena
remanēte culpa: vnde indulgētia quo ad talia
venialia qbus eſt in affectu fixus nō valet: ſed
ſi iſta cōcurrāt: puta ꝙ papa a tota culpa ⁊ pe=
na abſoluere poſſit:ita ꝙ talis euolabit. Huius
ratio eſt:qꝛ xp̄s poteſt tollere totā penā:ergo ⁊
papa vicarius eius:cui cōmiſſa eſt diſpenſatio
theſauri eccl̄ie. ſup.ij.Coꝛ.ij. Si qđ vobis con
donaui ꝓpter vos in ꝑſona xp̄i.dicit glo.id eſt
tanq̄ ſi xp̄s donaſſet. impropꝛie tñ dr̄ p indul=
gentiā culpā remittere: qꝛ ſolus xp̄s remittit
culpā pūcipaliter.de cōſe.diſt.iiij.c.nemo.ſa=
cerdos p ſacramenta inſtrumentaliter.

¶ De poteſtate pape erga §.VII.

eos qui ſunt in terra:ſcʒ paganos qui ſignātur
per pecora cāpi. Iudeos ⁊ hereticos q̄ ſignant
per boues:⁊ chriſtianos qui ſignant per oues.
Oēs hos ſubiecit deꝰ pape ſub pedibꝰ eius.i.
ſub iuriſditione eius vt declarabitur ſm illud
pſal. Oia ſubiecisti ſub pedibꝰ eius:oues ⁊ bo
ues. De poteſtate quā habet papa ſup hereti=
cos/ſciſmaticos/ iudeos et paganos et terras
eorū habes multa pulchꝛa notata per Ioh.an.
in nouel.ſuper.c.ꝙ ſup his.de voto.poſt Inno.
que habent.ſ.ti.iij.de dñis tēpoꝛalibꝰ. Qꝛ pa
gani ſubſint pape. ꝓbat Aug.de ancho.vbi.ſ.
ſic. Papa pꝛeeſt mūdo vice xp̄i: xp̄s aūt habet
plenā iuriſditionē ſup oēm creaturā:cū in noīe
eius oē genu flectat/celeſtiū / terreſtriū ⁊ in=
fernoꝝ. ad Phil.ij.c. Chꝛiſtus eñ p paſſionē
ſuā meruit iudiciariā poteſtatē ſup oēm crea=
turā. vnde ipſe reſurgēs ait Matth.vlti. Data
eſt michi oīs poteſtas in celo et in terra. Cum
autē vicarius chꝛiſti ſit papa: nullus poteſt ſe
ſubtrahere ab obedientia eiꝰ de iure:ſicut nul=
lus de iure poteſt ſe ſubtrahere ab obedientia
dei. Et ſicut recepit chꝛiſtus a patre ducatū et
ſceptrū eccleſie gentiū ex iſrael egrediens ſup

Pagani ſubſunt pape.

dem pĩcipatũ ⁊ poteſtatẽ ⁊ ſup oĩe quodcũqȝ
eſt: vt ei genua cũcta curuentur: ſic ipſe petro ⁊
ſucceſſoribus eius pleniſſimã poteſtatẽ cõmi-
ſit. vt dicit Cyrillus patriarcha alexandrinus
in lib. theſauroꝝ. Et q̄uis pagani per excõica-
tionez vel abſolutionẽ in cõfeſſione ſolui vel li-
gari non poſſunt: tamen poteſtate clauiũ ligati
ſunt per eccleſiã iudicati dãnati: ⁊ ſic ſi vellent
euigilare ⁊ ad fidẽ reuerti poteſtate clauiũ ab-
ſolui poſſent. Similiter q̄uis de eccĺia dici nõ
poſſint merito fidei ⁊ bone ↄ̄pationis: tamẽ de
eccĺia dici poſſunt iudiciaria poteſtate ⁊ occa-
ſionali vtilitate: nõ autem poteſt auferre papa
dñia ⁊ iuriſditiones a paganis q̄ iuſte detinẽt.
Ratio hui⁹ eſt ſm Aug. de ancho. qꝛ ſm philo
ſophũ. j. Politi. dñium vnius ſup alterũ inter
bñficia naturalia computat̃. Sũt eñi quidã na
turaliter dñi alioꝝ: qui ſcȝ intellectu vigent et
mente aliis ꝓuidere poſſunt. Alij v̄o ſunt na-
turaliter ſerui qui virib⁹ naturalib⁹ pollent et
intellectu deficiũt: beneficiũ aũt iuris ⁊ ꝑmaxi
me naturalis nemini eſt auferendum. extra de
reg. iu. lib. vj. Beneficia eñi naturalia nedũ in-
fidelib⁹: ſed nec etiã demonib⁹ ſubtracta ſunt.
Ordo igit̃ pĩcipandi cũ ſit nature bñficiũ oĩu
humane creature cõceſſum / nec ꝑ papã nec per
alios reges chriſtianorũ ab infidelib⁹ ſubtra-
hendũ eſt: cuius dei iudiciũ eccleſia imitatur:
qui bñficia nature cõiter et bonis ⁊ malis lar-
gitur. Nec eſt ↄtra ꝙ eccĺia ꝑſequit̃ ſaracenos
et hmõi: qꝛ hoc facit eccleſia vel chriſtiani in-
quantũ illi impugnãt iura eccleſiaſtica ⁊ occu-
pãt terras chriſtianis debitas. vt terrã ſanctã
et multa alia q̄ ꝑtinent ad chriſtianos: ⁊ qꝛ mo
leſtãt ipos chriſtianos ꝑ mare ⁊ ꝑ terrã capien
tes ⁊ ſeruituti adijciẽtes cũ poſſunt: ⁊ talia do-
minia ⁊ iuriſditiones vſurpatas licitũ eſt chri-
ſtianis ab eis recuperare: ⁊ quouſqȝ reſtituant
vel componãt accipere quecũqȝ ſua cũ bellũ ſit
iuſtũ ex parte chriſtianorũ. ar. diſt. j. ius gẽtiũ.
Itẽ ſm Aug. de ancho. vbi. s̄. papa põt punire
paganos ⁊ barbaras nationes cũ agũt ↄtra le
gẽ naturalẽ in manifeſtis: qꝛ vnuſquiſqȝ poteſt
puniri ꝓ trãſgreſſione legis quã recipit ⁊ ꝓfi-
tetur. Sed lex naturalis eſt ita cordi inſerta ꝙ
deponi nõ poteſt. vt ſi furarent̃ vel cõmitterent
vitiũ ſodomie ⁊ hmõi: ſed ꝓ eo ꝙ faciũt ↄtra le
gẽ diuinã. ſ. veteris vel noui teſtamẽti: aut ↄtra
legẽ poſitiuã cũ neutrã recipiãt puniri nõ poſ-
ſunt. Si tñ pagani ſunt ſubiecti aliquib⁹ regi-
bus ⁊ pĩcipib⁹ chriſtianis: dignũ eſt vt viuere
debeãt legib⁹ q̄bus viuũt alij ſubditi illoꝝ prin
cipũ. Ne videant̃ melioris cõditionis propter
ſuã infidelitatẽ q̄ chriſtiani: ⁊ cogi ad hoc ⁊ pu
niri poſſunt: puta ꝙ cũ ſtatutũ gñale eſt in aliq̃
ciuitate vbi tales habitãt ꝙ q̄ portat arma in-
cidat de hoc cõuict⁹ in penã. x. florẽ. poterit de
trãſgreſſione hmõi puniri paganus ſicut xp̄ia-
nus in tali ciuitate. ar. diſt. viij. que ↄ̄ morẽ. ſer-
natis tñ eis ritib⁹ ⁊ obſeruãtijs ſue ſuꝑſtitiõis
ſm morẽ ſuũ: ſicut eñ nõ poſſunt cogi ad fidẽ:
ita nõ ſunt cõpellendi ad faciendũ cerimonias
et ritus ⁊ cultus chriſtianoꝝ: nec tamẽ aliq̄d fa
cere poſſunt in ſua ſuꝑſtitione ꝓ̄dic qð vergat
in cõfuſionẽ ⁊ irreuerentiã fidei chriſtiane: al's
poſſent puniri. ex̃ de iude. ⁊ ſara. in clemẽ. et in
mſimonijs ſuis dimittunt̃ i ritib⁹ ſuis. Nec eſt
cõtra qð ſcribit̃. xj. q. j. ſi q̄s. et diſt. lxiij. adria-
nus. et. xxiij. q. viij. cõuenior. in q̄bus. c. videtur
ꝙ impator poſſit nationib⁹ imperare. qꝛ illud
intelligit̃ de nationib⁹ ſibi ſubiectis. Et q̄uis
pagani puniri nõ poſſint pena ſp̄ũali excõica-
tionis ⁊ hmõi: poſſunt tñ puniri ab eccĺia pena
pecuniaria: ⁊ a pĩcipib⁹ etiã pena corporali.

¶ De poteſtate pape in iu- §. IX.

deos deſignatos ꝑ boues: quia iugo legis mo-
ſaice adhuc tenẽt colla ſubiecta: ⁊ boues iſtos
etiã de⁹ ſubiecit ſub pedib⁹ pape. Nã et ꝓhi- Prohibita in
buit nulla officia publica iniungi iudeis. diſt. deis a
liiij. nulla. et ſtatuit penã in ↄtrafaciẽtes. ex̃ de papa.
iudeis. Itẽ ꝓhibuit eos emere mancipia chri
ſtiana. diſt. liiij. mãcipia. ꝙ ſi ſecus fecerint quã
penã incurrãt ibi vide in tex. ⁊ in glo. Itẽ ꝓhi-
bet xp̄ianis vt iudeoꝝ cõuiuia vitent: nec eos
ad ſua ↄuiuia recipiãt. vt. xxviij. q. j. oẽs. Scđo
ne cũ eis cohabitẽt: aut in eodẽ balneo ſe lauẽt
Tertio ne in ſuis infirmitatib⁹ xp̄iani iudeos
vocẽt vel eoꝝ medicinas ſuſcipiãt: nec eoꝝ azy
ma comedãt. xxviij. q. j. nullus. Quarto nec in
teſtamento eis aliq̄d relinquant. Quinto vt in
dieb⁹ lamẽtationũ ⁊ dñice paſſiõis feneſtras ⁊
oſtia apta nõ teneant: vel ipſi in publico appa-
reant. Sexto vt vtriuſqȝ ſexus in oĩ xp̄ianoꝝ
prouincia oĩ tp̄e habit⁹ in qualitate publice ab
alijs diſtinguant̃. extra de iude. c. in nõnullis.
Septimo vt teſtimoniũ ipſoꝝ ↄtra aliquẽ chri-
ſtianũ nõ recipiat̃ in die ſabbati. Octauo ne nu
trices vel ſeruientes xp̄ianas habeãt. eo. ti. etſi
iudeos. cõtrariũ faciẽtes puniri poſſunt nõ q̄dẽ
pena excõicationis cũ extra eccleſiã ſint: ſed pe
na tp̄ali vt pecuniaria: vel corporali vt flagella
tionib⁹ deputentur. xxviij. q. j. ſepe. Indirecte
aũt punire põt eccĺia iudeos pena ſp̄ũali excõi
cando. ſ. xp̄ianos pĩcipes q̄bus ipſi iudei ſub-
dunt̃ ſi negligũt eos punire pena tp̄ali: qñ ipſi
in xp̄ianos forefaciũt. Ad fidẽ v̄o ſuſcipiendã
nõ debet papa vel alius iudeos cõpellere cũ fi-
dẽ infundere ſit ſolius dei. et hoc dr̃ diſt. xlv. de
iudeis. De iudeis ꝓ̄cipit ſctã ſynodus nemini
deinceps ad credendũ vim inferre: dicit tamẽ
Aug. de ancĥ. ꝙ ſi ſperet̃ aliquorũ cõuerſio per

terrores et flagella cōpelli poſſent nō quidē ad
fidē ſuſcipiendā: ſed ad obicē nō ꝓbendū ꝑ ob-
ſtinatā volūtatē: nā in cōuerſione infideliū eccl'ia
dꝫ iudiciū dei imitari. de quo dicit Aug. xxiij.
q.vj.ſciſmatici. Sciſmatici dicūt: cui xp̄s vnꝗ̄
vim itulit quē coegit. Ecce habēt apl'm paulū:
agnoſcant in eū prius cogentē xp̄m: poſtea do-
centē: prius ferientē: poſtea ꝯſolantē. Mirū eſt
aūt quomodo ille ꝗ pena corporis ad euāgeliū
coactus intrauit plus oībus illis laborauit. Et
ꝗuis Aug. loquaꝛ de ſciſmaticis. tñ exēplū in-
ductū eſt optime ad ꝓpoſitū de iudeis cū pau-
lus iudeus eſſet. Quantū vo ad iudeos qui iā
coacti ſunt ad fidem. i. ſuſcipere baptiſmum: ſi
coacti ſunt coactione abſoluta: cū ſacr'm nō ꝑce-
perint nō ſunt cogēdi ad tenēdū xp̄ianiſmū. Si
vo ſunt coacti coactiōe ꝯditionali cogēdi ſunt
ad tenendū qđ ꝓmiſerūt: q2 coacta volūtas cō-
ditionalis eſt volūtas. et hec diſtinctio etiā ha-
beꝛ diſt.xlv. de iudeis. in glo. ¶ Item nota ſm
Aug. de anch. vbi. ſ. ꝙ iudei qui ſubdunꝛ dn̄io
xp̄iane fidei debēt ꝑ papā ⁊ alios pn̄cipes chri-
ſtianos ꝗbus ipſi ſubdunꝛ cogi ad laborandū
manib⁹ ſuis: alſ videnꝛ eſſe participes pctōꝝ
et turpis lucri ſectatores: vel ꝙ ipſi fraudātur
eoꝝ redditib⁹ debitis eis ex collectis vel ꝯdē-
nationib⁹ ipſoꝝ. Ratio iſti⁹ eſt: q2 ſi nō cogunꝛ
manib⁹ laborare vnde honeſte lucrenꝛ: ſolū lu-
crū vſurarū ad ipſos iudeos ꝑueniet: ꝓpter qđ
ſi ꝯtingat ipſos forefacere: cū eoꝝ culpa nō de-
beat trāſire impunita: neceſſariū erit in malefi-
ciis ꝗ nō merenꝛ mortē vel mutilationē mēbri
vt pena pecuniaria mulctenꝛ que ꝗdē pecunia
noīe pene ab eis ablata tāꝗ̄ vſuraria ꝑ iudices
et pn̄cipes xp̄ianos retineri nō pōt: ſed reddē-
da eſt illis ꝑſonis a quibus extorte ſunt vſure:
vel ſm ꝯſiliū dioceſani in pios vſus dꝫ erogari.
Et hoc ꝗdē intelligendū eſt de collectis eis ipo
ſitis: ꝗ ſi ad man⁹ iudicū vel principū venerint
ab eis retineri nō poſſunt. ne ergo ipſi pn̄cipes
ſic dānificenꝛ non ſint negligētes eos cōpellere
manib⁹ laborare ad victū lucrandū variis arti-
ficiis: vt nō ocioſe viuētes de ſolis vſuris ditenꝛ:
nec eſt ꝯtra ex̄ de iude. c. ſicut. Ubi dꝛ ꝙ nullus
exigat a iudeis coacta ſeruitia: niſi ꝗ ipſi tp̄e
preterito facere ꝯſueuerūt. Intelligiꝛ eñ illud
de ſeruitiis coactis vltra debitū ꝗ eſſent in cō-
modū dn̄oꝝ ⁊ detrimētū irrationabile iudeoꝝ:
ſed talis coactio non eſt hmōi. Qꝫ paruuli iu-
deoꝝ nō ſint baptizādi ꝯtra volūtatē parentū ⁊
de multis aliis iudaiſmū ꝯcernentibus: habeꝛ
in. ij. parte tit. ſi. ¶ Utrū aūt poſſint recipi ele-
moſine a iudeis. diſtinguendū eſt ſm Aug. de
ancho. q2 aut habent bona nō obnoxia reſtitu-
tioni / puta q2 de ſuis honeſtis laborib⁹ acqui-
ſita: ⁊ de illis poſſunt recipi elemoſine: aut ſunt
obnoxia reſtitutioni. vt q2 per vſurā extorta: et
tūc poſſunt recipi elemoſyne hac intentione: vt
reſtituatur illis ꝑſonis pecunia a ꝗbus extorta
eſt: vel etiā q2 ꝓbabiliter preſumiꝛ ꝙ chriſtia-
ni quoꝝ bona habēt iudei ꝑ vſurariā prauitatē
potius paupes chriſtianos deceat habere bo-
na illa vel rectores ciuitatum ꝗ̄ ꝙ remaneant
apud iudeos a quibus nullā reſtitutionē ſpe-
rent: ſed iſtud ſecundū videtur habere locū in
paruis rebus vt elemoſynis quotidianis: ſed
in notabili quantitate non eſſet tutū.

¶ De poteſtate pape in here- §.X.

ticos et ſciſmaticos ſignatos etiā ꝑ boues in-
quantū cornu ſupbie reſiſtūt veritati. Hos etiā
boues deus ſubiecit pedib⁹ eius: ad puniendū
quadrupliciter. ſ. excōicatione / depoſitiōe / rerū
tp̄aliū ablatione: ⁊ militari ꝑſecutione: ſed ho-
rū declarationē habes. ſ. in. ij. parte. tit. ſi. c. de
hereſi. Et ꝗuis vel cōfeſſis de hereſi ſi abiurēt
hereſim ⁊ reuertanꝛ vere ad fidē ꝓ prima vice
eis parcaꝛ: tamē relapſis nō parciꝛ ſꝫ ſine vlla
penitus audientia relinquanꝛ iudicio ſeculari
ad mortē dānandi. c. ex̄ de here. ¶ Sed vtrū ba-
ptizātes imagines ⁊ violatores ſacramentoꝝ:
puta vtentes eis in maleficiis ſint ꝑ papā he-
retici iudicandi. Rñ. Aug. de ancho. vbi. ſ. ꝙ ſi
tales credunt illa ꝗ faciūt baptiſmū et alia ſa-
cramenta ad maleficia ⁊ facinoroſos actus or-
dinari: ⁊ ꝑ ipſa ſacramēta talib⁹ maleficiis ⁊ fa-
cinoroſis actib⁹ patrociniū preſtari: planū eſt
ꝙ etiā de deo male credūt: quia deus ad tales
actus ſacramenta nō ordinauit. Neſcit eñ di-
uina iuſticia patrociniū preſtare criminib⁹. ait
Chryſ. Falſa ſimiliter credūt de doctrina que
ꝑtinet ad edificationē fidei: quia ſm doctrinā
fidei nos ꝯfitemur vnū baptiſma in remiſſionē
peccatoꝝ: nō in perpetrationē ſcelerū ⁊ malefi-
cioꝝ. vnde tales non ſolū indirecte: ſed etiā di-
recte infideles: ⁊ errantes in fide reputari de-
bent ſi ſic credūt vt operanꝛ. Sed tunc ꝓ here-
ticis iudicandi eſſent quādo peſtifera talia do-
gmata emendare nollent ⁊ defendere ꝑtinaci-
ter eſſent parati. xxiiij. q. j. heretici. Itē queriꝛ Dubi⁹
vtrum dubius in fide ſit cenſendus hereticus. in fide.
videꝛ ꝙ ſic. quia extra de hereticis diciꝛ. Du-
bius in fide eſt infidelis. In cōtrariū eſt: quia
Thomas fuit dubius in fide: ⁊ tamē non diciꝛ
hereticus. Rñdet Aug. de ancho. ꝙ dubiū eſſe
in fide contingit quinqꝫ modis. Primo modo
ſubreptitia tentatione: et hoc nō facit hominē
hereticū: nō eñ eſt in poteſtate hominis quid
ſuperueniet ei ad cogitandum. Unde ſi ſubi-
to ſurreptitie vel diabolica illuſione quis inci-
piat dubitare de aliquo articulo: vel de his ꝗ
ſunt fidei: ſi ſtatim captiuat intellectum ſuum

in obſequium xp̄i: vt hoc deliberat credere qḋ
credit eccl̄ia : non cedit ſibi talis dubitatio ad
defectū ſed ad ꝑfectū. Unde apl̄i ꝑpter hm̄oi
tentatiōis impulſum petebāt. Dn̄e adauge no
bis fidem: ſemꝑ em̄ debemus rogare deum vt
adiuuet incredulitatē noſtrā. Secundo modo
veritatis elucidatiōe dubitaꝛ:et hoc non facit
hoiem hereticū/ſed eſt xp̄iane ꝑfectionis. Po
nunt em̄ doctores xp̄iane fidei illa q̃ ſunt ma-
gis determinata in fide ſub dubitatione que-
ſtionū ratiōes ꝓ ⁊ cōtra ad illa adducendo:nō
ꝙ de ipſa cōcluſione dubiteꝛ/ſed vt veritas di-
cte cōcluſionis magis elucideꝛ: ſm̄ quē modū
dicit ph̄s ꝙ dubitare de ſingulis nō erit inuti-
le. Per tales em̄ dubitationes ꝓ ⁊ cōtra indu
cēdo ad illa que ſunt fidei:veritas piis hoībus
opitulaꝛ:⁊ cōtra impios defendiꝛ:vt dicit Au-
gu. Tertio modo dicit̄ dubius adheſiōe imper
fecta: et hoc etiā non facit hoiem hereticū/ſed
peccatorē ⁊ malū xp̄ianū. Omnes em̄ peccan-
tes ſm̄ Chryſo. imperfecte credūt eo ꝙ non vi-
uūt ſm̄ ea que credūt. Nam ſi perfecte adhere
rēt his que credūt ſic viuerēt quaſi poſt modi
cū tranſituri de mūdo:non quaſi in eternū mā-
ſuri. Quarto modo dicit̄ dubius in fide volū-
taria heſitatiōe:⁊ hoc facit hoiem incredulum
⁊ errantē:non tn̄ hereticū:eo em̄ ip̄o ꝙ aliquis
eligit volūtarie credere qḋ vult ⁊ diſcedere nō
vult : nec eſt paratus in om̄ibus ſequi doctri-
nam eccleſie:ac ꝑ conſequēs errās et infidelis
reputandus eſt vt fuit Thomas apl's : non tn̄
eſt hereticus niſi ꝑtinax ſit in his que male fa
cit. Quinto modo dicit̄ dubius in fide pertina
cia defenſiōis: ⁊ hoc facit hereticū:qꝛ non ſolū
non credit ea que ſunt fidei/⁊ que incōcuſſe te-
net eccleſia:ſed pertinax eſt in ſuo errore:et il-
lud defendit poſt ſuſceptum chriſtianiſmū : nā
iudeus vel paganus male ſentiens de fide nō
dicitur hereticus:etſi infidelis ſit.

De ſciſmaticis per boues §.XI.

ratiōe ſuꝑbie deſignatos: papa ſubiicit pedib⁹
ſuis poteſtatē exercēs in eos. Nā cū ſit duplex
poteſtas in eccleſia.ſ.ordinis et iuriſditionis.
Poteſtate iuriſditionis priuat papa ſciſmati-
cos auferens ab eis omnē iuriſditionē in ſub-
ditos. Poteſtate vero ordinis ſeu cōſecratio-
nis priuat eos q̄tū ad executionē:hoc eſt ꝙ nō
debeāt vti actibus ordinū ſuorū:tn̄ qꝛ talis po
teſtas ab hoīe auferri nō pōt:qꝛ character qui
imprimiꝛ in ordinatiōe que eſt ipſa talis pote
ſtas eſt indelebilis. Unde quātūcūq; ſacerdos
vel ep̄s cōſecret hoſtiam vel conferat ordines/
vere cōficit et veros ordines cōfert: ſeruata tn̄
forma eccleſie: ſed ad ſui ꝑiclē ⁊ recipientiū a
talibus ſacra ſilicitēr facit. vt.j.q.j.c.qḋ qui-
dam.et in m̄ltis aliis capitulis. Dicunt̄ aūt Sciſ-
ſciſmatici oēs reſiſtētes pape: nō quocūq; mo- matici
do/ſed per ſpontaneā intentionē ac manifeſtā q̃ dicūt
rebellionē ⁊ ei⁹ iudicialis ſentētie recuſationē
nō recognoſcēdo ipſum vt caput eccleſie. Sed
ſi per alicuius cōmodi tꝑalis conſecutionē vel
periculi euitationē reſiſtat p̄ceptis pape ⁊ non
obediat:talis etſi grauiter peccet/non tn̄ diciꝛ
ſciſmaticus : ſciſma em̄ importat diuiſionē ab
vnitate fidei ⁊ charitatis eccleſie. Eſt autē du-
plex vnitas in eccleſia: vna eſt membroꝝ ad ca
put/alia mēbrorū adinuicē:de qua duplici vni-
tate corporis xp̄i myſtici ait apl's Eph.iiij. ſcꝫ
veritatē facientes in charitate creſcamus in il
lo ꝑ omnia qui eſt caput xp̄s: ⁊ hoc q̄tū ad pri-
mā vnitatē. ⁊ ſequiꝛ.ex quo totum corp⁹ com-
pactū ⁊ cōnexū per omnē iūcturā ſubminiſtra-
tiōis ſm̄ operationē q̄tum ad vnitatē ſecūdā.
Illi ergo q̄tum ex animo:⁊ ſm̄ intētionē ſe ab
iſta duplici vnitate diuidūt:ſciſmatici appellā
tur. Un̄ qui ſummo pōtifici tanq̄ capiti eccle-
ſie ſubeſſe renuūt: ⁊ q̃ mēbris ſubiectis ipſi ec-
cleſie cōmunicare recuſant / ſciſmatici cēſendi
ſunt: de qua duplici diuiſiōe loquiꝛ apl's Col.
ij.qn̄ dicit. Nemo vos ſeducat in humilitate ⁊
religione ambulās. fruſtra inflatus ſenſu car-
nis ſue:⁊ non tenens caput ſcꝫ q̄tum ad primā
diuiſionē:ex quo totū corpus per nexus ⁊ con-
iunctiōes ſubminiſtraꝛ: ⁊ conſtructū creſcit in
augmētū dei. Huius corporis diuiſio facit ſe-
cundā diuiſionem. Hec Augu. de ancho. Mul
ta de ſciſmate habes.ſ.in.ij.parte titu.iij.c.de
ſciſmate:que ibi potes videre.

Utrū omnes tyrāni reſi- §.XII.

ſtentes pape ſint ſciſmatici? Reſpōdet Augu.
de anch.ſ.dicens:ꝙ tria poſſunt diſtingui ge-
nera ſciſmaticoꝝ ſm̄ Aug. de queſtiōibus euā
ge. Nā aliqui ſunt ſciſmatici intentiōe nō ope- Triplices ſciſ
ratiōe. Quicūq; em̄ ita inuidēt bonis vt que- matici.
rant occaſionē excludēdi eos : vel crimina ſua
ſic defendere parati ſunt ſi obiecta fuerint vel
ꝓbata/ vt etiam cōuenticulorū ſegregationes
vel eccleſie ꝑturbationes facere cogitent: iam
ſciſmatici ſunt ab vnitate eccl̄ie corde diſciſſi:
etiā ſi nō inuentis occaſiōibus aut occultatis
factis ſuis : ſacramēto eccleſie corporali cōuer
ſatione ſocienꝛ:et hos tyrānos ſupportat eccle
ſia :qꝛ tandiu ſuſtinet peccatū aut errorē alicu
ius donec aut accuſationē inueniat/aut prauā
opinionē defendat. Secūdo ſunt alii ſciſmatici
operatiōe/ſed nō intentiōe:qꝛ ꝑ ſe nō intendūt
ſe ab vnitate eccleſie diuidere : ꝓpter tn̄ aliqḋ
cōmodū tēporale cōſequendū/ vel periculū eui
tandū cōuenticuloꝝ ſegregationes faciūt: ac ꝑ
hoc ſciſma incurrūt:⁊ ſciſmatici cenſeri debēt

quia voluntas coacta vel mixta volūtas eſt ſm
Aug.et pħm:ſicut effect⁹ ſequēs ex cauſa p ac-
cidēs eſt effect⁹. exēplū i his q̄ mouēt bellū in-
iuſtū ꝯ eccleſiā qñ nō ſatiſfacit eorū cupiditati.
Hos tyrānos ſciſmaticos eccl̄ia reuocat quātū
honeſte poteſt. Imitat̄ eñi iudiciū dei q̄ reſpi-
cit intētionē magis q̄ opationē. dicit eñi Aug.
ad Bonifa. Charitas q̄ colligit et viuificat oīa
mēbra eccl̄ie:ſi nos videat de alteri⁹ ruina gau
dere:ſtatim nos p̄cidit a corpore:qđ intelligē-
dū eſt qñ gaudet attendēs tm̄ ad ruinā ꝓximi
et nō ad bonū cōe inde ſequēs. Si igit̄ miniſtri
eccl̄ie nō dolent de ruina ſubditoꝝ: iā ipſi p̄ciſi
ſunt a corpore eccl̄ie:q: ſi in corpe eccl̄ie eſſent
ſine dubio dolerēt et eos reuocare ꝓuocarent.
Tertio modo dicunt̄ aliq̄ ſciſmatici intētiōe et
opatione ⁊ hos domat ⁊ corrigit eccl̄ia:et eos
inſequit̄: donec aut penitēdo redeāt aut in ne-
quiciā male liberi defluāt. Uñ diuie ⁊ humane
leges ſtatuerūt vt ab eccl̄ie vnitate diuiſi ⁊ ei⁹
pacē nequiſſime pturbātes a ſcl̄arib⁹ poteſta-
tibus cōprimant̄. vt.xxiij.q.v. nō vos. et.c.ſeq.
Nec obſtat qđ Greg. dicit.xxiij.q.viij. ſi in mor
te. Si in morte lōgobardoꝝ me miſcere voluiſ
ſem:hodie lōgobardoꝝ gens nec regē nec ducē
hſet:ſed q: deū meū timeo: in mortē cuiuſlibet
hoīs me miſcere formido. dicit enim Augu. de
anch. q papa ⁊ alij p̄lati eccl̄ie verū eſt q nō de-
bent ſe miſcere in mortē hoīs p īmediatā exe-
cutionē vt ꝓpria manu pugnent. Unde Amb.
Aduerſus milites ⁊ gothos lachryme mee ar-
ma mea ſunt/aliter michi pugnare nō lz.xxiij.
q.viij.ꝯuenior.ſed mediante poteſtate ſeculari
poſſunt ⁊ debēt papa ⁊ alij p̄lati eccleſie de ty-
rānis et turbantib⁹ pacē eccleſie iuſticiā exer-
cere ⁊ adiutoriū ꝓcurare. vt ptz.xxiij.q.iij.per
totū.et.q.vj.c.vides.et diſt.lxiij.adrianus.

De poteſtate pape erga §.XIII.

xp̄ianos:⁊ p̄cipue impatores.hi deſignant̄ per
oues de q̄bus ſaluator ait Iohā.x. Oues mee
vocē meā audiūt. Et ſubiecit ſub pedibus eius
oues p̄cipue.ſm illud. Oia ſubieciſti ſub pedi-
bus eius oues ⁊c̄. Uñ qñ petro papatum dedit
dixit. Paſce oues meas. Ubi p̄mo videndū eſt
papa pōt eli-gere im-patorē. de ptāte ei⁹ quo ad impatorē ⁊ iperiū. Et p̄mo
q papa poſſit eligere impatorē Aug. de anch.
vbi.ſ. ꝓbat ſic. Impator eſt miſter pape:eoip̄o
q eſt miniſter dei cui⁹ vices gerit. Uñ apl̄s ad
Ro.xiij. dicit q nō ſine cauſa gladiū portat : q:
dei miniſter eſt i irā ei q̄ male facit. Deputauit
eñi de⁹ impatorē tanq̄ miniſtrū ſūmi ſacerdo-
tis. Uñ ⁊ marcell⁹ pa. maxentio dixit. diſ.xcvj.
boni. Boni principis ac religioſi eſt eccl̄ias cō
tritas atq̧ conſciſſas reſtaurare nouaſq̧ edifi-
care : et dei ſacerdotes honorare atq̧ tueri. et
ideo papa diſ.ea.ſi impator. Si impator catho
licus eſt (qđ ſalua pace ipſi⁹ dicimus) filius eſt
non p̄ſul eccl̄ie: qđ ad religionē cōpetit diſcere
et ꝯuenit nō docere: ſeculi poteſtates ſi fideles
ſunt eccl̄ie ſue ſacerdotib⁹ voluit eē ſubiectas.
Eſt aūt principalis agētis eligere miniſtros et
inſtrumēta ad ſuū finē/ſicut ars militaris:cui⁹
finis eſt victoria:habet eligere equeſtrē ⁊ frene
factiuā ſm q videt expedire fini intēto. vt dr̄.ſ.
Ethi. Uñ puto q papa cū vniuerſos fideles in
p̄ſenti eccl̄ia ad pacē habeat ordinare: ⁊ ad ſpi
ritualē finē ꝯtendendū (al̄s ſupnalē finē conſe-
quendū) dirigere ⁊ deſtinare iuſta cauſa ⁊ rōna
bili exiſtente : p ſeip̄m poſſit impatorē eligere:
aut ꝓpter eligentiū negligentiā vel diſcordiā:
aut ꝓpter electi bonitatē ⁊ cōdecentiā:aut ꝓ-
pter ppl̄i xp̄iani ⁊ pacis ꝓuidentiā: aut ꝓpter
coercendi hereticorū paganoꝝ et ſciſmaticorū
audaciā ⁊ potētiā. Poſſe eñi pape fulcitū de-
bet eſſe veritate iuſticia ⁊ equitate. Nō eñi po-
teſt aduerſus veritatē ſed ꝓ veritate. Nec ob-
ſtat.xxiij.q.iiij.queſitū. vbi dicit Inno. Memi-
nerāt maiores a deo ptātes has fuiſſe ꝯceſſas:
et ꝓpter vindictā noxioꝝ gladiū fuiſſe pmiſſuꝫ
et dei miniſterio eſſe datū. Nam vt dicit Aug.
Uerū eſt impatorē gladiū recipere a deo/eo q
papa nō recipit niſi vt papa eſt vicari⁹ dei. Nō
eñi papa poteſt eligere impatorē vt ſingularis
pſona:ſed vt ſucceſſor petri ⁊ vicarius xp̄i. Si-
cut autē papa pōt eligere impatorē : ita potuit
electores impatoris inſtituere ⁊ inſtitutos mu
tare ex cauſa rationabili. Sicut etiā impatorē
electū poteſt nō ꝯfirmare ⁊ ꝯfirmatū deponere
Ubi ſciēdū q Greg.v. tpe Ottonis impatoris
cōuocatis ⁊ req̄ſitis principib⁹ alemānie ſeptē
electores inſtituit officiales ipſi⁹ curie impia-
lis/ quattuor laicos : vt regē bohemie/ ducem
ſaxonie/comitē palatinū / ⁊ marchionē brāde-
burgēſem:⁊ tres clericos:vt archiep̄m magun
tiñ.colonienſem/⁊ treuerenſem. Cauſa aūt q̄re Electores imperij quare ſunt de alemannia.
de alemānia ſolū p̄dicti electores ſūt aſſumpti
cōiter triplex aſſignat̄. Una fuit q: de aleman-
nia fuerūt illi principes q̄ liberauerūt eccleſiā
de ſeruitute lōgobardoꝝ et impioꝝ romanoꝝ.
Scđa fuit deuotio illi⁹ ppl̄i ad ſctōs apl̄os:qđ
apparet in eoꝝ ꝯtinua pegrinatione ad viſitan
dū eccleſias ipſoꝝ apl̄oꝝ. Tertia fuit voluntas
ipſius pape Greg.v.qui de theutonia fuit nat⁹
et Ottonis cōſanguineus. Sicut autē romani
ante xp̄i aduentū:q: fuerūt patrie zelotes.rei-
pub.amatores : ⁊ legis ⁊ iuſticie reſeruatores:
ideo imperiū in toto orbe obtinere meruerūt.
vt habet̄ ex primo Machab. et Aug.v. de ciui.
dei.c.xij. Ita poſtmodū cū obſcuratū fuit aurū:
mutat⁹ color optim⁹/et armis ꝯtrarijs ad vir-
tutes fuerūt armati : merito tā imperiū q̄ eli-
in medullis arboꝝ: ⁊ ligna tūc ceſa cito cōuer-
tunť in puluerē. Sic ablata iuſtitia mēbra ec-
cleſie in diſſolutionē adducūť. Ut em̄ ait Aug.
in li. de ciui. dei. Amota iuſtitia quid ſunt re-
gna niſi magna latrocinia. In cōcilio ſenatorū
ꝓlixius diſſeruit Lelius rēpublicā diu nō poſ-
ſe ꝯſiſtere/ſed ruiturā fore: opꝫ ergo principes
punire facinora: debellare ſupba: exterminare
abuſionū vetuſta: ꝓbos exaltare: magnificare
rectos. ¶ Eſt etiā luna ſerenitatis preſagiū: qꝛ
ſm beatū Amb. in hexameron. ſi luna. iiij. ſere-
nitatē oſtēdat totus etiā ille dies: ⁊ qui naſcēť
ex illo exactius ad mēſem vēto/pluuijſqꝫ care-
būt: qꝛ rector quadratus ꝟtutibus et pfectus
nullis exagitať turbulētis impreſſiōib⁹: ſꝫ eſt
ſicut luna plena lucid⁹ ⁊ ſeren⁹. Eccli. l. Quaſi
ſtella matutina in medio nebule: et quaſi luna
plena in dieb⁹ ſuis lucet: et quaſi ſol refulgēs:
ſic iſte refulſit in tēplo dei. Sicut em̄ ſtat⁹ gra-
tior eſt ad videndū qñ ex ſerenitate luminariū
dies eſt ſerenus ⁊ purus: ꝙ qñ oīa quatiunť
fragoribus ⁊ intermicātibus fulgoribus ⁊ ce-
leſtibus ignibus. Ita ſe hꝫ in eccleſia cū rector
vel prelatus nō eſt turbidus ſed pacat⁹: ⁊ ſicut
pueri garrulanť et gaudēt ad aſpectum ſereni
ſolis/ſic ſubditi ex clemētia paſtoris letantur:
ſed fugiūt turbidū ⁊ crudelem: ſicut animalia
puſilla leonē ⁊ draconē. pſ. Thronus eius ſi-
cut ſol in cōſpectu meo: ⁊ ſicut luna perfecta in
eternum. pſ. lxxxviij. qꝛ in prelato perfecto cle-
mentia non habet intra defectū. Prouerb. xx.
ca. dicitur. Miſericordia ⁊ veritas cuſtodiunt
regem: ⁊ clementia firmatur thronus eius.

¶ Stellis etiā comparanť §. III.

inferiores doctores ⁊ plati qui in nocte gratie
ſm ſuas viciſſitudines illumināt mundū: ſicut
ſtelle de nocte celum. Eccli. xliij. Species celi
gloria ſtellarū/mūdum illuminans in excelſis
dñs. Et Daniel. xij. dicitur. Qui ad iuſtitiam
erudiūt plurimos quaſi ſtelle in ꝑpetuas eter-
nitates: ſcꝫ fulgebūt: que eruditio peroptime
fit pagina ſacra. Sicut em̄ ſtellas nō extinguit
nox/ita mentes fideliū inherētes ſacre ſcriptu-
re firmamēto nō obſcurat mūdana iniquitas.
inquit Zepherin⁹ papa diſt. xxxviij. ſicut. Con-
ſiderať autē in ſtellis act⁹ naturalis ⁊ effectus
actualis: motus circularis: curſus canonicus
⁊ regularis. Lucent em̄ ſtelle naturaliter: illu-
mināt accidētaliter: moueť orbiculariter: cur-
runt indeclinabiliter ⁊ regulariter. Debēt em̄
tales lucere in ſeipſis ꝑ puritatē cōſcientie: il-
luminare ſubditos per claritatē fame: moueri
orbiculariter. i. faciliter ꝑ promptitudinē obe-
dientie: et hoc ꝗtū ad ſuperiores: currere regu-
lariter/quo ad deū per ordinē intētiōis recte.
De primo Apoc. xxij. Ego ſum genus Dauid
ſtella ſplēdida et matutina. Splēdida/vt nō ſit
cōcupiſcētia in affectu: laſciuia in aſpectu: im-
mūdicia in tactu: luxuria in actu. Lux em̄ diui-
na quāto mutabilius fulget/tāto penetrabili⁹
videt: ⁊ cū nos videri nō credimus velut in ſo-
le oculos clauſos tenemus: ⁊ deū nobis et non
nos deo abſcōdimus. ¶ De ſecūdo Matth. ij.
Stella antecedebat magos: donec venirēt ad
locum vbi erat puer. Stelle lumē ſm pħm nil
aliḋ eſt niſi lux ſui orbis circūquaqꝫ diffundēs
radios ſue claritatis: qꝛ ſacerdotes et docto-
res diffundere debēt lucē ſui noīs ex bona do-
ctrina ⁊ fama illuminare: et cōuertere populū
ſicut ſtella magos reduxit ad xp̄m: que lꝫ illu-
minet tenebras noctis/tñ diſparet coꝝ lumen
in preſentia ſolis: nā eorū famā ſecreti⁹ opera
eorū diffundūt/cū fauorē humanū nō appetūt.
Sap. x. Fuit illis inuelamēto diei ⁊ in luce ſtel-
larū nocte. Et vt dicit Grego. in paſtoraľ. Offi-
cium precōis. i. docētis ſuſcipit: quiſꝗs ad ſa-
cerdotiū accedit. Vñ in ornamēto primi ſacer-
dotis qḋ dicebať ratiōale: ante pect⁹ erat poſi-
tum ſcriptū manifeſtatio et ꝟitas. Et Chryſo.
dicit ꝙ ſacerdos debitor eſt: vt veritatē quam
audiuit a deo in ſcripturis manifeſtet populo
alioquin ꝓditor eſt veritatis. xj. q. iij. nolite ti-

mere. ¶ De tertio Baruch.iij.Stelle dederũt
lucẽ i cuſtodijs ſuis:vocate ſunt ⁊ dixerũt/ad-
ſum⁹. q₂ poſtq̃ laudabiliter cõuerſati ſunt cle-
rici in locis ſuis/ ⁊ vocanẽ ad bñficia ⁊ officia:
nõ querũt dilatiões:nõ ſubterfugia:nõ priuile
gia:nõ dimittũt minus bñficiũ ꝓ pinguiorí/cũ
viderint ſe ꝓficere poſſe in minori:ne ſint ſicut
lenones q̃ min⁹ pulchrã concubinã dimittũt ꝓ
pulchriori. ¶ De quarto Judicũ.v.Stelle ma
nẽtes in ordine et in curſu ſuo ꝯtra Syſarã pu
gnarũt.i.diabolũ q̃ nos excludere niti̾ a gau-
dio. Sic ei interpretat̃ Syſarã expugnauerũt
nichil eñi ita expugnat diabolũ: ſicut hr̃e recti
tudinẽ intentiõis ordinate ad deũ. Tũc aũt mi
chi videt̃ intẽtio ordinata in doctore ⁊ ſacerdo
te qñ timorẽ ſuſcipiẽdi officiu₃ cõcipit ex dile-
ctiõe dei: ⁊ tñ quodãmodo ſollicitudinẽ appe-
tit ex edificatiõe ꝓximi:⁊ in dubio ꝯſtitut⁹ in-
tra ſe recurrit ad examinationẽ ſui/ ⁊ puritatẽ
ſuã cõſpiciẽs:⁊ qđ ita expedit vidẽs deo humi
liter obedit in ſuſceptiõe officij. Timebat Hie
remias ire ad predicandũ:appetebat Eſayas.
Recurrebat ad cõſciẽtiam ſuã Moyſes:⁊ poſt
excuſationẽ humiliter ſuſcepit officij executio
nẽ.Supbia eñi eſſet ſi tãtũ officiũ aſſumeret ſi-
ne timore . Supbia nichilominus ſi deo reſiſte
ret ptinaci mẽte. Et ſic pz de doctorũ ⁊ ſacer-
dotũ gl̃ia curatoꝝ cõparata charitati lumina-
riũ q̃ lucent: ⁊ a multis miſerijs nos ſubleuãt.
Sic epĩ ⁊ p̃lati ſupiores mũdi p̃ncipes ⁊ recto
res tenebrarũ harũ doctores ⁊ curati quiq₃ lu
ceãt ꝟitatis doctrina:miſereãt̃ ſibi ⁊ alijs pfe-
cte cõuerſatiõis ſanctimonia : vt q̃libet dicere
valeat Nõ abſcõdi miam tuã et veritatẽ tuã a
cõſilio multo.Sz o dolor/o pudor/o magna mi
ſeria mũdi: nã ſigna q̃ dñs p̃dixit cõtingere pe
rituro ſeculo in ſole/luna/⁊ ſtellis.Lu.xxi.Si-
gna.ſ.ignominie q̃ ſcribit Johel ꝓpheta.ij.c.
Sol et luna obtenebrati ſunt/et ſtelle retraxe-
rũt ſplẽdorẽ ſuũ:impleri quotidie cernimus:vt
nõ ſit ꝟitas/nec mia inueniat̃ in terra:vt dicit̃
Oſee.iiij.c. Nã q̃tũ ad ſolẽ prelationũ ep̃alium
obtenebratũ omittẽdo q̃ olim de⁹ hũc fabrica
uit.ſm illud pſ̃.lxxiij. Tu fabricat⁹ es aurorã
et ſolẽ: q₂ ad p̃laturã vocati latebãt/fugiebãt/
cogebãt̃/inuiti detinebãt̃: vt eccl̃iaꝝ curã aſſu
merẽt.nõ frequẽtabãt curiam: nõ faciebãt ſibi
cauſam:nõ ꝓuocabãt ad appellationẽ friuolã:
ſed nũc ſimulachrũ ſolis fabricat̃ manib⁹ hoi₃
ſ₃ illđ pſ̃.cxiij.Simulachra gẽtiũ ar.⁊ au.opa
ma.ho. Q₂ p ſimõiacã prauitatẽ quedã ſtatue
p̃lationẽ acq̃rũt:ſed vt dicit̃ Hiere.xliij.Cõte-
ret de⁹ ſtatuas dom⁹ ſolis q̃ ſunt in terra egy-
pti:vt cũ vnus p̃latus aliqñ fabricat̃ de vili ma
teria/cõgregant̃ ad eũ cõſanguinei ⁊ nepotuli:
vt tota ꝓgenies videatur in eo ep̃atu. Prelati
aũt fabricati quaſi ſp ſunt ſub tutela : ita q̃ plu
res epĩ ſint in vna dioceſi: ⁊ ſm pħos aliqñ vi-
dent̃ in celo duo ſoles:ſed vn⁹ nõ eſt verus ſol/
ſed q̃dã nubes ſimillima ſoli:⁊ vocat̃ parelion
q̃ ſignũ eſt future inũdatiõis:ita ⁊ hoc ſignũ eſt
future ſubuerſionis deprope eccl̃ie. Sublimi-
tas depoſitiõis ſolis degenerat p vite depreſ-
ſionẽ.ij.Paral.xviij.c. Mortu⁹ eſt Achab rex
occidẽte ſole:⁊ ſol occidit/cũ prelat⁹ ab arce ſa
piẽtie terrenis incũbit. Nõ decet paſtorẽ more
pecoris vultu deiecto in terrã celi cõtẽplatiõe
reiecta cenſibus incubare corporeis: inherere
terrenis:ſed q̃ ſurſu₃ ſunt ſape:celũ mẽte ſuſpi
cere:aliodn q̃ differẽtia paſtoris et ouis? Que
vtilitas cõſtruere immania caſtra et turres:ſi-
mo ⁊ creta agrũ ſatiõariũ impinguare/ ſi rigor
pnie relaxat̃:ſi i cultura dñice meſſis nec auel-
lit̃ ſpina:nec extirpat̃ tribulus:nec triticũ ꝟbi
dñi ſeminat̃? Nũquid dñi cura eſt de bob⁹ ⁊ aſi
nis:de legibus extorquẽdis:de regiſtris anti-
quiſſimis expiãdis p pecuniã:⁊ nõ ppotius de
aiabus ſaluãdis? Utilitas opatiõis ſolis dege
nerat per ociũ et torporẽ: qđ figurabat Jacob
Geñ.xxviij.volebat eñi reqeſcere poſt ſolis oc-
cubitũ: ⁊ ipſi.ſ.curati poſt feruore₃ charitatis
extinctũ nõ corrigũt exceſſus:accipiũt ꝓcura-
tiões: nõ exercẽt curatiões/ſed magis exulta-
tiões:q₂ poſtq̃ de locis poſt viſitationẽ recedũt
tp̃a frequẽter in deteriori ſtatu relinquũt:⁊ ma
la que ante fuerãt ſopita reuiuiſcũt ſuſcitata ⁊
publicata.j.Macħ.xij. Conuenerũt vt edifica-
rent ciuitatẽ/⁊ ceciderũt muri:ducũt familiam
infinitã:expetunt mẽſam ferculis oneratã:ac-
currũt milites ⁊ ſcutiferi ex diuerſis locis:⁊ q₂
timẽt religioſi paupes vim cõpulſiuã ablatiuã
⁊ inquietatiuã comedũt:iacent ibi. pſ̃. Ortus
eſt ſol ⁊ cõgregati ſunt: ⁊ in cubilibus ſuis col-
locabunt̃. Proponũt pſonas indignas: faciũt
fieri receptiões prauas : ſuſcitãt eis angarias
exactiões:impediũt correctiões: litteras ſuas
de facili concedũt regularibus:ne poſt factam
receptionẽ vel appellationẽ q̃s violẽter eijcia
tur:vel iniuſte vexetur quouſq₃ cauſa eius corã
ep̃o canonice terminet̃ : in quibus diſſolutio-
nis fomes ⁊ diſſentionis incendiũ continetur:
creſcunt crimina: correctiões mutãt: poſtulãt
iudicem ordinariũ:conflãt excuſatiões:patro-
cinia requirũt:⁊ que ſecretius in capitulo cor-
rigi debuerant in cõſiſtorio publice ꝓponunt̃.
Eccl̃s.iij.caþ. Uidi ſub ſole in loco iudicij im-
pietatẽ:⁊ in loco iuſticie iniquitatẽ:et hoc mul-
tum deformat ſanctitatẽ eccleſie/et veritatem
reddit obſcuram. Uolubilitas regenerationis
degenerat in ſpũs defectionem. Job.ij. Spũs
in prelato deficit/et caro efficitur: q₂ ad ſecre-
tum mentis non reuertitur. Eccli.xvij. Quid

lucidius ſole et hic deficiet: aut quid nequius ꝙ qđ excogitauit caro et ſanguis. et hoc argue tur. Arguam⁹ igitur tales carnales prelatos qui perdunt glorie ſue titulum: intrant cōſcien tie ſcrupulum: ſcandalizant populū: ingerunt nepotulis ſuis periculum. qꝛ dum conferunt nepotulis ſuis male meritis bñficia eccleſiaſti ca: ſunt eis multorum peccatorū et periculorū occaſio ꝛ cauſa. Fragilē eñi murū ponūt in fun damēto edificii: ꝛ eos ꝗ preliari neſciunt in pri mo cornu vbi eſt pondus prelii/ et eos in' ſubli me extollūt in preſagiū futuri ſuſpendii. et ma ri turbato: dant eis regere nauim in periculuꝫ naufragii. et ideo quia ſeminant in carnem: e carne metēt corruptionem. Et iſte ſunt quat tuor paſſiones ſolis propter quas hic dicitur ſol obtenebrari. Nube igitur tegitur dū prela tus ad prelationem accedit per ambitionem. Ezech. xxxii. Solem nube tegā. Fragilitas nu bis vanitas eſt ambitionis. Eclypſim patitur cum in prelatione lumen ſuum perdit per vite depreſſionem quādo deſcendit vſqꝫ ad tempo ralium occupationē Johel. ii. Sol cōuertetur in tenebras. A feruore ſuo remittitur ꝑ torpo rem: ideo Heremie. viii. c. dicitur. Non aperient porte vſqꝫ ad calorem ſolis: qꝛ refrigeriū feruo ris ſpiritualis in prelatis cauſa eſt damnatio nis in ſubditis: quare nō aperitur ianua para diſi eis de natura creature. et in nichil/ vel pri mā materiā ſol reſoluitur: cū reuertitur ad car nis corruptionem. Sic enim prelatus deficit: et cū tēpore motus ſolis tranſit. Eccſ. iii. Oia tempus habent: et ſuis ſpaciis tranſeunt vni uerſa ſub ſole. Male ergo accedit: male viuit: male officiū facit: male in ſe redit ſol ꝛ luna ꝛc.

¶ Uidimus de ignominia §. IIII.

ſolis quantū ad prelatos ſuperiores. videam⁹ de illa quo ad mediocres/ ſeu dños tꝑales ſub rōne lune. In eis degenerauit ſapientia: ꝛ ꝓui dentia ꝗ debet eſſe in eis degenerat per negli gentiā et ignorantiā: iuſticia ꝑ ſentētiā: clemē tia ꝑ ſeuiciā. Inde eſt ꝙ quattuor paſſiones le gim⁹ in luna: luminis defectionē: itineris ꝯſue ti inordinationē: macule infuſionē: ſanguinis
ps. x. infectionē. ad iſta quattuor deſignāda. ¶ De primo ps̄. ſm aliā lrām. Pctōres intēderūt ar cū pa. ſa. ſu. in pha. vt ſagittēt i obſcura luna re ctos corde. Heretici eñi ſicut fures noctiuagi: aut ſicut veſꝑtiliōes lucifuge: dormiūt de die ꝛ vigilāt de nocte: ꝛ ſuaꝝ falſitatū ſentētiis eccle ſiā īpetūt ſub ꝑlatoꝝ cecitate. Uacāt ergo ꝑlati iuri ciuili ꝛ male reſiſtūt emergētib⁹ ꝑiculis fi dei. Scimus ꝙ demones ꝓcurāt ignorātiā do ctoꝝ ꝛ ſilētiū vt cadat ppl's ſine lumine in ꝑcipi tiū. ꝛ cū ſoluet ſathanas ꝛ erit ī maxima ꝑtāte: tūc ꝯticeſcēt vba doctrine: ꝛ implebit illō Eſa. xiii. Luna nō ſplēdebit ī lumine ſuo: ꝛ viſitabit dñs ſuꝑ orbis mala. ꝛ ꝓpter hoc aīarū ꝑditio: qꝛ ceſſante lege diuina in ꝑlatis qb⁹ incūbit ex officio docere. ſilente iure poſitiuo conſuetudi nes humane ſunt in exercitio: etſi vnaqꝫ pars propriū dirigat artificē in finē ſuū. ſicut lex di uina non requirit ad cauſarum forenſiū ſtrepi tum: ita nec humana neceſſario ad ſalutē aīaꝝ. ¶ De ſcđo in apocryphis Eſdre ſcribit. ꝙ ſol ſubito reluceſcit noctu et luna in die: hoc eſt ne gligentia ꝛ inordinatio prelatorū ꝛ rectorū ſe culi: qꝛ viri ſpūales ꝛ ſapientes quaſi ſepeliūt: et viles et inſtabiles preficiuntur. Eccli. xxvii. Stultus vt luna mutat. ꝛ qꝛ prelati ſunt hodie ſub tutela: ideo tot prelati quot officia. tales etiā conſtituuntur in ſuis officiis qui ſcandali zant ppſm. ꝛ velut exactores fiſcaliū tributorū quintū humorē purgantes cū medicina nimiū laxatiua ſpiritū extrahunt dum victū auferunt miſeroꝝ. ¶ De tertio Prouerb. vii. Uir nō eſt in domo ſua ꝛc. In die plene lune reuerſurus. Modo eñi nō eſt luna plena: qꝛ nō eſt ſine ma cula ſed impura: qꝛ nō ſum⁹ ſine fragilitate hu mana ꝗ nimis inualeſcit in eis ꝗ ꝑmittūt ſub ditos per cāpos licētie vagari ad ꝑcipitia Nā quidā ex pigritia ꝛ puſillanimitate non corri gunt. quidā qꝛ reprehēſibiliter viuūt. quidam qꝛ per indiſcretā humilitatē authoritatē corri piēdi perdiderūt. quidā qꝛ fauorē ſubditorum querūt. quidā qꝛ tantū creuit malicia ꝑ cōſue tudinē obdurata ꝙ eā amouere nō poſſunt. et ſic a modica ſcintilla augetur ignis. a modica ruina ſubmergitur nauis. a modica ſtilla caua tur lapis. dormit nauta cū nauis periclitatur. medicus cum peſtilētia graſſat. ianitor cū fur depredat. vigiles cū ciuitas obſidet. que ſi ca piatur primo in eos irruet. Chryſ. ſuꝑ epſam ad Heb. Miror ſi quē ꝯtigerit ſaluari ex his ꝗ principantur in tātis minis et in tāta pigritia. De hoc Abachuc viti. Sol et luna ſteterunt in habitaculo ſuo. ibūt in ſplēdore fulgurātis ha ſte tue. In fremitu cōculcabis terrā. qđ ad lit terā exponit de Dario ꝛ Cyro: ꝗ receperunt ſe in domo regia: et alii vaſtauerunt terrā iſrael: quia prelatis corrigere diſſimulantib⁹ ꝛ ocian tibus: diripitur populus a demonibus qui ir ruunt ſicut armatus exercitus. ¶ De quarto Johel. ii. Luna conuertetur in ſanguinem an teꝙ veniat dies dñi magnus: quod hodie expe rimur in prelatis qui relicta humanitate que eſt proprium hominis induunt ferinam rabiē ſpirantes ſanguinem. vix eſſet maior crudeli tas ſi leones et vrſi poteſtatem regendi acce piſſent. Apoc. vi. Luna tota facta eſt quaſi ſan guis: tamē ſi hec preeſſent puto ꝙ humaniores

eſſent.q; nobiliū ferarū eſt parcere ſubiectis et
debellare ſupbos.Unde elephantes et apri et
leones premordent ⁊ tranſeunt illa que ad ter
rā impulerunt. Ignobiles vo beſtie vt ſues et
huiuſmodi reuoluendo conculcant⁊ perfodiē=
do pertinaciter conuoluunt. Et iſti tyrannidē
ſuam exercent in pauperes religioſos:quibus
detrahūt pauperes ſacerdotes quos deuorāt
et corrodunt. Apoca. viij. Percuſſa eſt tertia
pars lune:quia iſti non ſeuiunt in ſubditos re=
belles:nō in milites in eccleſia inſurgētes: ſed
tantū ad tertiam partem.ſ.perſonas miſerabi
les. Decime a militibus auferuntur : eccleſie
ſpoliantur:ſacerdotes mentiuntur ⁊ occidun=
tur. hic prelatorum iuſticia exerceatur. certe
vobis imputatur o prelati pilati in pauperes
q a philiſteis arca dei capiatur. q ſaul cum fi=
lijs ſuis occiditur: q malchus ſeuit in chriſtū.
Phaſſur in hieremiam.Balthaſar in vaſa do=
mini. q gladius Petri rubigine conſumitur:
eccleſia contēnitur:ſacramenta vileſcunt.

¶ Uideamus tertio de igno= §.V.
minia ſtellarū. Stelle enī retraxerūt lumē ſuū
quantū ad minores ſacerdotes ⁊ doctores qui
creuerūt hodie ſicut ſtelle celi.Degenerauit in
quibuſdā eoꝝ puritas cōſciētie in carnis cōcu
piſcētiā:claritas fame in infamiā : prōptitudo
obediētie per inobedientiā et cōtumaciā:ordo
intentionis recte in fraudulētiā. Inde eſt q le
gim⁹ ſtellas immūdas corruptiuas:fixas:erra
ticas. ¶ De primo Iob. xxv. Stelle non ſunt
mūde in cōſpectu ei⁹.Amiſit ei eccl'ia mūdiciā
in illis doctorib⁹ et ſacerdotib⁹ q vacāt incōti=
nentie: immūdiſſime luxurie vilitati. et hoc in
cōſpectu ei⁹:q; cū ſint fornicatores ⁊ aliqñ no=
toriū ſine timore ꝯſecrant: ſine honore miſteria
tractant:ſine amore diſpēſant:ſine pudore fre=
quētant myſteria:etiā angelicis poteſtatib⁹ re
uerēda et manibus cruentis ⁊ labijs pollutis:
oculis meretricijs:viſceribus venenatis : cor=
porib⁹ fetidis:ſpiritib⁹ mortuis:ad ſacroſctm̄
corpus xp̄i accedūt:cū dauid ſctūs et pueri ei⁹
panē figuralē nō auderēt tāgere/ niſi pri⁹ abſti
nuiſſent a mulierib⁹.⁊ bñ dicit in cōſpectu ei⁹:
quia quidā eoꝝ etſi caueāt peccare in cōſpectu
hoim: tñ in cōſpectu dei faciūt qđ turpe eſt di=
cere:tāto audaci⁹ quanto ſecreti⁹. ſi tñ ſecretū
eſt vbi iudex videt ⁊ angeli q indignabūdi rece
dūt ⁊ aduerſari⁹ q ſuggerit:vt in ore triū teſtiū
ſequaꝛ iuſta ſnīa damnatiōis. De ſcđo Apoc.
viij.Stella magna cui nomē abſinthiū ardens
quaſi facula cecidit in aquas et multi homies
mortui ſunt ex aqs:q; amare facte ſunt . Ma=
gna p ſupbiā:ardēs per luxuriā.ſicut facula fe
tēs p infamiā:velut abſinthiū amarus ⁊ corru

ptiuus p exēpli mali influētiā. ſed ſm Grego.
tot prelati mortib⁹ digni ſunt: quot pditionis
exēpla ad ſubditos tranſmittūt. ꝓpterea libri
laicoꝝ falſi videnꝛ:q; ſacerdotū exēplaria cor=
rūpunꝛ.Chryſ.in li.de digni.ſacerdotali. Cer
tius puto aliquē laicorū q gemēs ꝓ pctis ſuis
ꝓbeꝛ obnoxi⁹ adiuuādū eſſe ſuffragio q ſacer
dotē cū accuſatur ꝓ alioꝝ delictis.Idē in eodē
Tāto indigēt vulnera ſacerdotis auxilio quā=
to ſimul vniuerſi populi multitudo. Nō video
q indigēt ampliori ſacrificio ſacerdotes q po
pulus expiari : niſi grauiores deberent eorum
culpe cenſeri.Grauiores aūt eas facit nō cōdi=
tio vel genus opis:ſed dignitas facientis. De
tertio Iob.ix.Qui precipit ſoli et nō oritur:et
ſtellas claudit ſub ſignaculo. intrat cleric⁹ q fa
ciet ſe ꝓmoueri ſucceſſiue: ⁊ inobedientiā ſuā
colorat per preces vel falſas ſuggeſtiones vel
priuilegij impetrationē ⁊ non oriꝛ ſol ſup par=
rochianos:⁊ claudunꝛ ſtelle fixe: vel in ſcholis
vel alijs officijs.et qđ p ſeipſos ſoluere nolue=
runt:per vicarios ſoluūt.Similes illis de quo
Ruth.iiij.Qui voluerunt hr̄e agrū abimelech
et nō ruth:q; eccl'ias ⁊ prebēdas hr̄e volūt ſed
aīas curare nolūt:nec ſemen ſuſcitare xp̄o: ſed
vxorē ſuā.i.carnē cū poſſunt vitijs⁊ adulterijs
exponentes:qđ abuſio eſſet in vxore carnali:di
cunt q tradūt vxorē impregnandā:cū tñ ſpado
nō generet ſed deuirginet:nec ꝓſtituta paſſim
pariet.Sed vbi eſt illud agatheni cōcilij.Dia=
conus vel preſbyter ſi p tres hebdomadas ab
eccl'ia ſua defuerit:triēnio a cōione ſuſpendaꝛ
Et illud Inno.iij. in cōcilio generali. Qui par
rochialē eccleſiā habet : nō per vicariū ſed per
ſeipm̄ illi deſeruiat in ordine quē ipſius eccl'ie
cura requirit.Procedit hmōi inobedientia et
cōtumacia vſq; ad quoſdā religioſos:q nō ſunt
cōtenti pro multitudine obedientie ſue:ſed im
petu quodā ꝯtra gratiā currūt ad gratiam: vt
impleatur illud Matth.xxiiij.Stelle cadāt de
celo ⁊ virtutes celoꝝ mouebūtur. Ita enī a ſu=
premo deſcendūt ad infimū:vt a ſummo cōtem
plationis cadāt ad infimū terrene ſollicitudi=
nis:nec ſufficit eis exemptiones decimaꝝ/ im
munitates ꝓcurationū cōtra deū querere:ſed
etiā temporalia vſurpare. Nam multo labore⁊
multo precio vtūtur adeptis priuilegijs⁊ epa=
lib⁹ inſignijs mitra:anulo:⁊ baculo: ⁊ ſandalijs
ſed veri⁹ ſcandalis. Reſpondeaꝛ michi.ſed at=
tendiꝛ rerū dignitas: ꝓfeſſioni monachoꝝ hoc
nō cōgruit : ſed miniſteriū hoc eſt ꝓprie epoꝝ
puta q darent multam pecuniā ſi poſſent im=
petrare vt vocarentur epi: ſed labor et latebre
et voluntaria paupertas /hec ſunt inſignia mo
nachorum. De quarto ſcilicet fraudulentia vel
perfidia. Inde hi ſunt ſydera erratica quibus

caligo tenebrarū cōſeruata eſt in eternū. Sydera errātia dicunt planete qui mouent duplici motu cōtra firmamētū/ ⁊ cū firmamēto: ſacerdotes ⁊ capellani ſunt qui ouibus ꝓcurant paſcua: et tñ cum lupis diripiūt ouiū ſpolia. Recipiunt eñi ad ꝑdicationē predicatores queſtuarios qui abuſiōes predicāt ⁊ cū eis participāt preciū/ quaſi paſtores cōmunicant cū lupis: vt ipſi lupi deuorēt ouium carnes/ ⁊ paſtores habeant lanā: ⁊ lȝ in hoc non ſint minores prelati immunes a culpa/ tñ ꝓcedit hec noxa ab epīs qui dāt eis incaute litteras ſuas: immo vēdūt ⁊ ad conſiliarios epoꝝ qui recipiunt munera. Apocal.ix.c. Stella cecidit in terrā/ ⁊ data eſt ei clauis putei abyſſi: et aſcendit fumus et obſcurat⁹ eſt aer: ⁊ exierūt locuſte: et data eſt eis poteſtas ſicut habēt ſcorpiones terre: et cū deberent eos reprimere ⁊ ſubditos ſuos defendere/ dant eis poteſtatē ad diſcurrendū ⁊ deuorādū: ⁊ inualeſcit hereſis: ⁊ reſuſcitat plaga egypti: ⁊ ideo ſol ⁊ luna obtenebrata ſunt: et ſtelle retraxerūt ſplendorē ſuū: ⁊ q: veritas cū expediat tacēda nō eſt ne opprimat: ⁊ miſericordia nulli denegāda: et q̄ corrigit miſericordiā preſtat correcto vt ſe valeat emēdare: ideo nō abſcōdi miām tuā et veritatē tuā a cōſilio multo.

¶ De cōciliis vniuerſalib⁹ ꝓuincialibus ⁊ ſynodalibus ad quos ꝑtineat ipa cōgregare: ⁊ q̄ habeant cōuenire. Cap.ii.

Quid ſit cōciliū/ vel ſynodus/ ⁊ vnde dicat? Dicit aūt Iſid.in.vi.ethimo. ꝙ ſynodus ex greco interpretat comitatus/ vel cet⁹. Cōciliū xo nomē tractū eſt ex romano more. Tempore eñi quo agebat cauſa.ſ.reipublice oēs cōueniebāt in vnū: cōmuniq̄ intētiōe tractabāt. Unde et cōciliū a cōmuni intētione dictum eſt quaſi cōſiliū: ⁊ conſiliū quaſi conſidiū.d.in.l.litteram tranſeūte. Uel cōciliū dictum a cōmuni intētione: eo ꝙ in vnū dirigat oēm mentis intuitū. Supercilia eñi oculoꝝ ſunt. vnde qui ſibimet diſſentiūt/ oſſuno nō agunt cōcilium: q: nō cōſentiunt in vnū. Cetus vero cōuentus eſt vel cōgregatio a coeundo.i.cōueniendo in vnū dicta: ⁊ ſicut cōuentus eſt cetus/ ſic et conciliū a ſocietate multoꝝ in vnū appellat. Hec Iſid. diſt.xv.c. [illegible] tñ oīs cetus ſeu congregatio hominū dicit conciliū vel ſynodus: ſed cōgregatio prelatoꝝ eccliaſticoꝝ ſub aliquo vno capite ad tractandū de ſalute animarū et debita cōuerſatione fideliū: ⁊ ꝙuis ſynonima ſint conciliū et ſynodus/ cōſueuit tñ congregatio facta generalis ſub papa vel legato dici conciliū: et ea que fit ab inferiorib⁹ vt metropolitano vel

Concilioꝝ triplex. dyoceſano cū clero ſuo dici ſynodus. Cōcilioꝝ ſeu ſynodorum triplex eſt differentia: vt notat glo.di.xvi.in ſumma. Quoddam eñi eſt generale: vt illud qđ fit preſente papa vel eius legato ad hoc ſpecialiter deputato a papa cōuenientibus epīs et aliis prelatis plurimis ꝑut ipſe ordinauit: ⁊ iſtud non pōt celebrari niſi auctoritate pape: vt patet di.xvii.per totū. aſs nullū eſſet ⁊ non conciliū/ ſed conciliabulū ⁊ ſynagoga ſathane diceret ⁊ eſſet. vñ Pelagius papa Multis denuo apſ̄cis et canōicis atq̄ eccleſiaſticis inſtruimur regulis non debere abſq̄ ſentētia romani pōtificis concilia celebrari.ſ. generalia. quapropter non cōcilium ſed veſtrū conuenticulū vel cōciliabulū caſſat: et quicq̄d in eo actū eſt irritū habet ⁊ vacuū. di.xvii.multis. Hec ſcribit epīs cōſtātinopolitanis. Hinc et rex Theodoric⁹ cū vocaſſet plurimos epos de diuerſis ꝓuinciis ad conciliū celebrandū in vrbe ꝓpter crimina que impingebant ab aduerſariis contra Symmachū aduenientes ob reuerentiā regis dixerunt hoc fieri non poſſe: ſcȝ celebrare cōciliū: ſed ſpectare ad Symmachum papā qui impetebatur. Et perſuadentibus ipſis Symmacho pape vt ipſe cōuocaret/ ſeu auctoritate eius congregarētur in concilio aſſenſit eis: et eum immunē ⁊ liberum ab illis viciis ꝓlatis cōtra eum declarauerūt. diſ.xvii. hinc etiam. Et ea que ſtatuunt in hmōi c[o]nciliis generalibus omnes fideles aſtringunt.

¶ Concilium ꝓuinciale eſt §.I.

qđ celebratur a metropolitano cū ſuis ſuffraganeis/ vel a primate/ vel a patriarcha qui eſt ſuper metropolitanū: pōt tñ metropolitan⁹ celebrare conciliū cum ſuis ſuffraganeis ſine auctoritate primatis. vt diſt.xcii.ſi quis epſ. ⁊ in tali cōcilio poſſunt fieri cōſtitutiones ſeu ordinatiōes cū ſententiis fulminatoriis que aſtringunt oēs illi⁹ ꝓuincie ſeu metropolis clericos ⁊ laicos nō exēptos. Nā exempti nō tenent ad illa: nec poſſunt cogi ad veniendū ad talia cōcilia: ſed oēs alii epī ⁊ abbates illi⁹ ꝓuincie non exēpti debent accedere: ibi etiā poſſunt terminari litigia q̄ haberēt clerici cōtra ſuos epos.

¶ Concilium epāle quod §.II.

magis cōſueuit dici ſynodus/ eſt congregatio quā facit epſ clericoꝝ de dioceſi ſua: qđ facere pōt irrequiſito ſuo metropolitano: ad qđ debēt accedere omnes rectores eccleſiarū illius dioceſis: ⁊ alii clerici tam de ciuitate ꝙ de comitatu: et etiam religioſi et abbates nō exempti: in quo fieri poſſunt cōſtitutiones que dicūtur ſynodales ab epīs: cum cōſenſu tñ capituli ſui.ſ. canonicorū eccleſie cathedralis: et ſententias fulminare que aſtringūt oēs illius dioceſis et nō alios de hmōi concilio epāli/ ſeu ſynodo ſeu ꝓuinciali in.§.ſequenti.

¶Adde ꝛ quartã differentiã §.III.

conciliox ſm Anto.de bu.ꝛ Joh.de imola.ſup c.graue.de preben.vcꝫ conciliũ religioſorũ. de quo habetur de ſtatu mona.c.in ſingulis.ꝛ ca. ea que.Sed iſta magis cõſueuerant dici capitula generalia vel ꝓuincialia: de quibus agit in cõſtitutionibus eorũ:ꝛ in dicto.c.in ſingulis dicitur de triennio in trienniũ: ſed diuerſe religiones in hoc diuerſo modo ſe habent.

¶De concilio particulari §.IIII.

ꝓuinciali vel ep̃ali agitur diſt.xviij.ꝑ totũ.vbi dicit ad quid celebrent:ꝛ quo tpe ꝛ q̃ debẽt venire:ꝛ ꝙ nichil ep̃i debent exigere.Ad quid celebrent declarat diſ.xviij.c.ij.Dicit Leo papa de cõcilijs ep̃alibus nõ aliud dicimus q̃ ſancti patres ſalubriter ordinauerũt: in qb⁹ de omnibus querelis que in diuerſos eccleſie ordines naſci aſſolẽt iudicet.et di.ea.non opꝫ.dicit cõciliũ laodicẽſe.Non opꝫ vocatos ad conciliũ cõtemnere/ſed adire debere: ꝛ aut docere aut doceri que ſunt ad eccl'ie ceterorũq correctionẽ vtilia. Poſſunt ergo facere ſtatuta ꝛ metropolitani in ſuis concilijs ꝓuincialibus / et ep̃i in ſuis dioceſib⁹ : nec obuiat qđ dicit Gratianus in principio di.ꝙ ſunt inualida ad diffiniẽdum ꝛ conſtituendũ:non autẽ ad corrigẽdum:qꝛ(vt dicit glo.)hoc intelligit de maiorib⁹ negocijs ſcꝫ ſpectãtib⁹ ad fidẽ / qꝛ hoc ſpectat ad papã : vt ſint obligatoria vniuerſaliter/qꝛ hoc ſpectat ad cõcilia generalia. ¶Quantũ ad tẽpus ſciẽdum ꝙ antiquit⁹ celebrabãt talia ꝯcilia bis in anno:vt ptꝫ ꝑ.c.j.diſt.ea.prima vice ante quadrageſimã:ſecũda in autũno: vt ptꝫ.c.ij.diſ.ea. ſed hodie nec ſemel in anno nec in ſpacio multox annox fiunt ex maxima negligentia prelatorũ:que in.c.quoniã quidẽ.diſtin.xviij.reprehendit: ꝛ ex hmõi neglectu ſequunt multa mala in clero. Debẽt autẽ omnes ſuffraganei ep̃i venire ad cõciliũ ꝓuinciale niſi impediti ſint. Unde dicit diſt.ea.placuit.ij.Placuit vt quotienſcũq conciliũ congregandũ eſt ep̃i qui nec etate/nec egritudine/ nec alia grauiori neceſſitate impediũtur:cõpetenter occurrãt. ꝙ ſi non poterũt occurrere/ excuſatiões ſuas litteratorie ſubſcribãt:et rationẽ impedimẽti.vbi dicit glo.ſup verbo egritudine.ſ.graui. vt diſt.ea.ſi quis ep̃ox.non eñ leuis febricula vel quartana vetus. Glo.ſup verbo litteratorie. vel etiaꝫ certũ nunciũ cui poſſit credi. diſt.xviij.nobiliſſimus. Glo.ſup verbo rationẽ.Nota ꝙ nõ ſufficit dicere ſe nõ poſſe venire: niſi rationẽ impedimẽti aſſignet.ſic eſt de offi.dele.c.prudentiã. ꝛ illã cauſam ꝓbabit.vt.iiij.q.v.quiſquis. ꝛ ꝑ vnũ teſtem ſufficit ꝓbare cum iuramento ſuo. Debent autẽ accedere nõ ſolum ep̃i/ſed etiam abbates nõ exẽpti: poſſunt ꝛ alij clerici venire qui habẽt cauſas diſcutiẽdas:vt diſt.ea.decernimus.Qui autẽ non venirent ad conciliũ/vel veniẽtes receſſerint ante diſſolutionẽ concilij: puniunt. vt ptꝫ.c.ſi quis.et.c.ſeq.diſt.ea. Non debẽt aũt metropolitani aliqđ exigere ab ep̃is ꝛ alijs veniẽtibus ad cõciliũ: vel cõuicti de hoc debẽt reſtituere in quadruplũ.vt dicit diſt.ea. qm̃quidẽ.in fi.Et Leo papa dicit.De eulogijs ideſt muneribus ad ſacra cõcilia deferẽdis nichil inuenimus a maioribus determinatũ:ſed ſicut vnicuiq presbytero placuerit.ſ.deferat. di.ea. vbi dicit in fi.c.ꝙ hmõi ꝑ benedictiões. nec ſunt (vt arbitror)requirẽde : nec vltro delate reſpuẽde.ꝛ in.c.decernimus.dicit ea.diſt.ꝙ quilibet ep̃s reuerſus de cõcilio ꝓuinciali infra ſpaciũ ſex menſiũ debet cõuocare oẽs abbates ꝛ clericos/ꝛ totã plebẽ:et declarare eis ſeu inſinuare que ordinata ſunt in ipſo cõcilio:al's puniunt hoc omittẽtes. Et qꝛ iſta non ſeruant ideo male. Uerũ ꝑ hoc non tollit qn ep̃s poſſit celebrare conciliũ in ſua dioceſi: nec obſtat qđ dicit in.c.per eccleſiaſticas.di.xiiij.qꝛ illud intelligit de cõcilijs ꝓuincialibus que facere nõ debẽt ep̃i ſed archiep̃i.Si aũt archiep̃i nõ celebrent conciliũ ꝓuinciale vt deberẽt/ tñ debent ep̃i celebrare ſua cõcilia ſeu ſynodum:ꝛ cuncta que obſeruãda dicunt in cõcilijs ꝓuincialib⁹/ ſeruari debẽt in ep̃alibus:ſed in eis cõueniunt ep̃s cũ oĩbus rectoribus eccleſiax/abbatib⁹ nõ exẽptis ꝛ reliqs clericis:ꝛ admonere debet de agendis ꝓ ſalute aiax: ꝛ declarare ſeu inſinuare ſuas cõſtitutiões . A ſimili ſunt adinuẽta in religiõib⁹ capitula generalia ꝛ ꝓuincialia in quibus fiunt ordinatiões ſeruãde que dicunt acta que obligãt ad ſeruandũ vſq ad ſequẽs capitulum poſtq̃ fuerint ꝓmulgate : de qb⁹ quilibet prior debet ſuo cõuẽtui intimare.

¶De cõcilijs generalibus §.V.

qñ initiũ habuerũt. Refert Gratia.di.xv.in pñcipio.Jſiđ.in li.etymo.vj.aſſerere ꝙ a tpe Cõſtantini impatoris:vñ ꝛ Silueſtri pape. Nã in precedẽtibus tpibus ꝑſecutione infideliũ contra xp̃ianos feruẽte docendarũ plebiũ non dabat facultas: et qꝛ non erat ep̃is licẽtia cõceſſa cõueniẽdi in vnũ/ideo eccl'ia in diuerſas hereſes ſciſſa eſt: que ꝑ concilia poſtmodũ cõfutate ꝛ dãnate ſunt. Nec obſtat.c.placuit.xiij.q.ij.in quo oſtẽdit ꝑ Melchiadẽ papã celebratũ cõciliũ:q̃ tñ preceſſit Silueſtrũ. Nã (vt dicit glo.et archiđ.) ꝙ q̃uis conciliũ fecerit Melchiades/ nõ tñ ita gñale ſicut poſtea facta fuerũt : ſed cũ paucis. Siĺr qꝛ di.xvj.in pñcipio fit mentio de canõib⁹ apl'ox recipiẽdis.ſ.autẽticis nõ apocriphis: ex hoc videt ꝙ apl'i aliqñ etiã cõuenerũt

et ſic conciliũ fecerunt. Erãt eñi oẽs epĩ ad cõponẽdos illos canones. Quinimmo primũ cõciliũ eccľie celebratũ fuit hieroſolymis ſub petro apľo primo pontifice ſummo preſente etiã ibi iacobo hieroſolymorũ pr̃iarcha ſeu archiepõ: qñ. ſ. diſceptãtib⁹ adinuicẽ paulo ꝛ barnaba cum cõuerſis a iudaiſmo qui erãt antiochie circa obſeruationẽ legaliũ. Utrũ ſcʒ fideles cõuerſi ex gentilitate deberẽt ſeruare legalia. q̃ſtio hec delata eſt ad apľos qui erãt hieroſolymis: et merito q2 de fidei negocio agebat: ꝛ cõuenientes diſcipuli videre de ỽbo hoc. Petr⁹ vt caput cõciliĳ et põtifex ſumm⁹ declarauit illos ad hoc nõ eſſe inducẽdos. Exinde iacobus apľs quaſi in pſona oim alioꝝ cõgregatoꝝ locutus eſt aſſentiens ei qđ petrus declarauerat et determinauerat vt ſanctũ et iuſtũ: ſicut et nunc in cõciliĳs gñalib⁹ obſeruat. vbi ꝓponit aliq̃d inſtituendũ. Et ſi iuſtũ videtur reſpondent oẽs epĩ et prelati. placet. vt patet. j. q. vĳ. cõuenientibus. vbi ad propoſitã in cõcilio conſtitutionẽ fiendã: ſancta ſynodus rñdit. Placet oib⁹ nobis. ꝛ ſic determinatiõe facta in dicto concilio ſcripſerunt eccľie antiochie: viſum eſt nobis et ſpũiſancto. Actuũ. xv. Ex cõciliĳs igitur generalibus quattuor dicunt ceteris ſolenniora et antiquiora. ſ. nicenũ: cõſtantinopolitanũ: epheſinum: ꝛ calcedonẽſe. Hec totã principalr complectũt fidẽ quaſi quattuor euãgelia vel totidẽ paradiſi flumina. de quibus ait Grego. Sicut ſcti euãgeliĳ quattuor libros/ſic quattuor concilia ſuſcipere ꝛ celebrari: al's venerari me fateor: quia in his velut in quadrato lapide fidei ſtructura cõſurgit: et cuiuſlibet vite atq3 actionis norma exiſtit ſcʒ in cõſtitutionib⁹ eorũ. di. xv. ſicut. ¶ Horum conciliorũ primũ. cccxviĳ. epõrum ſub cõſtantino imperatore peractũ. in quo arriane perfidie blaſphemia cõdemnata eſt: quã de inequalitate ſanctiſſime trinitatis idẽ Arrius aſſerebat. ſ. patrẽ eſſe maiorẽ/filiũ minorẽ: ꝛ ibi etiã editũ eſt ſymbolũ fidei quod cantat ſeu legitur in miſſa: in quo declaratum eſt filiũ eſſe cõſubſtãtialẽ patri. Celebratũ autẽ fuit hoc conciliũ Anno domini. cccxiiĳ. ¶ Secũda ſynodus ſeu cõciliũ generale fuit cõſtantinopoli ſub Theodoſio ſeniore a cẽtũ quinquaginta patrib⁹: in qua cõdẽnata eſt hereſis macedonĳ dicentis ſpiritũſanctuʒ minorẽ filio et patre: ſed ibi declaratũ eſt ſpiritũſanctũ cõſubſtantialẽ eſſe patri et filio. ¶ Tertia ſynodus Epheſina prima. cc. patrũ ſub theodoſio iuniore auguſto. in qua anathematizatus fuit Neſtorius aſſerẽs in xp̃o duas diſtinctas pſonas humanã. ſ. et diuinã in vna pſona dñi nr̃i ieſu xp̃i. ¶ Quarta ſynodus calcedonẽſis ſexcentũ triginta ſacerdotũ. i. epõrum ſub Martiano principe. Euticẽ abbatẽ cõſtãtinopolitanũ ỽbi dei et carnis vnã naturã pronũciantẽ ꝛ Dioſcorũ eius defenſorẽ cũ aliĳs hereticis cõdẽnauit: predicãs ipſa ſynodus xp̃m deũ ſic natũ de virgine: vt in eũ ſubiecta diuine et humane confiteamur nature. He ſynodi principales quattuor fidei naturã pleniſſime predicãtes. Sed ꝛ ſi qua ſunt ſimilia cõcilia q̃ ſancti patres ſpiritu ſctõ pleni ſanxerũt/oĩm manẽt ſtabilita vigore. Hec di. xv. c. j. dr autẽ in di. xvj. ſancta octo vniuerſalia cõcilia. vbi dicit glo. ꝙ iſta cõcilia de quib⁹ eſt ſermo aliqñ dicunt quattuor vt patet. ſ. ex eo ꝙ in quattuor locis diuerſis celebrata ſunt. Aliqñ dicuntur octo vt in dicto: c. ſancta octo: ex eo ꝙ octies fuerunt celebrata ꝛ in diuerſis tpibus. ſed in vno et codẽ loco vel ciuitate fuerũt plurics celebrata in diuerſo tẽpore. vt patet in dicto. c. ſancta octo. diſt. xvj. Beda etiã in lib. de tpibus poſt predicta concilia numerat et alia. xxiiĳ. cõcilia celebrata ſub diuerſis tpib⁹ ꝛ in diuerſis locis: et in ſingulis ſtatuti ſunt diuerſi canones. vt ptʒ di. xvj. c. vj. q̃ habẽt diſpſi in diuerſis ptib⁹ corpis iuris. et aliq̃ etiã abierũt in diſſuetudinẽ. De aliĳs cõciliĳs celebratis vſq3 ad annũ dñi milleſimũ non ita ptʒ. Circa annũ vero dñi milleſimũ Uictor gñe alemãnus: Florẽtie conciliũ celebrauit et multos epõs ꝓpter ſimoniã ꝛ fornicationẽ depoſuit. Nõ poſt multũ tpis poſtea Greg. vĳ. cõciliũ celebrauit. ꝛ Hẽricũ impatorẽ. iĳ. excõicauit: q2 ſe ↄtra eccľiam erexit ꝛ ſciſma ꝓcurauit aliũ papã faciẽs. Poſt hũc vrban⁹. ĳ. cõciliũ celebrauit apud clarũmõtẽ ꝛ ibi ordinatũ fuit vt dicerẽtur hore officiĳ ỽginis marie ordinarie: ſicut dr officiũ dñi noſtri. Exinde ſub Nico. papa. ĳ. hic fuit prim⁹ ep̃s florentin⁹ ſenis elect⁹ cõgregatũ eſt cõciliũ cũ. cxiiĳ. epis rome. i quo berẽgarius turonẽſis abiurauit hereſim ſuam corã Nico. circa euchariſtiã in qua dicebat ibi tantũ eſſe xp̃m vt in ſigno. de hoc de cõſe. di. ĳ. ego berengarius. ꝛ hoc ante Inno. ĳ. fuit. Anno domini. M. cxliiĳ. ſynodus ſub Inno. ĳ. celebratur remis: et petrus leonis q̃ per contentionẽ et ipſe ordinat⁹ eſt ſeu fact⁹ papa demũ repulſus eſt. Ad qđ ſciſma tollendũ multũ laborauit btũs Bern. ꝛ ita ꝓfecit ꝙ extinctũ eſt illo eiecto petro: q̃ anacletuʒ fecerat ſe nolari. Aliud cõciliũ in vrbe romana celebrauit. Anno dñi. M. clx. floruit magr̃ Petr⁹ lõbardus ep̃s pariſieñ. i. magr̃ ſniarũ. ꝛ Pe. comeſtor q̃ fecit hiſtoriã ſcholaſticã. Anno dñi. M. clxiĳ. gratianus monachus al's ep̃s de claſſa ciuitate tuſcie. Dicit martinus in ſua chronica ꝙ compilauit decretũ. vt notat Hugo. ĳ. q. vj. §. forma. dicit eñi ꝙ floruit alexãdro i theologia regẽte. Anno dñi. M. clxviĳ. mortuo Adriano

electus canonice alexãder.iij. Sene.et tenuit
cathedrã annis.xxij.mẽſib⁹.xj.dieb⁹.xv.⁊ al=
ter per ſciſma creat⁹ qui dicebatur Octauia=
nus.v.imo etiã tres alij ſed oībus repulſis re=
manſit demũ alexander papa qui duo concilia
vniuerſalia celebrauit: vnũ turonis in frãcia.
Anno dñi.M.clxiij. aliud rome dictum latera
nenſe.ſciſma tũc fuit qđ durauit.xvj. annis.⁊
diſſenſio magna inter Alexandrũ et fredericũ
ſ.imperatorẽ.qđ tamen ablatũ eſt ⁊ facta pax
inter eos.Quattuor ergo antipape.ſcꝫ victor:
paſchalis:calixtus:⁊ innocẽti⁹ defecerũt.⁊ re=
manſit ſolus alexander. Tẽpore huius marty
rizatus eſt ſctũs Tho. cãtuarienſis archiepũs.
Et canonizatus anno dñi.M.cc. Inno.iij. ſub
quo ceperũt ordines mendicãtiũ. Et anno dñi
M.ccxv.cõciliũ lateranenſe celebrauit.in quo
cõuenerunt.M.ccxv.prelati.ſ. patriarche:ar=
chiepĩ:epĩ:⁊ alij prelati et multe ſalutifere de=
cretales ibi edite ſunt. anno dñi. M. ccxxxiij.
Greg.ix.beatũ Dominicũ canonizauit a confir
matione ordinis.xviij. et a morte ipſius beati
dominici anno.xiij.ac etiã beatũ Franciſcum.
hic Greg. cõuocauit cõciliũ rome ſed impera=
tor impediuit ⁊ cepit duos cardinales ⁊ mul=
tos prelatos eos occidẽdo. Anno dñi.M.ccxl.
vel circa. Innocen.iiij.ianuenſis celebrauit cõ
ciliũ in Lugduno. et imperatorẽ Fredericum
excõmunicauit poſt quẽ fuit Alex.iiij. ãno dñi
M.cclxxiiij.creatus eſt papa Greg. x. natione
lombardus. Hic Lugduni conciliũ celebrauit
vbi fuerũt quingenti epĩ.lx. abbates ⁊ alij pre
lati circa mille:in quo grecoꝝ et tartaroꝛũ nũ=
cij interfuerunt:⁊ greci ad vnitatẽ redire eccle
ſie promiſerunt:in cuius ſignũ confeſſi ſunt ſpi
ritũſanctũ a patre et filio procedere. ¶ Poſt
hunc Honorius.iiij.⁊ eſt vltim⁹ in martiniana
Anno dñi.M. cclxxxvij.poſt hos fuit Celeſti=
nus quẽ ſequitur Boniſa. viij.⁊ eũ Benedict⁹
xj.demũ Clemẽs.v. ſub quo cõciliũ viennenſe
Ioh.xxij.Vrba.Greg.xj. poſt quẽ ſciſma inter
duos.ſ.vrbanũ ſub quo italia vngaria ⁊ alemã
nia fuerunt:⁊ clemẽtẽ ſub quo frãcia hiſpania
et aragonia fuerunt. Vrbano ſucceſſit Boniſa
cius.viij.Bonifacio Inno. Inno. Greg.xij. Ex
alia parte Clementi ſucceſſit Benedic.xiij. Et
ſub his duob⁹.ſ.Grego.xij.et Bñdic.xiij.factũ
eſt tertiũ ſciſma cõcilio celebrato piſis: vbi fa=
ctus eſt terti⁹ papa dict⁹ Alexãder ordinis mi
noꝝ.cui ſucceſſit Io.xxiij. Et concilio generali
cõgregato cõſtantie Greg.xiij.ſponte renũcia=
uit. Io. xxiij. deponitur. eſt et Bñdictus. xiij.
depoſitus ꝓpter contumaciã nolens compare
re: et cũ magna concordia cardinaliũ ipſorum
trium qui ſe pro ſummis põtificibus gerebãt.
et etiam adiunctis vocibus quibuſdã nationũ
canonice eſt elect⁹ martinus.v.de domo colũ=
nenſium.anno dñi.M cccc xvij.cui ſucceſſit eu
genius.iiij.natione venetus ſub quo celebratũ
eſt conciliũ generale ferrarie ſed propter peſtẽ
poſtea tranſlatum florentie.in quo concilio ge
nerali reducti ſunt greci ad fidẽ et confeſſionẽ
verã de proceſſiõe ſpiritusſancti:⁊ armeni etiã
reducti ſunt.ad quod concilium venerunt pa=
triarcha grecoꝛũ cõſtantinopolitanus et impe
ratoꝛ grecoꝛũ. Et in ipſo etiã concilio generali
de baſilea in ferrariã.⁊ de ferraria in floꝛentiã
tranſlato ab eugenio propter reductionẽ gre=
coꝛum: illi congregati baſilee facientes ſciſma
temerarie depoſuerũt eugeniũ:et ducẽ ſabau=
die dictum amadeũ creauerunt vocãtes felicẽ.
ſed anno dñi. M.ccccxlix.de menſe apulis re=
nunciauit papatui dictus felix. et hoc mortuo
Euge.⁊ Nico.v.ſuccedente ei in papatu.

¶ Q concilia generalia §. VI.

non poſſunt prefigere legẽ pape. notat abbas
de ſicilia ſup.c.ſignificaſti.de elec. ꝙ cõcilia ge
neralia nõ poſſunt ſtatuẽdo prefigere legẽ pa=
pe.immo in oībus ſtatutis cõcilij intelligiẗ ta=
cite excepta autoꝛitas pape.et textus hui⁹ de=
cretalis ſignificaſti.frequenter allegatur preci
pue in materia vbi diſputatur de ptãte cõcilij ⁊
pape.Et vide de hoc bonũ textũ.ix.q.iij.nemo
vbi dr. Nemo iudicabit vel iudicare poteſt pri
mã ſedẽ.ſ.papã:nec auguſt⁹ nec popul⁹ nec cle
rus.⁊.c.alioꝝ.⁊ multa alia ca. ibi poſita ad idẽ
faciũt.Et per iſtũ textũ arguit Io.an.ꝙ ſenten
tie pape eſt ſtãdũ:qñ cõtradicit ſentẽtie totius
cõcilij.Et remittit ad notata in. c. in iſtis.diſt.
iiij.⁊.c.ſicut di.xiiij. Infert etiã Ioh.an. ꝙ per
iſtũ textũ ſol⁹ papa põt interpretari ſtatuta cõ=
cilij.nec mirũ cũ ſm eũ poſſit ⁊ tollere ⁊ limita
re.vt.c.ſtatutũ.de reſcrip.li.vj.Vide bonã glo.
in ca.vbi periculũ.de elec.lib.vj.q̃ dicit ꝙ lꝫ nõ
ſit licitũ ꝙ papa reuocet ſtatuta cõcilij ſine ipi⁹
cõcilij cõſilio.põt tñ ſi vult.ꝓ quo facit tex. hic
et ibi.ſed text⁹ iſte ⁊ oĩa predicta debẽt limita=
ri et reſtringi ad ea q̃ depẽdent a plena diſpoſi
tiõe pape. Nã in his q̃ ſunt iuris poſitiui indu
bitãter eſt papa ſupra cõciliũ: qꝛ ipſe eſt caput
eccl'ie. Vnde licet poteſtas ſit data pape ⁊ toti
eccleſie:pape tñ tributa eſt tãꝙ capiti.vnde dꝫ
corp⁹ moueri a diſpoſitione capitis.vide bonũ
tex.ad predicta in.c.ita dñs.diſt.xix.⁊.c.in no
uo teſtamẽto.⁊ in.c.Quis.diſt.xxj.⁊.xxiiij.q.i.
loquiẗ.⁊.c.pudenda. Sed in his q̃ nõ depẽdẽt
a plena ptãte pape: nõ eſt ſimpl'r dicendũ ꝙ pa
pa ſit ſupra ſtatuta cõcilij:ideo in cõcernentib⁹
fidẽ cõciliũ eſt ſupra papã.Vñ papa non põt di
ſponere ɔtra diſpoſita p ɔciliũ i hmõi. vide bo
nũ tex.cũ gl.di.xix.anaſtaſi⁹.Hinc eſt ꝙ ɔciliũ

poteſt ꝯdēnare papā de hereſi. vt diſ.xl. ſi papa. Poteſt eñ eſſe hereticus papa: ⁊ de hereſi iudicari. Et dicunt doctores in.c.in fidei fauorē. de here.lib.vj. ꝙ cōciliū eſt iudex puta tñ. ꝙ ſi papa moueret meliorib⁹ rationib⁹ ⁊ autoritatibus ꝙ̄ ꝯciliū: ſtandū tūc eſſet ſententie pape. Nā ⁊ cōciliū poteſt errare: ſicut aľs errauit in facto matrimonij inter raptorē ⁊ raptā declarans nō poſſe eſſe matrimoniū. Et dictū Hiero. melius ſentientis fuit poſtea ꝓlatū ſtatuto concilij.xxxvj.q.ij.c.tria.iuncto.c.placuit. facit qđ notať et legiť diſt.xx.c.j. Nā in cōcernentibus fidē dictū etiā vnius priuati eſſet ꝑferendū ſententie pape: ſi meliorib⁹ rationib⁹ ⁊ autoritatib⁹ noui ⁊ veteris teſtamēti moueret ꝙ̄ papa. Nec obſtat ſi dicať ꝙ cōciliū nō poteſt errare: qꝛ xp̄s orauit ꝓ eccleſia ſua ne deficeret. vt notatur in.c.maiores. ex̄ de baptiſ.et.xxiiij.q.j.a recta. et.c. pudenda. Nā licet cōciliū generale totā eccleſiā vniuerſalē cōcernat. tamē ibi vere nō eſt vniuerſalis eccľia: ſed repreſentatiue: qꝛ vniuerſalis eccleſia cōſtituiť ex collectiōe oīm fideliū. Unde oēs fideles terre cōſtituunt totā vniuerſalē eccleſiā. ſaltē cuius caput ⁊ ſponſus eſt ipſe xp̄s. Papa aūt eſt vicarius ipſius xp̄i: et nō eſt verū caput eccleſie vt notat glo. ne romani. de elec. in clemē. que etiā dicit ꝙ mortuo papa eccľia nō eſt ſine capite: qꝛ nō eſt ſine xp̄o qui eſt caput eius: et iſta eccleſia eſt ꝗ̄ nō poteſt errare. de cōſe.diſt.j.eccľia. Unde poſſibile eſt ꝙ tota fides remaneret in vno ſolo: ita ꝙ verū eſt dicere: qꝛ fides nō deficit in eccľia: ſicut ius vniuerſitatis pōt reſidere in vno ſolo alijs peccantib⁹. et hoc patuit poſt paſſionē xp̄i: vbi remanſit in ſola virgine: qꝛ oēs alijs ſcandalizati ſunt: et tamen xp̄s orauerat ꝓ petro ante paſſionē vt nō deficeret fides ſua: ergo nō dicitur eccľia deficere nec errare ſi remaneat fides in vno ſolo. Itē dico ꝙ in cōcernentib⁹ vniuerſalē ſtatū eccleſie nō poteſt papa diſponere ꝯtra ſtatutū generalis cōcilij: ſi ſtatuendo decoloraret ſtatus ipſius eccľie. vt dicit tex.j.q.vij.et ſi illa. Et in hoc caſu intelligo multas glo. ꝗ̄ videntur velle ꝙ papa nō poteſt diſponere cōtra vniuerſalē ſtatū eccľie. vt notať in.c.lFas.de reſti.ſpo. Et vide qđ notat Inno.in.c.quanto.de conſue. vbi dicit ꝙ nō eſt papa ꝑmittendus venire cōtra ſtatū vniuerſalez eccleſie ſi inde infirmareť eccleſia. ſecus ſi ex cauſa rationabili papa vult venire limitādo ſtatū eccleſie ſeu tollendo ſtatutū cōcilij ſuꝑ ſtatu eccleſie. ſic intelligo ꝗ̄ notat glo.in.c. que ad perpetuā.xxv.q.j. hec ille. Pe.de ancha. videť dicere ꝙ papa poteſt tollere ſingula ſtatuta eccleſie: ſcʒ mere iuris poſitiui: qꝛ iſtud vel illud: ſed non oīa ſimul: qꝛ hoc eſt deſtruere ſtatū vniuerſalē eccľie. Itē abbas de ſicilia inducit glo. ſuꝑ.c. ſi papa. diſt.xl. vbi dicitur ꝙ papa poteſt etiā iudicari ꝓ quolibet mortali notorio in ꝗ eſſet incorrigibilis ⁊ ſcandalizaret eccleſiaʒ: qꝛ talis cōtumacia reputať hereſis. et multū opi. illius glo. approbat. ſed vt.ſ̄. in tit. de ſummis pontificib⁹ dictū eſt per Pe.de paľ. illa glo. nō eſt vera: qꝛ illa ꝑtinacia improprie diciť hereſis. Sed cū diciť in.d.c. ſi papa. ipſum de hereſi poſſe iudicari. intelligiť proprie ⁊ ſtricte hereſis prout importat errorē circa fidē: nō ꝓ pertinaci ꝑmanentia in aliquo crimine etiā notorio. Uerū eſt ꝙ in cōcilio Conſtantieñ. celebrato circa ānos dñi. M.cccc.xvij. in quodā decreto qđ incipit. frequens. Fuit ſtatutū ꝙ nō ſolū in cauſa hereſis: ſed etiā in cauſa ſciſmatis cōcilium poſſet de papa iudicare ⁊ recte: qꝛ ſatis appropinquat hereſi: differēs ab eo ſicut diſpoſitio ab habitu: nō tamē videť intelligendū de omi ſciſmate: ſed de eo qđ ortum eſſet in electione ipſius ſummi pontificis. vt cū dubitareť ꝓbabiliter vtrū canonice eſſet facta an ꝑ violentiā ⁊ hmōi. ſicut accidit de ſciſmate qđ tunc in dicto cōcilio Conſtañ. fuit amotū qđ durauerat ꝑ annos.xl. vel circa. et ortū habuit poſt mortē Greg.xj. in creatione ſucceſſoris immediate qui dictus eſt Urbanus.vj. ex eo ꝙ dicebať illa electio facta per metū qui cadere poterat in cōſtantē virū. vnde et a cardinalib⁹ recedentibus poſt mēſes aliquot ab eis creatus fuit alter in ciuitate fundoꝝ in cōfinibus regni ſicilie ꝗ dictus eſt Clemens.vj. ſed non de ſciſmate qđ orireť habito ſeu ꝑ̄ſidente vno indubitato ſummo pontifice: ex hoc ꝙ aliqui recederent ab obedientia ei⁹ ſtatuentes ſibi aliud caput: ſicut factū eſt in cōcilio Baſilieñ. effecto cōciliabulo temerarie deponentib⁹ Eugeniū.iiij. vnicū ⁊ indubitatū vicariū ieſu xp̄i: ⁊ erigentibus nefarie idolū quē appellauerunt Felicem prius ſabaudie ducē dictū Amedeum.

Quando cōciliū dicitur §.VII.

legitime celebratū. Circa qđ notandū ꝙ tūc fit legitime generale cōcilium qñ fit de mandato pape ipſo interueniente: vel alio de ei⁹ ſpeciali mandato. iuxta id quod legiť ⁊ notať diſt.iij.§. porro. et diſt.xvij.c.j.⁊.ij. Idē Tho. vt.ſ̄. patuit in ti. ꝑcedenti. Sciendū etiā ꝙ priſcis tēporibus in cōgregatione cōcilioꝝ ſemꝑ interfuerūt impatores. vt patet in.c.canones. diſt.xv.⁊ diſt.xvij.§.hinc etiā. diciť de Theodorico rege cōuocante cōciliū/⁊ multa concilia fuiſſe ꝑ imperatores cōuocata: vt patet in diſcurſu hiſtorie tripartite ⁊ in libro cōcilioꝝ. Ideo autē antiquitus impatores cōiter cōcilia cōgregabāt: qꝛ tunc eccleſia male poterat vti poteſtate ſua ꝓpter aduerſitates ⁊ diuerſitates quas patie

batur ab hereticis q̄bus aliqñ fauebāt ⁊ adhe
rebāt magni principes ⁊ reges. vnde ſtatim cū
potuit hoc correxit: ⁊ nō per principes: ſed ꝑ ſe
cōcilia cōuocauit: ⁊ aliqñ per imperatores pre
cipiente eccl̄ia celebrata ſunt cōcilia: aliquādo
ipſa rogante et poſtea autoriʒante: aliqñ ipſa
autoriʒante: aliqñ ipſa ratificante. vt diſt. xvii.
Conci- per totū. et maxime in. §. hinc etiā. et aliqñ con
liū con ſultu impatoris ⁊ ſui p̄ſentia. Dicūt aūt aliqui
grega- q̄ papa negligente et nolente cōuocare cōciliū
re quis ad locū idoneū ꝓ aliqua cauſa ardua iminēte:
poteſt. poteſtas cōgregandi cōciliuʒ ſpectat primo ad
oēs cardinales qui poſt papā ſunt maiores cle
rici oībus alijs quibuſcūq;. ar. eius qd legitur
de ma. ⁊ obe. c. j. per Inno. et quia cenſent vnū
corpus cū eo quaſi ſede vacante: videt̄ ad eos
ſpectare talis poteſtas. Secūdo ſpectat ad pa
triarchas ⁊ precipue ad cōſtantinopolitanum:
cuius ſedes eſt prima poſt romanam. vt patet
diſt. xxij. de cōſtātinopolitano. et alijs. c. Qd ta
men intelligēdū cū catholicus eſt patriarcha.
Tertio ad impatorē. Quarto ad reges. Quin
to ad alios principes. nā poteſtas viuus deuol
uitur gradatim ad aliū ꝓpter negligentiā. ar.
de elec. c. cū in cūctis. et de cōceſ. prebē. c. ij. Uel
dicamꝰ q̄ due partes cōciliȷ̄ in aliquo loco ido-
neo cōgregate poterūt et alios cōuocare. iuxta
notata ꝑ Inno. in. c. ij. de no. ope. nun. ſi aūt due
partes nō ſunt cōgregate: tunc videtur habere
locū ordo ſupra poſitus. Ubi aūt papa eſſet he
reticus vel de hereſi ſuſpectus: tunc ad eū non
ſpectare videt̄ poteſtas cōgregandi cōciliū. ar.
Ad cōci diſt. xl. ſi papa. ¶ Sed querit̄ qui ſint vocandi
liū q̄ vo ſeu q̄ venire debeāt ad cōciliū generale. Ad qd
candi dicendū videt̄ q̄ ſolū epī et ſuperiores ſunt de
ſunt. neceſſitate vocandi. vt notat Inno. ⁊ Joh. and.
in. c. graue. de preben. et facit ad hoc diſt. xviij.
epūs non debet. et. c. propter. cū ſeq. Eſt tamē in
poteſtate pape cōuocare etiaʒ abbates ſi vult.
arg. lxiij. diſt. c. adrianus. vbi fit mentio de ab-
batibus. Et de Grego. x. legit̄ q̄ ad cōciliū ge-
nerale qd cōgregari fecit Lugduni vocauerat
beatū Thomā de aquino. et hoc ſue eminētis
ſcientie rōne: qui tamen nec epūs nec abbas nec
alius prelatus erat. Imperatorē vel alios prin
cipes nō tenet̄ ꝯuocare ꝑ. §. hinc etiā. diſt. xvij.
Poteſt tñ ſi vult vocare ſi ei videtur expediēs
ad ſcandala vitāda. vt diſt. lxiij. §. verū. ¶ Et ſi
querat̄ an papa teneat̄ oēs epōs et ſuperiores
cōuocare totius orbis: loquēdo de catholicis.
Rñdeo q̄ hoc videt̄ ex eo qd habet̄ diſ. xvj. c. j.
vbi dicit̄ q̄ ſancti patres in cōcilio Niceno qd
fuit primū ⁊ ſolēnius: de oīm orbe terraꝝ cōue
nerūt: ⁊ qꝛ in cōcilio ꝓuinciali oēs epī prouin-
cie ſunt vocandi ſub archiepō ſuo. vt diſt. xviij.
per totū. ergo ꝫ ſimili in cōcilio vniuerſali oēs
epī orbis: cū papa dicat̄ archieps orbis. diſt.
xxv. in fi. et ꝓuincia eius ſit vniuerſitas orbis:
qd quidē ſatis iuſtū eſt vbi agitur de maximo
preiudicio ⁊ de rebꝰ arduis. facit quod legitur
diſt. xix. anaſtaſius. et diſt. xxj. nūc aūt ſatis. ta-
men videt̄ poſſe dici q̄ vbi nō agit̄ de fidei du-
bijs vel de facto pape poſſit numerus relinqui
arbitrio: quot ſcʒ ⁊ qui ſunt vocādi. nā conciliū
generale videt̄ id qd pape mandato cōgregat̄
ipſo intereſſente vel alio eius noie: ⁊ de eiꝰ ſpe-
ciali mādato. iuxta illud quod notat̄ diſt. iij. §.
porro. et diſt. xvij. c. j. ⁊. ij. et in ſumma. Nec cu-
randū videt̄ de numero diminuto prelatoꝝ ibi
exiſtentiū ꝓpter xbū xp̄i dicētis Matth. xviij.
Ubi ſunt duo vel tres congregati in noie meo:
ibꝛ ſum in medio eorū. j. q. j. cum ſcriptura. et
xxiiij. q. j. alienus eſt. Cū tribus eīn pueris: ſcʒ
anania ⁊ alijs ſimplicibꝰ vnanimibꝰ ⁊ dei man-
data ſeruātibꝰ dñs fuit ⁊ eos irrorauit in me-
dio ignis. vt patet diſt. xvj. per totū. In multis
cōcilijs cōgregatis in valde differenti numero
cōuenerūt epī: aliqñ in maximo numero: aliqñ
enim fuerūt. cccccc. aliqñ. ccc. aliqñ. cc. aliqñ. c.
aliqñ. xl. aliqñ. xxx. aliqñ. xx. aliqñ. xv. epī. et in
oībus facti ſunt canones: aliqñ plures vel pau-
ciores: et aliqñ papa fuit preſens: aliqñ legati
ex parte ipſius. In Niceno interfuit ſctūs Ni-
colaus. In quodā carthaginenſi interfuit ſan-
ctus Auguſtinus. et cū Aurelio carthaginenſi
archiepō ediderūt canones: ſed qñ de fide agit̄
et hereſibꝰ exstirpādis vel ſciſmatibꝰ: qꝛ cauſa
eſt cōis oībus catholicis ⁊ oēs tāgit: ab oībus
epīs catholicis tractari et terminari debet: et
oēs epī debēt ad ꝯciliū cōuocari ſm regulā: qd
oēs tangit debet ab oībus approbari. de reg.
puta ancillam vel ioculatricē/ vel aliquā ex illis que publicis ſpectaculis mācipant̄: lȝ virginem repellit̄ ab ordine. diſt. xxxiiij. ſi quis viduam. Octauo cū quis in ſacris cōſtitutus: vel poſt ꝓfeſſionē factam in religiōe cōtrahit cum corrupta. extra. e. a nobis.

Quare bigam⁹ nō promouet̄. ¶ Ratio aūt principalis quare bigamus ꝓhibet̄ ꝓmoueri eſt defectus ſacramēti ꝗ eſt in eo: q̄ꝛ ſcȝ coniūctio cōiugalis per eum facta nō pōt ſignificare illam ſpiritualē cōiunctionē xp̄i ⁊ eccleſie ꝗ eſt vnus ſponſus cum eccleſia que eſt vna ſpōſa: nā cum diuiſerit carnem ſuam in plures vxores/ nō eſt vnus vnius. diſt. xxvj. acutius. Coniūctio autē fornicaria nō ſignificat illam cōiunctionē xp̄i ⁊ eccleſie: ſed tm̄ cōiunctio coniugalis: ideo qui non contraxit ſed fornicatus eſt cū multis non cenſet̄ irregularis. Hec autē irregularitas nō tollitur ꝑ baptiſmū ſicut irregularitas homicidij. Ratio eſt q̄ꝛ cōtrahit̄ ex matrimonio: ⁊ baptiſmū non ſoluit matrimoniū. diſt. xxvj. deinde. Unde qui habuit vnā vxorē ante baptiſmū ⁊ aliam poſt baptiſmū/ vel ambas ante baptiſmū: irregularis ⁊ bigamus eſt. di. xxvj. acuti⁹.

Bigam⁹ exuit̄ꝛ ꝑuilegio clericꝭ. ¶ Exuitur autē bigamus om̄i priuilegio clericali: ⁊ additur foro ſeculari non obſtante cōſuetudine: et eis ſub pena excōicatiōis inhibitum eſt deferre tonſurā. extra. e. altercatiōis. li. vj. Solus autē papa diſpenſat cum bigamis non ep̄s ſm Tho. et Joh. an. extra. e. d. c. quidā dixerūt: q̄ꝛ nec papa pōt: q̄ꝛ contra doctrinā ap̄li. ſed dicunt Tho. ⁊ Pe. ꝙ papa non pōt diſpenſare in doctrina apoſtolorū q̄tū ad ea que ſunt de iure naturali: ⁊ ea que ſunt de neceſſitate ſacramētoꝝ et fidei: ſed in aliis poteſt/ cū habeat eandē poteſtatē eccleſia nunc ſicut ⁊ tunc. Qꝛ aūt obijci poſſet decretalis extra eo. nup. Soluit Tho. dicens eandē difficultatē eſſe in diſpēſando cū eo qui contraxit cū pluribus de facto/ ſicut ſi contraxiſſet de iure: vult papa ſibi oſtendere: ⁊ ideo non dicitur diſpenſare: non q̄ꝛ non poſſit diſpenſare/ vbi etiam dicitur nō poſſe: q̄ꝛ non conſueuit diſpenſare etſi poſſit: ſed ſi diffuſius vis videre de bigamia habes in ſumma cōfeſſoꝝ. lib. iij. titu. ij. per totum.

¶ De irregularitate ꝓpter illegitimationem. Capl'm. iiij.

Irregularitatē etiam inducit illegitimatio. Ratio autē quare tales ꝓhibentur a ꝓmotione eſt ſm Ray. q̄ꝛ tales reputantur viles perſone. Dignitas autem clericatus vilibus perſonis dari non conuenit. Secūdo etiam ad deteſtationē paterni ſceleris: ⁊ nec eſt inconueniens vnum puniri ꝓ alio: vt filium ꝓ peccato patris: pena tm̄ tēporali/ nunq̄ autē eternali. vt. j. q. iiij. per totum. Tertio q̄ꝛ tales ſolēt eſſe imitatores paterni ſceleris ⁊ intēperati moris lxvj. diſt. ſi gens. et in glo. ſummaria in princi. diſtin. Et q̄uis aliquando reperiant̄ hmōi viri valde induſtrij ⁊ virtuoſi: ⁊ ex hoc reddant̄ laudabiles magis. diſt. lvj. nunq̄ tm̄ iura adaptantur ſm ea que vt in pluribus accidunt. In dignitatibus tm̄ ſecularibus tales non ſemper repelluntur. ff. de decur. l. ſpurij. Illegitimi etiam ſm iura hereditare nō poſſunt: quod ſtatutum eſt in fauorē matrimonij: ⁊ (vt dicit Pe. de ancha.) ſi fieret in aliqua ciuitate ſtatutū ꝙ illegitimi poſſint hereditare non valeret: q̄ꝛ eſſet cōtra bonos mores ⁊ nutritiuum luxurie: tm̄ quo ad deum ⁊ virtutū opera nil nocet illegitimatio ſi in ſe bonus ſit: vt diffuſe habes. lvj. diſt. c. naſci. cum quinq̄ ca. ſequē.

Illegitim⁹ q̄s dicitur. ¶ Dicit̄ autē illegitimus qui non eſt natus de legitimo matrimonio: vel quod reputabat̄ legitimū ſm Ray. extra eo. c. cum inter. Unde ſi vir et mulier contraxerint in facie eccleſie bona fide credentes ſe legitime copulatos: cum tm̄ non eſſent: puta ꝓpter impedimentū cōſanguinitatis: vel etiā ſi alter eorum tm̄ hoc credebat ſcȝ legitimā copulationem: puta q̄ꝛ contraxit cū eo quem neſciebat habere aliam vxorē: talis reputatur legitimus: ⁊ vtriq̄ parenti ſuccedit. extra eo. ex tenore. ſecus ſi clandeſtine cōtraxiſſent: q̄ꝛ tūc videtur fuiſſe ignorātia affectata: ⁊ multo magis ſi cōtraxerunt publice ſcientes impedimētum ambo. extra de clande. deſponſa. c. cū inhibitio. ſm Tho. ⁊ Pe. Item dum quis ignorat ſe illegitimū cum ſit ſm Hoſtiē. ꝓbabilis ignorantia excuſat eum. ar. C. de teſta. l. j. vnde durante tali ignorantia non peccat faciēdo ſe ꝓmoueri: vel hereditatē adeūdo: ſed cū ſcit ſufficienter: q̄uis aliis occultum eſſet ⁊ diſpēſatiōe indiget quo ad ordinem/ ⁊ dignitatē/ ⁊ hereditatem dimittere debet: quando pater etiā neſciebat illum ſcȝ eſſe legitimū. Utrum autem in hac materia debeat fili⁹ credere matri. Dicit Hoſti. prima facie credendū eſt ar. extra de preſump. c. afferte. ſed tamen non cogitur ad hoc ſcȝ credere. C. de teſta. l. neq̄ profeſſio. Qualitas autē matris ⁊ conuerſatio eius cū aliis circunſtantiis plus vel minus videt̄ ꝙ habeat inducere talem filium ad credendum.

¶ Legitimat̄ autē quis tripl'r. §. I.

Legitimat̄ q̄s tribus modis. ¶ Primo modo ꝑ ſequēs matrimoniū: puta cū quis cōtrahit cum illa ex qua ante matrimoniū habuit filios: etiā ſi ille vel illa anteq̄ ſumeret talē in cōiugem prius cū altero contraheret: q̄ꝛ poſtea moreret̄. Et hoc eſt verū ſi illa tūc poterat illi eſſe vxor q̄ñ de ea habuit filios: q̄ꝛ ſcilȝ vterq̄ ſolutus erat. Unde natus de adulterio

vel inceſtu per iſtum modũ legitimari nõ põt.
ex̃ eo.cõqueſt⁹.Et hec legitimatio valet vt ſuc
cedere poſſit in oĩb⁹ bonis parẽtũ.in auc.qui.
mo.effi.na.le.§.quoniã.valet etiã ad habendũ
dignitatẽ ꝛ ordinẽ. Secũdo mõ per ſpecialem
indulgentiã pape. ex̃ eo. ꝑ venerabilẽ. Et hec
legitimatio valet ad hoc vt talis valeat ꝓmo-
ueri ad omnes ordines ꝛ dignitates eccl'iaſti-
cas vbiq; terraꝝ.Ualet etiã ad ſucceſſionẽ bo-
norũ parentũ et ad oẽs actus legitimos ſecu-
lares in terris eccl'ie ſubiectis tẽporaliter.Si
aũt fiat per epm̃ legitimatio valebit ad hoc vt
minores ordines poſſit ſuſcipere et beneficiũ
ſine cura vbicũq;:ꝛ ad ſucceſſionẽ bonoꝝ ꝛ act⁹
legitimos ſeculares in terris tẽporaliter eccle
ſie ſubiectis:ꝛ etiã alijs terris quantũ ad ea ꝑ
que nõ fieret alteri preiudiciũ:et multomagis
valet ad hoc legitimatio per papã:ſed in hiis ꝑ
que fit alteri preiudiciũ : puta ꝙ ſuccedant ab
inteſtato non valet legitimatio : nec per papã
nec per epm̃ in terris que et temporaliter nõ
ſubſunt.hoc ſm Inno.ꝛ Ber.ſup.c.per venera
bilẽ. ¶ Tertio modo legitimat̃ qs per leges
temporales et ſeculares : ſm ſcʒ modos in eis
traditos qui reduci poſſunt ad tres. Primus
eſt ſi pater filiũ naturalẽ offerat curie impera-
toris efficiaturq; curialis.in auc.qui mo. effi.
na.le.§.ſi qs igit̃.col̃.vj. Idẽ ſi offerat eũ curie
ciuitatis de qua vel de cuius vico ſit oriũdus.
inſti.de nup.§.fi.Scd̃s modus eſt ſi pater dece
dẽs in teſtamẽto filiũ naturalẽ nolet legitimũ
heredẽ: ꝛ ipſe poſtea teſtamentũ offerat princi.
vel ſi pater in inſtrumẽto per publicã manũ cõ
fecto vel alio ſcripto cũ ſubſcriptiõe triũ teſtiũ
eũ filiũ nolet nec adiecerit naturalẽ : vt in auc.
vt li.ma.ꝛ aui.§. ad hoc. Tertius modus eſt ſi
nullo filio legitimo exiſtẽte ipſe naturalis fili⁹
ſeipm̃ offert curie.vt in auc.qui.mo.na.le.effi.
.§.j. Hec legitimatio per leges facta valet ad
temporalia ꝛ ſecularia quo ad ſucceſſionem et
dignitatem in terris tãtũ ſubditis poteſtati le
gitimantis:et in alijs vbi non fieret alijs preiu
dicium ad ordinem vel dignitatem eccleſie nõ
ſe extendit. Inno.et Berñ.

¶ Diſpẽſatur autẽ cũ illegi- §.II.
timis tripliciter. Uno modo per ingreſſum re
ligionis approbate:ꝛ hoc quo ad oẽs ordines.
di.lvj.c.j.ſm Ray.et glo.ſumma. ſed ad prela
tiones:vtputa prioratũ etiam in ipſa religione.
vel alias dignitates ſine diſpẽſatione talis ꝓ-
moueri nõ poteſt.vt in.d.c. j. Et nota ꝙ magi-
ſter ordinis predicatoꝝ poteſt diſpenſare cum
trecẽtis fratrib⁹ ordinis ſui ſup defectu nata-
liũ vt poſſint ad oẽs ordines ꝛ ad priorat⁹ ordi
nis ꝓmoueri:niſi fuerint ꝓcreati ex adulterio
vel inceſtu vel irregularib⁹. Alexã. deuotiõis.
ſed ex alio priuilegio.ſ.Ioh.xxij.põt diſpẽſare
in illo numero cũ oĩb⁹ genitis de ſoluto ꝛ ſolu-
ta:etiã ſi eſſent patres eoꝝ ſacerdotes:vt.ſ. ꝓ-
moueant̃ ad ordines ꝛ prioratus cõuentuum.
Alex.deuotionis.Scd̃o diſpenſari põt ꝑ epm̃:
ꝛ hoc quo ad ordines minores tm̃ ꝛ ad bñficiũ
ſine cura:quo aũt ad alia diſpẽſari nõ põt. Ter
tio fit diſpenſatio ꝑ papã: ꝛ hoc nõ ſolũ quo ad
ordines:ſed etiã quo ad oẽs dignitates ꝛ ꝑſo-
natus.ex̃ eo.c.is q̃.lib.vj. Diſpẽſatio aũt aliqñ
fit circa tales minores: vt ſcʒ ordinẽt̃ ꝛ iſtituãt̃
in eccl'ijs alijs a paterna.dico ſi ſunt filij presby
teri:al's vero in quibuſcũq; eccl'ijs.ex̃ eo.c.pre
ſentiũ.aliquãdo maior: vt ſcʒ inſtituant̃ in pa-
terna:aliquo tñ medio.ex̃ eo.ex tranſmiſſa.ali
qñ maxima vt ĩ paterna nullo medio. ¶ Et no
ta ꝙ cũ diſpenſatur illegitimus a papa quo ad
ordines ꝛ beneficiũ eccleſiaſticũ:nõ ꝓpter hoc
intelligit̃ ꝙ poſſit ꝓmoueri ad ꝑſonatũ vel re-
ctoriã ad quã per electionẽ ꝓcedi cõſueuit. ex̃
de preben.c.fi.ſed bene ad eccleſiã parrochialẽ
poterit ꝓmoueri. Itẽ ſi a papa obtinuit diſpẽ-
ſationẽ illegitim⁹: et poſtea impetrauit ꝙ duo
aut plura beneficia poſſit habere : tacuit autẽ
predictum defectum:non valet hec ſecũda gra
tia.extra eo.ſi is qui.li.vj. Item nota ꝙ filij ſa-
cerdotũ quos ipſi ſuſceperunt de legitima vxo
re ante ſacrũ ordinem ſm Ray.ꝛ alios promo
ueri poſſunt ad omnes ordines et dignitates
cum legitimi ſint: niſi in illa eccleſia in qua pa
tres eorũ immediate fuerunt prelati vel cano-
nici:vbi non poſſunt canonizari vel ꝓmoueri.
extra eo.ad hec. Goffr. etiam dicit ꝙ cũ pater
habuerit perſonatum vel vicariam perpetuã
in aliqua eccleſia : filius immediate ipſum vel
ipſam habere non poteſt. extra eo. quoniam.
Item ſi pater habuit perſonatum:filius nõ po
teſt habere vicariam : nec econuerſo.extra eo.
michael. Ut ſi filius diſpenſatiue ſuccedat pa
tri : frater iſtius bene poterit ſuccedere fratri:
vt ponit Hoſtien.quia in hoc nõ ſuccedit patri
immediate.Sed ſecus ſi prius habuiſſet ipſam
eccleſiã de facto. Porro ad nepotes hec ꝓhi-
bitio non extenditur ſm Ray.Goffre. ꝛ Hoſti.
Ordinati vero in ſacris ſcilicet ſubdiaconatu:
et ſupra ſi ſuſcipiant filios ex vxorib⁹ cũ qbus
ante ordinationem contraxerant: tales filij il-
legitimi ſunt ſi vxores conſenſerint ꝙ viri ordi
narentur:vel ſcientes hoc non contradixerunt
xxxij.di.ſeriatim.Sed ſi ordinati fuerint inui-
tis vxorib⁹ et ignorantibus legitimi cenſentur
et non indigent diſpenſatione.aliqui tamen di
cunt ꝙ indigent etiam tales diſpẽſatione. Gre
ci tamẽ ſacerdotes:quia licite vtunt̃ matrimo
nio contracto ante ſuſceptionem ſacramentoꝝ

De mõ diſpẽſatiõis cũ illegitimis.

nam in ſacris contrahere nõ poſſunt:nec licuit a tempore apoſtolorum.diſtin.xxxij.per totum ideo filij quos generant de vxoribus ſuis dum ſunt in ſacris legitimi ſunt. et idem iudicium ſicut de alijs legitimis.

¶ De irregularitate propter varia vitia corporum. Capitulum.v.

Irregularis eſt corpore vitiatus.i. mutilat⁹ vel debilitatus in mẽbris. talis ꝓhibet ꝓmoueri:aut propter inhabilitatẽ ad officiũ exequẽdum: aut ꝓpter deformitatẽ ad aliox ſcã dalũ tollendũ. ¶ Pro cui⁹ declaratione nota diſtinctionẽ.aut qs eſt mutilat⁹ vel priuat⁹ magno mẽbrox manifeſto:qḋ ſcꝫ inducit notabilẽ deformitatẽ:vt priuatio naſi ⁊ hmõi vel inhabilitatẽ ad exequẽdũ officiũ vt priuatio manus et hmõi:⁊ tũc quacũqꝫ de cauſa ſit mutilat⁹ ſeu priuat⁹ iuſta vel iniuſta:naturali vel accidẽtali impedit a ꝓmotiõe:⁊ deijcit promotus cũ tali defectu.Si aũt erat iam ꝓmotus qñ ſupuenit talis defect⁹:ſi non per hoc reddit nimis deformis poteſt exequi illa officia ad q̃ non impedit propter illũ defectũ:puta ſi fact⁹ ſacerdos amiſit viſum miſſam celebrare non poterit:vel alr̃s in altari miniſtrare:ſꝫ poterit audire ꝯfeſſiões et predicare.a beneficio etiã non remouebit ſi ſine culpa ſua incidit in defectũ:q2 non dꝫ addi afflictio afflicto. vij. q. j. cũ ꝑcuſſio:dabit tñ ei coadiutor ſi tale beneficiũ eſt cui iſte deſeruire nõ poſſit.extra de cle.egro.c. iij. Aut qs mutilatus vel priuat⁹ eſt mẽbro paruo vel occulto et tũc ſubdiſtingue:q2 aut ſpõte ⁊ ſine iuſta cauſa:vt ex indignatione vel impatiẽtia vel ſupbia aut ex iniuſta cauſa: vel inuit⁹. Si pmo modo tũc indiſtincte in quocũqꝫ mẽbro : ſiue a ſe ſiue ab alio:repellit a ꝓmotiõe:et deijcit iam ꝓmotus etiã ſi putabat ſe obſequiũ preſtare deo caſtrãdo ſe.extra eo.ſignificauit. ⁊ ſm Inno. idẽ etiã eſt ſi nõ totũ mẽbrũ amiſit:ſed partẽ mẽbri que deformitatẽ generaret vnde ſcãdalũ eſſet. ex̄ eo.c. j. vel inhabilẽ redderet ad officiũ exequẽdũ.ex̄ eo.thomas.ſec⁹ in alijs.vel etiã ſi dẽtem ſibi excuteret. Si aũt ex iuſta cauſa ⁊ ſponte:puta ꝓpter periculũ lepre:ne totũ corp⁹ inficeret fecit ſibi amputari mẽbrũ occultũ vt viriha:vel manifeſtũ paruũ aut digitũ nõ neceſſariũ.ſ.ad ſignũ crucis faciendum: vel ipſemet hoc ſibi fecit cũ eſſet bene perit⁹ in chirurgia: talis nec repellit a ꝓmotione:nec deijcit ꝓmotus. Idẽ iudiciũ ſi inuit⁹ puta ſi ab inimicis caſtratus eſt : vel etiã ſic natus:vel etiã a caſu in tale quid incidit in dãdo operã rei licite : puta dolando lignũ abſcidit ſibi partẽ minimi digiti:in oib⁹ hmõi nõ repellit:nec eſt neceſſarium ſm Hoſt.⁊ glo.diſt.lv. ſi qs abſciderit, ꝙ talis caſtratus teſticulos ſecũ deferat: vt dicunt vulgares:ſed ſi dãdo operã rei illicite a caſu amiſiſſet mẽbrũ/talis repellitur a ꝓmotione:ſed ſi mẽbrũ vel pars mẽbri eſſet q̃ gñaret modicam deformitatem:talis ex mĩa toleratur in ſuſceptis ſcꝫ ꝑ diſpẽſationẽ epĩ.hec ex dictis Ray. Guil.Inn.⁊ Ber.⁊ trahunt ex di.lv.ſi qs abſciderit.⁊ in alijs ca.ex̄ eo.ſignificauit.

Qñ corpore vitiat⁹ repellat.

¶ Quantum ad quedã particularia ⁊ determinata corporis vitia. Nota ꝙ claudũ admittit cõſuetudo:niſi talis ſit ꝙ ſine baculo ad altare nõ poſſit ſtare.ar.de cõſe.di.j.null⁹.⁊ diſt.xlv.c.diſciplina.Cecitas vni⁹ oculi tantũ repellit a ꝓmotione ſm Arch.qḋ ꝓbat per.c.ſi euãgelica. di.lv.Gibboſus nõ repellit a ꝓmotione:niſi ſit nimis deformitas vel debilitas. Habẽs ſex digitos in pede indubitanter promouet:etiam ſm Hoſt.ſi habeat in manu:vel ſi habet digitos cõiũctos:dũmodo ex his nõ ſit impedimẽtum in vſum mẽbri.ff.de edil.edic.l.itẽ offili⁹.Leproſus populo celebrare nõ debet ꝓpter ſcandalũ ſed ſi nõ ſit nimis deformis nõ eſt ꝓhibẽd⁹ priuatim celebrare:vel etiã leproſis/nõ aũt ſanis. Vinũ oĩno nõ bibens ad ſacerdotiũ ꝓmoueri nõ poteſt:cũ oporteat celebrãtẽ ſumere ſanguinẽ ſub ſpecie vini.ſi.q.vij.ipſi apli. Maculã habens in oculo nõ repellitur a ꝓmotione:niſi nimiã inducat deformitatẽ: qḋ cõſiderare eſt ĩ arbitrio prelati.extra de cor.vi.cum de tua. Sed ibi ſuffraganeox conſiliũ inquiri mandatur:et qḋ ſibi viſum fuerit exequat metropolitanus. vbi notant Vin.et Ber.ꝙ ſine cõſilio illorũ ſup macula nil diſponere debet : alr̃s non valet.ſed Hoſti. hoc nõ approbat. Quis em̃ ꝯſiliũ archiepm inſtruat: et ipſo irreqſito nil expediri debeat:nõ tñ habet neceſſe epo ipm ſequi vt notari cõſueuit extra de elec.c.cũ in veteri.l. di. ſtudeat. Tu dicas ꝙ cũ apoſtolicus in predicto.c. mandet ꝓcedi cũ cõſilio ſuffraganeox:ſi abſqꝫ cõſilio ipſox ꝓcedat nõ valebit. vt in dicta decre.cũ in veteri. Si aũt requiſito ipſox cõſilio: hoc cõſiliũ ipſox nõ ſequat / bene valebit.ex̄ de arbi.c.cum olim.ſed ſecus dici poteſt ſi diceret in mandato de cõſilio ſuffraganeorũ ⁊c. Videt em̃ papa artare tunc metropolitanũ vel alium cui ſcribit:vt ſequat cõditionẽ vel induſtriam perſone ſiue perſonarũ: ⁊ multo magis ſi diceretur in mandato:vt non fiat ſine conſilio talis vel talium.hec oĩa de macula notat Arch.diſt. xlix.hinc etem̃.ſuper vbo albuginẽ habens in oculo. ¶ De furioſis lunaticis caducis et demoniacis dicit Guil. ⁊ glo.di.xxxiij.ſuper.c.cõmuniter. ꝙ null⁹ taliũ ꝓmoueri debeat etiam poſtq̃ liberati fuerint. Si autẽ ſint iam ꝓmoti: tũc aut ſunt omnino ex toto liberati a predictis paſſionib⁹/aut nõ,⁊ in primo caſu poterũt

De particularibus vitijs corporis.

exequi officiū ſuū. Quāto autē tēpore expecta
ri debeat ad ꝓbandū tales vtrū ſint liberati ⁊
qualiter: ꝗuis di.xxxiij.c.cōiter. dicatur ꝙ per
annū: ⁊ alibi dicatꝰ per.xxx.dies.vij.q.ij.c.ſi.tñ
dici pōt ꝙ eſt arbitrariū tēpus ꝓbatiōis pen-
ſatis cōditiōibus morbi ⁊ perſone. Si vero nō
omnino ex toto ſunt liberati: tūc aut frequēter
aliqua dictarū paſſionū vexat eos aut raro: et
ſiquidē frequēter omnino debēt ceſſare ab offi
cio miſſe.vij.q.ij.in litteris. ſi raro / tunc aut cū
ſpume iactatione ⁊ vocis cōfuſione: ⁊ ſic debēt
abſtinere: aut raro ⁊ ſine hmōi expumatione: ⁊
ſine cōfuſione vocis: et tunc non ꝓhibentur ab
officio miſſe: dum tñ habeāt iuxta ſe alium ſa-
cerdotē: vt ſi ille cadat vel deficiat iſte ſuppleat
vij.q.j.illud. Quidā tñ hoc nō admittūt de de-
moniacis dicētes ꝙ oīno opꝫ eos eē liberatos.

De quibuſdam alijs irregularitatibus. Capl̄m.vj.

Sunt ⁊ quedam alie irregularitates
que qꝛ cōiter non ita cōtingunt bre
uiter expediemꝰ in ſingulis. §. vnā
tangēdo in iſto ca. Prima eſt here-
ſis ex qua poſt vulnus ſanatū.i.eiꝰ
dimiſſionē remanet cicatrix.ſ.irregularitatis:
vt dicitur.j.q.j.ventū. vnde ꝓhibetꝰ a ꝓmotiōe
⁊ deijcitur ꝓmotus. Si autē reuertantꝰ ad fidē
veritatis poſt abiurationē hereſis / recipiūtur
de iure cōi ad laicam cōmunionē poſtꝗ̄ fuerint
reconciliati.j.q.vij. Daibertū. Et circa eos fit
quadruplex diſpēſatio. Quandoq̧ quidē ſemi
plena: vt ſcꝫ ſolum recipiantꝰ in ordinibus ante
hec oīa ſuſceptis.j.q.j.ſi quis heretice. Quan
doq̧ plena: vt poſſint ſacerdotes fieri.j.q.vij.
cōuenientibus. Quandoq̧ plenior: vt ſcꝫ poſ-
ſint eſſe ep̄i.xij.diſt.nos conſuetudinē. Quan-
doq̧ pleniſſima: vt ſcꝫ ꝓmoueri poſſint etiam
ad ſuperiores dignitates.xxiij.q.iiij.ipſa pie-
tas. De hereſi ꝗ̄tum ad excōmunicationē ha-
bes.ſ̄.titu.xxiij. De ipſa ꝗ̄tum ad peccatū ha
bes.ſ̄.in.ij.parte.titu.xij.

Solennis penitētia inducit §.I.

irregularitatē.di.l.c.ex penitētibus. Hec peni
tentia fieri debet cū illa ſolennitate que habetꝰ
di.l.in capite. ⁊ imponitꝰ tm̄ ab ep̄o vel de eius
mādato: nec imponitur clerico niſi depoſito: et
qꝛ hec hodie nō eſt in vſu / ideo breuiſſime tan-
gam de ea. Ratio aūt quare impedit ꝓmouen
dum eſt: qꝛ nō ſunt digni ſuſcipe vaſa ſacramē-
torū qui dudū fuerunt vaſa viciorū.diſt.l.illud.
Non em̄ imponitꝰ talis penitentia niſi ꝓ crimi
ne vulgatiſſimo ⁊ enormi: qꝺ totā ciuitatē com
mouet. Secūda ratio eſt ꝓpter ſcādalū populi
q̄ ſcit crimen eius.di.l.de his. Tertia ratio eſt
timor ne iterū labantꝰ: qui timor de cōſuetudi-
ne priſtina ſurgit.di.lxj.in ſacerdotibꝰ. Quar-
ta ratio: qꝛ nō haberet frontem reprehēdendi
alios.di.xxv.primū. Ray. et Tho. in.iiij. Pōt
aūt cū eis in minoribus ordinibꝰ ꝓpter neceſ-
ſitatē vel vtilitatē eccleſie diſpēſari.diſt.l.pla-
cuit. ⁊ hoc ꝑ ep̄m ex quo non eſt ei ꝓhibitū: pu
blica aūt penitentia nō inducit irregularitatē
hec etiam ſm̄ Ray. iniūgi pōt etiam ꝑ cōfeſſo-
rem: ⁊ eſt cū iniungitꝰ alicui vt vadat ꝑegrinā-
do ꝑ mundū cū baculo cubitali ⁊ ſcapulari.

Dilatio baptiſmi vſq̧ ad §.II.

egritudinē quē tunc ſuſcipit timore mortis in-
ducit irregularitatē.di.l.ſi quis. Ratio huius
eſt: qꝛ nō preſumitꝰ vere cōtritus: vt ꝑ hanc pe-
nam hoīes inducerentꝰ nō negligere ꝓpriā ſa-
lutem: nec tollitꝰ iſta irregularitas ꝑ baptiſmū
qꝛ baptiſmus ita dilatus inducit eā: idem aūt
non operatꝰ cōtrarios effectus.ex̄ de bap.maio
res. ſecus tñ eſt de eo q̄ diſtulit cōmunionē vſq̧
ad talē terminū: qꝛ hic nō repellitur ab ordine.
di.l.is qui. Pōt tñ talis q̄ ſic diſtulit baptiſmū
in duobus caſibus ꝓmoueri. Primꝰ ſi poſt ba
ptiſmū fides ⁊ vita eius ꝓbabilis apparuerit.
Scd̄s ſi raritas clericorꝫ h̄ exegerit.di.l.ſi qs.

Iterata ſuſceptio ſacramenti §.III.

menti imprimētis characterē: vt baptiſmi / cō
firmationis / et ordinis inducit irregularitatē.
di.l.cōfirmandū.de cōſe.di.iiij.q̄ bis.idē.j.q.j.
ꝙ quidā. ⁊ ſi ſciēter rebaptizati ſunt / vel recon
firmati / vel reordinati etiā ignorāter: ſed poſt
ſcitū ratū habuerunt abſq̧ diſpēſatiōe pape ꝓ-
moueri nō poſſunt: ſecus ſi ignorāter vt infan-
tes / vel vt coacti: abſolute em̄ poſſunt hmōi ꝓ-
moueri de iure: ſed ſm̄ alios (qꝺ tutiꝰ eſt dice
re) cū diſpenſatiōe.de cōſe.di.iiij.eos. Ubi autē
quis ꝓbabiliter dubitat de ſuſceptione hmōi
ſacramentorū ⁊ non leuiter ⁊ temerarie: ⁊ pro-
pter hoc ſuſcipiat aliquod dictorꝫ ſacramētorꝫ
facta prius diligēti inquiſitione ſuꝑ hoc ad in-
ueniēdū veritatē: ⁊ non inuēta ſuſcipit: nō pro-
pterea efficitꝰ irregularis ꝗuis alꝰs ſuſcepiſſet
qꝛ nō putatur iteratū qꝺ neſcitur eſſe factum.
di.lxviij.preſbyteri. ⁊ debet dicere in forma cū
dubitatur: ſi non es baptizatus ego te baptizo
⁊c. Si non es confirmatus ⁊c. Ratio huius eſt
ꝓpter iniuriā factā ſacramētis: que eſt in hoc
ꝙ ſacramentū nō eſt iterandū ꝓpter effectum
indelebilem characteris iterati.

Curialis etiaꝫ cenſetꝰ vt §.IIII.

irregularis: ⁊ ꝓhibetꝰ ordinari niſi ſit abſolutꝰ
a curia.di.lj.c.j.et ſeq. Et dicitꝰ curialis hic ſm̄
Ray. large: oīs qui quacūq̧ cōditiōe obligatꝰ
eſt ſuꝑ curie alicuius poteſtatis publice habēs
honeſtū officiū vel inhoneſtū: vt iudices / aduo-
cati / milites / hiſtriones et hmōi. Ratio huius

ꝓhibitionis eſt:tum qꝛ q̄nqꝫ tales repetunť et in eccleſia ꝑturbanť : tum qꝛ ꝓ̄ſumiť cõtra eos ꝙ nõ cauſa deuotiõis tranſeãt ad clericatũ:ſed vt fugiãt ratiocinia dñoꝝ ſuoꝝ.diſt.liiij.legem. Qui aũt ex predictis aliqđ miniſteriũ prebue rũt in cauſa ſanguinis etiã abſoluti a curia ꝓ moueri non poſſunt.xlvj.di.clericus.Siĺr ſi in turpi ⁊ inhoneſto officio:vt hiſtriões. de con ſe.di.ij. ꝓ dilectiõe. ¶ Obligatus alteri ad ra
Obligatio ad rõcinia tiocinia põt quis eſſe tripliciter . Primo ſi eſt obligatꝰ reipublice:⁊ ſiquidē eſt obligatus ad hoc ex adminiſtratiõe quã geſſit ꝓmoueri non debet ante redditã rationē.diſ.lj.preterea.ſed ſi alr̃s eſt debitor reipublice nõ ꝓhibetur.C.de epi.⁊ cle.quiſquis.Secũdo ſi eſt obligatus ali cui ꝑſone ſeculari nõ miſerabili:qꝛ.ſ.geſſit ad miniſtrationē eius:vt tutor/curator/⁊ ꝓcura tor: et talis ꝓmoueri non põt niſi finito officio adminiſtrationis.xxj.q.iij.ca.j.Finita aũt ad miniſtratiõe ſi adhuc ſit obligatus ad ratioci niũ/et moueť ei queſtio de dolo:non põt ꝓmo ueri ante deciſam litē.di.lxxxj.tantis.debet tñ taxari tēpus infra qđ queſtio decidať. Siĺr etiam ſi queſtio ei non moueret ⁊ manifeſtũ ſit eum teneri de dolo: debet eṗs ex officio ſuo eũ repellere ſicut quēlibet criminoſuꝫ ſeu infamē vj.q.j.infames.alr̃s non ꝓhibeť ordinari.Ter tio ſi eſt obligatus ex adminiſtratione ꝓ perſo na miſerabili ſeculari:vt viduis ⁊ pauperibus cecis/pupillis et hmõi: vel perſona eccleſiaſti ca: et talis non impeditur a ꝓmotione ſi aliud nõ impedit : vt ſi eſſet manifeſtus dolus in ad miniſtratione/vel aliquid aliud : qꝛ ad adiuuã dum talem quilibet teneť.di.lxxxvj.peruenit. ⁊.xvj.q.j.monachi.Ray.

¶ Hermofroditus eſt irregu §.V. laris : et diciť hmõi ille q̄ participat de vtroqꝫ ſexu.ſ.maſculino et feminino:hic repelliť a ꝓ motione ꝓpter deformitatē ⁊ monſtruoſitatē. ar.diſt.xxxvj.illiteratos.talis ſi magis vergit in ſexum maſculinũ ꝙ̄ femininũ: ꝙ̄uis ordina ri nõ debeat:nec ordinatus miniſtrare:tñ ſuſci pit characterē:ſed ſi magis vergat in ſexum fe mininũ ꝙ̄ maſculinũ/vel etiã ſi equaliter parti cipat:de vtroqꝫ nõ eſt ſuſceptiuus characteris ſm Guiľ. et multo magis femina ordinis non eſt ſuſceptiua. Dicitur aũt mulier preſbytera. diſt.xxxij.preſbyter. non qꝛ habeat ordines ſa cerdotis / ſed qꝛ vxor ſacerdotis et diaconiſſa: qꝛ dicit homeliam euangelij.

¶ Seruus quocũqꝫ genere §.VI. ſeruorũ ordinari nõ debet:niſi prius cõſecutus fuerit plenariã libertatem.diſt.liiij.c.j.ij.et.iij. Ratio huius eſt clericalis dignitas et ſeruilis vilitas.ex̄ de ſer.non ordi.de ſeruorũ. in fi.Si autē ſeruus fecerit ſe ꝓmoueri neſciente dño/ vel ſciente et cõtradicēte:ſi ordinatus fuerit in minoribꝰ reduciť in ſeruitutē. vt.liiij.di.nulli. Si ordinatꝰ fuerit ad ſubdiaconatũ vel diaco natũ/opꝫ ꝙ det aliũ loco ſui: vel ꝓcuret redem ptionem ſuã per aliquã perſonã. di.liiij.ex an tiquis.ex̄ de ſer.nõ ordi.miramur. Si in ſacer dotē ſit ꝓmotus /remanet quidē in ordine ſuo reddito peculio ſi qđ habet dño: ⁊ ſi non habet debet ꝓcurare redemptionē ſuã: qđ ſi non põt ſeruire teneť dño ſuo: in ſeruitijs tñ cõuenientĭ bus ſacerdotio: vt officiando ei in miſſa/horis et hmõi. di.liiij.frequēs. ꝙ ſi nollet ſeruire de ponendus eſt. Tempus aũt infra qđ dñs ſuus põt eum repetere eſt tēpus vnꝰ anni a tēpore notitie huiꝰ.xvij.q.ij.ſi quis incognitus.Si ve ro ſeruus ꝓmotus eſt dño ſciente ⁊ nõ cõtradi cente/eoipſo ingenuus fit.diſt.liiij.ſi ſeruus.et hoc verũ eſt ad quencũqꝫ ordinem fuerit ꝓmo tus ſm Inno.Goffre.⁊ Ray.Et nota ꝙ ſeruus eccleſie liberatus ad hoc teneť etiaꝫ ſi nõ eſſet vel fuiſſet expreſſum in ſui manumiſſione vt nõ iniurieť eccleſie: nec accuſet eã:nec teſtificetur cõtra eam.diſt.liiij.qui ex famulis. alr̃s reuoca tur in ſeruitutē. xij.q.ij.diaconi. et ſm quoſdã etiã ad operas honeſtas: vt in dicto.c. nõ tñ te netur eccleſie ꝑpetuo ſeruire in officio clerica li niſi in manumiſſiõe ⁊ ordinatione fuiſſet ex preſſum. ex̄ eo.eo libētiꝰ. ſed ſeruo priuate ꝑſo ne liberato vt ꝓmoueať non põt dñs ſibi reti nere aliquas opas in quibus teneať ei.di.liiij. c.j.niſi ſpũales.qđ exprimi debet ſi hoc vult pa tronus in ſui manumiſſiõe: et poſtea declarari in ordinatione.ſm Hoſt.⁊ ſi ꝓmotus nollet in hmõi ſeruire nõ reuocabiť in ſeruitutē:ſed de gradabiť ſi eſt factꝰ ſacerdos ſm Inno.Ray. et Goffre. Itē nota ꝙ cũ ordinatꝰ reſtituiť dño ſuo/nõ licebit dño ſuo manus violētas inijcere in eũ:alr̃s incideret in canonē ſm Inno.nec illi ſeruo licebit cõtrahere matrimoniũ ſi eſt in ſa cris ꝓpter votũ annexũ ordini clericali. ex̄ de conuer.cõiu.c.quidã. alijs priuilegijs clerica libus nõ gaudebit. ex̄ de cle.cõiu.c.Iohãnes.

¶ Ultimo crimē mediocre §.VII. ⁊ notoriũ inducit irregularitatē. Pro cuiꝰ de claratiõe omiſſis opiniõibꝰ antiquoꝝ circa iſtã materiã nota diſtinctionē quam fecit Ray. in ſumma.vcꝫ.Criminũ aliud enorme/aliud me diocre/aliud leue. Crimen enorme in hoc loco Crimē enorme diciť homicidiũ ⁊ ſimonia aliq̄:et etiã ſm Hoſ. hereſis.quodlibꝫ aũt horũ ſiue occultũ ſiue ma nifeſtũ ſit impedit ꝓmouendũ ⁊ deijcit ꝓmotũ etiam poſt penitētiam:⁊ de hereſi ⁊ homicidio dictum eſt.ſ. ac etiam de ſimonia. Crimē leue Crimē leue dicitur hic illud mortale quod de ſe nõ inducit

depoſitionē niſi ex cōtumacia poſt admonitio-
nē: vt ebrietas: ludus alee. di.xxxv.c.j. ſtrepit⁹
in ſynodo. v.q.iiij. i loco. Eſus carniū in dieb⁹
ꝓhibitis: cōfectā eucharistiā non aſſumere et
hmōi. et iſta talia ſiue occulta ſiue manifeſta:
neq̧ impediūt promouēdū: neq̧ deijciūt ꝓmo
Crimē tū. de coha. cle. ⁊ mul. veſtra. Crimē mediocre
medio- dicit hic. vt adulteriū: furtū: fraudulētia: ſacri
cre. legiū: piuriū: falſum teſtimonium ⁊ ſimilia. hec
aūt ſi ſunt occulta nō impediūt ꝓmouendum:
neq̧ deijciūt promotū: neq̧ indigēt diſpēſatiōe
ſed ſufficit penitētia ſacramētalis. de tēpo. or.
c. ex tenore. ⁊. c. queſitū. Si ſunt manifeſta: tūc
aut ſunt manifeſta per ꝓpriā cōfeſſionē delin-
quentis extra iudiciū factā: ⁊ ſic nō faciūt irre-
gularitatē talem: quis ille ſi clericus eſt debe-
ret ſuſpēdi ab officio et bñficio. extra de exceſ.
prela. c. q̄ ſit graue. Aut ſunt manifeſta per fa
mā deficiente accuſatore et legitima ꝓbatiōe.
et ſic nō inducūt irregularitatē. purgatio tamē
canonica tali indicēda eſt: qua preſtita abſolue
tur: et ſi in ea defecerit deponet. extra de adul.
c. ſignificaſti. Aut ſunt manifeſta per ſententiā
vel cōuictionē vel cōfeſſionē metu ꝓbationis
factā: et ſic inducūt irregularitatem. ⁊ idē ſi eſt
notoriū per euidentiā facti: qḋ nulla poteſt ter
giuerſatione celari. cuius. ſ. eſt teſtis et popul⁹
et inficiationi non eſt locus. de tēpo. ordi. que-
ſitū. poteſt tamen in hmōi mediocrib⁹ notorijs
de iure vel de facto per epm diſpenſari in tali
irregularitate: ſm Inno. in glo. ſuper. c. ex te-
nore. ⁊ de his omnib⁹ diffuſe habes in ſumma
confeſ. lib. j. titu. xxix. q. iij.

Infames etiā omnes tā §. VIII.

de iure q̄ de facto repelluntur a promotiōe di
gnitatum et ordinū. diſt. lj. qui in aliquo. extra
Infa- de reg. iur. infamib⁹. li. vj. ſm Ray. Et dī infa-
mis dī mis ille cuius de facto apud bonos et graues
duplr. grauata eſt opinio ſuper aliquo crimine. Infa
mis vero de iure eſt: quē ius ponit eſſe infamē:
vt q̄ conuict⁹ eſt de furto: vel qui pugnat in are
na cū beſtia dentata pro lucro et hmōi. alia plu
ra potes videre de infamib⁹. iij. q. vij. §. porro.
in tex. ⁊ glo. Repellit etiam infamis ſm iura a
procurando: iudicādo: accuſando: teſtificando
poſtulādo. Et nota q̧ quis cōſuetū ſit ⁊ con-
ueniēs ab irregularitatib⁹ cū irregularib⁹ ver
bis diſpenſare per eū qui poteſt ſub tali forma
vel ſimili. Ego diſpenſo tecū in tali irregulari-
tate quā contraxiſti propter talē cauſam: vel ſi
contraxiſſes qñ de hoc dubitat: tamē ſi epūs or-
dinat aliquē irregularē intendēs cū eo diſpēſa
re per hoc de facto diſpenſat: quis nō vſus fue
rit illis vbis: dūmodo poſſit in tali caſu diſpē
ſare. Et idē de prelatis q̄ mittūt ad ordinandū
aliquē irregularē quē ex autoritate ſibi cōceſ-
ſa poterāt diſpēſare: lȝ nō dixerint illa vba mit
tēdo de facto diſpenſant ſm doc. Et nota q̧
archiepi poſſunt in ſuis dioceſib⁹ fratres ordi
nis predicatoꝝ abſoluere ⁊ in irregularitatib⁹
diſpēſare qñ fuerint ab eis requiſiti ſiue incide-
rint anteq̄ intrarent ordinē ſiue poſt: niſi adeo
enormis eſſet exceſſus q̧ merito etiam apoſto-
lica ſedes eſſet conſulēda. Greg. qr prouidētia.
Item q̧ magiſter ordinis predicatoꝝ ꝓuincia
les ⁊ priores cōuentuales ⁊ eoꝝ vicarij in ꝓuin
cijs cōuentib⁹ ⁊ locis ſibi cōmiſſis fratres p̄di
catores: oēs ibidē ꝯſtitutos ⁊ ad eos vndecūq̧
declinātes poſſunt diſpēſare ſuper irregulari-
tate quā cōtraxiſſent ſi excōicatiōe vel ſuſpen-
ſiōe innodati diuina celebraſſent/vel locis ſup
poſitis eccl'iaſtico interdicto. Itē ab irregula-
ritate quā ꝯtraxiſſent recipiētes ordines ſic li
gati. Bonifa. virtute. Itē oēs p̄dicti prelati or-
dinis predicatoꝝ a ſuis cōfeſſorib⁹ poſſunt re-
cipere diſpēſationē ſup predictis irregularita
tib⁹ ſi eas cōtraxiſſent: in qb⁹. ſ. ipſi valēt diſpē
ſare. Clemēs. exigentib⁹. Idē puto de fratrib⁹
minorib⁹: qr cōiter dicitur q̧ ſum⁹ pares in pri
uilegijs. De alijs ſentētijs habes in locis ſuis.

De penis. Titulus. xxix.

De multiplici genere penarū tam dei q̄ fo-
ri eccleſiaſtici et ciuilis. Capitulum. j.

Quis de penis quibuſdā ſcȝ
eccl'iaſticis hucuſq̧ actum
eſt. ſ. excōicationis. interdi
cti. ſuſpēſionis et irregula-
ritatis. Nūc breuiſſime de
penis in genere aliqd tra-
ctet. Et ꝓ fundamēto hui⁹
materie ſumat regula iu-
ris q̄ dicit. ſine culpa niſi ſubſit cauſa nō eſt ali-
quis puniēdus. de reg. iur. ſine culpa. li. vj. que
regula locū habet in iudicio poli ⁊ in iudicio fo
ri: ⁊ cū pena ſit multiplex. vt. j. dicet. In iudicio
qdē poli ſiue dei pena ſpūali q̄ pncipalr tangit
aiaȝ: ſiue ſit ſubtractio grē: ſiue pena damni. i.
priuatiōis glorie: ſiue ſit pena ſenſus. i. crucia
tiōis ignis infernalis nūq̄ punit aliqs ſine cul
pa ſua vel ꝯtcta quātū ad originale: vel cōmiſſa
quātū ad actuale pctm̄. Vñ qḋ dī Exo. xx. Ego
dñs zelotes viſitās pctā patrū i filios vſq̧ i ter
tiā et quartā gñationē: itelligit de imitatorib⁹
paternoꝝ ſcelerū. vt exponit Grān⁹. j. q. iiij. §.
qb⁹. vbi etiā dat alias expōnes ad dictā auctē.
Alijs aūt penis qbuſcūq̧ in iudicio dei punit
qs nō ſolū ꝓ culpa ſua cōmiſſa vel cōmittēda:
vt. ſ. euitet: ſȝ etiā ꝓ culpa alterius: non tñ ſine
cauſa ⁊ iuſtiſſima: etſi nobis ignota. vñ Augu.
xxiij. q. iiij. de tyrijs ⁊ ſydonib⁹. ſic ait. Etſi rōne

facti ꝓfunditatē iudicioꝝ dei penetrare non poſſimus: verũtamē verũ eſſe ſcimus quod dixit: et iuſtum eſſe quod fecit. Hinc ꝛ Grego. in moral. Si iuſta deo placere ſcimus / pati autē nulla niſi que deo placuerint poſſumus: iuſta ſunt cuncta que patimur: et valde iniuſtum eſt ſi de iuſta pena vel paſſione murmuremus.

¶ Quinqꝫ nãqꝫ de cauſis deus §. I.

hoīem flagellat in vita p̄ſenti: ſiue penas infert vt ponit magiſter ſenten. in. iiij. di. xv. c. ij. Primo videlicet vt deꝰ glorificet: dũ. ſ. miraculoſe ſequit̄ remotio pene ſiue flagelli. exemplũ de ceco nato. Joh. ix. de lazaro reſuſcitato. Jo. xj. Scđo vt meritũ accumulet̄ p exercitiũ patientie: ac etiã virtus latens intus aliis manifeſtet̄ exēpla in Job. j. c. ꝛ Tob. ij. c. Tertio vt virtus cōſeruet̄ per humiliationē flagelloꝝ. exēplũ in Paulo. q de ſe dicit. ij. Coꝛ. xij. Ne magnitudo reuelationum extollat me: datus eſt michi ſtimulus carnis mee: angelꝰ ſathane ꝛc. Qui ſtimulus ſm Remigiũ fuit quedã infirmitas coꝛpoꝛalis. Quarto vt eterna dãnatio hic inchoet̄: vt. ſ. aliqualiter oſtēdat̄ quid in inferno patiet̄. exemplũ in herode Actuũ. xij. ꝛ in Antiocho. ij. Mach. ix. Quinto vt homo purificet̄ vel per expulſionē culpe: cum ſcꝫ ex flagellis cōteritur. exemplũ de Maria ſoꝛoꝛe aaron. Nume. xij. a lepra infecta. Et iſraelitis proſtratis in deſerto ſm Hiero. xxiij. q. iiij. qđ ergo. Uel ad ſatiſfactionē pene. Exemplũ in Dauid qui poſt remiſſionē adulterij cōmiſſi quo ad culpã in penã fuit expulſus de regno. vt patet in. ij. Regũ. quod notat Grego. de peni. diſt. j. ſi peccatũ dauid. Poſſet etiã dici oēm penã quã patimur procedere ex culpa noſtra ſaltē oꝛiginali cum qua naſcimur: qꝛ ipſum eſt cauſa omniũ penalitatum. ar. diſtin. v. ad eius.

¶ Punitur etiã quis a deo §. II.

in vita preſenti: nō ſolum pro culpa ſua: ſꝫ etiã pro cupla alterius: et hoc triplici ratione ſm Tho. ij. ij. q. cviij. Primo quidē inquantũ vnꝰ homo tpaliter eſt res alterius et ita in penam eius ipſe punitur: ſicut filij ſm coꝛpꝰ ſunt q̄dã res patris: et ſerui ꝛ animalia res dñoꝝ: ꝛ ſic filij puniũtur qñqꝫ pro parentibꝰ: ſicut filiꝰ natꝰ ex adulterio Dauid / moꝛtuus fuit ꝙcitius: et aīalia amalechitaꝝ iuſſa ſunt interfici: ꝙuis ꝛ in hmōi ſit ratio myſtica. vt habetur. j. q. iiij. §. paruulos. Scđo inquãtũ pctm̄ vniꝰ deriuatur in alterũ: ꝛ hoc per imitationē: ſicut filij imitãt̄ pctã parentũ: ꝛ ſerui pctã dñoꝝ vt audaciꝰ peccent: vel per modũ meriti: ſicut pctã ſubditoꝝ merent̄ peccatoꝛē prelatũ. ſm illđ Job. xxxiiij. Regnare facit hypocritã propter peccata populi. vel propter aliquē conſenſum vel diſſimulationē. ſicut etiã iterdũ boni puniũt̄ cũ malis: quia eoꝝ pctã non redarguũt: vt dicit Augu. in. j. de ci. dei. Tertio ad cōmendandã vnitatē humane ſocietatis: ex quo vnꝰ homo debet ꝓ alio ſollicitꝰ eſſe vt nō peccet: ꝛ ad deteſtationē peccati: dũ ſcꝫ pena vniꝰ redũdat in oēs quaſi oēs ſint vnũ coꝛpus. exemplũ de peccato achoꝛ Joſue. vij. c. Itē vt dicit Gratia. xxiij. q. v. §. vlti. aliqñ deꝰ punit malos per legitimã poteſtatē gerentes ex mãdato ſuo / etſi cum merito puniētiũ ſicut puniuit pctã chananeoꝝ per populũ ſuũ. aliqñ punit etſi per pplos ſuo iuſſu excitatos: nō tñ intēdētes deo obſeq̄: ſed ſui ſatiſfacere cupiditati / ꝛ ideo cũ ſui damnatione: ſicut punit pplm ſuũ per alienigenas. Quacũqꝫ aũt de cauſa qs puniatur ſi nō ſuſtinet patiēter penas ſunt flagella nō ad ſatiſfactionem: ſed ad vindictã tantũ. i. punitionē. iuxta illud Deut. xxxij. Ignis. ſ. pene tpalis. ſuccēſus eſt in furore meo: id eſt in punitione: et ardebit vſqꝫ ad inferni nouiſſima. i. vindicta hic incipiet et ardebit vſqꝫ ad extremã damnationem: vt exponit Augu. de pe. diſt. iiij. §. autoꝛitas. Sed ſi patienter ferantur ipſa flagella: ꝛ ſit patiēs in ſtatu gr̄e habet locũ ſatiſfactionis. vt dicit Tho. in. iiij. etiam ſi quis puniretur a iudice ꝓpter maleficiũ cōmiſſum ꝛ hmōi plus et minus ſm deuotionem patientis ꝛ qualitatem criminis. moꝛs autē naturalis cũ ſit vltimũ terribilium: non tamē eſt ſatiſfactoꝛia: qꝛ ꝓ natura inoluit in penã oꝛiginalis peccati. ſed moꝛs violenta: etiam ſi quis eam meruit eſt ſatiſfactoꝛia ſi patienter ſuſtineatur ꝛ in gratia. Tho. in. iiij.

¶ Sciendũ etiã ꝙ peccata §. III.

dimiſſa a deo nũꝙ redeunt per culpam ſequentem nec quo ad penã: vt quidam dixerunt: nec etiã in aliquo genere peccati ſm opi. quoꝛũdã qui hoc dixerũt propter peccatũ ſequens odij vel apoſtaſie vel contēptus cōfeſſionis vel penitentie. Unde verſus. Fratres odit apoſtata ſit ſpernitqꝫ fateri. Penituiſſe piget: priſtina culpa redit. Que opi. ponuntur de pe. diſt. iiij. in tex. ꝛ glo. ſummaria. ſed reuertuntur tñ quantũ ad quendã grauationis effectũ. ſm Tho. in iiij. diſt. xxij. ex eo videlicet ꝙ ſequens peccatũ poſt remiſſionē precedētiũ habet quãdã defoꝛmitatē ingratitudinis ꝓpter beneficiũ perceptũ remiſſionis. vnde grauiꝰ redditur ipm̄ peccatũ ꝙ ſi eſſet ſine tali defoꝛmitate ingratitudinis: non tamen ꝙ talis aggrauatio ex illa circunſtantia faciat peccatum illud dignum tanta pena quanta digna erant omnia dimiſſa. et ſic per iſtũ modũ aggrauatiōis dicunt̄ pctã dimiſſa redire: vt ſonare vident̄ autoꝛitates plures ſanctoꝝ q̄ habētur de peni. di. iiij. in princi.

In foro humano ſiue ſecu= §.IIII.

lari ſiue eccleſiaſtico ꝓ culpa tm̄ mentali nunq̄
infert pena. Un̄ dicit lex canonizata. de pe. di=
ſtin.j.c.cogitatiōis. Cogitationis penā nemo
patiatur: cū.ſ.eſt ꝯtēta cogitatio terminis ſuis:
occultoꝝ em̄ cognitor ⁊ iudex eſt deus. di.xxij.
erubeſcant. ¶ Culpa aūt exterior variatur qua=
druplicit: q₂ aut ꝯſiſtit ī facto vt furta ⁊ cedes:
aut in dicto: vt ꝯuitia ⁊ iniq̄ aduocatiōes. aut
in ſcripto: vt falſa inſtrumēta vel famoſi libel=
li. aut in cōſilio ſicut cōiurationes: vel cum q̄s
eſt cōſcius cū latronib⁹ ⁊ ſuadet vel fauet eis.
Cña culpaꝝ Et hec quattuor genera culparum ꝯſiderāda
ſunt ſeptē modis ſiue circūſtantijs.ſ. ex cauſa:
ex ꝑſona: ex loco: ex tpe: ex facti qualitate: ex fa
cti quātitate: ⁊ ex euentu. Primo ex cauſa: ſi=
cut vbera q̄ ſi illata ſunt a patre vel parēte im
punita ſunt: q₂ videntur facta emēdationis cau=
ſa ⁊ animo: ſed cū ſiūt ꝑ iram abextra certe pu
niunt. Cōſideranda eſt ſcđo ꝑſona: ⁊ illi⁹ q̄ fe=
cit et eius qui paſſus eſt. aliter em̄ puniuntur
ſerui q̄ liberi. aliter q̄ cōtra dn̄m vel parentes
q̄ qui ꝯtra extraneū. aliter q̄ cōtra cōſtitutum
in dignitate: ſiue rectorē: q̄ qui cōtra ꝓuatum
ſeu priuatā ꝑſonā. ꝑtinet etiā ad hanc conſide
rationē de ꝑſona etas facientis ⁊ patientis in
iuriā. Tertio ꝯſiderand⁹ eſt loc⁹. nā idē actus
ſi fiet in quolibet loco ⁊ non ſacro erit furtū et
non capite puniendū: ſi ī eccl'ia erit ſacrilegiū
et capite puniendū. Quarto cōſiderandū eſt tē
pus: nā ꝓpter hoc diſcerni ſolēt emanſores a
fugitiuis: ⁊ tēpus diſcernit effractorē vel furē
diurnum a nocturno: ⁊ nocturn⁹ q̄dem acrius
punitur. Quinto ꝯſideranda eſt qualitas facti
per quā atroci⁹ vel leuius eſt: vt furta manife
ſta acrius puniuntur q̄ nō manifeſta: ⁊ craſſatu=
ra que eſt violentia illata a latronib⁹ grauius
q̄ rixa que eſt conflictus altercatio. ꝑ hoc etiā
diſcernitur expilatio q̄ eſt ſubtractio reꝝ heredi
tariarū anteq̄ hereditas adeatur a furto: ⁊ petu
lantia q̄ fit ꝑ quādā laſciuiā diſtinguitur a violē
tia. Sexto ꝯſideratur quātitas ꝑ quam diſcernitur
abigeus.i.q̄ gregē rapit a fure q̄ vnū ſuem ra
pit. Septimo ꝯſideratur euentus.i. ſi res habuit
effectū: vt ſi aliq̄s eſt demens. niſus eſt aliquis
contra aliū ⁊ res habuit effectū ꝯdēnabitur.
ſi non habuit effectum nō cōdēnabitur: niſi ī ali=
quibus atrocib⁹ que ad aliquē actū extrinſecū
ꝓcedūt: vt ſi quis occidendi cauſa cum telo ꝑ=
cuſſerit: vel ſi q̄s attētauerit rapere moniales
pro matrimonio ⁊ alia huiuſmodi. Hec omnia
habentur de peni. diſtin.j. circa prin.

Pena autem que infligitur in §.V.

foro iudiciali ſiue humano eſt ſub triplici gn̄e.
¶ Primū gen⁹ eſt pena ſpūalis, et hec ē qua=
druplex excepta vltima q̄ ſolū infertur in foro ec
cleſiaſtico. Et p̄ma ē increpatio. di.xc. placuit. Increpatio.
q̄ eſt quaſi ꝑambulū ad ſequentē. Hec etiam vi
detur habere locū in foro ſeculari. Scđa eſt cē Cēſura
ſura eccl'iaſtica.i. excōicatio: interdictū ⁊ ſuſpē
ſio. de verbo. ſig. c. q̄renti. ⁊ pena excōicationis
nunq̄ puniendus eſt vn⁹ ꝓ pctō alterius. vt ex
preſſe dicit Augu. xxiiij.q.iij. ſi habes. nec infe
renda eſt talis pena niſi ꝓ culpa vera vel pre=
ſumpta ſiue ꝓbata. Pena aūt ſuſpēſionis ⁊ in
terdicti punitur ſepe q̄s ſine culpa ſua. nā īterdi
citur ciuitas ꝓ peccato dn̄i. ⁊ ſuſpēditur cleric⁹
ab officio ꝓpter amiſſionē viſus vł leprā. Ter Depoſitio.
tia eſt pena depoſitiōis vł degradationis. di.l.
ſi ep̄s. q₂ nō imponitur niſi ꝓ crimine ꝓprio ⁊ no
tabili ⁊ vbi ꝓ cōtumacia iponitur p̄mo talis de=
bet ſuſpendi: poſtmodū creſcēte ꝯtumacia ex=
cōicari: deinde deponi. xxiij.q.iiij. forte. vbi au
tem fert depoſitio ꝓ crimine: et ſi corrigibilis
apparet poſt hāc penam nō excōicatur. Quar Infamia.
ta eſt pena infamie qua punitur q̄s q̄nq₃ ſine cul=
pa ſua. nā ⁊ ſancti viri aliq̄n de facto infamantur
q̄d de⁹ ꝑmittit ad eoꝝ humiliationē: ne extol=
lantur ex laude eis exhibita: aliq̄n vltra eoꝝ me=
rita: vt dicit Grego. vj.q.j. ſunt plurimi. ſed in
iudicio humano hac nō punitur niſi ꝓ culpa vel
ſua. vt.j.q.i. infames. vel alteri⁹ vt in crimine
leſe maieſtatis. vj.q.j. ſi quis cum militibus.

Secundum genus penarum §.VI.

eſt vt pena corporalis: ⁊ hec q̄dē eſt multiplex.
¶ Prima q̄dem incarcerationis vel abſtinen
tie ſiue ieiunij q̄ ſolet infligi incarceratis pro
eoꝝ ſcelerib⁹ in vtroq₃ foro: de hac pōt intelli=
gi illud. c. ſi q̄s cōtriſtat⁹. diſti. xc. ⁊ xxvij.q.j. ſi
hō eſſes. Secūda eſt pena vberatiōis q̄ etiam
in vtroq₃ foro infertur: ſed non niſi ꝓ peccato ꝓ=
prio. vt. xlv. di. §. ſalomon. xxiij.q.v. circūcellio
nes. Tertia eſt trūcationis membroꝝ. Quar=
ta eſt mortis. ⁊ hac duplici pena nō vtitur eccl'ia
ſticum iudiciū. dictū eſt em̄ Petro cōuerte gla
diū in vaginā. Matth. xxvj. imo eccl'ia dz inter
cedere etiā ꝓ eis ne occidantur: moderate tamē
xxiij.q.v. reos ſanguinis. In iudicio aūt ſecu=
lari nunq̄ debz inferri pena mutilationis vel
occiſionis ſine culpa ꝓpria ꝯmiſſa. ſm̄ Tho. ſc̄.
ſc̄.q. xcviij. nec etiam talem pōt inferre reo q̄cū
q₃ iudex vel rector: ſ₃ habens merū ⁊ mixtū im
periū ex ſe vel ex delegatiōe. Quinta eſt pena
exilij qua vtitur vterq₃ forus. di. lxiij. in ſynodo.
Exiliū aūt hoc poteſt eſſe triplex. vnū eſt in cer
to loco: vt cū quis detruditur ī monaſteriū. ex̄ de
adul. c. ꝑuenit. Aliđ a loco certo: q̄n.ſ. ꝓhibetur
ſtare ī certo loco. ij.q.j. in p̄mis. Tertiū eſt ab
omni loco: vt cū interdicitur q̄buſdam penitētī=
bus ne morentur ī aliq̄ loco vltra vnum vł duos

dies.de pe.di.vj.ſacerdos. Pena etiā ſuitutj imponit̄ ꝛ ꝑ leges ꝛ ꝑ canones i certj caſibus.

ℭ Tertium genus pene eſt §.VII.

ſubſtantie tꝑalis vel dignitatis.ꝛ h̄ etiā infert̄ in foro eccl'iaſtico ꝛ ſeculari.ꝛ aliqñ ſine culpa ꝓpria.nā ꝓpter crimē leſe maieſtatj amittūt filij hereditatē paternā ꝛ illegitimi honoribus ꝑuant̄ eccl'iaſticis ꝛ ſecularib⁹. Et qñqꝫ quidē infert̄ alicui hec pena ſimplicit̄.ſ.publicatiōis et cōfiſcatiōis omniū bonoꝝ ſicut in hereticis. di.viij.q̄ iure.ꝛ.di.lxiij.adrian⁹. Aliquando infert̄ in certa ꝑte vl' quantitate ꝓ iniuria illata ꝑſone vel loco.vt.xvij.q.iiij.ſi qs ꝯtumax.ꝛ.c.ſi quis in atrio.q̄ tñ quātitas arbitrio iudicis relinquenda eſt. Aliqñ xͦo ꝓ ſatiſfactione illati damni iponitur:vt ꝓ furto vel rapina vel huiuſmodi. Et nota ſm Guil.ꝙ cum pena ꝯuētionalis de cōi ꝯſenſu partiū apponit̄ loco intereſſe peti poteſt ſine peccato q̄tū eſt intereſſe cui ꝯmiſſa eſt vel impedimento.ff.de ac.emp.ꝛ vēdi.l.ꝓdia. Si xͦo apponat̄ pena pro ꝯtumacia peti pt̄ in totū.ff.de col.bo.l.ij. Si xͦo apponat̄ pena in fraudē vſuraꝝ nō pōt peti.ex̄ de emp. et ven.ad nr̄am.ꝯcor.omnes. Ber.ex̄ de arbi. in glo.ſuꝑ.c.dilecti.ꝛ idē dicit expꝛſſe Inno.ex̄ de pe.in glo.ſuꝑ ca.ſuam.ꝛ addit. Item credimus ſi pena intereſſe excedat licite tota petit̄. Satis etiā videt̄ Hoſtien.in glo.ibidē concordare ſpecialiter de pena iudiciali.ꝛ addit ꝙ ſi aliqua partium de adimplendo dictū arbitrorū fecit qd potuit:ſed tñ pauꝑtate vel impotentia preſſa totū implere nō potuit:licꝫ mero iure teneat̄ ad penā iſolidū:tñ de benignitate canonica nichil eſt vltra q̄ interſit exigēdum.ſic intelligas ex̄ de penis.c.ſuam. Cōuentionalis aūt ex̄ iudiciū facta peti pōt quātū intereſt.niſi apponat̄ in fraudem. Item in predictis non ita licꝫ clericis emūgere crudeliter. Itē Hoſti. in ſumma ſua dicit:ꝙ religioſi poſſunt petere penam ab eo qui non ſeruat arbitriū ſiue i pecunia conſiſtat ſiue in alio.vt.j.q.vij.quotiens. Pena etiā a iure ꝓmiſſa peti pōt.xij.q.ij.eps qui. Item iudicialē petere poſſunt. Cōuētionalis aūt peti poteſt q̄ ſuccedit loco intereſſe: ſed non cauſa auaricie ꝛ in detrimentum alterius partj.ex̄ de ꝓben.c.auaricie.ꝛ Ber.ꝛ Goffre.ſimpliciter dicūt ꝙ ꝑſone eccl'iaſtice poſſūt exigere penas tā a iure inductas q̄ ꝯuentionales. Pena aūt ſoluta:vt dicit Hoſti.in ſumma non ſtabit ꝯctus ſiue ſn̄ia arbitri:niſi in cōpromiſſo dictū ſit ꝙ pena ſoluta remaneat ſententia rata.C.de tranſac.l.cū ꝓponas. Idē Ber. Item ſm Guil.tam dn̄i q̄ milites ꝛ eccleſiaſtice ꝑſone poſſunt retinere illas penas quas leuant ſm conſuetudinem legitimam ꝛ ſtatuta regiōis:nec peccant qñ in hac parte ſubeſt cauſa ꝛ ꝯſeruat̄ iuris ordo.ꝛ fit non ꝓpter cupiditatem:ſed ꝓpter zelū iuſticie:nec obſtat ꝙ pena excedit dānū:q2 hmōi pene non ſolum propter intereſſe ſtatute ſunt:ſed etiā ꝓpter crimina punienda:ſunt tñ temperande penſatis circūſtātijs:ſed ꝛ ſecuri⁹ eſſet hmōi exceſſus emēdarū in pios vſus erogari. Item cū re⁹ meret̄ mortē:ſi iudex ex iuſta cā non infert eam ei ad vtilitatē.ſ.rei publice habens ſuꝑ hoc poteſtatem:ſi cōmutat illam penā in pecuniariam nō ex auaricia:ſed ex iuſticia non peccat. Et dicit Hoſtien. Si oīa bona ſua exigeret non videtur nimis.q2 vt dicit̄ Iob.j. Cuncta que habet homo dabit ꝓ anima ſua.i.vita.ꝛ ſi quis ꝓpter maleficium pecunia multatus non poſſet ſoluere:poteſt ei cōmutari in corporalem incarcerationem.ſ. per verberationem.xiiij.q.vj.ſi res. Ad penas aūt legū poſitas contra trāſgreſſores non tenetur ip̄e trāgreſſor:niſi poſtq̄ fuerint adiudicate.i.poſtq̄ reus fuerit ꝑ ſn̄iam iudicis condēnatus:vt dicit Ray.et Thom.ij.ij. q.lxvij.ar.vlti.ſed ſufficit ꝙ preſtet emendam rei ablate vel iniurie facte ad arbitriū boni viri. Generaliter aūt iudices punire poſſūt ſuos ſubditos iuxta qualitatem culpaꝝ ꝛ null⁹ ali⁹. xvj.q.vj.c.j. Nam iuriſdictio ſine coertione nulla eſt.de offi.delega.c.paſtoralis. Scias tamē ꝙ penas maiores vt deponere quo ad forū eccleſiaſticū:vel decapitare quo ad forum ſeculare:non poſſunt iudices niſi maiores qui etiam dicuntur habere merum imperiū:vt ep̄i in eccleſiaſticis.di.xxv.perlectis.ꝛ crimine ꝓbato vt dicit Hoſtiē. ℭ Si certa pena reperit̄ in iure illa infligenda eſt non mollior neqꝫ durior. alioquin infamis fit iudex:niſi hoc faceret.ſ.i remittendo vel diminuendo penā:cū videt rei publice expedire ꝛ ſcandalū tollendū ꝛ hmōi.ꝛ ipſe ſuper hoc habet plenā poteſtatē.ꝛ vbi eſſet alteri facta iniuria ꝛ paſſus iniuriam vellet remittere.vt dicit Tho.ij.ij.q.lxvij. Poſſet etiā augere penā aliqñ ad terrorem aliorū q̄ proni ſunt ad culpam:quia multis graſſantibus op⁹ eſt exemplo.ff.de penis.l.offert.ꝙ ſi plures pene taxate ſunt:tunc arbitrio iudicis relinquit̄ et debet illam imponere que magis timet̄.ex̄ vt lit.non conteſt.c.qm̄ frequenter. Si xͦo certa pena ſtatuta non eſt:ſed iudici ꝯmittitur:debet equitate ſeruata ſemꝑ i humaniorem partem declinare.ex̄ de trāſac.c.ex parte.in penis eīn benignior eſt:interp̄tatio facienda.ex̄ de reg.iur.in penis.lib.vj.ꝛ maxime mitigare dꝫ cū cauſa ſubeſt puta quia non ex ꝓpoſito ſꝫ caſu culpa commiſſa eſt:vel ꝓpter etatē ꝛ hmōi.

ℭ Et no.ſm Ray.ꝙ ſeptē §.VIII.

tus eſſet tāti beneficij: imo qđ peius eſt: necdū
recognouiſſet: ſed vt ſuꝑbus ⁊ ingratus homo
ſuo merito attribuiſſet incarnationem: vel ſine
ipſa eſtimaſſet ex ſua cognitione ⁊ facultate ar
bitrij valuiſſe ſalutē cōſequi. ꝓpter qđ vt cōuin
ceret homo de ſua ignorātia ⁊ impotētia prius
relictus fuit ſub lege naturali ⁊ poſtea ſub ſcri
pta: ſꝫ experimento didicit ꝙ neutra eū ſaluare
poterat niſi ꝑ aduentū filij dei. Et in medio tē-
poris venit. Unde dicit Sap̄. xviij. Dū mediū
ſilentiū tenerent oīa: ⁊ nox in ſuo curſu mediū
iter haberet: oīpotens ſermo tuus dn̄e de celis
a regalibus ſedibus venit. Circa cuius expoſi
tionē glo. cōtinua ſuꝑ illud ad Gal. iiij. At vbi
venit plenitudo tēporis. Uel ordinata ꝑ ange-
los in manu mediatoris: notat triplex ſilentiū.

Tri-plex ſi-lentiū.

Primū ex ignorātia lāguoris. Scđm ex deſpe
ratione ſanationis. Tertiū ex plena quiete mē
tis. Primū ſilentium fuit ſub lege naturali: in
qua homo dimiſſus ſibiipſi deuenit ad tantā ce
citatē vt idola coleret: ⁊ turpiſſima opera ꝯtra
naturā etiā inclinationē ſcꝫ naturalē animaliū
pctā nō putaret vt patet in ſodomitis. Et quia
ignorabat natura humana pctm̄ ſuū vel morbū
ſuum medicū nō poſtulabat aut deſiderabat: ⁊
ſic fuit primū ſilētiū. Cōuict⁹ homo de ſua igno
rantia recepit legē a deo in qua docebat verus
dei cultus ⁊ declarabat pctm̄. Unā rupto ſilētio
cepit homo querere ſalutē ex lege et conari ad
obſeruantiā eius. Sed qꝛ nichil ad ꝑfectū ad-
duxit lex: ꝗuis eni̇̄ oſtenderet morbū peccati:
nō tamē preſtabat adimplendi poteſtatē. Ideo
quaſi deſperās homo de ſalute ſui ceſſauit cla-
mare ⁊ poſtulare auxiliū: vnde ſecutū eſt ſcđm
ſilentiū ſeu mediū. Dū ergo iſtud mediū ſilētiū
tenerēt oīa oīpotens ſermo dei: ſcꝫ filius. venit
a regalibus ſedibus: ſcꝫ de lumine celi ad tene
bras mundi: de cōſeſſu patris ad officinā pec-
cati: de ſede regali ad infima huius mūdi. An-
gelus magni conſilij in piſcinā deſcendit vt ſa-
naretur languidus. Heliſeus mortuo puero ſe
coaptauit vt viuificaret defunctus. Samarita
nus ſauciato vulnerib⁹ appropinquauit vt cu-
raret ſemiuiuus: ⁊ veniens nūciauit pacē: attu
lit per gratiā / ſcꝫ in ſacramētis: quo ꝑ orbē in-
ſinuato ceperūt egri ad medicū currere: et fla-
gitare remediū: quo percepto ſcꝫ gr̄a xp̄i in ſa-
cramētis ꝑuenit ad regnū. vbi ſequit tertiū ſi-
lentiū. de quo Apoc. viij. Factū eſt ſilentiū in ce
lo. Iſtud ſilentiū eſt ex eo ꝙ cū ſancti obtineant
quicqđ appetunt nichil eis reſtat petendū: ſed
cū dn̄o gaudendū. Deus igit operatus eſt ſalutē
in medio terre: ſcꝫ tēporis inter tēpus veteris
et noui teſtamēti. paſſus eſt ī meridie ꝗ eſt me-
diū diei artificialis. Cant. j. Indica michi vbi
paſcas / vbi cubes: ⁊ ſubdit quaſi reſpondendo
in meridie: qꝛ hora ſexta crucifixus eſt.

Quartū etiam medium §. IIII.

ſcꝫ locale in quo dn̄s operatus eſt ſalutē terre eſt
hieruſaleꝫ vbi crucifixus eſt dn̄s ꝗ dicit eſſe in
meditullio terre habitabilis: quia enim eccl̄ia
ꝓpaganda erat vbiqꝫ terrarū: ⁊ propter omēs
habitātes in terra incarnat⁹ ⁊ paſſus eſt: ideo
in medio terre: qđ ex equo reſpicit circūferen-
tiam. Paſſus eſt enim in medio loco inter celū
et terraꝫ. i. in aere ſuſpenſus in cruce qui locus
eſt medius inter celum et terram: vt ſcꝫ debel-
laret aereas poteſtates. i. demones qui manēt
in aere: et vt viam nobis ſeu ſcalam de celo ad
terram faceret. In medio etiam latronū: quia
ſatiſfaciebat ⁊ penā ferebat pro oībus homi
nibus. in Adam latrones fuimus volentes ra
pere diuinitatē: non enim ſolū pro electis ꝑ bo
num latronē ſignatis: ſed etiā ꝓ reprobis per
malum figuratis penas tulit ⁊ pro maribus ⁊
feminis ⁊ gētilibus ⁊ iudeis paſſionē ſuſtinuit:
ideo in medio loco operatus eſt ſalutē. No-
tandū etiaꝫ diligenter ꝙ ſicut ſol materialis in
medio loco ſituatus eſt planetarū: qꝛ ſub ſe ha
bet lunā mercuriū ⁊ venerē: ſupra ſe habet mar
tem / iouem / et ſaturnū: ita ſol iuſticie chriſtus
deus noſter in medio ponitur patrum et vete-
ris ⁊ noui teſtamenti. Nam ⁊ qui precedebant
quaſi ſupra patres veteris teſtamēti: ⁊ qui ſe-
quebantur quaſi infra patres noui teſtamenti:
tres vndiqꝫ fidē ſancte trinitatis habētes ſpeꝫ
et charitatē clamant chriſto / oſanna. i. obſecro
ſalua: quia ipſe eſt ſaluator mundi. Et ſicut ſol
materialis vltra curſum ad motū primi mobi
lis: ſcđm quē mouetur de oriente in occidentē: ⁊
infra vnā diem naturalē perficit curſuꝫ totius
celi. de quo dicit Eccl̄s. j. Oritur ſol ⁊ occidit
et ad locū ſuū reuertitur ⁊ gyrans per meridiē
flectitur ad aquilonē. Habet ⁊ curſum propriū
motus qui eſt de occidēte in orientē tranſiens

per mediū celi: ⁊ diſcurrens per ſigna Zodiaci ꝑficit curſum totiꝰ celi p annū integrū. Cū eñ a ſapiētibus mūdi deſignenꝫ.xij.ſigna Zodiaci que cōtinenꝫ in his verſibus. Eſt aries/taurus/gemini/cācer/leo/ꝟgo. Libra quoqꝫ/ſcorpio/architenēs/caper/amphora/piſcis. ¶ In quolibet hoꝝ ſignorū ſtat per mēſem ſm motū ꝓpriū. Et incipit poſt mediū martij: hic fuit ſol in pria ſui creatiōe. Sic ſol iuſtitie xp̄s diſcurrit p ſigna celi militātis eccleſie. ideſt.xij. ſtatꝰ diuerſa operās ſm aliquam ꝓprietatē ſignorū vt notat Robertus holkot ſup lib. Sapientie. Dicitur autē aries eſſe dextera pars celi ⁊ nobilior pars vnde incipit motꝰ. Un̄ aries eſt primū ſignū ſm ph̄os: et ſm catholicos ſol creatꝰ eſt in ariete. Trāſiuit ergo ſol iuſtitie xp̄s in ſigno arietis ſm deitatē: qñ creauit hoīem ⁊ poſuit in paradiſo voluptatis. Aries eſt aīal innocens in genere ſuo forte ⁊ potens: in ſpecie ſua dux gregis. Sic homo tunc habuit innocentiā operāte deo magnā vigoroſitatē in naturalibꝰ ⁊ dn̄s cunctoꝝ. De iſto ſigno tranſiuit xp̄s: ⁊ cito ad ſignū tauri q̄ eſt aīal magne ferocitatis: ⁊ hoc fit qñ peccante hoīe deus oſtēdit magnā ferocitatē et ſeueritatē in puniēdo ipſum: q̄ expulit hoīem de paradiſo: tradidit eū ⁊ ſubdidit eum innumeris miſerijs: ⁊ poſt mortē ad inferos miſit: in diluuio pene oēs deleuit: in deſerto multa milia ꝓſtrauit: vt merito diceretꝫ deꝰ vltionū. Dicit aūt Iſido. in lib. etymoꝫ. ꝙ taurus quātūcūqꝫ ferus ſi alligeꝫ ficui māſueſcit. Ita dei filius alligaꝫ virgini dulciſſime vinculo charitatis: ex qua incarnatus effectꝰ eſt māſuetꝰ. Iuxta illud qđ predixerat Zacha. ꝓph̄a ix. ca. Ecce rex tuꝰ venit tibi māſuetus. Tertio de ſigno tauri trāſiuit in ſignū gemini qñ duas naturas. ſ. diuinā ⁊ humanā in vtero copulauit virginis ꝓcedēs de thalamo ſuo: vt canit eccleſia. Pudoris aula regia: gemine gygas ſubſtātie alacris vt currat viam: depingiꝫ iſtud ſignū in forma duoꝝ iuuenū ſe cōplectentiū: ⁊ (vt fingūt quidā) iſti fuerūt Caſtor et Pollux filij Iouis q̄ intantū ſeſe dilexerūt: ꝙ cū Caſtori data eſſet immortalitas. i. poſſe nō mori ſi voluiſſet/ mori voluit ꝓ germano ad tēpus: vt vtriqꝫ dareꝫ immortalitas: et ſic ambo tranſlati ſunt. et iſtud ſignū gemini nūcupaꝫ. Sic Ieſus ſol iuſtitie ita hoīem germanū ſuum dilexit: ꝙ cū haberet nō mori ex cōditiōe nature q̄ ſine pctō/ voluit mori ꝓ hoīe: vt nos immortalitatis ſue tribueret eſſe participes. Quarto de iſto ſigno tranſiuit ſol ad cancrū. Cancer eſt aīal ſeu piſcis paſſu retrogrado vadens: et ita ſol iuſtitie xp̄s videbaꝫ retrocedere quotidie dum vixit. Rectus eñ inceſſus hoīs iuſti deberet eſſe de virtute ad honorē: de merito ad premiū: de labore ad requiē. ſed xp̄s quotidie retroceſſit/ q̄ de virtute ad vituperiū: ⁊ de vituperio ad ꝟbera: deinde ad crucē: de cruce ad infernū. Unde toto tp̄e a natiuitate vſqꝫ ad reſurrectionē: ſol noſter moratus eſt in cācro: ⁊ ſicut ſole exiſtēte in cācro maximus feruor mundo diffunditur/ ita xp̄s ſol noſter iſto intermedio oſtēdit hoībꝰ maximā charitatem. Quinto ab iſto ſigno ſol intrat leonē. Dicit Iſido. lib. etymo. ꝙ catulus leonis de nouo natus tribus diebꝰ iacet quaſi mortuus: poſt tres dies rugitu leonis ſuſcitaꝫ a dormitiōe ſeu morte. Sic xp̄s in cruce mortuus tribus diebus iacuit mortuus ſm figurā ſynecdochē: et tertia die virtute patris. i. diuinitatis ſurrexit. Hic eſt leo de tribu iuda. Apoca. v. de quo ꝓphetauerat Iacob benedicēs filio ſuo Iuda. Gen̄. penulti. Catulus leōis Iuda ait: ad predam aſcēdiſti ⁊c. Sexto de leone trāſiuit in virginē: toto eñ tēpore medio inter reſurrectionē ⁊ aſcēſionē tota doctrina ⁊ fides eccleſie in beata virgine potiſſime cōſeruabaꝫ. Hec interim apl̄os ⁊ diſcipl̄os docuit/ monuit et cōſolata eſt: vtpote illa que repleta erat ſpū ſancto pleniſſime in verbi cōceptiōe: ⁊ que plꝰ illuminata erat a diuinis ꝙ̄ aliqua pura creatura vnꝙ̄. Et ideo tūc tēporis ſol māſit quo ad ſui virtutē ⁊ fidē in virgine. Septimo tranſiuit de virgine ſol xp̄s in libram: qñ vcꝫ a ꝟgine benedicta matre ſua: ſuiſqꝫ diſcipulis videntibus eleuatus eſt in celū. Tunc eñ trāſiuit ad librā/ Act.j.
qñ coram patre paſſiōis ſue meritū contra primi preuaricatoris peccatū appēdit: oſtēdit plꝰ ſoluiſſe in pena ꝙ̄ Adā cōmiſerat in culpa. In cuius perſona inquit Iob. vj. Utinā appendereꝫ peccata mea. i. grauitas pctōꝝ hominū ꝓ quibus patior: ⁊ calamitas. ſ. pene quā patior in ſtatera: quaſi arena maris hec grauior appareret. Octauo de libra trāſiuit in ſcorpionē/ qñ corpus ſuū qđ eſt eccleſia tyrannoꝝ ⁊ hereticoꝝ ꝑſecutionibus quaſi quorūdam ſcorpionū aculeis pūgi ꝑmiſit: qui primo p blandicias et ꝓmiſſionē quo ad tyrannos paganos: ꝑ ſimulatam ſanctitatē ⁊ doctrinā quo ad hereticos: quaſi more ſcorpionis palpabāt: ſed poſt veneno caude occidebāt: vt merito poſſet tūc illud dici. Increduli ⁊ ſubuerſores ſunt tecū: ⁊ cum ſcorpiōibus habitas. Nono de ſcorpiōe tranſiuit in ſagittariū ſol: qđ videtur impletū tēpore Silueſtri pape ⁊ Conſtātini q̄ p̄io introduxerunt eccleſie tēporalia: vnde oriūꝫ iudicia/ placitatiōes/ diſſentiōes inter clericos: quis eoꝝ videretur eſſe maior ad paſcendū oues xp̄i. Et hec eſt cauſa quare volāt ſagitte acute: nūc ſupplicationū ad romanā curiam: nūc accuſationū ⁊ diffamationū ad inferioꝝ iudicū audiētiam: ita ꝙ plena eſt eccleſia aduocatis in oīni cauſa.

Quō chriſtꝰ trāſiuit p.xij. ſigna ſpiritualiter.

ad defendendũ iniuriã: et ideo vſqȝ in hodier-
nũ diẽ ſol ſtat in ſigno ſagittarij. Prouer.xxv.
Iaculũ gladius eſt ſagitta acuta: homo qui lo
quitur contra ꝓximũ ſuum falſum teſtimoniũ:et
hi ſunt qui xp̄m ſpoliant ⁊ predãtur: ſi eſſet ita
pauper modo ſicut fuit qñ vixit in terra/nõ eſ-
ſent tales placitatiões:nec tales inuaſores:qñ
eccleſia erat paupercula querebant eam hoĩes
ditare elemoſynis:nũc qr diues eſt querũt ex-
poliare ⁊ ſagittare cõtumelijs/detractiõibus/
⁊ predationibus/et aliqñ mortibus:vt merito
poſſit illud dici.j.Reg.xxxj.Secuti ſunt eũ ſa-
gittarij:⁊ vulneratus eſt a ſagittarijs.Tranſi-
bit autẽ ſol iſte in ſignũ decimũ capricorni tem
pore antixp̄i. Capricornꝰ hȝ primã partẽ cor-
poris caprinã: ⁊ tunc ſol eſt in maxima elonga
tione a nobis: qr in primo pũcto capricorni eſt
ſolſticiũ hyemale. vñ ſignificat antixp̄i tẽpus:
qui antixp̄s caprinꝰ dici põt: tum qr capra eſt
aial valde libidinoſum. Et de antixp̄o ſcribitur
Dan.xj.ꝙ erit in cõcupiſcẽtijs feminarũ: tum
qr capra generat hedos: et filij ſui atqȝ ſequa-
ces hedi vocãtur. Matth.xxv.Statuet hedos
a ſiniſtris. Et tẽpore antixp̄i erit ſol xp̄s quaſi
in ſigno capricorni:qr videbitur quaſi maxime
elongatus a nobis.i.eccleſia. ſed non durabit:
qr ſtatim in capricorno incipit ſol aſcendere: ⁊
xp̄s ſtatim occiſo antixp̄o in cordibꝰ ſuoꝝ fide-
liũ refulgebit.Undecimo tranſibit ſol in aqua-
rij ſignum:hmõi depingitur imago hoĩs tenen
tis vrnã ſubuerſam de qua aquã pleno ore ꝓ-
rumpit : et ſignificat tẽpus poſt mortẽ antixp̄i
Dan. xij. qd erit ad minus.xl.dierũ ſm ꝓphetiã Dan.
vbi dicit.Beatus q̄ expectat ad dies mille du-
centos.Utrum autẽ mũdus plꝰ debeat durare
⁊ quantũ eſt nobis ignotũ. In illo ergo tẽpore
poſt mortẽ antixp̄i pluet xp̄s gratiã et miſeri-
cordiã ſuã copioſe ſuper illos qui tũc erũt ele-
cti:qui predicatiõe antixp̄i vacillauerãt.Unde
xp̄s ſol erit quaſi in aquario effundendo aquã
gratie ſm illud Ezech.xxxvj.Effundã ſuꝑ vos
aquam mundã: et mũdabimini ab oĩbus in-
quinamẽtis veſtris. Ultimo ſol tranſiẽs ad ſi-
gnũ piſciũ:et qñ ſol ad ſignũ piſcium peruenit:
tunc hyems recedit ⁊ inchoatur ver. ſm verſum
Cedit hyems retro cathedrato Simõe Petro
quo die ſol eſt in piſcibus : quo tẽpore radices
herbarũ ⁊ ſemina in terra latẽtia priꝰ incipiũt
exurgere:⁊ terra incipit aperiri ⁊ pandere que
occulta tenebat: ⁊ ſignificat tẽpus ⁊ ſtatũ vlti-
mũ reſurrectionis corporũ humanoꝝ qñ terra
ſe aperiet / et reddet luci corpora ibi abſcõſa.
Et tunc erit xp̄s ſol quaſi in piſcibus qñ veniet
ad iudicandũ cũ apl̄is piſcatoribus ſuis: ⁊ tũc
implebitur illa parabola Matth.xiij. Simile eſt
regnũ celorũ ſagene miſſe in mare: ⁊ ex oĩ ge
nere piſcium cõgregãti: quã cum impleta eſſet
educentes elegerũt bonos in vaſa ſua : malos
autẽ foras miſerũt. ſic erit in cõſummatiõe ſe-
culi. Abachuc.j.Facis hoĩes vt piſces maris.
Et ſicut in fine piſciũ eſt ipſum oriens qd dicitur
caput arietis vbi ſol fuit prio creatus: ⁊ ibi ſta
bit in perpetuũ : nec mouebitur vltra circa terrã
non faciens ortũ nec occaſum. Ita ⁊ ſol iuſtitie
xp̄s ſtabit ĩ medio electoꝝ ſuoꝝ ſine fine: et tũc
delectabile erit oculis videre ſolem. Eccl'e.xj.
Et ſol ⁊ luna.i.eccleſia ſteterunt in habitaculo
ſuo. Abachuc.iij. Ecce diſcurſus ſolis xp̄i per
vnum maximũ a principio mũdi vſqȝ ad finem
per duodecim ſigna celi.i.per duodeciȝ ſtatus
eccleſie militantis:vt veniat ad triumphãtem.

¶ Quintũ mediũ in quo deus §.V.
operatur ſalutẽ terre.i.hoĩs: eſt mediũ virtuale.
Et in alijs medijs oꝑatus eſt deus ſalutẽ in ge
nerali: per hoc aũt vltimũ oꝑatur ſalutẽ in quoli
bet ſingulari: ſcȝ vbi eſt mediũ virtutis. Mat.
xviij. Ubi ſunt duo vel tres congregati in noĩe
meo.i.aliqui habentes duo p̄cepta charitatis
vel fidem vnã trinitatis cõgregati ad queren
dum ſalutẽ ſuam:qd includitur in noĩe Ieſu:ego
ſum in medio eoꝝ ad dandã ſalutẽ. Uirtus eſt
que neceſſaria eſt cuilibet in particulari conſi-
ſtit in medio. Unde dicit ſapiẽs:ꝙ virtꝰ eſt me-
diũ ab vtroqȝ extremorũ participatũ. Exempli
gratia. Liberalitas eſt virtus cõſiſtens in me-
dio: extrema eius ſunt auaricia ⁊ ꝓdigalitas:
auarus eſt nimis retẽtiuus:ꝓdigus eſt nimis
emiſſiuꝰ pecunie:liberalitas aũt de vtroqȝ par
ticipat: ſed debite/nã eſt retẽtiua:ſed nõ inde-
bite/vt auaricia:ſed ſm ꝙ debet:⁊ eſt emiſſiua
pecunie: ſed nõ inordinate vt ꝓdigalitas: ſed
qñ debet. Phs in ethicis diffinit ꝙ virtus mo
ralis in medio conſiſtit. ꝓpter qd poeta ait In
medio tutꝰ ibis. Et alter. Mediũ tenuere bea
ti. ⁊ Bern. Tene mediũ ſi non vis perdere mo
dum.ſ.debite operãdi. Et Hora. Eſt modus in
rebus : ſunt certi deniqȝ fines. Quos vltra ci-
traqȝ nequit conſiſtere rectũ. Et Eſa.xxx.dicitur
Hec via ſcȝ virtutũ ambulate in ea:qr ducit ad
vitam. nõ declinetis ad dexterã per exceſſum:
nec ad ſiniſtrã per defectũ. Grego.xxxj.moral.
Idcirco dei filꝰ inter nos homo factus eſt : vt
non ſolũ nos ſanguine fuſo redimeret/ ſed etiã
oſtẽſo exẽplo cõmutaret : in cõuerſatiõe noſtra
alia inuenit/et viuẽdo alia docuit. Studebant
hoĩes ſuperbi Adam ſtirpe geniti ꝓſpera vite
p̄ſentis appetere:aduerſa deuitare:opprobria
fugere:gloriã querere. Incarnatus dñs aduer
ſa appetens /gloriam fugiens: vt ergo doceret
nos ſemꝑ virtuoſe operari:vt ſalutem cõſequa
mur frequenter dñs Ieſus in medio ſe poſuit.

Ractā.in.iiij.inſti. Diſcant hoīes ⁊ intelligant quare deus ſumm⁹ cū legatū ⁊ ſuū nūciū mitteret ad erudiēdū plebē pceptis iuſtitie immortalitatē voluerit carne indui/⁊ cruciatu affici/ ⁊ morte mulctari. Naȝ cū iuſtitia nulla eſſet in terra doctorē miſit quaſi viuā legē: vt nomē ac tēplū nouū cōderet: vt verū ⁊ piū cultū p omnē terrā ⁊ v̄bo ⁊ exēplis ſeminaret: ſed tñ vt certū eſſet a deo miſſum: nō ita naſci oportuit ſicut homo naſcit̄ ex mortali vtroq̄ cōcret⁹: ſ3 vt appareret in hoīe illū eſſe celeſteȝ/creatus eſt ſine ope genitoris: habebat ſpūalē patrē deū. et ſicut pater ſpūs ei⁹ de⁹ ſine mr̄e/ ita mater corporis ei⁹ v̄go ſine patre. Fuit igit̄ de⁹ ⁊ homo inter deū hoīemq̄ medi⁹ ꝯſtitut⁹/ vt hoīem ad deū pducere poſſet.i.ad immortalitatē q̄ſi de⁹ tm̄ fuiſſet. Exēpla hoī prebere nō poſſet v̄tutis ſi homo tm̄ nō poſſet hoīem ad iuſtitiā cogere: niſi auctoritas et v̄tus maior hoīe accederet. In natiuitate in medio brutoꝝ: in tēplo in medio doctoꝝ: in cruce in medio latronū: in reſurrectiōe in medio diſcipuloꝝ: vt p3 in euāgelijs. Primū mediū innuit prudētiā. Nā duoꝝ aīaliū inter que nat⁹ dicit̄ poſitus. iuxta illud In medio duoꝝ aīaliū innoteſceris. Aſinus ſignificat nimiā ſimplicitatē ſeu ſtoliditatem. Bos ruminās ⁊ moroſus nimiā ſapiētiā: ſ3 q2 vtrūq̄ extremū vicioſum: ideo xp̄s nō ſtetit ſub aſino vel boue/ſed in medio: q2 in v̄tute prudētie reperit̄ que nec ſibi nimis acquieſcit: nec nimis credul⁹ eſt et incaut⁹. Secūdū mediū inſinuat iuſtitiā: nā doctores illi in tēplo in aliq̄b⁹ erāt nimis iuſti.i.ſeueri.vt in decimādo rutā/⁊ anetum/⁊ omne holus: vt xp̄s inuehit contra eos. In alijs nimis remiſſi. vñ xp̄s dixit eis. Que grauiora ſunt legis relinquitis vt mādata: ſed xp̄s in medio ſe locat: q2 in iuſtitia. Tertiū mediū eſt tēperantie. Vñ xp̄s in cruce per quā homo ſe tēperātia mortificat quaſi crucifigēs carnē ſuā in medio latronū poſitus fuit. E quib⁹ q̄ a ſiniſtris erat nimis cōpatiēs corpori ſuo nolebat pati: ſ3 liber eſſe a pena. Alter quaſi ſibi auſterus nō curās de pena ſua. Sic aliq̄ ſunt intempati q̄ nil mali et auſteritatis volūt in corpore ferre: ſ3 delitiari. hi cōiter reprobi: aliqui l3 boni nimis ſibi auſteri ſunt indiſcrete affligentes ſe: ſed xp̄s in medio inuenit̄ docens: vt ſe3 caſtigati et nō mortificati exhibeāt corpora ſua hoſtiam ſanctā deo viuentē: vt ait apl̄s ad Rom.xij. Quartū eſt mediū fortitudinis. Reſurgens Ieſus et diſcipulis apparens ſtetit in medio eoꝝ. Iohā.xx. Ex his diſcipulis aliqui vel aliq̄ñ videbant̄ et erāt nimis timidi: qḋ patuit q̄ñ relicto eo fugerunt: ⁊ ſic in naui q̄ñ clamauerūt dicentes: q2 fantaſma eſt. Mat.xiiij. Aliq̄ñ vel aliqui videbant̄ preſumptuoſi ⁊ audaces: vt Petr⁹ q̄ dixit. Etiā ſi oportuerit me mori tecum: non te negabo. Xp̄s non ſe poſuit iuxta Petrū vel aliū/ſed in medio: vt diſcam⁹ fortes eſſe non audaces/⁊ pſumptuoſos nimis de nobis cōfidētes: q2 tales ſunt primi ruētes: nec nimis timidi dimittēdo aggredi ardua et bona opa. Sic igit̄ opat̄ ſalutē in medio v̄tutiſ.

De virgine Maria per modū doctrine. Caplm.iij.

OMnis gloria eius filie regis abintus in fimbrijs aureis circūamicta varietatib⁹. ps.xliiij. Filia regis fuit virgo Maria/ q2 regali ex progenie Maria exorta refulget: ſed ſpūaliter filia regis eterni nō ſolum p creationē/ſed p adoptioneȝ gratie ſup oēs alios ſanctos: vnde de ipſa intelligit̄ dictum Oīs gloria eius ⁊c. vbi tria vidēda ſunt.

Primo ſublimitas ſingularis. ibi. Omnis gloria eius filie regis.

Secundo pbitas virtualis. ibi. Abintus in fimbrijs aureis.

Tertio pluralitas puilegialis. ibi. Circumamicta varietatibus.

Quantū ad primū gloria §.I.

aliquoꝝ eſt ⁊ laudāt̄ de bonis nature: aliquorū gloria de bonis gratie de quibus laudant̄: aliq̄ laudant̄ de bonis superne: aliorū eſt gloria de bonis fortune. Uerum huius virginis glorioſe omnis gloria eius: q2 eſt per excellentiam filia adoptiua regis eterni. Abſalō ⁊ Rebecca multum laudātur de pulchritudine: l3 omnis gloria eius quaſi flos feni. Eſa.xl. Gloria iſta non deficit in Maria. Tota pulchra es ⁊ macula nō Cañ. eſt in te. ⁊ pulchra vt luna. Et optime in natu- iiij. ralibus complexionata: quod multū iuuat ad bonitateȝ. De bonis gratie ait apl̄s.ij. Cor.j. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniū cōſcientie noſtre. Omnis virtutis gloria eſt in Maria. de omnibus enī laudat̄ ſuper omnes ſanctos. Vñ dicit Eccleſiaſtici.xxiiij. Et radicaui in populo honorificato. Populus honorificatus a deo ⁊ hominib⁹ ſunt virtuoſi. Sapien.xix.c. Magnificaſti populū tuum. ſ.tu dñe deus: ⁊ honoraſti. Ubi ergo terminat̄ omnis virtus et perfectio viatorū: ibi vt radix que eſt principiū arboris inchoat virtus Marie. De bonis glorie pſal. cxlix. Gloria hec eſt omnibus ſanctis ei⁹. Et in plenitudine ſanctorū (ait Maria) detētio mea. ideſt in plenitudine glorie btōꝝ ego detineor: vt glorioſior omnibus ſm Hieron. Inter bona fortune connumerat̄ fama ⁊ laudatio: omneſq̄ gloria accendunt̄ ad ſtudia. Et l3 ſancti et per maxime beata Maria non querant/ſed fugiāt iſtam gloriam: ſed querunt gloriam dei, iuxta

illud Matth. v. Luceat lux veſtra corā homi.
ꝛc.tn̄ quāto magis fugiūt tāto magis deo ope
rāte glorificant ꝛ laudant.Ois igit glorⁱa eiꝰ.
Unde ipſa ꝓphetās de ſe ait. Beatā me dicēt
oēs ḡnatiōes.qꝺ tractās do.Jo. do.cardi. ſup
Magnificat. Ecce em̄ ex hoc beatā me dicent
oēs ḡnationes.Uox eſt nō dubitātis:ſed affir=
mantis et demōſtrātis.ſicut Johānes cū dixit
Ecce agnꝰ dei.Fuit aūt certificata de hoc futu
ro per triplicē viā per quā pōt ſciri aliqđ. Pri
mo per rationē diſcurrētē. Scđo per teſtifica=
tionē cōpetentē. Tertio per experiētiā ſufficiē
tē. ¶ Per rōnē quidē diſcurrētē pⁱmo ꝓbat
ſic. qꝛ ratio preteriti ſcire futura facit . Dicat
ergo ſic beata Maria.Me fecit caſtiorē vniuer
ſis:me direxit in oībꝰ agendis:me preſeruauit
ab oībus illicitis:me fecit in tēplo admirandā
ſodalibꝰ:ſtupendā ſacerdotibꝰ: me maritauit
ſtupentibꝰ cūctis populis: me fecit reuerendā
ſpiritibꝰ angelicis:ergo preponit me pⁱedican
dā et venerandā oībus ḡnationibꝰ. Iſte inquā
diſcurſus cōſequentiā format. habet pro me=
dio ꝙ deꝰ fecit oē opus perfectū et valde bo
nū: niſi ipſum opus perficiendū habeat liberū
arbitriū. et taliter opifici cōtradicat ꝙ ſub ob=
ſtetricāte manu ſua egrediatur coluber tortuo
ſus:ſicut in angelo pⁱmo per Job narrat ſpiri
tuſſanctus:cuius oppoſitū in ſe erat experta.i.
totū fuerat ſibi notū cū pluribꝰ partibus quas
referre longū foret ꝛ impoſſibile.Ratio aūt ſo=
lū per enthimema ꝓcedit et cōſequētiam. Ad
hanc certitudinē etiā arguit a ſimili qꝺ nō te=
net infimū locū in argumētis.Argumentū aūt
dicit a ſimili ꝑ figurā:ſed eſt a maiori ꝑ naturā
et ſic ait. Si edito ſexto ſcꝫ filio Aſer: Jacob
moriēte interpretatur panis pinguis prebens
delitias regibus.quātomagis beatā me dicēt
oēs generationes : q̄ humilis ancilla cōcepi et
peperi perfectū:ſic numerꝰ ſenarius notat chri
ſtū qui ſexte dat initiū etati: ꝛ eſt verus panis
viuus q̄ de celo deſcēdit. Cōſequentialiter ite
rū arguit ſic. Ego ſum tota deifica:ergo beatā
me dicent oēs ḡnatiōes.dictū eſt notū.qꝛ vt.ē.
dictū eſt in ipſa habitabat plenitudo deitatis
corporaliter . Sequela aūt patet cū nō ſolū oīs
homo:ſed oīs creatura deū bn̄dicat.iuxta illđ.
Dan.iii.Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o.Syllo=
giſtice tn̄ ratiocinatur ſic. oēs ſaluati bn̄dicūt
eos per quos pⁱncipaliter ſaluabunt. ſed per
filiū meū ꝛ me de oīni generatione ſaluabunt.
ergo beatā me dicēt cū filio meo oēs ḡnatiōes.
Maior eſt nota per viā gratitudinis ſancte. et
minor patet multiplr. Primo qꝛ dedit carnē
per cuiꝰ paſſionē ſumꝰ liberati.Scđo exēplū vi
dēdi ꝑ ſuā preſentiā. Tertio viā penitēdi ꝑ ſuā
doctrinā. Un̄ ex oī ḡnatiōe aliq̄ ſunt ſaluati et
ſaluabunt:ſicut cōtinuus miracula ſua demon=
ſtrāt. ¶ Sciebat preterea ſcđo hoc ipm̄ ꝑ teſti=
ficationē cōpetentē. In ore em̄ duoꝝ vel trium
teſtiū ſtat oē verbū. Nec obſtat ꝙ duo vel tres
vel etiā mille ſimul cōcordes in malū teſtificāt
falſum cōtra ſanguinē iuſtū:ſicut factū eſt con=
tra naboth in veteri teſtamēto:et cōtra xp̄m in
nouo.lꝫ em̄ ciuiliter patiatur tueri q̄ iuſtū tāq̄
reum dānat ad mortē duobꝰ vel tribꝰ teſtifican
tibꝰ corā deo vero eſt culpabilis:niſi alij teſtes
eū condemnent ꝙ̄ duo vel tres hoīes .qui repu
tari debent pro vno:ſi etiā forent mille. Eſt er=
go teſtis vnus homo ſpecifice qui đr accuſare
et teſtificari ſuā teſtificationē fore legitimā ſi=
ne qua male iudex procedit in cauſa.Scđs te=
ſtis eſt veritas ipſa enucleata ꝛ cōprobata:que
quidē miniſterio angeli in lucē procedit a ſpi=
rituſancto.et ſic ſunt duo vel tres. i. homo qui
accuſat:ꝛ ſuā accuſationē ꝓteſtat.Scđs ꝟitas
qui eſt angelꝰ vel ſpūſſanctꝰ vnus vel duo:ꝛ di=
citur diſiūctiue:qm̄ ad veritatē ipſiꝰ ſufficit al=
ter ipſoꝝ.ſ.ſpūſſctūs vel angelꝰ.De his duobꝰ
vel tribꝰ.loquitur chriſtꝰ prout eſt veritas: ſm̄
Matth.c.xviij.Ubi ſunt duo vel tres cōgrega=
ti in noīe meo:ſum in medio eoꝝ: taliq3 concor
die ſe efficaciter annuit eſſe.Ad hūc ſenſum iu
bēt leges tā canonice ꝙ̄ ciuiles ſubtiliſſimā et
prudētiſſimā examinationē fiēdā/preſtita ſi du
bitat de vita vel fama aut teſtiū culpis cautiōe
Hoc modo ſacra virgo Maria certificata ꝑ an
gelum dicētem. Benedicta tu in mulieribus.
ꝙ eſſet ab oībus generationibus benedicēda.
Mittitur ad elizabeth ꝙ id dicat eidē qꝺ et fe
cit.Benedicta tu inquiēs inter mulieres. Cer
tificauit angelꝰ qui mentiri nō poteſt:certifica
uit ꝛ homo qui prophetiā ꝟitatis gerebat.cer=
tificauit ꝛ ſpūſſanctus qui in vtero ſermonē for
mabat : et in ſcriptura ſacra illas notauerat q̄
benedictiones portauerāt ſub figuris ſancti vi
ri veteris teſtamēti: quaſi ſtelle veri ſolis pre=
monſtrabant ortū ꝛ vitā.Sic omnes mulieres Maria
quomodolibet laudibus attollātur marie vir= figurat
ginis figurabāt virtutes ꝛ eius mores prefa= ꝑ mulie
tos. Nā benedicta fuit in eua benedictione ge res que
neratiōis materne.Illa em̄ femina mater fuit laudibꝰ
cunctoꝝ in terra viuentium. Beata virgo ma= attollūtur.
ter eſt omniū in celū aſcendētiū. Matrimoniū Eua.
replet terrā:virginitas marie replet celū.Be=
nedicta quoqꝫ eſt in Sara q̄ peperit riſum iſti Sara.
preludens que gaudiū genuit vniuerſo mūdo.
¶ Prefigurauit Rebecca prudēter vendicās Rebecca.
benedictionem Jacob cū vellet Iſaac Eſau be
nedicere marie benedictionē.ſub qua reproba
to antiquo populo hebreoꝝ: pp̄ls chriſtianorū
benedictionibus eſt repletus. Actiua Lya cui Lya.
ſeptem aſcribuntur filij nati vitam totā actiuā

preſcripſit Marie q̄ per ſeptenariū numerum
integraꝛ. Inter cuius opera: vt minꝰ deſcribiꝛ
perfectū mortuos ſepelire: qđ a chriſto non no
minaꝛ cū in iudicio de his examinat iudican-
dos: ſicut illa inter. vij. edidit diuinā. Specioſiſſi
Rachel ma Rachel cōtēplatiuā predicat virginis ma-
tris q̄ pariter per augmētū virtutū in ioſeph: ⁊
dolorē ſeu tediū vite preſentis in bēiamin ma-
tricida. In aſſenē aūt phutipharis ſacerdotis
heliopoleos ſcimus mariā ex progenie ſacer-
dotali et regali q̄ illū cōciperet qui rex erat et
ſacerdos ſm ordinē melchiſedech. In hac can
Maria. tatrice maria cātauit Maria ſoror moyſi infer
nali iam pharaone ſubmerſo: cuius canticum
trahitur in illō. Magnificat aīa mea dn̄m. Mi
tiſſimi prophete cōiunx dilecta inſeparatū ma
trimoniū inter lucidiſſimū deū ⁊ abominabilē
humanā naturā: que tamē formoſa fuit in ma-
ria ſignificauit: ipſa alibi dicente. Nigra ſum:
Tha- ſʒ formoſa filie hierſm. Can. j. Thamar iuſtior
mar. iuſto inauditū a ſeculis partū dicit. quā defen
dit apud multos ſuſpectos anulo matrimonij
contracti cū ſene armilla pudicitie cōprobante
et virga poteſtatis diuine: qui hoc predixerat
de ꝓphetis futurū. Raab nō meretrix: ſed ho-
Raab. neſta ſtabularia ſicut littera docet hebraica. li-
beratricē populi nō ſui: ſed ſui futuri preſignifi
cat glorioſam mariā. Hec paradiſi portas pa-
tefecit. ⁊ cum delbora ſceptrū populi tenet ele
cti contra hoſtē antiquū: quē clauo yahel pru-
dētia ſyſarā necauit. Annūciat angelꝰ Mānue
Mānue ſamſonis virginis partū quā venuſtā inſinuat
Ruth. noemi ſic interpretata. Et angelus Ruth ma-
michol trimonio iūgit booz veterano: ſcʒ Joſeph. Mi
chol a dauid dilecta ſpeciali decore aſpectū in
ſe trahit diuinū: et liberat iam deſiderabilē ad
abygail egyptū deportans. Abygail humilis dicit. ec-
ce ancilla dn̄i: fiat michi ſm vbū tuū. Abyſach
antiquū dierū ſuo fouet in ſinu: quē ſolo lactet
Anna. vbere de celo pleno. Anna que gratia interpre
tatur votū virginitatis per matrem ſamuelis
bonū maritalis ſocietatis per eā que fuit To-
bie / ⁊ donū in deū intētevidüitatis inveterana
Berſa- prophetiſſa mariā plenius declarauit. Berſa-
bee. bee fons ex quo oritur illa ſapiētia que eſt ma
ior ſalomone prius tū ſanctificat: et finē ponit
legi date in igne deſerti. Uria occiſo dū leges
ſeruat que maxima vetuſtate abducūtur: ⁊ ad
regē regū tranſiuit: ſub quo fulget lex liberta-
tis et gratie. Ecce petōꝝ interuentrix potētiſſi
techui- ma techuites que nō patiebaꝛ repulſam inter
tes. ioab et dauid pro peſſimo. ſ. abſalone. Sagaci
ter deniqꝫ quis ꝓmiſit iudith fortitudinē. He-
ſter notauit iuſticiā rectitudinē ⁊ patientiā pro
ipſius effectu. Si cupis potenter videre cōtra
eos qui detrahūt ſue bonitati ⁊ maculare ſata

gunt puritatē. Ecce noua ſara cuius. vij. ama-
tores non caſti a demone ſunt necati. Si chari
tatis viſcera paupertate deſiderantur: copioſa
in ſareptena vidua helias iſtam requirit. Et he
liſeus in ſunamite deuotionem et fidem in filij
ſuſcitatione veneraꝛ mariā cōpleta ad oīa vaſa
vacua que ſibi marie fuerint oblate: innuit mu
lier illa cuius vir erat mortuus et filij credito-
res duo remāſerant. Uidimus roſam paradiſi
xxx. folijs integratā: ⁊ totidē odoribꝰ predota-
tā preter illa q̄ intrinſecus vt dici poſſit: quaſi
plātatio roſe in hierico. Eccli. xxiiij. Certifica
tur tertio per experiētiā rerū magiſtrā. Quis
enim valeat dubitare quin hec vgo plena deo:
cui oīa nuda ⁊ aperta ſunt: in ipſo verbo quod
gerebat in pectore: gerebat et in mente futura
cūcta viderit: et aperte agēs ſi quid indiſpoſitū
agit indubie: ⁊ ſuā formā inducit. Tam dubita
bile eſt ꝙ virgo grauida dei ſciuerit futura q̄
dubitare ꝙ angeli deo preſentes qui oīa vidēt
videant vniuerſa. Nam nec iſta virgo erat ei
remotior qui in ea eſſentialiter exiſtens de aīa
ſua fecerat celeſtis aulam paradiſi. Nec minꝰ
illis diſpoſita que per maiorē gratiā poſſide-
bat deum q̄ ipſi. Ecce agens diſpoſitū ad agen
dum quod illuminat oēm hoīem venientem in
hunc mundū. Et ecce diſpoſita ſtella que tante
lucis recipiat radios fulgentes: que quidem
eclipſim pati non poteſt: cū nil interueniat me-
dium inter agens et paſſum nimirū: ante cōce
ptum tanti ſplendoris magis videbat q̄ ceteri
viatores: eo ꝙ eſſet diſpoſita magis: nec aliqđ
ignorat quodāmō fons ſapiētie facta. ¶ Quat
tuor eñi actus viatorē diſponūt ad clarius in-
tuendū. Primū eſt caſtitas et puritas hoīs ve
rius: q̄ nō introibit ſapiētia in maliuolā aīam
⁊c. Sap. j. Sed transfert ſe in aīas ſctās. Sap.
vij. Scōm obedientia vera ipſo dicēte. Jo. vij.
Si quis voluerit voluntatē eius facere qui mi
ſit me ſciet de doctrina mea ⁊c. Tertium eſt do
ctrine ſancte magiſtra paupertas volūtaria q̄
in monte locat petrū: iacobū: et iohannem. vt
in gloria ſui videāt dn̄m cum ꝓphetis. Quar-
tum humilitas ſm illud Mat. xj. Abſcondiſti
hec a ſapientibus ⁊ prudētibus et reuelaſti ea
paruulis. Sed ꝙ iſta ſint vginis matris patet
Quis enim narrabit obedientiā ſuā que etiā
quinquēnis et ante ſe totā regendam ſubiecit.
Pollebat quo ad ſcōm tāta puritate qua ma
ior ſub celo nequit intelligi. Paupertatē etiā
regie virginis in partu peregre conſtitute quo
ad tertium tantam vide: ꝙ pro tanto filio agnū
non valēs offerre par turturum vel columba-
rum obtulit. Luce. ij. Humilitas autem eius
quo ad quartum deū traxit de celis: ſed iſtud
proſequendum in ſequenti. §. vide.

¶ Quantū ad tertiū ꝓbitas §.II.
virtualis ei⁹ notaꝛ ibi:abintus in fimbrijs au-
reis. Fundamētū ſiquidē omniū virtutū humi
litas eſt ſm Hiero. ⁊ cōplementū charitas:que
eſt vinculū perfectionis. Coꝛ.iij. Primū notaꝛ
in Maria ibi:abintus. Eſt eñ vera humilitas
abintus nō abextra. Conſiſtit eñ ſm Bern. in
vera ſuiipſius cognitiōe ſibi vileſcēs ex ea. vñ
⁊ xp̄s dicit Mat.xi. Diſcite a me q: mitis ſum
⁊ humilis corde. ⁊ non dicit corpore:ſed corde
qḋ eſt abintus. Prima Marie virtus (ait Am
bro.) fuit humilitas. vnde ⁊ ipſa de hac ſingu-
lariter gloriaꝛ dicens: Quia reſpexit humili-
tatē ancille ſue. Exemplo virginis tāte/ratiōe
quilibet vtēs diſcet ab ea ſe hoiem eſſe nō deū
vbi dea facta:immo deifera:cui ſubderetur hu
militer deus dixit: Ecce ancilla dñi:fiat michi
ſm verbū tuū. Et hoc q: reſpexit humilitatem
ancille ſue. Sciat vnuſquiſq; ſe non eſſe ſeraph
exēplo Marie quo charitas immobiliter ma-
net:et nō preſumit de amore recepto/cum ipſa
iuxta crucē manens fuerit abſoluta a Ioſeph:
⁊ amorē vnigeniti patiēter tranſtulit in euāge
liſtam Iohannē quē patienter recepit in ſuum
crucifixo iubente loco tanti xp̄i dilecti. Videāt
omnes ſtellā maris Mariā ſe nō habere ſapiē
tiam cherub ꝓficientē: cum poſt triduū in tem
plo reperto filio corā omnibus dixit. Fili quid
feciſti nobis ſic? ecce pater tuus ⁊ ego dolē. ⁊c.
Luce.ij. Thronoꝝ quoq; iuſtitiam non eſſe nec
habere ꝓfeſſa eſt/qñ filio dixit in nuptijs:vinū
non habent. auditura exēplo. Quid michi ⁊ ti
bi eſt mulier:nōdū venit hora mea. A domina-
tionū ſpeculatione ſublimi alienā ſe mōſtrauit
cū angelo ſeruo ſuo diſputās ⁊ dicēs. Quō fiet
iſtud qñ virū non cognoſco. Luc.j. Virtutū au
ctoritatē ad facienda miracula ſe negat habe-
re: cū ſine dubio requiſita per ſeruos vt deficiē
tis vini ſuppleret erumnoſos defectus. Rñdit.
Quodcūq; dixerit vobis facite. Ioh.ij. qñ mi
chi facere miracula nō incumbit. Q; ſe longe
fore mōſtrauit a potentia poteſtatū in arcēdis
demonibus: cū e preſenti ſeculo migratura ne
demones videret ſuppliciter poſtulauit. Si cu
pis noſſe quantū cū principib⁹ ſe principiſſam
putaret: ꝙꝙ eſſet regina mundi ancillatus offi
cium etiā in domo Elizabeth cui pariēti ſerui-
uit plenius intuere. Et q: ad archangelos no-
uerat loquele pertinere virtutē velut elinguis
raro loquebaꝛ ⁊ parū: apud ſe cōſeruās omnia
diuina cōferēs in corde ſuo. Luc.ij. Ioſeph aūt
caſtiſſimū virū velut ſui cuſtodē exteriorē nūꝙ
deſeruit quocūq; pergeret neceſſitate cōpulſa:
nō cupiditate vagādi. Ne ſibi vſurparet ange-
lorum officiū quo inuiſibiliter creaturas cuſto
diūt ſibi cōmiſſas: ſed nec iſto gradu contenta
minus homine ſe dixit et exhibuit ancille no-
men imponēs ⁊ opus:ſicq; factū eſt vt cum ne-
gauit ſe eſſe qḋ non erat: ex ſe facta eſt talis ac
tanta qualis mens nō capit creata. Unde autē
iſta ita hominē locat: ſita eſt ſupra choros oīm
ſpirituū beatorū. Et hmōi potentie nulla crea-
tura reſiſtere pōt:nec vult reſiſtere deus ſue ve
hemētiſſime charitati. Ardentia ſeraphin nō
equaꝛ:excedit quoq; lumen: ꝙuis omnē noti
tiā cherubin ⁊ ſua miſericordia thronorū ſupe
rat equiſſime iuſtitie tenacē rigorē: de qua ſpe-
culatione dominationes illuſtranꝛ/⁊ virtutes
eius imperio obſequūtur ad nutum. Tentate
ipſius cōtra demones poteſtatū vires fiunt ro
buſte anime: ⁊ non ſolū vni ꝓuincie vel regno/
ſed totius machine mundialis in celo/in terra
ſimul: ⁊ abyſſo vniuerſali preponiꝛ monarchie:
ſumunt archāgeli verbum de verbo ſuo:etiam
angeli in tāto ſpeculo practice noſcūt ad quid
debeant dirigere ſubditos eis. Sic ergo omni
homini veniēti eſt norma ſine defectu: dicēs ſe
ancillam. Quia ergo inclyta humilis mater ⁊
virgo erat digna mater dei iuſte electa a iuſtiſ
ſimo deo. ſi dixiſſet ſum digna mater vnigeniti
dei falſa veritatem fuiſſet ⁊ humilitatē non ſer
uaſſet: ſed q: decebat eam excellētiſſime cun-
ctas habere virtutes/⁊ in ipſis trāſcēdere cun
ctos etiam angelos: ſe humilē fateꝛ ⁊ ancillam
dicens Reſpexit humilitatē ⁊c. Tanta deniq;
humilitate nullus viſus eſt angelorū. Interro-
gantib⁹ eñ quod eſſet nomē ipſius Reſpōdit.
Cur queritis nomen meū qḋ eſt admirabile?
neq; ille qui dixit Sum Azarias Ananie ma-
gni filius: qui ſui magnū cōceptū in mētis con
ceptu formauit. Non ſimili dñi ſunt Abraā di- Gen.
cens. Sum puluis ⁊ cinis. Aut Iob aiēs. Ven xviij.
tus eſt vita mea. Vel Dauid ꝓteſtans ꝙ eſſet
canis mortuus et vnus pulex. Sive baptiſta ꝙ
faſſus eſt ſe eſſe labilem vocē. Nam hi oñes di
xerunt id qḋ erant ⁊ non minus: hec aūt multo
minus ꝙ ſit. Quantū eñ diſtant inter ſe regi-
na celorū ⁊ ancilla: dña angelorū et ancilla: ma
ter dei ⁊ ancilla dñi. veritatem tñ dixit: nam lȝ
virgo Maria ex parte generatiōis fuerit ma-
ter xp̄i/tñ sciēs q: filius eius erat genitor eius
⁊ vniuerſorum deus ⁊ dñs: non ſe exhibebat vt
matrē/ſed vt ancillam: ꝙꝙ ille verus filius eā
reuereretꝛ vt matrē. hec reuerentiā nō require
bat/ ſed exhibitā renuebat ⁊ exhibebat repul-
ſam. ꝙ piū erat videre iſtud certamen in ſecre-
tis duorū filij ⁊ matris: illa preuenire volebat
genuflectiōibus ſibi genuflectentē: ſed iſte cuē
futura erāt preſentia preoccupat reuerētia ta-
li preuenire volentē: illa genuflexo filiū adora-
bat: ſed ille ante adoratricē humiliter ſe incli-
nabat. Illa dicebat: deus meus non decet deū

femine inclinare: ſed ipſe reſpōdebat: tñ iſtud
decens eſt matri filiū ſubdi. Sine me o fili pre
ceptū implere qđ dixiſti: Dñm deū tuū adora=
bis ꝛc. Ipſe vero inferebat Sine ꝛ tu mater fi
lium tuū mandatū implere quo dixit preſcius
incarnatiōis ſue: honora patrē et matrē. Ne vi
deant te angeli/ quē adorāt coram muliercula
ꝓſtratū: ſurge dilecte pſonabat Maria. Et ne
filij hominū coram filio videāt matrē inclinatā
chariſſima ſurſum te eleua intonabat Jeſus fi
lius eius. Me itaqꝫ deus et angeli arguēt: ſi te
nō adorauero ꝛ ſuſtinuero quaſi adorātē: ꝛ ego
coram deo/angelis/et hoīb⁹ reprehēſibilis eſ=
ſem: ſi reuerentiā non ſeruarē maternā. Talia
ꝓfundioraqꝫ/ ꝛ oīm ſpūs mellita dulcedine ver
ſabant̄ inter filiū matrēqꝫ/genitorem ꝛ genitri
cem. Jlla dicēte ꝙ ſaltē in occulto vbi nō videt
niſi pater celeſtis/ a tali veneratiōe ſe abſtine=
ret filius. Et illo reſpōdente ꝙ nil opertum qđ
non reueleť. Jſtas duas cōcluſiōes quas per=
ſuadet euidens ratio ſacre littere ꝓbant: nā ꝙ
filius eſſet matri ſubditus et reuerēs/teſtatur
cum de ipſo duodenni loquit̄. Deſcendit cū il=
lis nazareth: ꝛ erat ſubdit⁹ eis.i. Marie ꝛ Jo=
ſeph. Firmiſſime credo nunq̄ filium ita hono=
raſſe matrē ſicut xp̄s virginem matrē ſuā: et ꝙ
mater ſumme venerareť et diligeret filiū. Un=
de cum eo predicāte mater eius ſuperueniret:
expectabat reuerēter audiens predicationem
eius. Fimbrie auree deſignāt eius pfectā cha=
ritatē. Aurū eñ excedēs omnia metalla in va=
lore charitatē ſignificat omnes ſuperantē vir=
tutes in perfectiōe. Fimbria/eſt extrema pars
veſtimēti: veſtimentū qđ circūdat corpus eius
ſignificat conuerſationē eius que videť ab ho
minibus. Nā interior diſpoſitio videri nō pōt.
Ad hunc intellectū dicebat apoſtolus ad Ro.
xiij. Induimini dñm noſtrū Jeſuȝ xp̄ȝ.i. ſequi=
mini cōuerſationē eius. Fimbrie ergo veſtimē
ti virginis fuerūt auree: qꝛ etiam minima ope
ra eius hec ſunt fimbrie que fuerūt plene perfe
cta charitate. Minora opera dico in ſe que ſcȝ
deſeruiūt corpis neceſſitati: vt comedere/dor=
mire/laborare manibus ꝛ hmōi. Ex his pōt eli
ci in operibus magnis: vt in oratiōibus / con=
templatiōibus ꝛ hmōi q̄ fuerit excellens cha=
ritas eius. Exultauit (inquit) ſpiritus meus in
deo ſalutari meo.i. extra ſaltauit per extaſim.
Diuinus eniȝ amor extaſim facit. vt Dioñ. ait.
totam eam incanduerat diuinus amor: ardor
continuus/ꝛ ebrietas perfuſi amoris: vt nichil
eſſet in ea quod mūdanus violaret affectus: et
ſic fimbrie que ſunt iuxta terram nō tangebāt
terram/ſed auree: i. ideſt libere ab omni mūda=
no amore operatiōes etiam eius circa corpus
verſantes.

℄ Quantū ad tertiū plura= §.III:
litas priuilegioꝝ notať in eo: cū diciť circūami
cta varietate: ſiue intelligať de veſtimēto de va
rijs coloribus cōtexto: ſiue varijs pluribus ve
ſtimētis induta. Plura vtiqꝫ ꝛ varia ꝛ ſingula
priuilegia reperiunť in virgine Maria: que nō
ſunt in alijs ſanctis ex qb⁹ deprehēdiť oīs gl̄ia
eius: ꝛ ſunt.xij. ſignificata p.xij. ſtellas corone:
quā vidit Joh. in apoc.xij.c. in capite mulierē
habere dicens. Signū magnū apparuit in celo
eccleſie militātis et triūphantis. Mulier ami=
cta ſole ꝛ luna ſub pedibus eius: qꝛ oīs defect⁹
ſub ea eſt/nullos hȝ in ſe: vel mundus ſub ea vt
regina mundi. Corona.xij. ſtellarū ſunt.xij. va
ria priuilegia quib⁹ circūamicta eſt varietate.
℄ Primū fuit: qꝛ extat multiplr̄ pfigurata nō
ſolū in mulieribus veteris teſtamēti: de quib⁹
dictū eſt: ſed etiam in alijs figuris ꝛ ꝓphetijs.
Hec eñi eſt lux primo facta: hec fluuius paradi
ſi eccleſie ad irrigādū ligna fructifera eccleſie:
q̄ extendiť in quatuor capita. hec arca Noe ex
qua euadit diluuiū infernale: q̄ in ea ꝑmanere
inueniť per deuotionē. Hec virga Moyſi qua
facta ſunt tot miracula: hec virga Aaron que
frondiut/floruit/ꝛ fructificauit ſine ope huma
na. virga eñi Yeſſe floruit. de qua Eſa.xi. Egre
dieť virga de radice Yeſſe ꝛc. Hec virga regis
Aſſueri qua tangiť aīa in ſignū clementie dei.
Hac virga ꝑcuſſus pauebit Aſſur.i. diabolus.
Eſa.xxx. Hāc virgā portare iuſſi ſunt a xp̄o ad
predicādū miſſi. Hoc lignū aquas amaras dul
corat: hec vellus Gedeōis: hec thronus Salo=
monis: hec hort⁹ cōcluſus et fons ſignatus. de
qua Eſa.vij. Ecce virgo cōcipiet. Et breuiter to
tum vetus teſtamētū plenū eſt figuris ꝛ ꝓphe=
tijs eius. ℄ Secūdū priuilegiū eſt: qꝛ plenius
oībus alijs in vtero ſanctificata. in cui⁹ figu
ram ſanctificatū fuit tabernaculū dñi p Moy=
ſen. Ego puto (ait Ber.) ꝙ copioſior gr̄a ſancti=
ficatiōis in ea deſcēderit q̄ in alijs ab vtero ſan
ctificatis: que toti⁹ vite cōuerſationē immunē
redderet ab oī peccō/ qđ nulli extat cōceſſum: e
nam alij ſanctificati in vtero materno: vt Joh.
bap. et Hieremias cōmiſerūt venialia: etſi non
mortalia. Hec aūt ſm oēs doctores nunq̄ ve
nialia admiſit: ꝛ pie credi pōt ꝙ ea die qua fuit
aīata aīa rōnali/ea die fuit ſanctificata. ℄ Ter
tiū priuilegiū: qꝛ ab archāgelo glorioſe ſaluta
ta. Aue (inquit) gratia plena. Quis multi in ve
teri ꝛ nouo teſtamēto fuerint viſitati ꝛ ſalutati.
Et ſi angel⁹ gabriel etiā Zacharie nūciauit na
tiuitatē ex eo baptiſte/ tñ timorē incuſſit et pu=
nitionē ſubdidit: faciēs eū mutū. Hanc aūt etſi
ex inuſitata ſalutatiōe ꝓpter hūilitatē ei⁹ prio
exterruit: poſtea ſummo gaudio repleuit. Et
opinio eſt aliquorū ꝙ viuus fuerit de ſupremo

oꝛdine:ſcꝫ ſeraphin ad annunciandū tantū my
ſteriū. Nec obſtat ſi dicaꝛ ꝙ ex aſſiſtentibꝰ an=
gelis nullꝰ mittitur:qꝛ hoc verū eſt de lege cō=
muni:ſed ob cauſam ſingularē:deꝰ ꝙ mutat le=
ges et tēpoꝛa et officia ad placitū de quocūꝙ
oꝛdine mittere poteſt. Et qꝺ maius nūcium eſſe
poterat hac nouitate maxima. Nec obſtat ꝙ ſi
dicatur archangelꝰ:qꝛ quo ad interpꝛetationē
etiā ſeraphin eſt archangelꝰ.interpꝛetatur eīn
pꝛinceps angeloꝝ. ¶ Quartum ſingulare pꝛi
uilegiū eſt:quia veritas increata in ea eſt incar
nata.pſ.lxxxiiij.Ueritas de terra oꝛta eſt.i. in
virgine glorioſa. terra per pꝛofundā humilita
tem. Hoc eſt illud nouum qꝺ hieremias dixit
dn̄m facturū ſuper terrā: qꝛ femina circūdabit
virū. Hoc eſt omniū nouitatū mundi maximū
qꝺ nunꝙ fuit nec amplius erit femina que eſt
terra: de terra foꝛmata in oꝛigine pꝛimo circū
dabit nō aliūde accipiet niſi a deo. Uirum/non
paruulū ſed perfectū omni virtute ꝛ ſapientia:
quia vnitū deo: ſic eīn canit eccl'ia. Quē terra
pōthus ethera ꝛc. ¶ Quintū quia cū ſummo
gaudio filiū parturiuit. Eſa.xxxv. Germinans
germinabit letabunda et laudans. ſicut terra
germinās fructus ſine ſui apertione imperce=
ptibiliter: ſic virgo maria filiū clauſa pudoꝛis
aula regia et hoc letabunda. Alie etiam oīes
cum doloꝛe magno pariūt: hec peperit ſine do
loꝛe ſaluatoꝛem ſeculoꝛū vbere lactans de celo
pleno:immo cum ſummo gaudio. ¶ Sextum
pꝛiuilegiū qꝛ ſimul mater ꝛ virgo.quis vnꝙ au
diuit talia: vt virgo eſſet et intacta generaret:
vnde canit eccleſia. Gaudiū matris habens cū
virginitatis honoꝛe. nec pꝛimā ſimilē viſa eſt:
nec habere ſequētem. De hoc ſollicita fuit in=
terrogare qn̄ dixit angelo. quō fiet iſtud qm̄ vi
rū nō cognoſco.i.voui me non cogniturā:quod
angelus declarauit:qꝛ mater ſimul et virgo eſ=
ſet/ de ſpūſctō nō ab hoīe cōcipiens. ¶ Septi=
mū pꝛiuilegiū:qꝛ reſurgēs pꝛīo ei apparuit.vt
pie crediꝛ et teſtaꝛ Amb.etſi euāgeliſte taceāt
quaſi vt per ſe notū pꝛeſuppōnēdo.Sed cui du
biū eſt:qꝛ nō apparuit ei in habitu transfigura
to peregrini vel hoꝛtulanii vt marie magdale=
ne et duobꝰ diſcipulis euntibꝰ in emaus ꝓpter
incredulitatē coꝝ:ſed ipſa cū firmiter crederet
reſurgentē et ſciret deum eſſe omnipotentē: et
ſolum in ea fides remanſiſſet/manifeſtiſſime ꝛ
gaudioſiſſime ei apparuit. Unde cū pꝛopheta
dicere potuit: ſm̄ multitudinē doloꝝ meoꝛū in
coꝛde meo cōſolationes tue letificauerūt aīam
meā.pſ.xciij. Et qꝛ ſuper oēs doluit in paſſiōe
filij ſuper oēs fuit cōſolata cum apparuit ei re=
ſuſcitatus. ¶ Octauum: quia aſcendente chꝛi
ſto remanſit magiſtra doctoꝛum eccleſie apo=
ſtoloꝛum ꝛ euangeliſtarum. Unde diciꝛ Act.j.
Hi oēs erant perſeuerātes in oratiōe cū maria
matre ieſu. Cōuerſabaꝛ inquit Hiero.poſt filij
ſui aſcenſionē cū ſenatoꝛibꝰ celi in ſchola virtu=
tū ipſa de multis myſterijs informauit apl'os
et euāgeliſtas. ¶ Nonū pꝛiuilegiū fuit gloꝛifi
catio eiꝰ i coꝛpoꝛe nō ſolū in aīa. vt dicūt Aug.
et Ber.qꝺ ex eo poteſt elici:qꝛ diciꝛ amicta ſo=
le. Dicit eīn xp̄s de iuſtis in vltima reſurrectio
ne: ꝙ fulgebunt ſicut ſol in regno patris eoꝛū.
Matth.xiij. Amictus ergo ſolis eſt glia coꝛpo
ris ꝛc. Multa circa hoc in legenda aſſumptio=
nis. ¶ Decimū pꝛiuilegium:ꝙ fuit aſſociata a
tota celeſti curia in aſſumptione. In cuiꝰ figu=
rā habeꝛ.ij.Regū.vj.ꝙ dauid reduxit arcā que
ſignificat ꝟginē mariā cū ſex choꝛis in magna
ſolēnitate in hieruſalē que ſignificat patriam
supernā. Dauid eſt chꝛiſtus. Credendū eſt ait
Hiero.in ſermone.ꝙ ipſe ſaluatoꝛ per ſe totus
feſtinus occurrit:ꝛ eā in thꝛono ſuo collocauit.
Sex choꝛi ſex differentie btōꝝ.ſ.angeli: ꝓphe
te:ꝛ apl'i:martyꝛes:cōfeſſoꝛes:ꝛ virgines:qbꝰ
circundata ſuꝑ oēs eſt exaltata. ¶ Undecimū
pꝛiuilegiū: ꝙ eſt exaltata ſuꝑ choꝛos angeloꝝ
ſcꝫ ſancta dei genitrix canit eccl'ia. Unde Ecc.
xxiiij.ponunꝛ ſex exaltatiōes. Pꝛima quaſi ce
drus exaltata ſum in libano. Libanꝰ interpꝛe=
tatur candidatio:et aperte ſignificat angeloꝛū
ſtatū qui ſemꝑ fuerūt candidi puritate et ſine
pctō. Sicut ergo cedrꝰ in libano eſt altioꝛ oīni
arboꝛe/ita virgo ſublimioꝛ eſt oīni angelo. Se=
cūda exaltatio quaſi cypꝛeſſus in monte ſyon.
Syon interpꝛetaꝛ ſpeculatio: et ſignificat altū
ſtatum pꝛophetarū ſub quo continenꝛ patriar
che:qꝛ geſta eoꝝ fuerūt ꝓphetica: aſpiciebant
per ſpeculū figurarū ꝛ nō clare xp̄i myſteria:ſi=
cut ergo in mōte ſyon cypꝛeſſus odoꝛifera ſuꝑ
alias arboꝛes aſcendit:ita maria ſuꝑ oēs pꝛo=
phetas. Tertia eſt: quaſi palma exaltata ſum
in cades.ꝑncipales victoꝛioſi de mūdo cū pal=
ma martyꝛij fuerūt apl'i. Eccleſiarū pꝛincipes:
belli triūphales duces canitur de ipſis:ſed ma
xima victoꝛioſa virgo maria ſuper apoſtolos.
Quarta quaſi plantatio roſe in hiericho. Ro=
ſa pulcherrimꝰ floꝛū eſt: ſed in ſpinis naſcitur:
et ſignificat martyꝛes inter ſpinas oꝛtos toꝛ=
mentoꝛū: ſuper quos virgo maria exaltatur.
Quinta quaſi oliua ſpecioſa in campis:ſignifi
cat cōfeſſoꝛes operibus miſericoꝛdie deditos
quos excedit. Sexta quaſi platanus ꝛc. ꝙ her=
ba ſemꝑ viriditatem retinet: ꝛ virginis viroꝛē
perfecte caſtitatis demonſtrat. ¶ Duodecimū
pꝛiuilegiū ꝙ eſt ſuper oēs venerata ꝛ exaltata
et collaudata. mirabiliꝛ oēs deuotione afficiūꝛ
ad oīa facientes multa ad honoꝛem eius ꝛc.
¶ De multiplici miſericoꝛdia quā accepimꝰ a
deo mediante virgine maria. Capl'm.iiij.

Suſcepimus deus miſericordiã tuã in medio tẽpli tui. pſ. xlvij. Tẽplũ dei eſſe virginẽ glorioſam declarat eccl'ia cũ de ea cãtet. Btã es dei genitrix maria ꝟgo ppetua tẽplũ dñi: ſacrariũ ſpũſancti. Et in ſequẽtia quadã. Aue decus virginale tẽplũ dei ſpeciale: nobile tricliniũ. Tẽplũ eſt locus immunitatis ꝛ ſecuritatis Jta inquit Ber. Securum acceſſum habes ad deũ o homo/ vbi mater ſtat ante filiũ: filius ante patrẽ: mater oſtendit filio pectus ꝛ vbera: et ideo nulla poterit eſſe repulſa vbi ſunt tot amoris inſignia. Tẽplũ eſt locus ſumme venerationis. Uidete (ait idẽ Ber.) quãto deuotionis affectu vult eã a nobis venerari ꝛ honorari: qui totius boni plenitudinẽ poſuerit in maria. vt ſi quid gratie: ſi quid ſalutis in nobis eſt: ab ea nouerim⁹ redũdare. Ad tẽplũ fit oblatio: ſi qd aũt o homo offerre deo deſideras/ teſtať Ber. in manibus marie cõmendare memento: quia man⁹ ei⁹ mũdiſſime ſunt: noſtre aũt plene ſunt ſanguine: ꝛ ideo per man⁹ ei⁹ nõ noſtras acceptabunť. Deniq; ipſa virgo eſt prima poſt xp̃m in eccleſia triũphãte que ꝓcurat vt regina Heſter apud Aſſuerũ: ſcilicet deũ ſalutem eccleſie militãtis: ꝛ ſentẽtias mortis reuocat ab inimicis a manu diaboli: ꝛ ab aliis nos defendens. per hanc multipliciter ſuſcepim⁹ miſericordiã et in hac que eſt tẽplũ dei: ſed precipue tripl'r.

Primo enim ſuſcepimus miſericordiã ſaluationis per incarnationem.

Secundo ſuſcepimus miſericordiam directionis per eius conuerſationem.

Tertio ſuſcepimus miſericordiam ſubleuationis per eius interuentionem.

Maxima miſericordia deus §. I. fuit vſus erga nos: q2 dignat⁹ eſt incarnari. Unde ipſa virgo in cantico ſuo ait. Suſcepit iſrael puerũ ſuũ. i. ſeruũ. q2 ſcilicet ſurſum accepit naturam humanã de iſrael deo vniendo: ꝛ in hoc recordat⁹ miſericordie ſue qua fuit quaſi pri⁹ oblitus ante incarnationẽ. Jſtã miſericordiã ſuſcepim⁹ deus in medio templi tui. i. in vtero virginis de qua incarnatus es. ꝙ ergo natura nõ habuit vſus nõ obtinet: rõ ignorauit: mens nõ capit humana: pauet celũ: ſtupet terra: creatura omnis etiã celeſtis miratur. hoc totũ marie per gabrielẽ nũciatur et per xp̃m adimpleť teſtať Hiero. in ſermone. Jn cui⁹ figurã extat: q2 in medio tẽpli Salomonis in ea parte que dicebať ſanctaſanctorũ poſita fuit arca dñi cũ propitiatorio deſuper/ que ſignificat chriſti humanitatẽ cũ deitate. Arca ei de lignis ſethym facta imputreſcibilib⁹ auro tecta: ſignificat corpus chriſti cõpactũ ex puriſſimis ſanguinibus virginis cũ aia ei⁹ diuinitati cõiuncta. Jn qua humanitate tria erant: virga iuſticie ꝛ iudiciarie poteſtatis: lex ſapientie et veritatis: manna mãſuetudinis et pietatis. Propitiatoriũ deſuper deitas ſupeminẽs: ipſi tamen humanitati vnita. Duo cherubin de oliuis reſpicientia in ꝓpitiatoriũ mutuis vultib⁹/ ſunt duo teſtamẽta plena ſapiẽtia q̃ teſtãtur de xp̃o adiuicẽ. qđ enim vnũ predicit futurũ. ſ. vetus teſtamẽtum. aliud. i. nouũ exprimit factũ. ꝛ totũ hoc qđ per viſcera mie ſue viſitauit nos oriẽs ex alto. Fuit ergo in iſto tẽpli medio. i. vtero ꝟginali arca. i. deus incarnatus fuit/ ꝛ noticia teſtamẽtorũ in mente. Unde et Beda tractans illud Luč. ij. Maria cõſeruabat oia ꝟba hec cõferẽs in corde ſuo: q2 ſcripturas legebat et ſciebat ꝓphetias: cõferebat q̃ ſecũ erant acta cũ dño de his que nouerat ſcripta a ꝓphetis de dño ꝛ collata adinuicẽ cognouit inſtar celeſtiũ cherubin ſocia ſui vultus luce cõcordia: ꝛ ſeruabat ea in mente: vt euangeliſtis ꝛ aplis deferret deſcribentibus nouũ teſtamentũ. Augu. in ſermone. Augu.
Quid dicã beata virgo cũ de te quicqd dixero minor eſt laus tua ꝙ dignitas tua mereť: ſi celũ te vocem altior es. ſi matrem gentiũ dicã precedis. ſi formam dei appellem digna exiſtis. ſi dominã angelorũ vocem/ per oia eſſe probaris. hec ille. Sicut ergo locus dictus ſanctaſctõrũ erat ſolenniſſim⁹: ita ꝙ nulli licebat accedere niſi ſummo ſacerdoti. Jta ꝛ beata virgo maria cũ gratia repleť: cũ ſpũſancto perfundiť: cũ virtute altiſſimi obumbrať fit precioſior meritis: celſis ſublimior faſtigiis: pulchrior ſctitate: glorioſior ſuoꝝ meritoꝝ prerogatiuis: ita vt nullis ſit vſibus tam mancipãda niſi diuinis. Hiero. in ſermone. Hinc ꝛ maximus in ſermone. Sciẽtes fratres dilectiſſimi autori noſtro multum nos debere ꝯditos/ plus redẽptos: veneremur illũ ſacratiſſimũ vterũ ex quo deus vnitus homini apparuit. O felix maria. o genitrix glie/ et puerpera ſublimis: cuius viſceribus autor celi: terreq; cõmittitur. O felicia oſcula labiis impreſſa lactentibus: cum inter crebra indicia crepitantis infantie verus ex te filius tibi maria alluderet: ver⁹ ex patre tibi dñs imperaret. felix puerperiũ. letabile angelis. expectabile ſanctis. neceſſarium profligatis. Hec ille. Augu. quoq; ſic ait in ſermone. O ꝙ immaculata virginitas que omnes angelos in celeſtia regna ꝓcellit. O ꝙ btã mater q̃ xp̃m dñm ſanctũ regẽ glorie meruit generare. O ꝙ beati pedes qui chriſtũ meruerunt ſuſtinere. O ꝙ felicia vbera que autorẽ et redemptorẽ mundi lactauerunt. O ineffabilis virgo in cuius continebatur gremio: qui regebat vniuerſum mundum. Hec ille. Bernar. in ſer. Fac o benedicta Bern.

Augu. qđ dicit de maria.

Hiero.

Maximus.

Augu.

per gratiã quã inueniſti: per miſericordiã quã
peperiſti: vt qui mediante te fieri particeps
dignatus eſt infirmitatis et miſerie noſtre: te
quoqꝫ intercedente participes faciat nos glo-
rie ⁊ beatitudinis ſue.

Secundo in medio templi §.II.

dei.i.in cõuerſatione virginis glorioſe templũ
dei exiſtẽtis: q̃ cõuerſatio ſemꝑ fuit in medio.i.
in virtutibꝰ ⁊ ſm rõnẽ ſuſcepimꝰ miſericordiã
directionis ſeu regulã bene viuẽdi. Siquidem
magna miſericordia eſt deuiũ ⁊ errantẽ ad viã
ſalutis reducere: ⁊ iter rectũ oſtẽdere. Equidẽ
errabãt pene oẽs in inuio ⁊ nõ in via mãdatorum
et virtutũ incedẽtes q̃ ducit ad vitã: ſed per viã
latã q̃ ducit ad mortẽ: ſed nata eſt virgo maria:
cuiꝰ vita glioſa lucẽ dedit ſeculo. Unde maria
interpretatur illuminatrix: ⁊ maris ſtella dr que
ducit nauigantes ad portũ. Habetis in ea ma-
giſteria ꝓbitatis ⁊ vtutis: vt ſciatis qd eligere
quid vitare debeatis. inquit Amb. In me (ait
ipſa Eccleſiaſtici.xxiiij.) oĩs gr̃a vie ⁊ veritatis:
in me oĩs ſpes vite ⁊ virtutis. vt ſciatis qd eli-
gere ⁊ quid vitare debeatis. Talibus em̃ teſte
Hiero. Hiero. in ſermone. decebat virginem oppigne-
rari muneribꝰ: vt plena eſſet gr̃a que celis de-
dit gloriã: terris deũ paceꝗ refudit: fidẽ gen-
tibꝰ: finẽ vitijs: vite ordinẽ: moribꝰ diſciplinã.
Abũdantia aũt gr̃e ⁊ virtutũ eius in tẽplo ipſo
figurata fuit. Nã in medio eius in loco q̃ dicitur
ſancta: erãt ibi ex vno latere menſa aurea cum
duodecim panibꝰ ꝓpoſitionis. ex alio latere al-
tare aureũ thimiamatis et thuribulũ aureũ, ac
etiã candelabrũ aureũ cũ ſeptẽ lucernis: velum
quoqꝫ qḋ diuidebat ſctãſanctorum quadricolore.
Sic in tẽplo mentis virginalis fuit mẽſa fidei
ꝑfectiſſime duodecim articulorũ deſignatorũ ꝑ
panes: fuit ⁊ altare aureũ ſumme dilectiõis cũ
thuribulo ſpei. vnde fumꝰ aromatũ.i. deuotiſ-
ſimarũ orationũ ⁊ cõtẽplationũ aſcendebat ad
celũ. candelabrũ quoqꝫ gr̃e ſeptẽ donorũ ſpũſ-
ſancti: virtutes quoqꝫ cardinales deſignate ꝑ
velũ quattuor colorum ſm magrm in.iij. ſen. vtiqꝫ
fuerũt in ea. Prudẽtia qua prudẽter ſe habuit
ad angelũ recogitãs qualis illa eſſet ſalutatio
nõ ſubito rñdens poſtea q̃rens. Fortitudo qua
aduerſa ſuſtinuit in paſſione filij. Juſticia in cõ-
ſeruando legẽ de purificatione ad quã nõ tene-
batur: de acceſſu ad tẽplũ cũ filio: ⁊ alijs legali-
bus. Tẽperãtia in ieiunijs / vigilijs / ⁊ modeſtia
et om̃i caſtitate. Et deſcẽdẽdo ad particularia.
Amb. De ea ſic loquitur Amb. in lib. de virginitate.
Quid exequar de beate marie virtutibꝰ. virgo
erat nõ ſolũ corpore: ſed ⁊ mente que nullo doli
ambitu ſincerũ violaſſet affectũ: corde humilis
verbo grauis: animo prudẽs: loquẽdi parcior /
legendi ſtudioſior / intenta operi / verecũda ſer-
mone / arbitrũ mentis nõ hoĩem / ſed deũ que-
rens: nõ in incerto diuitiarũ: ſed in prece pau-
peris ſpem reponens. Bene velle oĩbus: aſſur-
gere maioribus: natu equalibus nõ inuidere:
fugere iactantiã: ſequi rõnẽ: amare virtutẽ: qñ
iſta vel vultu leſit parẽtes: qñ diſceſſit a ꝓpin-
quis: qñ faſtidiuit humiles: qñ vitauit inopẽ:
eos ſolos ſolita inuiſere cetus virorum: quos mi-
ſericordia nõ erubeſceret / nec ꝑteriret verecũ-
dia: nichil toruũ in oculis: nichil in verbis ꝓ-
cax: nichil in actu verecũdũ: nõ geſtus fractior
nõ inceſſus ſolutior / nõ vox petulantior: vt ipſa
corporis ſpecies ſimulacrũ fuerit mẽtis ⁊ figu-
ra ꝓbitatis. Quid aũt exequar beate marie ci-
borum parſimoniã: officiorum redũdantiam: alterũ
ſuꝑ naturã ſuperfuiſſe: alterũ pene ipſi nature
defuiſſe. Illic nulla intermiſſa tpa.ſ. quo ad of-
ficia.i. exercitia ⁊ ſeruitia. hic cõgeminatꝰ ieiu-
nio dies: et ſi aliqñ reficiendi ſucceſſit volũtas:
cibus plerũqꝫ obuius q̃ mortẽ arceret: nõ deli-
tias miniſtraret: dormire non prius cupiditas
q̃ neceſſitas fuit: ⁊ tñ cũ quieſceret corpus: vi-
gilabat animus q̃ frequẽter in ſomnis aut ſom-
no interrupto continuat: et aut diſpoſita gerit:
aut gerenda ꝓnũciat: prodire domi neſcia: niſi
cũ ad eccleſiã cõueniret: ⁊ hoc cũ parentibus ⁊
ꝓpinquis. hec ad ipſos angeli ingreſſus inuen-
ta eſt domi in penetralibꝰ ſine comite: ne qs cõ-
templationẽ abrũperet: ne qs obſtreperet: nec
em̃ feminas comites deſiderabat: q̃ bonas co-
gitationes comites habebat: quinetiã tunc mi-
nus ſola videbatur cũ ſola eſſet. Nam quõ ſola cui
tot libri adeſſent: tot archangeli: tot prophete:
deniqꝫ archangelus vbi eã reuiſere ſolebat in-
uenit. q̃ religioſa in propinquis fuerit ſcriptu-
ra diuina cõmemorat. Nã et humilior facta eſt
vbi ſe cognouit electã: ⁊ ſtatim ad cognatã ſuã
in montana perrexit: ⁊ ita cõſeruabat oĩa vba
hec in corde ſuo: q̃uis mater dñi: diſcere tamẽ
precepta dñi deſiderabat: et que deũ genuerat
dñi tamẽ precepta ſcire deſiderabat. Hec om̃ia
Amb. in lib. de virginitate. Itẽ Aug. in quodã Aug.
ſer. O dilectiſſimi quis laudes beatiſſime vir-
ginis digne decantare valeat: Facta eſt em̃ ma-
ria ianua celorum: ſublimatio aplorum: laus marty-
rũ: iubilatio ꝯfeſſorum: gl̃ia viduarũ: gaudiũ an-
gelorum: requies aiarũ. Facta eſt maria ſalꝰ mo-
rũ: mors criminũ: vita virtutũ: virtus pugnan-
tiũ: palma victorum: Facta eſt maria excelſa ſuꝑ
ſydera: ſanctior ſuꝑ om̃es feminas: cuius vita
inclyta: cunctas illuſtrat eccleſias. Hec Aug. in
ſer. Et ſic ꝑ exempla vite eius ſuſcepimus mi-
ſericordiã regule ⁊ directionis bene viuendi: ⁊
ꝑ merita ⁊ ꝓces eius miſericordiã. Itẽ Hiero.
in ſer. de aſſumptione. Puto ꝙ quicq̃d cordis

quicq̄d virtutis humane: ſi totū adhibeas non
ſufficiat vt cogitare valeas quanto indeſinēter
cremabat ardore pij amoris: quāto mouebat
repleta ſctō ſpū ſecretoꝝ celeſtiū incitamentis
dū reuolueret aīo cūcta q̄ viderat / q̄ audierat /
q̄ cognouerat: nouis q̈tidie inflāmabat deſide-
rioꝝ affectib⁹ tāto validius: quāto intus diui-
nis illuſtrabat viſitationib⁹: totā incanduerat
diuin⁹ amor vt in ea nichil eſſet qd̄ mundanus
violaret affect⁹: ſed ardor cōtinuus: ⁊ ebrietas
perfuſi amoris. Hec Hiero. in ſermone.

¶ Suſcepimus deū̄ ⁊ mi- §. III.
ſericordiā multiplicis ſubleuatiōis in miſerijs
in medio tēpli huius. i. ipſa mediante. vnde et
dicit mater gratie mater miſericordie. Tēplū
ſiquidē ſalomonis: nō ſolū ſctā ⁊ ſanctaſanctoꝝ
ſed etiā atria ⁊ porticus q̄ erāt ante ipm̄ hr̄e dr̄
qd̄ patet ex euāgelijs qn̄ eiecit de tēplo emen-
tes ⁊ vendentes: ⁊ in tēplo docebat ⁊ miracula
faciebat. Mat. xxi. c. qd̄ vtiq; itelligit de atrijs
tēpli. ibi aūt fiebāt orationes: vt patet de pha-
riſeo ⁊ publicano: ⁊ offerebāt ſacrificia: qn̄ ſalo
mon pfecto ipſo tēplo dedicauit dn̄o orauit: vt
qn̄cunq; peſtis vel corruptus aer vel bruchus:
aut rubigo / aut ſiccitas pluuie ꝓpter pctā po-
puli ſuꝑueniret in patria illa: ⁊ ppl̄s ille reuer
ſus ꝯfiteret pctā ſua: ⁊ adoraret pro amotione
plage: deus liberaret eū. Item qn̄ ppl̄s iret ad
bellū cōtra inimicos vel captiui ducerentur ab
alijs gentib⁹: vel alia mala paterent: ſi peniten
tes dirigerent mentē ſuā ad adorandū verſus
tēplū pro liberatione ꝙ exaudirent: qua oīone
facta apparuit poſtmodū deus Salo. dicens ſe
fuiſſe exauditū. vt habetur. iij. Reg. viij. ⁊. ix. c.
Sic ad ꝓpoſitū qui penitēs ⁊ deuotus accedit
ad hoc tēplū virginale poſtulans adiuuari pro
diuerſis miſerijs exauditur miſericordiā reci-
piens. Vn̄ ps. xvij. Exaudiuit de tēplo ſctō ſuo
Ber. vocē meā. Unde Bern. in ſermone. Sileat mi-
ſericordiā tuā virgo beata ſi quis inuocatā in
neceſſitatibus ſuis te inuenerit defuiſſe. Nos
quidē ſeruuli in virtutib⁹ tuis cōgaudemus ti
bi. ſed in hoc potius nobiſipſis laudamus hu-
militatē: virginitatē miramur: ſꝫ miſericordia
ſapit dulcius miſeris et crebrius inuocat. Hec
eſt eīn que totius mūdi reparationē obtinuit: ⁊
ſalutē oīm impetrauit. Quis ergo miſericor-
die tue o bn̄dicta longitudinē / latitudinē / ſubli
mitatē et profundū queat inueſtigare? Nā lon
gitudo eius vſq; ad nouiſſimū diē inuocantib⁹
eam / ſubuenit vniuerſis. Latitudo eius replet
orbē terrarū: vt tua quoq; miſericordia ſit ple-
na oīs terra. ſic ⁊ ſublimitas eius ciuitatis ſu-
perne inuenit reſtaurationē: et ꝓfundū ſeden-
tib⁹ in tenebris ⁊ vmbra mortis obtinuit abſo-
lutionē aīs redemptionē. Hec ille. Idem. Re-
uolue diligētius euāgelice hiſtorie ſeriē: ⁊ ſi qd̄
increpatoriū: ſi qd̄ durū: ſi qd̄ deniq; ſignū vel
tenuis indignationis occurrerit in maria: de
cetero ſuſpectam habeas ⁊ accedere verearis.
Cōſidera diligēter: et ſi vere plena ſunt oīa opa
pietatis ⁊ gratie / plena manſuetudinis ⁊ miſe
ricordie q̄ ad mariā ptinēt inueneris: age gra-
tias ei q̄ talē tibi mediatricē benigniſſima mi-
ſeratione ꝓuidit. deniq; oībus oīa facta oībus
miſericordie ſinū aperuit: vt de plenitudine ei⁹
accipiāt vniuerſi: captiuus redemptionē: eger
curationē: triſtis ꝯſolationē: pctōr veniā: iuſtus
gratiā: angeli leticiā. deniq; trinitas gloriā: fi-
lij pſona carnis ſubſtantiā: vt nō ſit q̄ ſe abſcon
dat a calore eius. Hec ille. Et q: ipſa virgo glo
rioſa miſericors eſt ad oēs: cōparat ſe oliue di-
cens Eccli. xxiiij. Quaſi oliua ſpecioſa in cam- Maria oliue ſe compa rat.
pis. Oliua ſignificat miſericordiā: q: oleū fru-
ctus eſt lenitiuū ⁊ dulce. Ad oliuā q̄ eſt ſpecio-
ſa in cāpis oēs poſſunt accedere ⁊ accipere fru
ctum eius: ſic ad mariā et iuſti ⁊ pctōres acce-
dere poſſunt vt inde miſericordiam accipiant.
Ipſa eſt illa ſctā Iudith q̄ ex magna miſericor
dia ad pplm̄ ſuū cū magna ꝓuidentia ⁊ fortitu
dine occidit Holofernē ferociſſimū obſidentē ⁊
captiuare ⁊ exterminare volentē populū dei. i.
diabolū infernalē. Unde et in eius laudē dixe-
rūt Ioachim ſummus ſacerdos cū oī pplo bn̄-
dicentes. Tu gloria hieruſalē: tu leticia iſrael:
tu honorificētia ppl̄i noſtri: q: feciſti viriliter ⁊
cōfortatū eſt cor tuū: eo ꝙ caſtitatē amaueris ⁊
bn̄dicta eris in eternū. Iudith. xv. O quot ſen-
tentias terribiliū flagelloꝝ que meruit mūdus
propter pctā ſua / hec ſanctiſſima virgo miſeri-
corditer reuocauit. Nonne in viſione oſtenſum
eſt beato Dn̄ico ⁊ alijs ꝙ dei filius mundū ex-
terminare volebat tribus lanceis: ſed beatiſſi-
ma mater miſericordie ꝓ eo intercedēs ipſum
placauit. aſſerens ſe duos ſeruos habere: ſcilꝫ
Dn̄icum ⁊ Franciſcū: quos mittēs p orbē cū fi-
lijs hoīes ad penitentiā reducerēt. Nōne ipſa
mater pietatis Theophilū qui ſe diabolo dede
rat / et chirographū ſcripſerat: vt eū liberaret a
quadā cōfuſione iniuſte ſibi illata: reſtituit ſalu
ti ⁊ chirographū i medio iactare coegit. Quis
poſſet enumerare quantas quotidie ſanitates
infirmis deuote inuocantib⁹ eā miſericorditer
elargitur: a quātis periculis anime ⁊ corporis
plurimos liberauit: quot diuerſis anguſtiatos
laborib⁹ cōſolata fuerit: quot errātes in tene-
bris illuminauerit. Si igit deū in ſanctis ſuis
laudare iubemur: multo magis in maria ma-
tre miſericordie: q̄ vt ſapiens mulier Thecui-
tes pie ꝓ Abſalone fratricida ⁊ ꝓteruo aduo-
cans patri ſuo Dauid reconciliauit ⁊ ab exilio

renocauit.ij.Reg.xiiij.c. ſcꝫ gen⁹ humanū. Si ergo ait Hiero. virgo es lauda: qꝛ meruiſti eſſe qꝺ laudas. ſi cōtinēs es lauda: qꝛ inde tibi gr̄a fluxit vt poſſis caſta exiſtere. ꝙ ſi coniugata vel pctōꝛ nichilominus venerare ⁊ lauda: qꝛ ex ea natus eſt ſaluatoꝛ. vnde tibi venia ⁊ mīa ꝓmittitur. Suſcepimus ergo o deus et ſuſcipimus quotidie miſericordiā tuā in medio tēpli tui. i. per mariā: ⁊ ideo laus tibi in ſecula.

¶ De angelis qui ſunt in eccleſia dei miniſtri ⁊ cuſtodes noſtri. Capl̄m.v.

Preuenerūt pncipes ꝯiuncti pſallentibus in medio iuuencularū tympaniſtriarū. ꝑs.lxvij. De angelis agendū eſt: qꝛ ipſi in eccl̄ia triūphanti ciues ordinarij et conſortes beatoꝝ in eccleſia dei miniſtri ⁊ cuſtodes noſtri: ⁊ multipliciter in cōi ⁊ in ꝑticulari nos adiuuāt. vt ait Grego. in homel. Illa ſupna ciuitas nimirū ex angelis ⁊ hoībus cōſtat: ad quā tantū humani gn̄is aſcendere credimus: quot illic cōtigit angelos remanſiſſe. iuxta illud Deut.xxxij. Statuit terminos populoꝝ iuxta numerū angeloꝝ dei. qꝺ tn̄ eſt ſm aliā trāſlationē nō noſtrā. hec tamē in opinione eſt. Nā alij dicūt ꝙ tot hoīes aſcendēt quot ex angelis ceciderūt cum ex eis hoībus dicant ruine angeloꝝ reſtaurari. Uerius eſſe videt qꝺ dicit eccl̄ia in collecta. Soli deo cognitus eſt numerus electoꝝ in ſupna felicitate collocandus. Ubi tn̄ vt dicit Greg. nō faciēt ordinē de ꝑ ſe: vt ſint hoīes quaſi decim⁹ ordo: ſed collocabunt in diuerſis ordinib⁹ angeloꝝ ſm qualitatē virtutū eoꝝ. Licet eīn angeli ſm naturā ſint perfectiores hoībus quaſi deo ſimiliores cū ſint puri ſpūs ⁊ immortales: propter qꝺ xp̄s dicit minoꝛ angelis ſm ꝙ homo. ſm illud. Minuiſti eū paulominus ab angelis. quia ipſe mortalis erat in via. angeli aūt immortales: tn̄ in ꝑfectione gratie ⁊ gl̄ie multi ſancti excedūt gloriam multoꝝ angeloꝝ. Et de virgine gl̄oſa canit eccleſia. qꝛ exaltata eſt ſuꝑ choros angeloꝝ. Et qꝛ ipſi angeli diligūt nos ⁊ ſollicitant ꝓ ſalute nr̄a: ideo qꝛ ꝑ laudes diuinas iter eſt ad videndū cū eis ſalutare dei. i. ſaluatorē: ideo nō ſolū ꝯiungunt pſallentib⁹: ſed ⁊ ꝑuenīūt eos ad excitādū ad pſallendū ⁊ laudādū deū. Preuenerūt ergo ⁊c. Ubi tria notant.

¶ Primo dominium ex quo exaltantur. ibi. Preuenerunt principes.

¶ Secundo exercitium quo delectantur. ibi. Coniuncti pſallentibus.

¶ Tertio conſortiū quo ſociantur. ibi. In medio iuuencularū tympaniſtriarū.

¶ Quantū ad primū angeli §.I. dicūtur principes: non ſolū vnus ordo eoꝝ qui dicunt principatus: ſed oēs a maiori vſqꝫ ad minores. iuxta illud ꝑs.cxij. Ut collocet eū cū principibus: cū principib⁹ populi ſui. Oēs eīn habent magnū dn̄ium ſuꝑ demones / ſuꝑ homines / ſuper elementa / ⁊ ſuper elementares res.

¶ Principant demonibus refrenādo maliciā eoꝝ ne hominib⁹ tantū noceant quantū vellent corporaliter ⁊ ſpūaliter. Unde āgelus raphael apprehendit ⁊ religauit diabolū noīe aſmodeū in deſerto ſuperiore: ne poſſet nocere Tobie iuniori cū accepit Saram in vxorē. ſicut leſerat ⁊ occiderat ſeptē maritos eius quos ſucceſſiue ipſa Sara habuerat. vt habet Tobie.viij. In bello ſpūali qꝺ agimus ꝯtra demones. vel poſitiue ꝯtra nos multipliciter iuuant: ⁊ ſuſcipientibus eoꝝ victoriā preſtāt. qꝺ innuit Apoc.xij. vbi dicit. Factū eſt preliū magnū in celo: ⁊ michael pugnabat cū dracone ⁊ angeli eius. ſ. boni: et draco ⁊ angeli eius. ſ. mali cū illis: et non preualuerūt: nec locus eoꝝ amplius inuentus eſt in celo: et ꝓiectus eſt draco ille. Dimittēdo ꝓnunc de prelio facto in celo empyreo in principio creationis eoꝝ: qꝺ bellū intelligit ꝯtraria voluntas auerſionis a deo quo ad malos: ⁊ cōuerſionis ad deū quo ad bonos. Unde boni quaſi victoriā habētes: qꝛ non ſunt imitati malos cōfirmati ſunt. Et draco lucifer cū ſequacibus quaſi deuicti de celo ceciderūt. Uideam⁹ de prelio qꝺ quotidie geritur in celo militātis eccleſie in genere / vel in celo cuiuſlibet anime. Draco iſte ſathanas cū ſatellitibus ſuis diſcurrūt ꝑ campū ſenſualitatis vſqꝫ ad campū rōnis. Rimat vt ait Greg.xxviij. moral. cōſperſiones ſeu cōplexiones hoīm ſm quas intelligit ad diuerſa vitia iclinatos. Suggerit ſanguineis vana gaudia mūdi: ⁊ laſciuis laſciuias: iracūdis iram ⁊ vindictā: phlegmaticis pigritiā et inanem gloriā: melancholicis ſuſpitiones ⁊ deſperationes. Sed econtra angeli boni purgāt fantaſiam a fantaſmatibus vitioꝝ ꝓponendo bonas repreſentationes: vt paſſionis chriſti: vel vanitatis mūdi: mortis inſtantias. exemploꝝ ſanctoꝝ: premij celeſtis: cruciatus inferni. In libertate hominis eſt acceptare ſuggeſtiones demonū: vel inſtigationes ⁊ repreſentationes angeloꝝ et cum conatū adhibet ad repellendū prauas ſuggeſtiones demonū et aſſentiendum illuminationibus angeloꝝ: vincit michael cū ſuis in tali prelio / ⁊ draco proſternitur: qꝛ debilitatur virtus eius: immo ⁊ quādo quis ꝑfecte vincit aliquod vitium tentatus: diabolus qui tentauit non poteſt redire ad illum tentandū ⁊ precipue de illo vitio ſm Origenē et magiſtrū ſentē. in. ij. lib. Non eſt ergo timendum nobis: quia etſi aduerſarij multi: tamen plures ſunt adiutores et fortiores pro nobis preliātes.

Angeli principantur

Angeli iuuant nos in prelio.

In cuius figurā legitꝰ.iiij.Reg.vj.ꝙ cū exercitus regis Syrie obſediſſet ciuitatē Heliſei ꝓphete vt caperet eū:⁊ ꝓpter hoc diſcipulus dolendo clamaret hoc vidēs capturā timēs:confortauit eū Heliſeus dicēs Noli timere:q₂ plures ſunt nobiſcū. ipſoqꝫ orāte aperuit dn̄s oculos diſcipuli: ⁊ vidit mōtē ecōtra plenū equoꝝ ⁊ curruū igneorū qui erāt angeli in adiutoriuꝫ Heliſei:vñ et factū eſt vt Heliſeus captus non fuerit: ſed ipſe habuit hoſtes in manibus ſuis. Et de victoria noſtra ipſi angeli gratulantꝰ ⁊ cōſolantꝰ nos. Vñ ad hoc innuēdum poſtꝙ xp̄s vicit tentatiōes diaboli in deſerto ſcribitꝰ Mat. iiij. Ecce angeli acceſſerūt ⁊ miniſtrabant ei: et non ſolū ipſi angeli boni nos adiuuāt in bello tentationū/ſed ⁊ ipſi preueniūt conatum.vñ dicitꝰ Preuenerūt principes incitādo ad bonū.

Angeli principantur ſecūdo. ¶ Principantꝰ etiam ⁊ habēt magnā poteſtatem ſup hoīes flagellandi ⁊ puniendi ⁊ bonos ⁊ malos. Vnꝰ angelꝰ vna nocte occidit.clxxxv. milia de exercitu Sennacherib qui obſederat hieruſalē ⁊ regem eius Ezechiā virū ſanctū.vt habetꝰ Eſa.xxxvij. Similiter angelus dn̄i occidit gladio peſtis.lxx.milia de populo iſrael ꝓpter peccatū Dauid inanis glorie de numerādo faciendo ſibi populū ſubditū : gloriando de multitudine:⁊ ꝓpter peccatū populi ipſius:eo ꝙ cōiurauerat cum Abſalone cōtra Dauid.ij. Reg.vlti. Gabriel quoqꝫ archāgelus Zachariam (cui apparēs reuelauerat cōceptū baptiſte) q₂ non credidit percuſſit eū mutitate dicēs ei Luce.j. Pro eo ꝙ nō credidiſti verbis meis eris tacēs:et non poteris loqui vſqꝫ in diē natiuitatis eius.

Angeli principantur tertio. ¶ Principantꝰ inſuper ſup creaturas irrationales:ipſi em̄ ſunt motores orbiū ſeu planetarū: vñ ſequitꝰ generatio rerū in inferioribus. ꝓpterea dicit Salomon Eccle.j. Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpūs. loquitꝰ ibi de ſole ⁊ vocat ſpiritū:q₂ ſpūs eſt.i.angelus eſt motor eius: nō ꝙ planete ſint corpora aīata vt ꝗdā dixerūt. Tota em̄ materia elementaris eis eſt ſubiecta ad nutū quo ad motū localem. Vñ ⁊ angeli fuerūt ꝗ fecerūt pluere ignē ⁊ ſulphur ſuper ſodomā ⁊ gomorrā. Gen.xix.c.

¶ Quantū ad ſecundū ſcꝫ §.II. exercitiū in quo delectantꝰ:eſt pſalmodia.i.laudare deū. Hoc em̄ eſt officiuꝫ angeloꝝ ⁊ omniū beatorū in eccleſia triūphāti. vñ in libro Eſdre quem tñ non habemus dicitꝰ. In excelſo throno vidi ſedere virū quē adorat multitudo angeloꝝ pſallentiū in vnum. Ecce cuius imperiū manet in eternum. Et ideo dn̄s dixit ad Iob. Vbi eras cū me laudarent aſtra matutina/⁊ iubilarent oēs filij dei.i.angeli. Apoc.vij.dicitꝰ ꝙ omnes angeli ſtabāt in circuitu throni et ſeniorū ⁊ quatuor aīalium:⁊ adorauerūt deū dicētes. Benedictio/⁊ claritas/⁊ ſapiētia/⁊ gratiaꝝ actio:honor/virtꝰ/⁊ fortitudo deo nr̄o ⁊c. Et Tobie penul. dicitꝰ. Per oēs vicos eiꝰ.ſ. ſuperne hieruſalē cantabitꝰ alleluya : qđ interpretatꝰ laudate deū oēs. Cū ergo ꝯtinue angeli faciāt exercitiū hoc : nec vnꝙ intermittāt/merito cōiūguntꝰ pſallētibꝰ ⁊ laudātibꝰ deū: naturale eſt em̄ vt quilibet conuerſetꝰ ⁊ coniūgatꝰ cū his qui exercēt opus ⁊ artē ſuā : vt agricola cū agricolis:artifex cū artificibus:cantor cū cantoribus:doctor cū doctoribus:ſic angeli pſallētes ⁊ laudantes cū pſallentibus ⁊ choris angelorū. Ibi preueniūt angeli expectātes: qui veniant ad laudandū deum: ⁊ cōiunguntꝰ pſallentibus: ⁊ etiam in alijs locis orātibus ⁊ laudantibus deū. Unde Bern. Diſcurrit angelꝰ medius inter dilectā ⁊ dilectum: obſecrans illum excitās illam:efferēs vota:afferēs dona:et precipue in myſterio miſſe. Unde Greg. Quis fideliuꝫ dubiū habere pōt in illo xp̄i myſterio in ipſa immolatiōis hora angeloꝝ choros adeſſe ⁊c.de conſe.diſt.ij.c.quid ſit. Apoca.viij.dicitꝰ. Stetit angelus iuxta aram tēpli habens thuribulum aureū in manu ſua:⁊ data ſunt ei incēſa multa:que ſunt orationes ſanctorū/vt offerret eas in cōſpectu dei . Thuribulū aureū eſt officium charitatiuū qđ habent ſcꝫ orationes feruētes que ſunt vt thus ardens deo offerendū: nō ꝙ deus iſta nō ſciat per ſe/ſed in verbo reſpiciēs angelus quaſi cōſulit quid inde ꝓ hoībus orātibꝰ habeat agere. vñ et Raphael angelus dixit Tobie. Cū orares et ſepulturas faceres ego obtuli orationem tuam dn̄o ⁊c. Tobie.xij. Et ſimiliter Actuū.x. Oranti Cornelio centurioni gentili apparuit angelus dicēs. Corneli orationes tue ⁊ elemoſyne aſcenderunt coram deo:mitte ergo et accerſi Simonē.hic dicet tibi ꝗd te oporteat facere/ ſcꝫ ꝓ ſalute tua.⁊ cōſter orātibus hominibus facte ſunt reuelationes angelorū . Sic Danieli orāti ꝓ liberatiōe populi ſui apparuit ei angelus qui reuelauit liberationeꝫ totius humani generis a ſeruitute diaboli per xp̄m:determinās in.lxx.hebdomadis tēpus incarnationis qñ fieret:vt pꝫ Dan. ix.c. Et q₂ nos in patria habemus facere ideꝫ officium cū eis/ſcꝫ laudare deum:ideo etiā hic ſuo exēplo ad hoc nos inuitāt ⁊ gratias agēdo de beneficijs : vñ nato xp̄o facta eſt multitudo militie celeſtis cum angelo qui nunciauerat eū paſtoribus cū gaudio laudantiū deū et dicētiū Gloria in excelſis deo ⁊c. Luc.ij.c. Et angelus dn̄i deſcendit cum Azaria et ſocijs ſuis in fornacem: et fecit mediū fornacis quaſi ventū roris flantem: inducens eos ad laudandū deum in omnibus creaturis.

¶ Quantū ad tertiū conſortiū quo ſociantur. §.III. ibi notat̄ in medio iuuenculerū tympaniſtriarū. Non eſt hoc intelligendum ſm corticē littere. Littera eñ occidit. ait apl's.ij. Coꝝ.iij. Non eñ credendū eſt angelos in medio ſtare mulierū magis ꝙ viroꝝ: ⁊ iuuenū corpore ꝙ ſenū: ⁊ pulſantiū tympanū magis ꝙ non pulſantiū: inimo nec vſitatū eſt mulieres pulſare tympanū. Loquit̄ ergo de aiabus q̄ cū virtutib⁹ dedite ſunt dicunt̄ iuuencule. Iuuencule eñ ſunt pulchre ad oſtēdendū: ſunt fortes ad operandū: ſunt inclinate ad amandū: ſunt fecunde ad generandū. Sic anime virtuoſe ſunt pulchre p modeſtiā ⁊ cōpoſitionē debitā exterioris hoīs. Cant.j. Ecce tu pulchra es amica mea. Sunt fortes ad ſufferendū aduerſa ⁊ vincendū tentationes.j. Ioh.ij. Scribo vobis iuuenes fortes eſtis ⁊ viciſtis malignū. Sunt fecunde ad ꝓducendū filios bonoꝝ operū. Apl's Col.j. In oñi ope bono fructificātes. Sunt et feruide ad amandū deū ⁊ ꝓximū. Cañ.j. Adoleſcentule dilexerūt te nimis. Sunt et tympaniſtrie p auſteritatē vite: cū eñ pulſatur in tympano percutit̄ pellis mortui aialis. ſic p abſtinentiā percutit̄ corpus noſtrū mortuū.i. morti ſubiectū. Pulſabat paulus tympanū cū dicebat. Caſtigo corp⁹ meū: et in ſeruitutē redigo. Sic exponit Greg. illud Laudate dñm in tympano ⁊ choro.i. in abſtinētia ⁊ vnitate. in choro eñ etſi ſit multitudo vocū/eſt tñ ꝯcordia cant⁹. Sed notandū ꝙ ſi tympanū nimis fortiter ꝑcutiatur: nō ſonus ſequitur/ſed fractura. et ideo moderate ꝑcutere opꝫ in abſtinētia. ſimiliter ⁊ in mortificatiōe corpis neceſſe eſt ſuare diſcretionē: ⁊ ꝓ mēſura ſumēda eſt ꝯſeruatio ſubiecti et bone habitudinis ad ea q̄ ſibi incumbūt faciēda ſm illud apli.ij. Coꝝ.vj. Ut caſtigati et nō mortificati. In medio hoꝝ pſallentiū angeli reperiunt̄ cū his delectabiliter ꝯiungunt̄: quia cū his intelligunt ſe eſſe ſociandos. Unde ⁊ in forma iuuenū cōiter apparent. qđ patet ex no. et vete. teſta. Nā mulieres q̄ iuerant ad monumentū xp̄i ad vngendū corp⁹ eius: viderūt iuuenē qui angelus erat in eo coopertū veſte candida. Mat. vlti. et Raphael Tobie occurrit in forma iuuenis. propter qđ dixit ei. Unde habemus te o bone iuuenis. Tob.v. Et qꝛ abſtinentia plurimū valet ad caſtitatē ſeruandā cui ꝓmarie pulchritudo ſpūalis attribuit̄ ſm Tho. in ſum. ideo cū tympaniſtris ꝯiungunt̄: non cū delitiarū amatorib⁹ vbi caſtitas periclitat̄. Sicut aūt angeli cū his ꝯiungunt̄ virtuoſe ſe habentib⁹: ita ⁊ in morte ſe eis ꝯiungētes ad ciuitatē ſupne patrie eos deferūt. put đ: de Lazaro mēdico terrena ſubſtātia: ſed ditiſſimo xtutib⁹. Factū eſt vt morerer̄ mēdicus ⁊ portaret̄ ab angelis in ſinū abrae. Luc.xv. qui nūc eſt paradiſus celeſtis. Iſta deportatio quadrupliciter intelligit̄ ſm Uincē. in ſpe. hiſto. lib.ij.

Uel ꝯtu tib⁹ dedite dicte ſunt iuuencule.

Angeli aias deportāt in paradiſum.

Primo qꝛ angeli ad bonū nos ꝓuocant: p qđ aſcendūt aie ad paradiſum. Scđo qꝛ ad gaudiū paradiſi deſiderādū in articulo mortis eoꝝ affect⁹ ꝓuocāt ⁊ accendūt ita ꝙ poſtpoſito naturali affectu quē habēt ad corp⁹ libēter exeāt. ſicut legit̄ de qbuſdā ſctis. vt btō Dñico ⁊ Frāciſco: q̄ cū gaudio et magna fiducia mortē expectabāt. Dñic⁹ ꝯſolabat̄ fratres cōtriſtatos de ſuo receſſu: ꝓmittēs ſe vtiliorē poſt mortē. Franciſcus dicebat. Educ de carcere de⁹ aīam meā ad ꝯfitendū noī tuo ⁊c̄. Tertio qꝛ demones angeli arcēt ne īpediāt exeūtes: videlꝫ tentationib⁹ eos deuincendo. Sicut eñ demones in morte durius infeſtāt ad decipiendū aias: ita ⁊ angeli efficacius iuuāt. Uñ in lib. de ſimtu. narrat Anſelm⁹ de quodā monacho ſui monaſterij ꝙ poſt mortē apparēs cuidā dixit. ter vr̄ſus inuaſit me: ſed vr̄ſarius dñi mei liberauit me. Appellabat aūt vr̄ſum diabolū ⁊ vr̄ſariū michaelē archangelū: ter vr̄ſus iuaſerat eū: qꝛ ter tētauit eū in morte. Primo de pctīs cōmiſſis ante baptiſmū: quia adult⁹ baptizat⁹ fuerat. Scđo de pctīs cōmiſſis poſt baptiſmum ante religionis ingreſſum. Tertio de pctīs in religione cōmiſſis. Et cū in prima eſſet q̄ſi in ꝓcinctu deſperatiōis neſciēs quid rñderet. angelus illuſtrauit eū ⁊ incitauit eū ad ſpem dicens ſibi illa p baptiſmū remiſſa. Siñter cū in ſcđa quaſi deficeret angelus ſuggeſſit fiduciā dicēs cōmiſſa poſt baptiſmū p religionis ingreſſum fuiſſe condonata. In tertia rñdit tentat⁹ angelo inſtigāte p auſteritatē religionis ⁊ mortificationē volūtatis/demū p patientiā in infirmitate ſibi fuiſſe dimiſſa: ⁊ ſic angelus demonē coercuit ne ſalutē eius īpediret. Quarto dicunt̄ deferre aias in paradiſum: qꝛ quaſdā priuilegiatas ꝑſonas magne ſctītatis ipſi angeli in aſſumpto ab eis corpore aereo viſibiliter aias in celū deferunt. ſicut legit̄ de btō Nicolao/⁊ de btō Bñdicto/ ⁊ de btō Martino cui⁹ animā vidit ſanctus Seuerinus archiep̄s colonieñ. ab angelis aſſociatā pſallentib⁹ in celum deferri: ⁊ diabolum non potuiſſe impedire tranſitum eius. Et multo magis hoc creditur de dñi matre. ꝙ chori angeloꝝ in celū ſociauerunt de hoc mundo migrantem.

¶ De numero et virtute angelorum: locutione et miniſterijs eorum et cuſtodia quo ad nos. Capl'm.vj.

Benedicite oēs angeli dño potentes virtute facientes verbū illi⁹. Ps.cij. Glorioſus deus in pricipio creauit celū ⁊ terrā.i. angelicā naturā pure ſpūalē: et naturā humanā terreſtrē

et corporeã ſui capaces. vnde ⁊ primũ hominẽ
de terra formauit quantũ ad corpus:⁊ in terra
agri damaſceni ex quo aliĳ traducerent ſm cor
pus. Naturam aũt angelicã ſpũaliter diſtinctã
in oibus ſuis ſingularib⁹ creauit in celo empy
reo ſm Tho. in.j. parte. q.lxj. Cũ enim natura
angelica p̃ſideat tota toti nature corporee:ꝯue
niens fuit vt in corpore ſupmo.i. in celo empy-
reo crearet. Non eſt ꝯtra qđ ait angel⁹ lucifer.
Aſcendã in celũ. Eſa.xiiij.q: intelligit illud de
celo ſanctiſſime trinitatis cui ſe voluit adequa
ri:non de celo empyreo in quo erat ſm Thomã.
Creata aũt fuit natura angelica ſicut ⁊ huma-
na in principio tẽporis ante qđ nichil creatũ eſt.
Quis eni Greg.naꝫ.ĩ. et q̃dã greci antiqui do-
ctores dixerint angelos fuiſſe creatos ante ho
mines ⁊ ante tẽpus. vt refert magiſter ſen.in.ij.
lib. allegãdo autoritatẽ etiã Hiero. Nichilomi
nus cõiter tenet̃ ꝓbabilius a latinis ꝙ nõ fue-
rũt creati ante:ſed in principio cũ creatura cor
porali ſm Tho.in.j.parte.q.lxj. Cuꝫ tã angeli
q̃ creatura corporea in cõſtitutione vnius vni-
uerſi cõueniant: nulla aũt pars eſt pfecta a ſuo
toto ſeparata:nõ eſt ꝓbabile vt de⁹ cui⁹ pfecta
ſunt opa. Deut.xxxij. ſeorſuꝫ creaturã angelicã
crearet ante creaturas corporeas:tñ contrariũ
ſentire nõ putat̃ erroneũ ꝓpter autoritatẽ dicti
Grego.maximi ſm Tho. vbi.ſ. Utrãq; eni na-
turã creauit de⁹ ad ipm laudandũ. vt dr.ij.ſen.
diſt.j. qđ optime fit vbi vtraq; in triũphanti ec-
cleſia ſimul. in militanti aũt eccña quanto per-
fectius hoc ab hoie agitur: tanto pfectioni ſta-
tus patrie magis appropinquat̃. vñ ps. Animã
ſuã excitãs in illo ps. ad dcũ laudandũ ⁊ bñdi-
cendũ inuitare videt̃ ad idẽ angelos nõ impe-
ratiue vel ſuaſiue ad eos loquẽs ſed indicatiue
vt exemplo eoꝝ magis incitent̃. Bñdicite ergo
oẽs angeli ⁊c̃. id eſt vos angeli bñdicitis dñm.
vbi quattuor de angelis videnda ſunt.

¶ Primũ de ordie collectiõis:ibi. Oẽs ãgeli.
¶ Scđm de qualitate locutiõis:ibi. Bñdicite.
¶ Tertium de vigoroſitate actionis:ibi. Po-
tentes virtute.
¶ Quartũ de velocitate obeditionis:ibi. Fa-
cientes verbum illius.

¶ Quantum ad primum. Ex §.I.
quo ps. ait. oẽs angeli. innuit plures eſſe ange
los. Et antiqui philoſophi poſuerũt eſſe ange-
los plures quos appellãt ſubſtãtias ſeparatas
Et plato quideꝫ dixit eſſe ſubſtãtias ſeparatas
ſpecies reruꝫ ſenſibiliũ. vtpote ſupponeremus
ipſam naturã humanã eſſe ſeparatã quã dice-
bat p ſe humanitatẽ:⁊ ſic de aliis ſpeciẽb⁹ rerũ.
Et ſm hoc oportebat ſubſtãtias ſeparatas ſeu
angelos eſſe ſm numerũ ſpecierũ ſenſibilium,
Ariſtoteles aũt hoc reprobat:ſed videt̃ ponere
numerũ ſpecierũ ſubſtãtiarũ ſeparatarũ ſm nu
merũ corpoꝝ celeſtiũ. Jmpfectã igit̃ ⁊ nõ verã
noticiã de hmõi habuerũt. ¶ Dicẽdũ ergo ſm De ordinib⁹ ãgeloꝝ
Tho.in.j.parte.q.l.ꝙ angeli inquantũ ſunt im
materiales ſubſtãtie in quadã maxima multi-
tudine ſunt omnẽ materialẽ multitudinẽ exce-
dentes. Ex hoc eſt qđ dicit Diony.x.c.de cele.
hierar. Multi ſunt dei exercit⁹ ſupnarũ mẽtiũ:
infirmã ⁊ cõſtrictã excedentes noſtrarũ mate-
rialiũ cõmenſurationẽ. Ratio hmõi: ꝙ cũ per-
fectio vniuerſi ſit id quod de⁹ intẽdit p̃cipue in
creatiõe rerũ:quãto aliqua ſunt magis pfecta:
tãto in maiori exceſſu ſunt creata a deo. Sicut
aũt in corporib⁹ attendit̃ exceſſus ſm magni-
tudinẽ:ita in reb⁹ incorporeis attẽdit̃ exceſſus
ſm multitudinẽ. Uidemus aũt ꝙ corpora incor
ruptibilia q̃ ſunt pfectiora inter corpora exce-
dũt quaſi incõparabiliter corporalia. Nã tota
latitudo actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ eſt aliquid modicũ
reſpectu corpoꝝ celeſtiũ. vñ rõnabile eſt ꝙ ſub-
ſtantie imateriales excedant ſubſtãtias mate-
riales:quaſi incõparabiliter. Et qđ dr Dañ.vij.
Milia miliũ miniſtrabãt ei/⁊ decies cẽtena mi
lia aſſiſtebãt ei. Ponit̃ ibi numer⁹ determina-
tus ꝓ indeterminato. Cũ igit̃ angeli ſint valde
multi/vbi autẽ multitudo ibi cõfuſio niſi ſit i b
ordo. que aũt a deo ſapientiſſimo ſunt vtiq; or-
dinata ſunt ſm aplm ad Roma.xiij. Hec ergo
collectio angeloꝝ diſtincta eſt i triplicẽ hierar-
chiã ⁊ q̃libet hierarchia in tres ordines. Unde
Greg.in moral. Noue ſunt ordines angeloꝝ cũ
p ſacra eloquia/angeli/archãgeli/throni/dña-
tiones/virtutes/principat⁹/ptãtes/cherubin/
et ſeraphin apta narratiõe memorant̃:ſupnoꝝ
ciuiũ quante ſint diſtinctiones oſtendit̃. de pe.
diſt.ij. principiũ. Jn prima igit̃ ⁊ ſuprema hie-
rarchia ponunt̃ ſeraphin vt ſupmi. deinde che
rubin ⁊ throni:in media ponuntur dñationes/
principat⁹ ⁊ ptãtes:⁊ in tertia virtutes/archã-
geli ⁊ angeli/ſm Greg. et i hmõi ordine relucet
myſteriũ trinitatis. nam ex vnitate hierarchie
innuit̃ vnitas diuine eſſentie. Jn tripartito or-
dine oſtendit̃ trinitas pſonarũ: et ipſe q̃dẽ de⁹
trinitas:q̃ ois operat̃ in ſingulis diuidens put
vult. Amat in ſeraphin vt charitas:nouit i che
rubin vt veritas: ſedet in thronis vt equitas:
dñatur in dñationib⁹ vt maieſtas:regit in prin
cipatib⁹ vt principiũ:tuetur vt virt⁹ in virtuti-
bus:reuelat vt lux in archãgelis:aſſiſtit vt pie-
tas in angelis. Et in prima hierarchia equitas
in thronis refert̃ ad patrẽ: cognitio veritatj in
cherubin ad filiũ: ardor amoris in ſeraphin ad
ſpmſctũ. Jn ſcđa hierarchia maieſtas dñatio-
nis ad patrẽ: rectitudo principandi ad filiũ. ſa
lus intuendo poteſtateꝫ ad ſpmſctũ. Jn tertia

opatio xtutū ad patrē: reuelatio lucis ad filiū: inſpiratio intellect⁹ ad ſpm̄ ſctm̄. In q̄libet etiā angelo relucet veſtigiū trinitatis. Nā in quolibet eſt tria neceſſario diſtincte repiri ſm Dio. ſcꝫ eſſentia: virtus ſeu potētia: ⁊ opatio: ⁊ tn̄ in vno ſunt. et ſic oēs angeli bn̄dicūt dn̄m: trinitatem ⁊ vnitatē inſinuantes .ſ. eorꝫ cōditionibus.

Oēs angeli differūt in ſpecie. ❡ Et nota ꝙ angeli differūt nō ſolū numero: vt martinus a petro ⁊ hmōi. vt quidā aſſerebāt .ſ. ꝙ oēs angeli vnius hierarchie vel ſalteꝫ vnius ordinis differrēt numero: ſed cōuenirēt in vna ſpecie: ſicut oēs hoīes ſunt vni⁹ ſpeciei hūane: ſed differunt etiā in vno ordine vnus ab altero ſpecie: ſicut ouis a capra: equus a leone. Et ꝙ nō ſit poſſibile etiā duos angelos nedū omnes vnius ordinis eſſe vnius ſpeciei. pbat ſic btūs

Ar. iiij. Tho. in .j. pte. q. l. Ea q̄ ꝯueniūt in ſpecie ⁊ differūt numero: tn̄ cōueniunt in forma ⁊ diſtinguunt materialiter: ſed angeli nō ſunt cōpoſiti ex materia ⁊ forma. Dicit em̄ Dio. iiij. c. de diuinis no. ꝙ prime creature ſicut incorporales: ita et imateriales intelligunt. vn̄ ſequit ꝙ impoſſibile eſt duos āgelos eſſe vni⁹ ſpeciei: ſicut eſſet impoſſibile dicere ꝙ eſſent plures albedines ſeparate: cū albedines non ſint plures niſi ſm ꝙ ſunt in pluribus ſubiectis. Dicit em̄ phs iij. meta. ꝙ in his q̄ ſunt eiuſdē ſpeciei nō eſt inuenire pri⁹ ⁊ poſterius: ſed in angelis etiā vni⁹ ordinis ſunt pmi mediꝫ ⁊ vltimi ſm Dio. ergo nō ſunt eiuſdē ſpeciei. Et hic cōprehēdi pōt mirāda ſpecioſitas ⁊ pfectio talis collectiōis angelorū. Nā minim⁹ angelus eſt pfectior ſm naturā quolibet hoīe: ⁊ q̄libet angelus addit vnū gradū pfectiōis naturalis ſupra aliū imediate inferiorē: qꝛ ſpecies rerū ſunt ſicut numeri ſm phm̄. viij. meta. in q̄bus q̄libet numerus addit vnā vnitatē ſup imediate pcedentē: ſicut ternarius addit vnū ad binariū: ita q̄libet angel⁹ cū ſit alterius ſpeciei ab alio: addit maiorē perfectionis gradū naturalē: ⁊ ſic etiā maiorē gradū grie. Cū igit ſint de infimo ordine ad min⁹ tot numero quot hoīes in mundo: qꝛ q̄libet hꝫ vnū ad ſui cuſtodiā: ſi erūt dicamus p vnū numerū reſpectu mille milliones gradus maioris pfectionis magis q̄ primus: ⁊ ſic diſcurre p alios ordines ſuprapoſitos. Bn̄dicite ergo oēs angeli dn̄m: ſicut opa benedicūt et laudāt magiſtrū quando ſunt pulchre facta. Tanta ergo perfectio et nobilitas angelorū nobis inſinuat magnificentiā creatoris: ⁊ ſic bn̄dicit deū.

❡ Secundū quod eſt cōſide- §. II.

randū in angelis eſt de modo locutionis eorū / quia dicit bn̄dicite. Bn̄dicere eſt dicere bene. Unde et loquit apl's ⁊ dicit .j. Cor. xiij. Si linguis ho. lo. ⁊ an. ⁊c̄. Zach. ij. etiā dr ꝙ vn⁹ angelus dixit ad alterū angelū q̄ loqueret ipſi prophete. Eſt ḡ locutio in angelis: ſꝫ nō modo nr̄o cū nō habeant corpora ⁊ linguā ⁊ hmōi. ❡ Ad Quō angeli loquāt.
intelligēdū igit quō angeli loquant alter alteri eſt notandū ſm Tho. in .j. pte. q. cvij. ꝙ volūtas mouet intellectū ad ſuā opationē. Intelligere aūt eſt in īcellectu tripliciter. Primo q̄dē habitualr vel ſm memoriā vt dicit Aug. Scōo vt actu ꝯſideratū ⁊ cōceptū. Tertio vt ad aliud relatū. Manifeſtū eſt aūt ꝙ de pmo gradu trāſfert intelligibile ad ſcōm p imperiū volūtatis. Vn̄ in diffinitiōe habitus ponit quo q̄s vtit cū voluerit. Silr ⁊ de ſcōo gradu trāſfert i tertiū p volūtatē. Nā p volūtatē ꝯceptus mentis ordinat ad alterꝫ. puta vel ad agendū aliq̄d vel ad manifeſtandū alteri: qn̄ aūt mēs ſe cōuertit ad actū cōſiderādi quē hꝫ in habitu: tūc loquit q̄s ſibiipſi. Nā ipſe ꝯcept⁹ mētis interius xbū vocat. Ex hoc xbo ꝙ ꝯcept⁹ mētis angelice ordinat ad manifeſtādū alteri volūtatē ipſi⁹ angeli: cōceptus mētis vnius āgeli innoteſcit alteri: et ſic loquit vnus angel⁹ alteri. Nichil eſt em̄ aliud vnū angelū loqui alteri q̄ ꝯceptū ſuū manifeſtare. Cōcept⁹ quidē mentis interior in hoīe claudit duplici obſtaculo ne videat. Primo q̄dē volūtate q̄ ipm ꝯceptū mētis vult adintra retinere ⁊ nō extra manifeſtare. Scōo modo claudit ꝯceptus mētis hoīs alteri p groſſitiē corꝫ q̄ nō pmittit videre interiora: ſꝫ in angelo nō eſt obſtaculū corpis: qꝛ nō hꝫ illud: ſed tm̄ volūtatē: qn̄ ergo angelus vult vni cōceptū ſuū manifeſtare ⁊ nō alteri: tūc illi loquit ⁊ ille intelligit. Alij q̄bus nō vult manifeſtare nō intelligūt: ⁊ illis nō dr loqui. ❡ Notandū etiā ꝙ Angeli differēter loquunt.
angeli alio modo loquunt deo: alio modo angelis: alio modo hoīb⁹. Et deo q̄dē loqui dicunt: cōſultādo diuinā volūtatē de agēdis: nō ꝙ de⁹ diſcat aliq̄d ab eis qȯ neſciret: ſed ſicut diſcipulus loquitur magiſtro: nō vt doceat: ſed vt doceatur. Et ſic Tobie dixit angelus Raphael ꝙ obtulerat orōnes ſuas deo quaſi ei loquens et cōſulens reſpiciēs in xbo eterno q̄d eſſet circa illū agendū p miniſteriū ſuū. Uel etiā loquitur angelus ad deū eum laudādo de ſalute hoīm ⁊ dilatione diuine glorie: ſicut cū nato xp̄o angeli cantabāt gloria in altiſſimis deo. Luc. ij. Uel eius excellentiā quā nunq̄ cōprehendit admirando. ſicut dicit Grego. ij. moral. ꝙ angeli loquuntur deo cū p hoc qȯ ſup ſemetipſos reſpiciunt: in modū admirationis ſurgūt: ⁊ ſic intelligitur illa locutio quā dicit Eſa. vj. ca. audiſſe ſeraphin clamātia. Sctūs ſctūs ſctūs dn̄s de⁹ ſabaoth. vbi innuit myſteriū trinitatis in vnitate eſſentie qȯ ſumme admirant nō ignorādo ſed venerādo. et clamor eorꝫ innuit vel magnitudinem rei / vel magnitudinē effectus eorum.

Et iſtā quidē locutionē quā faciūt ad deū lau-
dantes ⁊ admirātes ſemper cōtinua eſt ſiue in
celo ſiue in terra ſint:ſed illa alia qua eiꝰ ſapiē
tiā cōſulūt de agēdis nō cōtinua eſt:ſed qñ ali-
quid nouū occurrit agēdū per eos ſuꝑ quo illu
minari deſiderāt: et diſtātia localis:vt cū ſunt
in terra nobis miniſtrādo nō impedit: nec re-
tardat in aliquo cōſultationē eoꝝ ⁊ manifeſta-
Loquitur angelꝰ ad angelū. tionē eis fiēdā. ¶ Loquiꝛ ẜo angelꝰ ad ange-
lū bonū:aliter inferioꝛ ad ſuꝑioꝛē : aliter ſupe-
rioꝛ ad inferioꝛē. Inferioꝛ eñ ad ſuꝑioꝛē nō il-
luminando de eo qđ neſcit circa diuina myſte-
ria vel diſponēdo circa nos : ſed cōceptū ſuū oꝛ
dinādo vt ei innoteſcat ꝑ ꝓpriā volūtatē. ⁊ hoc
nō diciꝛ illuminare. ⁊ ſm hūc modū dixerūt an
geli ſuꝑioꝛes ad inferioꝛes in aſcēſione xp̄i : vt
dicit Dioñ. de celc. hie. illud pš. xxiij. Quis eſt
iſte rex gl'ie? Suꝑioꝛes ẜo inferioꝛibꝰ etiā iſto
modo loqui poſſunt manifeſtādo cōceptū ſuū:
ſed etiā alio modo loquunꝛ ad eos illuminādo
eos circa diuina myſteria aliqua que neſciūt: ⁊
ſic intelligiꝛ glo. ſuꝑ illud Si linguis hoīm lo-
quar ⁊ angeloꝝ. q̄ dicit ꝙ locutiones angeloꝛū
ſunt illuminatiōes q̄bꝰ inferioꝛes a ſuꝑioꝛibꝰ
angelis illuminanꝛ. Vñ etiā Dio. dicit ꝙ vna-
queq; eſſentia intelligētiā ſibi a ſuꝑioꝛi datam
inferioꝛi cōicat. Et Greg. ꝙ in patria ſuperna
quedā data ſunt excellenter: nichil tñ poſſideꝛ
ſingulariter. Et qđ magiſter. ij. ſentē. di. x. dicit
ꝙ quedā cognouerūt ſuꝑioꝛes angeli circa my
ſteriū incarnatiōis que fuerūt ignota inferio-
ribꝰ quouſq; impleretꝛ: qđ videꝛ ꝑ hoc ꝙ inter-
rogātibus inferioꝛibꝰ angelis quaſi ignoꝛāti-
bus quis eſt iſte rex gloꝛie? Rñ. ſuꝑioꝛes. Dñs
ẜtutū ipe eſt rex gloꝛie: quaſi ſciētes. vt expo-
nit Dio. Nō ſic illđ eſt intelligēdū dicit Tho.
in. j. pte. q. cvij. ꝙ inferioꝛes angeli ignoꝛaue-
rūt myſteriū incarnatiōis penitꝰ : ſed qꝛ nō ita
plene cognouerūt ſicut ſuꝑioꝛes: ⁊ in eiꝰ cogni
tiōe ꝓfecerūt poſtmodū dū impleretꝛ: ⁊ vſq; ad
diē iudicij ſemꝑ aliqua noua angelis ſuꝑioꝛi-
bus reuelanꝛ diuinitꝰ de his q̄ ꝑtinēt ad diſpo
ſitionē mūdi: ⁊ ꝑcipue ad ſalutē electoꝝ: vñ etſi
nō ſemꝑ remanet vñ ſuꝑioꝛes angeli inferio-
res illuminēt : ſemꝑ tñ remanēt ſuperioꝛes in
eminētioꝛi ſciētia q̄ inferioꝛes : ſicut magiſter
circa vnā ⁊ eādē rem quā docet diſcipulū q̄ ipe
Angelꝰ loquiꝛ homini. diſcipulus. ¶ Loquiꝛ tertio angelꝰ ad hoīes
aliqñ in foꝛma hūana apparens: ſicut angeli q̄
apparuerūt ap̄lis poſtq̄ xp̄s aſcēdit vt duo vi
ri q̄ in veſtibꝰ albis dixerūt Viri galilei q̄d ſta
tis ⁊c. Act. j. c. Et cū apparuit Abꝛae/et Loth
⁊ Jacob/⁊ multis alijs. Aliqñ vero ſine foꝛma
hūana aſſumpta: ⁊ hoc vel in viſiōe ſenſibili: vt
cū apparuit in rubo Moyſi inde ei loquēs: vel
in mōte ſyna expꝛimēdo ẜba legis: angelꝰ eñ
fuit: vt dicit ap̄ls. Vel in viſiōe imaginaria: vt
Hiere. j. cui dicēti Virgā vigilantē ego video.
dictū eſt ibi Bene vidiſti: qꝛ vigilabo ego ſuper
ẜbo meo. Vel viſione intellectiua. iuxta illud
pš. lxxxiij. Audiā quid loquaꝛ in me dñs deus
vel illud ſignificauit deus que opꝫ fieri cito lo
quēs ꝑ angelū ſuū ſeruo ſuo Johi Apoc. j. Vi-
denꝛ tñ ille viſiōes magis fuiſſe imaginarie q̄
intellectiue. Sed quōcunq; ſit oēs ꝓphetie ſeu
reuelatiōes diuine q̄ fiūt hoibꝰ fiūt miniſterio
angeloꝝ. Loquunꝛ etiā angeli hoibꝰ ſiue reue
latiōibꝰ ꝓpheticis qñ eos inſtigant ad bonū et
ad recedēdū a malo: ſicut in figura habeꝛ Act.
xij. de angelo qui apparuit Petro incarcerato
doꝛmiēti q̄ debebat occidi dicente vt exiret ⁊c.
Sic angelꝰ peccatoꝛē incarceratū a diabolo vt
ab Herode qui intēdit eū ꝑdere/inſtigat vt ſur
gat ⁊ exeat primā poꝛtā: ſcꝫ duriciē coꝛdis per
cōtritionē: ꝑ ſecūdā taciturnitatis oꝛis per cō-
feſſionē : ꝑ tertiā ferreā. ſ. retentiōis alieni ꝑ ſa
tiſfactionē. Et Helie doꝛmiēti quē angelꝰ exci iij. regū xix.
tauit ⁊ dixit Surge comede. adhuc tibi gran-
dis reſtat via. Significat Helias hoiem ſanctū
qui aliqñ ex tribulatiōibus vel tentatiōibꝰ at-
tediaꝛ ⁊ quaſi doꝛmitat: ſed angelus bonus ſti
mulat interiꝰ vt ſurgat ad bona oꝑa cōtinuan-
da : vt ſit foꝛtis ſuggerit vt meditetur paſſionē
xp̄i: hoc eſt comedere panē ſubcinericiū: medi-
tetur exēpla ſacre ſcripture ⁊ doctrinam eius:
hoc eſt bibere aquā: ⁊ ex his cōualeſcit ⁊ foꝛti-
ficatur ad ambulādum per viā virtutū vſq; ad
montē dei viſionis. Quia igiꝛ angeli quōcūq;
loquanꝛ ſiue ad deum/ſiue ad angelos/ſiue ad
homines ſemꝑ benedicunt: qꝛ dicūt bene Be-
nedicite omnes angeli. ſm hoc palmiſte imite
mur eos ⁊ cōſoꝛtes et cōciues noſtros: ſemper
dicendo Benedic anima mea dñm.

¶ Quantū ad tertiū de coꝛū §. III.

vigoꝛoſitate dicit pš. Potētes ẜtute. vbi ſciē-
dum ꝙ virtus aliqñ ſignificat potētiā natura-
lem. Et ſic Dioñ. dicit in angelis eſſe virtutē ⁊
operationē diſtinctaꝫ. Aliqñ impoꝛtat habitū
bonū. Et ſic pħs diffinit virtutē ꝙ bonum facit
habentē: ⁊ opus eiꝰ bonū reddit. Aliqñ virtus
ſignificat ꝓprietatē vtilis effectus i ſicut dici-
mus talem herbā habere talem virtutē. Et ſic pš. xxxij.
etiā pš. dicit. Spū oꝛis eius oñis virtus eoꝛū
ſcꝫ ap̄loꝝ: vocando virtutē effectus miraculo-
ſos q̄ ꝓcedebant ab eis ꝑ ſpiritūſanctū. Omni-
bus his modis angeli ſunt potentes virtute.
¶ Nā virtute potētie naturalis. ſ. intellectꝰ ⁊
volūtatis mirabiliter ſunt potētes. Nō eñ ad
hoc vt intelligāt aliquid opꝫ eos ſillegizare. i.
diſcurrere de noto ad ignotū: aut cōponendo ⁊
diuidēdo vt nos facimus ꝓpter debilitatē lu-

minis intellectus noſtri: ſed ſtatim cognoſcūt ipſam eſſentiā rei: ⁊ quid ei cōuenit vel nō cōuenit. Et hinc eſt ꝙ in intellectu eorū non pōt eſſe falſitas. Dicit enī phs in .iij. de aīa. ꝙ intellectus ſemꝑ eſt verus. ⁊ Aug. ꝙ nil intelligit͛ niſi verū: angelus aūt cognoſcit intelligēdo. vñ ⁊ intellectuales dicunt͛ non ratiōales ꝓprie: vt nos qui ratiocinādo .i. diſcurrendo de vno ad aliud ꝓcedimus: et mediis ſepe deficimus. vñ et erramus. ꝓpter qđ dicitur Job. xxxvij. Tenebris inuoluimur .ſ. ignorātie ⁊ errorū. hꝫ aūt duplicē cognitionē: ſcꝫ matutinā ⁊ veſpertinā: et ideo potētes virtute intellectiua. Appellat͛ aūt cognitio matutina in eis que eſt ꝑfectior.

Cognitio matutina.

Eſt alia cognitio rerū quā habent in verbo .i. videndo diuinā eſſentiā. In verbo enī dei ſeu diuina eſſentia ab eterno extiterūt: ⁊ ſciūt rationes omniū rerū tam ſpūaliū ꝙ̄ temporaliū vel corporaliū creaturarū: vñ angeli ſancti videntes diuinā eſſentiā clare que dici pōt viſio meridiana vt ꝑfectior: vident etiā ⁊ cognoſcūt naturas ⁊ eſſentias oīm creaturarū: et hac viſiōe oīa creata ſimul intelligūt ⁊ vna ſpecie intelligibili circa diuina. Et hoc eſt qđ dicit Augu. xv. de trini. ꝙ in patria nō erunt volubiles noſtre cogitatiōes ab aliis i alia eūtes atq͂ redeūtes: ſed omnē ſciētiā noſtrā ſimul vno cōſpectu videbimus: ⁊ hec dicit͛ viſio matutina: et hanc cognitionē .ſ. diuine eſſentie rerū creatarꝫ in ea nō habēt: aliqñ in potētia: aliqñ in actu: ſed ſꝑ habēt in actu: q͛ in hoc conſiſtit beatitudo que nō ꝯſiſtit in habitu ſꝫ in actu ſm phm in .j. Eth. Et qđ dicit͛ .j. Pe. .j. c. in quē deſiderant angeli ꝓſpicere: illud deſideriū nō excludit rē deſideratā ſed faſtidiū ſꝫ Greg. Habēt ſecūdario aliū modū cognitionis rerū creatarū: vcꝫ ꝑ ſpecies intelligibiles eis inditas ꝑfecte res repreſentantes: fantaſiā enī nō habēt ſicut nec corpꝰ: et ꝑ vnā ſpeciē intelligibilē intelligūt ad eā ſe cōuertēdo: nō quidē alia intelligibilia que ꝑ ſpecies alias intelligibiles repreſentāt͛: ſed oīa ſimul quevna illa ſpecie repreſentāt͛: ſicut ſpecie intelligibili quaꝫ habēt in mēte de natura humana intelligūt ſimul oīa q̄ pertinēt ad hoīem ſm naturā. Et hec dicit͛ viſio veſꝑtina: adeo aūt ſunt potētes v͛tute / ꝙ cognoſcūt ſeipſos angeli ꝑ eſſentiā ſuā: cognoſcūt ⁊ oēs alios angelos ꝑ ſpecies eis inditas: cognoſcunt ⁊ materialia ꝑ illas ſpecies. Quicqđ enī pōt virtus inferior / pōt ⁊ virtꝰ ſuꝑior: ſed intellectꝰ hoīs q̄ eſt inferior intellectu angelico ſm naturam intelligit res materiales: ergo et angelꝰ. ſed hoc agit nō abſtrahēdo a fantaſmatibꝰ vt homo / ſed ꝑ ſpecies inditas.

Cognitio veſpertina.

¶ Cognoſcit v͛tꝰ intellectiua angeli etiā ſingularia: ꝙuis enī quidā hoc negauerint: hoc reprobat btūs Tho. in .j. ꝑte. q. lvij.

¶ Primo: q͛ derogat catholice fidei q̄ ponit hec inferiora adminiſtrari ꝑ angelos. ſm illud ad Heb. .iij. Oēs adminiſtratorij ſpūs in miniſteriū miſſi ſunt. Si aūt ſingulariū notitiā non haberēt: nullā ꝓuidētiā habere poſſent de his que in hoc mūdo aguntur: ⁊ hoc eſt cōtra illud Eccl's. v. Ne dicas corā angelo nō eſt ꝓuidentia. Cognoſcūt ergo ſingularia nō ſolum in cauſis vl'ibus: q͛ hoc nō eſt cognoſcere rationē vt eſt ſingulare .i. ꝓut eſt hic ⁊ nūc: ſed ſicut homo cognoſcit diuerſis viribꝰ cognitiuis oīm rerū genera: intellectu quidē vl'ia et immaterialia: ſenſu autē corporalia ⁊ ſingularia: ita angelꝰ ꝑ vnā intellectiuā virtutē vtraq͂ cognoſcit.

Cognoſcūt ſingularia angeli.

Futura aūt cōtingentia ꝓut ꝓcedunt ex cauſis ꝓut in pluribus ꝑ cōiecturā cognoſcere poſſunt: nō ꝑ certitudinē: ſicut medicꝰ de ſanitate vel morte infirmi. Prout autē futura cognoſcūt͛ in ſeipſis nō cognoſcūt: ſed ſolus deus. Sil'iter cogitatiōes hoīm ⁊ affectiōes volūtatis ꝓut manifeſtant͛ per aliquē effectum exteriorē: vt per v͛bū vel aliud ſignū: vt ꝑ immutationē vultus ⁊ hmōi: multo ſubtiliꝰ ꝙ̄ homo: ſed ꝓut cogitatiōes ſunt in intellectu / ⁊ affectiōes in volūtate ſolus deus nouit nō angeli.

Cognoſcūt incarnationis myſteria.

¶ Cognoſcūt etiā angeli myſteria gratie incarnatiōis et oīa que ꝓphete ꝑnunciauerūt. Nā ꝓphete ꝑ angelos inſtruunt͛ ſm Dioñ. ſed nō cognoſcūt iſta naturaliter ſeu ꝑ ſpecies inditas: ſed ꝑ viſionē quā habēt in verbo. Nec oēs angeli equaliter cognoſcūt myſteria gratie in v͛bo: ſed ꝓut voluerit eis reuelare: ita tñ ꝙ ſuperiores angeli plura myſteria ⁊ altiora in dei viſione cognoſcunt que inferioribus manifeſtāt eos illuminando. Sunt inſuꝑ angeli potētes virtute voluntatis: q͛ vtiq͂ habēt liberū arbitriū ſicut ⁊ homo: al's eſſent minoris dignitatis: ſed ita eſt potēs ⁊ firmatū per dei gratiā / ꝙ nō poſſunt declinare ad malū ſicut nos: nec hoc ꝑtinet ad defectū potētie / ſed magis poſſe peccare et deficere ꝑtinet ad impotētiā: ſicut ⁊ deus non ꝓpterea nō dicitur omnipotēs / q͛ non pōt peccare.

Nō pñt peccare angeli boni.

¶ Ratio quare angelꝰ btūs peccare nō pōt / eſt ſꝫ Tho. .j. parte. q. lxij. q͛ videt deū per eſſentiā. Eſſentia aūt dei eſt ipſa eſſentialiter bonitas. vñ hoc modo ſe hꝫ angelus videns deū ad ipſum deū ſicut ſe hꝫ quicūq͂ non videns deū ad cōem rationē boni. Impoſſibile eſt aūt ꝙ quis aliquid velit vel operet͛ niſi attendēs ad bonum: vel ꝙ vellet diuertere a bono inquantū hmōi. Sicut igitur angelus beatus non pōt velle vel agere niſi attendēs ad deum: ſic etiaꝫ agēs vel volēs non pōt peccare. Secūdo dicunt͛ potētes virtute: ꝓut importat habitū. Nam in principio creationis eorum fuit eis infuſa gratia: ex qua fluunt omnes virtutes: ꝙuis enī aliqui dicant

ꝙ fuerũt creati in naturalibꝰ tm̃. dicit tñ Tho.
in prima parte.q.lxij.ꝙ tenendũ videtur ꝓba-
bilius ⁊ magis cõſonat dictis ſanctorũ ꝙ fue-
runt creati in gratia gratũ faciente: nõ autẽ in
beatitudine ꝑfecta glorie. Nã cũ talis beatitu-

Creati in gr̃a ſunt angeli.

do excedat naturam ſeu virtutẽ nature create/
non põt peruenire ad eam niſi per meritũ ope-
ris alicuius in gratia nec homo nec angelus:
ſed ꝑ primũ actũ charitatis cõuertendo.ſ.ſe ad
deũ diligendũ ſtatim meruit beatitudinẽ gl̃ie:
ita ꝙ ſi tũc decederet euolaret: niſi haberet im
pedimẽtũ aliquod: ſicut in his q̃ in morte trãſ-
eunt ad purgatoriũ. Aliqui tñ dicunt ꝙ angeli
meruerũt gloriam per ea opera que iam beati
opanẽ in miniſterijs diuinis: qđ tñ dicit Tho.
non videẽ rationabiliter dictũ: vt qui eſt in ter
mino.ſ.in gloria moueaẽ ad terminũ per meri-
tum. vnde dicit ꝙ poſt conſecutionẽ glorie que
fuit ſubito per vnicũ actũ gratie conuerſiõis in
deũ/ nõ poſſunt augeri in premio eſſentiali glo-
rie amplius. Et q̃uis dicant aliqui ꝙ augeẽ in
eis premiũ accidentale ꝑ miniſteria nobis ex-
hibita vſq; ad diem iudicij. dicit tñ ipſe ꝙ me-
lius dicitur ꝙ nullo modo aliquis beatus me-
reri põt niſi ſit ſimul beatꝰ et viatori ſicut xp̃s.
Gaudium ergo qđ angeli habẽt de cõuerſione
peccatoris.q: dicẽ Luce.xv. Gaudiũ eſt ange
lis dei ſup vno pecca.peni.ag. Illud gaudium
magis acquirũt ex ꝟtute beatitudinis q̃ illud
mereanẽ: ⁊ ſic nõ ꝑtinet ad meritũ. Et ſm quã-
titatem ſuorũ naturaliũ cõſecuti ſunt quantita

Magis ſubtiles maiorem gratiã habent

tem gratie ⁊ glorie. Deinde ſꝫ beatũ Tho.vbi
ſ.q.lxij.⁊ hoc eſt qđ dicit magiſter in.ij.diſt.iij.
ꝙ angeli qui creati ſunt magis ſubtiles ⁊ ſapiẽ
tia ꝑſpicaciores/ hi maioribus muneribꝰ gra-
tie prediti ſunt. Angeli ergo qui meliorẽ ⁊ ꝑfe
ctiorẽ naturã acceperunt/ rationabile eſt ꝙ for
tius et efficacius ſint in illo primo actu ad deũ
cõuerſi: ⁊ ſic meruerũt maiorem gradũ glorie.
¶ Notandũ etiam ſm Tho.in.ſ.parte. q.lxij.
arti.j.ꝙ beatitudo dicẽ ſeu intelligitur vltima
ꝑfectio creature rationalis vel intellectualis.
et inde eſt ꝙ naturaliẽr deſideraẽ: q: vnũquodq;
naturaliter deſiderat ſuam vltimã ꝑfectionẽ.
Vltima autẽ ꝑfectio creature ratiõalis vel in-
tellectualis eſt duplex. Una quã poteſt aſſequi
virtute ſue nature: et hec quodãmodo beatitu
do vel felicitas dicẽ: vnde ꝑfectã hoĩs cõtem-
plationẽ qua optimũ intelligibile qđ eſt deus
cõtemplari põt dicit eſſe vltimã hoĩs felicitatẽ.
Sed ſuper hãc felicitatẽ eſt alia hoĩs felicitas
quã expectamus in futuro: qua videbimꝰ deũ
ſicuti eſt. qđ quidẽ eſt ſupra cuiuſlibet intelle-
ctus creati naturã. Quãtũ ergo ad primã bea
titudinẽ quã angelus aſſequi virtute ſue natu-
re potuit/ fuit creatꝰ beatus: q: ꝑfectionẽ hm̃oi
angelus nõ acquirit per aliquẽ diſcurſiuũ mo-
tum: vt homo in meditãdo ⁊ cõtemplando: ſed
ſtatim ei adeſt cognitio ꝑfecta rei ꝓpter natu-
re ſue dignitatẽ. Sed vltimã beatitudinẽ que
facultatẽ nature excedit/ angeli nõ ſtatim a pri
cipio ſue creatiõis habuerũt: q: hec beatitudo
nõ eſt aliquid nature/ ſed nature finis. Et ideo
nõ ſtatim a principio habere debuit: ſed ad eã
per ſuã operationẽ gratia tñ informatã ꝑueni-
re. Angeli autẽ cõfirmati in gloria potẽtes re-
manẽt in virtute charitatis que nõ excidit: ſed
perficiẽ in patria. Cõtinue ergo feruntẽ in deũ
actu feruẽtiſſimo charitatis. ſm illud ps.ciij.
Facis angelos tuos ſpiritus ⁊ miniſtros tuos
ignẽ vrentẽ: vel flammã ignis ſm aliã tranſla-
tionẽ. Maxima etiã charitate nobis deſeruiũt
vt patꝫ in angelo Raphaele qui ſociauit Tobiã
per viã/ ⁊ defendit a piſce volente eum deuora
re: ⁊ inſtruxit de mr̃imonio cõtrahendo: exegit
ꝓ eo debitũ a Gabelo: reduxit incolumẽ ad do
mũ: ⁊ patrẽ illuminari fecit. Et ſimiliter de an-
gelo q̃ precedebat populũ dei de egypto egreſ
ſum per deſertũ ambulantẽ in die in columna
nubis ſe extẽdens ⁊ oſtendẽs: in nocte vero in
columna ignis vſq; ad terrã ꝓmiſſionis. vnde
dixerat deus Precedet te angelus meꝰ. ergo
⁊ viceuerſa nos vt ꝓximos noſtros noſtri vali-
de dilectores debemꝰ diligere. Tertio dicunẽ
virtute potentes: q: multos miros effectꝰ fa-
ciunt in mundo: ipſi eñi ſunt motores orbium:
per miniſteria eorũ miracula fiunt. vt Greg.di
cit: non ꝙ ipſi ꝓpria virtute immutẽt naturas
rerũ: q: hoc dei eſt. ſed aliqua circa ea miniſte-
rialiter ſeu inſtrumentaliter operãtur: ipſi eñi
mittenẽ ad vocãdũ hoĩes ad iudiciũ: vt dicitur
Matth.xiiij. Cineres enĩ hominũ reſuſcitan-
dorũ preparabunt. Exibũt etiam angeli ⁊ ſepa Matth. xiij.
rabunt malos de medio iuſtorũ: ⁊ mittent eos
in caminũ ignis. Precipue autẽ Michael qui
fuit princeps ſynagoge: vnde apparuit ⁊ venit
in adiutoriũ angelo q̃ locutus eſt Danieli. Da
nieẽ.ix. ꝓ liberatione populi iſrael de babylo-
nia: nũc aũt princeps eccleſie ad eã defenſandã
ipſe cõſurget tẽpore iudicij cõtra antixp̃m: tũc
cõſurget Michael princeps eccleſie ad eã defen
dendã. Danieẽ.xij. Gabriel nũciauit Marie cõ
ceptũ filij dei. ⁊ Zacharie natiuitatẽ Ioh.bap.
ex eo. Raphael etiam tribulationẽ a Tobia et
Sara mouit cõſolãs eos multipliciter: ⁊ ſic/ q:
potẽtes virtute debemꝰ eos honorare. ¶ Pa Mouet localiter in tẽpe angelꝰ.
tet etiã angelica virtus ex hoc ꝙ motus ange-
li de loco ad locum: etſi non fit in inſtanti ſed in
tẽpore ſm prius ⁊ poſterius: q: prius in vno lo
co/ poſtea in alio eſt quaſi in ſubito cũ moueẽ
de celo ad terram: q: eñi ſubſtantia angeli non
eſt ſubdita loco vt cõtẽta ab eo ſicut corpora: ſꝫ

eſt ſuperior loco.ſ.vt continēs ipſum ſua v̄tute.
ideo ī ꝑtãte ſua eſt applicare ſe loco ꝓut vult.
vel ꝑ mediū trāſeundo de loco ad locū: vel ſine
medio de vno loco ad aliū. Ubi etiā ſciendū ꝙ
diuerſimode cōuenit corpori angelo et deo eſſe
in loco. Nā corpus eſt in loco circūſcriptiue:q̄r
cōmenſuratur loco et continetur ab eo. angelꝰ
autem non eſt in loco circūſcriptiue cum nō cō
menſuretur loco.ſed diffinitiue: quia cū eſt in
vno loco nō eſt in alio. Deus aūt nec circūſcri
ptiue nec diffinitiue: ſed vbiq̄ eſt. dicitur autē
angelus eſſe vbi operatur ſm Damaſcen̄.totū
illud cui applicatur immediate virtꝰ angeli re
putatur vt vnus locus eius:lȝ ſit continuū ſm
Tho.in.j.parte.q.lij.

¶ Quantū ad quartū de §.IIII.

obedientia ipſorū dicit̄ q̄ facitis verbū eius. ſ.
dñi dei. Uerbū dei hic innuit iuſſionē ⁊ volun-
tatē eius quā eis inſinuat in eos aſpiciēdo. In
cōi aūt vult et mādat eis vt miniſtrent nobis ⁊
cuſtodiāt nos. ſm illud ad Heb.j. Oēs admi-
niſtratoriū ſpiritus ſunt miſſi in miniſteriū eoꝝ
qui hereditatem capiunt ſalutis. vt in pſ̄. xc.
Angelis ſuis deus mādauit de te: vt cuſtodiāt
te in oībꝰ vijs tuis. Habet enim ordo diuine ꝓ
uidentie vt inferiora regant̄ per ſuperiora. ho-
mines ꝑ angelos. ⁊ hoc nō vt ipſa nō poſſit ꝑ ſe
immediate totū in oībus opari. ſed voluit ⁊ in
hoc cōicare bonitatē ſue v̄tutis: vt et creature
cooparent̄ cū eo in mūdi gubernatiōe. ¶ Sciē- Angeli qui aſſiſtūt ⁊ q̄ ad nos mittūt
dū aūt ꝙ de prima hierarchia. ſcȝ ſeraphin: che
rubin: ⁊ thronorū nullꝰ mittit̄ ad nos: ſed ſemꝑ
ſunt aſſiſtētes. De ſcd̄a hierarchia primi.i.do-
minātiū ordo etiā ſunt aſſiſtētes ⁊ nō mittunt̄ ⁊
ſed diſponūt de mittēdis. Hi aſſiſtere dicuntur
q̄r immediate a deo accipiūt illuminationē de
ſecretis diuinoꝝ myſterioꝝ. Alij d̄nq̄ ordines
dicunt̄ miniſtrare: q̄r et mittunt̄ de eis aliq̄ ad
nos et illuminationes de diuinis ſecretis cir-
ca nos agendis ab aſſiſtētibꝰ. ſ. ſuperioribꝰ an-
gelis recipiūt cōiter. Inquātū aūt aſſiſtere im
portat viſionē diuine eſſentie ⁊ nō excluſionem
miſſionis: ſic oēs nouē ordines aſſiſtūt ſemper.
nec eſt contra autoritas apl̄i inducta dicentis
oēs adminiſtratiōis ſpūs eſſe. Nā illa eſt diſtri
butio accōmoda. ſ. cōplectēs eos q̄ mittunt̄ nō
alios. Uel melius et ſubtilius. dicit eñ Tho.
in.j.parte.q.cxiij. ꝙ ſicut in miſſionibꝰ diuina-
rū perſonarū duplex eſt miſſio. ſ. viſibilis q̄ attē
ditur ſm corporeā creaturā. vt filius dei in car
ne: ſpūſſanctꝰ in igne. Alia inuiſibilis q̄ fit ſm
ſpūalē interiorē affectū vt illuminare mentē et
accendere ad dilectionē. Ita et in miſſionibus
angeloꝝ: ⁊ ī miniſterijs eſt duplex miſſio. Una Duplex miſſio āgelorū
exterior, ſ. q̄ eſt ad aliqḋ miniſteriū circa corpo
ralia exhibēdū. Et ſm hāc nō oēs mittunt̄: ſed
vt dictū eſt de īferioribꝰ. v. ordinibꝰ. Alia miſ-
ſio eſt inferior ſm intellectuales effectꝰ ꝓut. ſ.
vnus angelꝰ illuminat aliū. ⁊ ſic oēs angeli mit
tuntur etiā ſupremi: q̄r illuminānt angelos illu
minātes nos. Similiter nō eſt cōtra qḋ habet̄
Eſa. vj. ꝙ miſſus fuit vnꝰ ſeraphin ad purgan-
dū labia Eſaie. Nā ſm Dio. ille fuit de ordine
inferiori ſic noīatus ab exercitio ad qḋ mitte-
batur. ſ. incēdendū labia Eſaie. vel etiā: q̄r ſera
phin ſuꝑioris ordinis virtute angelꝰ inferior
hoc egit interiꝰ in Eſaia. ¶ Mittunt̄ aūt ange- Angeli ad cuſtodiā mittūt.
li ad cuſtodiā ſm autoritatē inductā. pſ̄. Ange
lis ſuis deꝰ mādauit de te ⁊c. Un̄ ⁊ Hiero. dicit
ſuꝑ illud. Angeli eoꝝ in celis. Mat. xviij. Ma
gna eſt dignitas aīarū vt vnaqueq̄ habeat ab
ortu natiuitatis angelū ſibi delegatū. Ex qua
autoritate concludit beatꝰ Tho. in. j. parte. q.
cxiij. ꝙ ſingulis hoībꝰ ſinguli angeli deputati
ſunt in cuſtodiā. Et huius rōnē aſſignat. nā an-
geloꝝ cuſtodia eſt quedā executio diuine ꝓui-
dentie circa hoīes. Prouidentia aūt dei aliter
ſe hȝ ad hoīes: aliter ad corruptibiles creatu-
ras: q̄r aliter ſe habent ad incorruptibilitatē.
hoīes eñ nō ſolū incorruptibiles ſunt quantū
ad cōmunē ſpeciē: ſed etiā quantū ad formas
ꝓprias ſinguloꝝ q̄ ſunt aīe rōnales: qḋ de alijs
corruptibilibꝰ dici nō pōt. Manifeſtū eſt aūt ꝙ
ꝓuidētia dei principalr̄ eſt circa ea q̄ principa
liter ⁊ perpetuo manent: circa ea v̄o q̄ trāſeūt
ꝓuidentia dei eſt inquantū ordinat ipa ad res
ꝑpetuas. Sic igit̄ ꝓuidētia dei cōparat̄ ad ſin
gulos hoīes ſicut comparat̄ ad ſingula gña vel
ſpecies rerū corruptibiliū. Sȝ ſm Greg. diuer
ſi ordines deputantur diuerſis rerū generibus
puta poteſtates ad arcēdos demones. V̄tutes
ad mirabilia facienda circa res corporeas. Et
ꝓbabile eſt ꝙ diuerſis rerū ſpeciebꝰ diuerſi an
geli eiuſdē ordinis preficiant̄. Unde ⁊ rōnabi-
le eſt ꝙ diuerſis hoībus diuerſi angeli ad cuſto
diā deputent̄. Et notandū ꝙ cuſtodia particu- Cuſtodiūt pticulariter.
laris que exhibetur ab angelis pertinet ad an
gelos infimi ordinis ſm Tho. poſt Dionyſiū.
et ſicut in dicto ordine: ſic et in alijs ordinibus
vnus eſt alio ꝑfectior: q̄r differūt ſpecie: ita etiā
ſuꝑiores de dicto ordine ſicut et de alijs ordi-
nibus deputant̄ ad cuſtodiā particularē illorū
hoīm q̄ ſunt ad maiora deputati ex diuina ꝓui
dētia q̄uis oēs ſint pares natura. Sed eſt alia
cuſtodia vniuerſalis: ad quā etiam angeli ordí
nantur: et hec multiplicatur ſm diuerſos or-
dines. Nā quāto agens fuerit vniuerſalīꝰ: tan
to eſt ſuperius. ſic igitur cuſtodia humane mul
titudinis ꝑtinet ad principatꝰ vel forte ad ar-
changelos qui dicūtur principes angelorū. vñ
Michael quē archangelum dicimus vnus de

principib⁹ ði. Dañ.x. Alteri⁹ ſup oẽs naturas corporeas habẽt cuſtodiã virtutes. Et vlteri⁹ ſup demones habẽt cuſtodiã poteſtates. Et vlterius ſup bonos ſpũs habent cuſtodiã principatus. Hec Tho. vbi. ſ. Quidã tamẽ dicũt archãgelos cuſtodiã habere ciuitatũ: principat⁹ vero prouinciarũ. Et qꝛ angeli inferiores exercent aliqñ officiũ ſuperiorũ inquantũ de dono eoꝝ participãt: ⁊ ſe habent ad ſuperiores ſicut executores virtutũ eoꝝ: ꝑ hũc etiã modũ angeli infimi ordinis poſſunt et arcere demones et etiã miracula facere: ſicut ⁊ ſeraphin incẽdit labia Eſaie vt dictũ eſt. ſ. ❡ Datur aũt iſta cuſtodia angelica oĩbus viatorib⁹. non aũt xp̃o etiã inquantũ hõ. ⁊ hoc tũ qꝛ immediate regulabaꝛ a verbo dei: tũ qꝛ cõprehẽſor: vñ non indigebat qꝛ iã erat in termino etſi viator erat rõne mortalitatis ſupior tñ angelis: vñ nõ decebat eos habere vt cuſtodes ſed vt miniſtros. Rõ hmõi cuſtodie quare indigem⁹ ſm Tho. vbi. ſ. eſt. qꝛ hõ in ſtatu vite preſentis cõſtitut⁹ eſt vt in via quadã qua oportet tẽdere ad patriã in qua imminẽt multa pericula ab interiori et exteriori. Vñ ⁊ in ps. xxxiiij. Vie illoꝝ tenebre et lubricũ ſcꝫ rõne cõcupiſcẽtie interioris: ⁊ angel⁹ dñi. i. diabol⁹ ꝑſequẽs eos. Et ſicut hoĩ ambulanti ꝑ viã nõ tutã daꝛ cuſtodia: ita etiã nobis decuit dari cuſtodiã angelorũ vſqꝫ quo veniam⁹ ad terminũ p̃rie. nec ſufficit liberũ arbitriũ: etſi adiuuet: qꝛ ĩfirmaꝛ propter multiplices aie paſſiones. nec etiã lex naturalis vel diuina: qꝛ in applicãdo principia iuris vniuerſalis ad particularia cõtingit multipl̃r deficere. mãdauit ergo de⁹ angelis vt cuſtodiãt oẽs in oĩb⁹ viĩs ſuis: vnde ⁊ primo hoĩ dat⁹ fuit qꝛ imminebat ei ꝑiculũ a diabolo vt patuit: ⁊ ꝟgini marie et aliĩs ſctis viatorib⁹. Vñ ⁊ de principe apl̃oꝝ oſtiaria dicẽte ꝙ petr⁹ eſſet pulſans / dixerũt aliĩ. ãgel⁹ ei⁹ eſt. Actuũ. xij. Nec infideles nec ipe ãtixp̃s priuanꝛ cuſtodia angeloꝝ. Nõ eñ priuanꝛ auxilio toti humano generi cõceſſo diuinit⁹. ſ. cuſtodia angeloꝝ ꝑ quã etſi non iuuanꝛ ad hoc vt bonis mereãꝛ operib⁹ vitã eternã: tñ iuuãtur ad hoc ꝙ a qbuſdã malis retrahanꝛ qb⁹ et ſibi et aliĩs nocere poſſint: ſicut ꝑ bonos ãgelos arcenꝛ demones ne nocere valeãt quãtũ vellent. Et qꝛ ðr in oĩb⁹ viĩs tuis. põt ↄſiderari via nr̃a eſſe ⁊ vna rõne vltimi termini q̃ eſt vn⁹. ſ. btitudo. Vnde dixit angelus Helie. Grãdis tibi reſtat via. iij. Regũ. xix. Et multiplex ratione varietatis ſtatus hominum et operationum. vnde in ps. dictum eſt. in oĩb⁹ viĩs tuis. Poteſt ergo conſiderari in triplici via ſeu ſtatu.

Cuſtodiunt oẽs viatores.

Anti xp̃o daꝛ angel⁹.

❡ Primo eſt enim via qua mundum ingreditur per manifeſtationem.

❡ Secundo eſt via qua in mundo progreditur per conuerſationem.

❡ Tertio eſt via qua mundum egreditur per migrationem.

❡ Ingreditur quis in mundũ §. V.
quando in vtero formatur. Ingreditur lucem mũdi quãdo naſcitur. Ingreditur eccleſiã mũdi qñ baptizatur. Et ſm hoc ſunt opi. qñ primo angelus deputetur ad cuſtodiã. quidã dixerũt ꝙ a tp̃e baptiſmatis. ſꝫ iſtud nõ videꝛ rõnabil̃r dictum: qꝛ iſtud non videꝛ habere locũ quantũ ad beneficia q̃ exhibentur hoĩ inquantũ chriſtianus. vt ſcꝫ tũc exhibeãtur ei cũ xp̃ian⁹ efficitur qð in baptiſmo fit. vt. ſ. ſit aptus ad ſacra cetera eccl̃ie: ſed que exhibẽtur hoĩ inquantũ habet naturã rationalẽ: decet vt ei exhibeãtur quando habet naturã rationalẽ: qð manifeſtatur in natiuitate cũ etiã infideles habeãt angelos in cuſtodiam qui nõ baptizãtur. Aliqui dixerunt ꝙ deputatur angelus hoĩ cũ eſt in vtero format⁹: qð ponit Iacob⁹ de voragine. Sed dicit Tho. in. ij. parte. q. cxiij. ꝙ puer cũ eſt in vtero materno nõ eſt totaliter a matre ſeparatus. ſed per quandã colligationem eſt quodãmodo aliquid eius: ſicut fructus pendens in arbore eſt aliquid arboris. ⁊ ideo probabiliter dici poteſt ꝙ angelus qui cuſtodit matrẽ cuſtodiat et prolẽ cũ eſt in vtero: ſꝫ in natiuitate quando eſt ſeparatus a matre tũc deputatur ei angel⁹ ad cuſtodiã. et iſta eſt tertia opinio quã tenet Hiero. ⁊ Tho. poſt eum. Cũ enim officiũ angelorum cuſtodie ordinetur ad illuminationem doctrine ſicut ad principalem effectum / cuius illuminationis nõ ſunt capaces pueri in natiuitate: multos tamen alios effectus habent qui pueris competunt. ſcilicet arcere demones / et alia nocumenta corporalia ⁊ ſpũalia ꝓhibere.

Cuſtodiũt in natiuitate.

❡ Secũda eſt via qua ꝓgre- §. VI.
diuntur cum perueniunt homines ad vſum rationis. hoc autẽ faciunt tripliciter. ſ. preſeruando a malo: reuocando a vitio: excitãdo etiam ⁊ promouendo in bonũ. ❡ Quantũ ad primũ et hoĩes ⁊ demones querũt hoĩbus inferre nocumẽta tẽporalia. ſꝫ angeli boni impediũt: vnde et angelus ſanct⁹ qui preibat populũ dei trãſeuntẽ per mare rubrũ poſuit ſe retro poſt totũ populum ne egyptiĩ poſſent eos contingere et nocere. Exo. xiiij. Et angeli duriſſime verberauerũt heliodorũ qui volebat expoliare templũ dñi depoſitis. Vidit etiã Io. alterum angelum aſcendentẽ ab ortu ſolis habentẽ ſignum dei viui qui clamauit quattuor angelis. i. demonĩs per quattuor partes mũdi: ne nocerent terre ⁊ mari neqꝫ arborib⁹ ⁊c. Apoca. vij. Preſeruãt multo magis a malo culpe hoĩes multipl̃r vel immittẽdo tribulatiões et alia impedimenta.

Preſeruant a malo.

ij. Macha. iij.

vel tollendo malas fantaſias viciorꝫ: ⁊ inſtigan
do ad reſiſtendū tentatiōib⁹ timore vel amore:
ſicut in figurā de angelo q̄ apparuit Balaā cuꝫ
gladio euaginato terrēs eū ne malediceret po
pulo dei vt intendebat. Numeri.xxij. Agar an
cilla Sare ei ſe rebellāti ſignāte ſenſualitatem
rationi ꝑ cōcupiſcētias nolēti ſubijci: quam an
gelus reprehēdit ⁊ ſuaſit illi ſubijci oſtendens
fructū cōſequendū. Geñ.xvj. Et de archangelo
Michaele altercāte cū diabolo de corpe Moy
ſi ne inueniret a iudeis vt ꝑ ipſum idolatrarēt:
ſed nō ꝑmiſit archāgelus vt auferret illis occa
ſionē illius ſuꝑſtitionis. ❡ Secūdo angelus ꝑ
ſui cuſtodiā reuocat a malo cōmiſſo: non quidē
cogēdo vel infundēdo gratiā / ſed inſtigādo in
teri⁹ ⁊ ꝑſuadēdo ad penitētiā: ⁊ aliqñ ꝑ aliquā
tribulationē: ſicut cū apparuit David ꝑcutiēs
gladio peſtis populū: qđ vidēs cōpunctus con
feſſus eſt peccatū ſuū dicēs: Ego ſum q̄ pecca
ui ⁊c.ij. Regū.vlti. vel cū ſuggerit mēti pctōris
bonas repreſentatiōes vt cōſideret ſuā ingra
titudinē erga deū ⁊ ſuā maliciā / ⁊ dei beneficia
vt inducat ad cōtritionē. vt legit Iudi.ij. ꝙ an
gelo dñi apparēte ⁊ reprehēdēte populū iſrael
de ſua preuaricatiōe recolēdo beneficia a deo
eis cōceſſa: eleuauerūt vocē ⁊ fleuerūt. Suadet
etiā ad cōfeſſionē ſciens neceſſitatē ⁊ vtilitatē
eius: in cuius figurā habet Eſa.vj. ꝙ ſeraphin
angel⁹ purgauit labia Eſaie di. Ecce mūdaui
labia tua.ſ. inducēdo vt bene ſcꝫ cōfitearis. Et
ſequitur Auferet a te iniquitas tua. Sed ⁊ an
gelus fuit q̄ dixit in ꝑſona dñi Ade poſt pecca
tum. Adum vbi es? vt cōfiteret peccatū ſuum.
Geñ.iij. Demū inducit ad ſatiſfactionē in qua
precipuū eſt vitare occaſiones pctōꝝ: ne recidi
uet vbi eſt magna difficultas ꝑcipue facta ha
bituatiōe: vñ ⁊ quaſi per quandā violentiā opꝫ
ꝓcedere ſibiipſi: qđ figuratū extitit Geñ.xix. in
eductiōe quaſi violēta facta de Loth ab ange
lis a ſodomis vbi habitabat: et dictum eſt ei ꝙ
nō ſtaret ibi oēm circa regionē / nec retro aſpi
ceret. Sic inſtigat angel⁹ penitētē / ꝙ pctā deſe
rat cū occaſionib⁹: ⁊ nō recidiuet. ꝙ ſi pctōr ma
neat obſtinat⁹ et nō aſſentit bonis inſtigatiōi
bus angeli: nō tñ angelus ex toto dimittit cu
ſtodiā / quin adhuc in multis iuuet euꝫ. ſed ſm
quid.i. ꝑmittit eū cadere in aliquod malū cul
pe vel pene nō impediēdo quin cadat ſm ordi
nem diuinoꝝ iudicioꝝ. ⁊ ſꝫ hoc dicit Hiere.lj.
in ꝑſona angeloꝝ. Curauimus babylonē ⁊ non
eſt curata: dimittamus ergo eā.i. aīam ⁊c. mo
do dicto. ❡ Tertio ꝑ cuſtodiā angeli quis ꝓ
mouet in bono: ⁊ hoc cōfortādo in tribulatio
nibus magnis. In cuius exemplū xp̄o Ieſu in
agone poſito orāti apparuit angel⁹ de celo con
fortās eū. Luce.xxij. Vel pigritiā et tepiditatē
excitando. vñ Zach.iiij. dicit. Angelus dñi ex
citauit me quaſi hoīeꝫ qui excitat a ſomno. Et
ad effectū terrenorū cōtemnendū. ❡ In cui⁹ fi
guram angelus armatus q̄ apparuit Ioſue in
cāpo hiericho in adiutoriū ſuū dixit ei. Solue
calciamentū de pedibus tuis.i. affectus a ter
renis remoue. Ioſue.v. Vel etiā reuelādo ei di
uina myſteria aut agenda. ſicut Ioſeph appa
ruit angelus in ſomnis: ne dimitteret Mariā
cōiugē ſuā. Mat.j. ⁊ poſtea nato paruulo Ieſu
vt fugeret in egyptū. Et poſtea mortuo Hero
de vt rediret. Matth.ij. Reuelatiōes facte Da
nieli de primo ⁊ ſecūdo aduentu xp̄i fuerūt per
archangelū Gabrielē: ⁊ ꝑ ipſum annūciatio fa
cta virgini glorioſe de incarnatiōe. Luce.j. Et
oēs locutiōes facte Moyſi in perſona dñi fue
runt ꝑ angelū. Et idem videt dicendū de reue
latiōibus ſeu locutionibus que dicunt facte a
xp̄o quibuſdam ſanctis mulieribus: vt ſancte
Brigitte de ſuetia: vt ſancte Dalmarie de an
glia: ⁊ ſancte Katherine de ſenis ⁊ hmōi.

❡ Tertia eſt via qua quis §.VII.
egredit de mūdo: ⁊ ſi aīa eſt bene ab omib⁹ pur
gata: angeli etiā multi aſſociant eā in hymnis
in vitā eternā. Exo.xxiij. Ecce ego mitto ange
lum meū q̄ cuſtodiat te in via: et inducat in ter
ram quā ꝓmiſi patribus tuis. et Luce.xvj. Fa
ctum eſt vt moreret mēdicus ⁊ portaret ab an
gelis in ſinū Abrae: qui nūc eſt paradiſus. Si
aīa cū gratia hꝫ aliqd purgandū / angelus aſſo
ciat eā ad purgatoriū: ⁊ cōfortat eam ad patiē
tiam: ⁊ cū congruit orat deū ꝓ ea: vel ſuffragia
facta ꝓ ea repreſentat modo predicto: vt poſſit
adaptari illud Iob.xxxiij. Si fuerit angel⁹ lo
quens ꝓ eo vt annūciet hoīs iniquitatē miſe
rebit eius.ſ. deus: ⁊ purgata ab angelis ꝓſen
tat deo. Angelus etiā portans Abachuc cum
prandio ad Danielē clauſum in carcere leonū.
Dañ.xiiij. ſignificat angelū inſtigantē hominē
ad faciendū ſuffragia mortuorū: quaſi prandiū
portādo cōfortās incarceratos in purgatorio:
ſi aūt egredit aīa cū mortali / rapiunt eam de
mones ⁊ ducūt eam ad infernū cū multis cōtu
melijs ⁊ tormētis. ⁊ videt verificari illud Eſa.
xxxiij. Angeli pacis amare flebūt: dimittētes
eā demonibus. ❡ Vbi tñ ſciendū ꝙ cū dicitur
angelus dolere de peccatis vel penis hominū /
locutio eſt impropria. Nā nō ſunt in eis paſſio
nes / ſed dolor ⁊ gaudium in eis ſunt ſimplices
actus volūtatis: ⁊ hoīem quidē in vniuerſali cō
ſideratū ſm naturā vellēt non dānari. ⁊ hoc di
cit dolor in eis: ſꝫ cōſideratis circūſtātijs hoīs
puta peccatis cōmiſſis volūt ipm puniri ⁊ de
relinqui ſm ꝙ exigit ordo diuine iuſtitie cui ſe ꝓpria
cōformāt. ❡ Notādū etiaꝫ ꝙ ſpūs circa iſtam āgeloꝝ

Reuocāt a vitijs.

Promouent in bono.

Deducūt poſt mortē.

Fletus angelo(rum) rū im ꝓprie dicitur

cuſtodiã angeloꝝ aliqñ videat̃ eſſe diſcordia ex
his q̃ habent̃ Dan.x. ſcȝ ꝙ p̃nceps pſaꝝ reſiſte
bat angelo Gabrieli ad liberationẽ ppl̃i iſrael
ꝓcurãdã: tñ ƀȝ rei ỽitatẽ nulla eſt cõtrarietas
vt dicit Greg.in.xvij.moral. tractãs illud/q̃ fa
cit cõcordiã in ſublimibus. Sed ad hoc intelli
gẽdũ aduertere opȝ ƀȝ Tho.in.j.parte.q.cxiij.
ꝙ diuina iuſtitia circa diuerſa regna et diuer-
ſos hoies varia per angelos exerceat̃. In ſuis
aũt actioĩbus angeli ƀm dei ſentẽtiã regulant̃.
Cõtingit aũt ꝙ in diuerſis regnis ⁊ in diuerſis
hoĩb⁹ cõtraria merita vel demerita inueniunt̃:
vt vn⁹ alteri ſubdat̃ vel p̃ferat̃. Quid autẽ ſup
hoc habeat ordo diuine ſapiẽtie cognoſcere nõ
poſſunt niſi deo reuelãte: vñ neceſſe habẽt ſup
his diuinã cõſulere volũtatẽ ⁊ ſapiẽtiã. ſic igit̃
inquãtũ de cõtrariis meritis ⁊ ſibi repugnãti-
bus cõſulũt diuinã volũtatẽ/reſiſtere adinuicẽ
referunt̃: nõ qꝛ ſint cõtrarie coꝝ volũtates: cũ
in hoc oẽs cõcordẽt ꝙ dei ſentẽtia impleat̃: ſed
qꝛ ea de qb⁹ cõſulũt ſunt repugnãtia. Itẽ poſt
mortẽ in pluribus hyſtoriis repit̃ angelos bo-
nos certamẽ diſputatiõis habuiſſe cũ angelis
malis ſup ſentẽtia alicui⁹ aie egreſſe a corpore
de ſalute ei⁹ vel damnatiõe: ſemp tñ angeli pre
naluerũt: vt ptȝ in legenda Forſei epi quã de-
ſcribit Beda valde deuota. Et habes i legẽdis
ſanctorũ ante feſtum angeloꝝ. Aliq̃ autẽ ange-
li ducunt aias ad videndũ loca penarũ ⁊ glorie
vt reuertentes ad corpora aliis manifeſtent: vt
in legenda beati Hieronymi.

¶ De patriarchis ⁊ ꝓphetis quõ xp̃m
figurauerunt: ⁊ de Johanne baptiſta ⁊
cõmendatione eius. Cap.vij.

Paraui lucernã xp̃o meo: inimicos
eius induã cõfuſione. ps.cxxxi. Vi
dit Johannes in Apoca.ſua.xxiiij.
ſeniores in eccleſia triũphãti circa
thronũ dei ⁊ agni: qui coronas ſuas
de capite deponebãt ante thronũ dei adorãtes
⁊ laudãtes deũ. Ubi non immerito intelligi poſ-
ſunt patriarche ⁊ ꝓphete veteris teſtamenti q̃
illuſtrarũt eccl̃iam doctrinis ⁊ exẽplis: ⁊ nunc
coronati triũphãt in celo: a deo totũ qđ meriti
ſint ⁊ glorie eſt in eis recognoſcentes: ⁊ hoc eſt
coronas deponere. Siqdẽ.xij. ſunt ꝓphete mi-
nores: q̃tuor maiores: ſcȝ Eſaias/Hieremias/
Ezechiel/et Daniel. quint⁹ erit Job gentilis.
Quinq; ſunt patriarche magis noiati eos tp̃e
precedẽtes. Noe/Abraã/Iſaac/Jacob/et Jo-
ſeph. Dauid quoq; ꝓphetã ⁊ patriarchã noiat
Pe. aplſ in actibus aploꝝ. ſic ſunt.xxiiij. Moy
ſes legiſlator/ꝓpheta ſummus/ ⁊ dux ppl̃i pri
mus. Ubi ⁊ alij ſancti veteris teſtamẽti fuerunt
lucerne ſeu ſtelle parate ante xp̃ȝ. Nã lucernã
eſſe legẽ dicit Salo. ꝓuerƀ.vj. Lucerna eſt lex
⁊ mãdatũ lux. Prophetias eſſe lucernas apte
inſinuat pr̃nceps aploꝝ dicẽs.ij. Pe.j. Habetis ꝓ-
pheticũ ſermonẽ cui bñfacietis attẽdẽtes tãq̃
lucerne i caliginoſo loco. et ps.cxviij. Lucerna
pedib⁹ meis ỽbũ tuũ.ſ. in lege et ꝓphetis ſcri
ptũ. ſed ⁊ Johes bap. ꝓpha et patriarcha ſpũa
lis aploꝝ terminus legis ⁊ ꝓphaꝝ: qꝛ lex ⁊ ꝓ-
phete vſq; ad Johannẽ ſcribit̃ Mat.xj. noiat̃ a
xp̃o lucerna. Joh.v. Ille.ſ. Johes erat lucerna
ardẽs ⁊ lucẽs. Ubi etiã dicunt̃ ſtelle.ſ. patres ve
te. teſta. Dan.xij. q̃ ad iuſtitiã erudiũt plimos
quaſi ſtelle in ꝑpetuas eternitates. Et eadẽ ra
tiõe: nã vſus lucerne cõiter eſt de nocte: ⁊ ſtelle
de nocte illuminãt. Nã ſupueniẽte maiori luce
nec ſtelle apparẽt nec lucernis vtimur. Tẽpus
vtiq; vete. teſta. fuit tanq̃ nox ꝓpter tenebras
erroꝝ et ignorãtie ỽitatis. Ne ergo oĩno rema
neret obſcura eccl̃ia glioſus de⁹ in firmamẽto
celi.i. eccl̃ie fecit oriri diuerſas ſtellas diuerſis
tp̃ibus q̃ curſum ſuũ ꝑficerẽt ſup noſtrũ orizon
tẽ: ⁊ ſic mũdũ illuminarẽt ⁊ de agẽdis ⁊ de my
ſteriis credẽdis ſuis exẽplis et doctrinis. De-
niq; vt lucifer apparuit Joh. bap. q̃ p̃cedit ortũ
ſolis. Nã poſt eũ ppl̃s q̃ ambulabat i tenebris
vidit lu. mag. Eſa.ix. Quilibet g̃ illoꝝ vt ſtella
⁊ lucerna fuit parat⁹ ante xp̃ȝ. Nã ocl̃is egris
odioſa eſt lux: ⁊ p̃cipue cũ eſt magna ⁊ reuerbe
rat ocl̃os tenebris aſſuetos: ſed p̃cedẽtib⁹ par
uis luminib⁹ lucernarũ vel ſtellaꝝ p̃parata eſt
acies inualida mẽtis hũane ad ſolẽ iuſtitie xp̃ȝ
⁊ doctrinã ei⁹ lucidiſſimã ſuſcipiẽdã. Et ꝑ hãc
lucẽ ſtellaꝝ ⁊ lucernaꝝ inimici xp̃i ⁊ eccl̃ie in-
duunt̃ cõfuſiõe de ſuis errorib⁹ et viciis: q̃ ois
cõuincunt̃ ⁊ arguunt̃ doctrina ⁊ exẽplis cõuer
ſatiõis coꝝ. Vñ ⁊ de Johe bap. vltima ſtella di
xit deus Malach.iij. Ecce ego mitto angelum
meũ qui p̃parabit ⁊c. Ne igit̃ nox veteris teſta
mẽti q̃ iam p̃ceſſit remaneret obſcura viatori-
bus: ſed aliqđ lumẽ adeſſet cuius illuſtratione
opari ỽtuoſe valerẽt: ⁊ noticiã fidei ꝑciperent
de ſalute cõſequẽda ꝑ xp̃m in celo eccl̃ie: appa
ruerũt vt ſydera ⁊ lucerna p̃fati pr̃iarche ⁊ ꝓ-
phete diuerſis tp̃ibus. Hoꝝ p̃um⁹ ⁊ pater oim̃ Adam p̃m⁹ pa
fuit Adã q̃ mũdũ innocẽtia illuſtrauit ante la- triar-
pſum in paradiſo: ſed poſt lapſum pnia. ¶ Nã cha.
(vt dr̃ Sap.x.) Eduxit illũ de⁹ a delicto ſuo.ſ.
ꝑ pniam. q̃ ⁊ dormiẽs ex eo ꝙ de latere eius ex
coſta formata eſt vxor. Gen.ij. eccl̃ia figurauit
xp̃m de cuius latere dormiẽtis in cruce ſopore
mortis formata eſt vxor eccl̃ia. Nã lãcea vulne
rato exiuit ſanguis ⁊ aqua. Jo.xix. ſignãtia ba
ptiſmũ ⁊ euchariſtiã q̃ ad ſanguinẽ: qb⁹ ſacr̃is
baptiſmo ꝑcepto ⁊ paſſione credita hoies effi-
ciũt̃ fideles: ꝓ oſſe coſte ex q̃ facta eſt mulier in
Adã poſita eſt caro: qꝛ vñ eccl̃ia facta eſt fortis
ſcȝ ex paſſiõe/vnde xp̃s q̃ſi infirmatus eſt oſtẽſa

Abel. infirmitate mortalitatis. ¶ Sed abel fili⁹ ei⁹
decēti⁹ vt ſtella orta eſt ad prebēdū lumē ꝑma=
nētis innocētie qui ⁊ xp̄m agnū innocentē figu
rauit occiſum ꝓpter inuidiā a fratre ſuo.i.pp̄lo
Noe. iudeorū de quorū genere erat. Geñ.iiij. ¶ Ut
ſtella micās ſplendore fidei viſus eſt Noe pa=
triarcha. Qui deo credēs in diluuio prenūcia
to per centū annos in antea arcā miri opis ad
mandatū dñi fabricauit ad ſe preſeruādū cum
familia et cūctis generib⁹ animantiū ab aquis
diluuij perditionis. Geñ.vj. ſignans et in arca
eccleſiā extra quā null⁹ ſaluat a diluuio perdi=
tionis. ac etiā dñm ieſum in ſua ebriatiōe. Nā
ex amore fructus ſalutis vinee ſue humane ſcȝ
nature: q̄ extaſim paſſus nudus in cruce oſten
ſus eſt: quē deridēs vn⁹ ex filijs ſuis.ſ.cham.i.
pp̄ls iudeoꝝ maledictionē ꝑfidie tꝑalis ſerui=
tutis incurrit. Alij duo ſem et iaphet ex reuerē
tia cooperiētes.ſ.natio grecoꝝ ⁊ latinoꝝ in re=
uerētia ſuſcipiētes paſſionē xp̄i: bñdictionem
eternā cōſequūtur quātū ad cōuerſos ad fidē.
vt exponit Augu.xviij.de ciui. dei. ¶ Deinde
lucerna ⁊ ſtella ſplēdida in celo eccl'ie ortus eſt
Abraã. Abraā q̄ mūdū docuit integrā ⁊ ꝑfectā obediē
tiā ad vnā dñi vocē relinquēs patriā parētes ⁊
domū propriā. Demū filiū vnigenitū in ſacrifi=
ciū offerēs. Geñ.xxij. Hic vidit dicit xp̄s ⁊ gaui
ſus eſt.ſ. noticia ſibi data in myſterio trinita=
tis ⁊ incarnatiōis q̄n.ſ.manens ad ilicē mābre
trib⁹ ſibi apparētib⁹ tres vidit ⁊ vnū adorauit:
quib⁹ Sara tria ſata ſimile decoxit: ⁊ vitulū ſa
ginatū ab eis comeſta. Geñ.xviij. Nā et ſi tres
ꝑſone ſunt in diuinis vn⁹ tñ de⁹ triū colēd⁹ eſt in
xp̄o. Inſuꝑ etſi tres ſubſtātie varie ſunt.ſ. dei=
tas: ala: ⁊ caro. vna tamē triū ꝑſona eſt xp̄s a no
bis adorādus. Sara eccleſia.ſ. tria ſata ſimile
decocta offert comedēda: q̄ hoies de trib⁹ mū
di partib⁹ aſia: africa: et europa ad fidē cōuer=
ſos: ⁊ a ſimila vitiorū mūdatos igne dilectiōis
decoctos offert xp̄o icorporādos gl'is. vitulū.ſ.
exinde quotidie offert in ſacr̄o altaris ab eo ſu
Iſaac. ſcipiendū. ¶ Abrae optim⁹ fili⁹ Iſaac māſue=
tudine mūdū radiauit. q̄ nō renitēs ſed ſponta
ne⁹ a pr̄e ꝑmiſit ſe ligari ⁊ ad victimā exponi:
et iniurias allophiloꝝ circa pueros equanimi
ter tulit. Geñ.xxij.⁊.xxiij. qui xp̄ȝ egregie figu
rauit. oblat⁹ eſt cū q̄ ipſe voluit: quaſi agnus
manſuet⁹ q̄ portat ad victimā: pr̄e ꝑmittēte ſe=
uiciā iudeoꝝ ꝯtra ip̄m: q̄ tñ in deitate ſuā mor
tuus nō eſt: ſed aries q̄ cornua habebat in ſpi=
nis.i. hūanitas ei⁹ ſpinis coronata. ¶ O quan
Jacob. ta prudētia Jacob mūdū in ſuis opib⁹ illumi=
nauit. heſpher⁹ et lucifer nō eſt ita clar⁹. et hic
primogeniture iura ſibi a deo cōceſſa verat⁹ a
fratre lentis edulio prudēter redemit. Ipſe cō
ſilio matris a deo edocte piā fraudē ꝓ benedi=
ctione vltima ex iure obtinēda erga patrē com
miſit. Geñ.xxvij.c. Et prudenti⁹ fratrē furentē
et minas eius ad remota accedēs declinauit.
Circūuent⁹ a laban pluries man⁹ ei⁹ euadens
cū familia ſua tota ⁊ magna ſubſtātia recōcilia
to germano per man⁹ eius ad ꝓpria remeauit
Hic xp̄m ſignificat q̄ trāſito iordane mortalita
tis in baculo crucis pauper dimiſſa domo pa=
tria demū cū duab⁹ turmis āgeloꝝ.ſ.⁊ alaꝝ ad
celū aſcēdit. Nā ꝙ bñdictionē iſte minor a pr̄e
accepit: ſignificat in corpore xp̄i myſtico ꝙ re=
probato ꝓpter perfidiā pp̄lo hebreoꝝ: qui pri
mogenit⁹ dei dr̄ bñdictionē ꝑſēe glorie recepit
populus gētilis minor cōuerſus ad fidē vt di=
mittamus de ſcala viſa ab eo: q̄ ſignificat myſte
riū incarnationis. ¶ Stella rutilās orta ex ia
cob fuit ꝑriarcha Joſeph: qui mundū clarifica Joſeph
uit virtute caſtitatis exponens ſe morti magis
q̄ adulterio aſſentire. vt pȝ Geñ.xxxix.c. chri=
ſtū multipl'r figurans: q̄ exoſus.ſ. a fratribus
cū accuſaret: puta crimina eoꝝ.i. reprehēderet
et a fratribus traditus in man⁹ gentiū. Juda
vno ex fratribus ſuggerente venditionē ſicut
iudas proditor: demū q̄ aſſentire noluit ſyna=
goge appetenti copulā eius.i. ꝙ ſe cōiungeret
moribus eorū ⁊ cōformaret vt purus homo ac
cuſatus de adulterio ꝙ ſibi ſcȝ aſcripſiſſet dei=
tatem vt ſibi vultā tradit⁹ eſt in carcerē inferni
per mortē: ſed poſtmodū tōſo capite.i. amotis
defectibus mortalitatis: indutus veſte glorie:
oſtendēs ſapientiā ſuā dictus eſt ſaluator mun
di rege pharaone.i. deo ſic ordinante: vt in no=
mine eius oē genu flectat celeſtiū ⁊c. ipſe eſt di
ſpenſator frumētorū ſanctarū doctrinarū / per
apl'os tꝑe famis verbi dei: ⁊ ſic in fine mūdi re
cognoſcēt iudei cōuerſi ad veſperā famē patiē=
tes veritatis ſe fuiſſe fratrē ſuū ſed ſaluatoreȝ
mundi nō infirmū ⁊ annichilatū vt intēderunt.
¶ Lucerna et ſtella maxima fuit Moyſes ma Moyſes
ximus propheta ⁊ patriarcha primus dux po=
puli: iuſticiā mūdo tradidit per legē ſibi a deo
traditā: docēdo deo exhibere debitū cultū per
cerimonialia: ꝓximo qđ ſibi eſt debitū: ab offē
ſionibus abſtinēdo per iudiciaria precepta ir=
regulariter miām cum ſeueritate miſcendo: ſe
uere idolatras ꝓſternendo: ſuas iniurias cle=
mēter remittēdo: figurā tenuit xp̄i ieſu: q̄ occul
tatus eſt vt moyſes in ſua īfantia in egypto: ne
occideret a rege non pharaone / ſed ab herode.
Magn⁹ immo homo fact⁹ miracula multa fe=
cit: agnū paſchalē comedēdū in ſacr̄o inſtituit
et ipſe comedit vtrūq̄ figurā ⁊ figuratū. Mare
intrauit baptiſmū.ſ. cū ſuis fidelib⁹ quoruȝ eſt
ductor legē euangeliū dedit. ¶ Jeſus naue for Joſue.
tis in bello: vt ſtella ad fortitudinē perſeueran
ter habendā mundo illuxit ⁊ murmurantibus

exploratorib⁹ ipſe viriliter cōtradixit:cū hoſti-
bus bellās victoriā obtinuit:et terrā ꝓmiſſio-
nis ſuis ꝓmiſit (al's diuiſit) deſignās noīe nr̄m
ieſum ac etiā regē.nā ſcribis ⁊ phariſeis reſti-
tit/demones hoſtes fortiſſimos ꝓſtrauit:⁊ ter
rā ꝓmiſſionis ſupnā intrās ꝑmia varia ſuis di
ſtribuit. ¶ Quis vnq̄ tāta patiētia hoīes edifi
Job. cauit vt Job gētilis ꝟe ſtella radioſa:nā amiſ-
ſa ſubſtātia maxima orbato caterua filioꝝ vlce
rib⁹ lacerato:nō remāſit niſi vxor ad exprobrā
dū bona opa ſua. Amici etſi venerūt ad cōſolan
dū eū ad detrahendū ⁊ arguēdū eū de hypocriſi
ꝓruperūt. vt patet in tex.ſed ꝑ interpretatiōe
noīs xp̄s eſt nr̄ dolēs q̄ dolores nr̄os ipſe porta
uit et ipſe oīa patiētiſſime tulit vterq̄ dicens.
Sit nomē dn̄i bn̄dictū. vt dimittamus qđ ait.
Credo ꝙ redēptor me⁹ viuit ⁊c.de paſſiōe ⁊ re-
Dauid ſurrectiōe tacite ꝓphetās. ¶ Dauid dilectio-
nē dei et ꝓximi lumine ſue cōuerſatiōis hoīb⁹
demōſtrauit.nā erga deū deuotiſſim⁹ cōtempla
tioni frequēter inſiſtebat.vt pʒ in pš. Ipſe cā-
tores in tēplo inſtituit ⁊ hebdomadarios ad of
ficiādū ⁊ corā arca dei ex feruore nud⁹ ſaltauit
ꝓximi dilectiōe ita flagrauit:vt ꝓ inimico peſ
ſimo ſaule cui multa bn̄ficia cōtulerat mortuo
fleuerit/ieiunauerit/occidētē occidi mandaue
rit: ⁊ cū pluries ꝑſequētē haberet in manibus
nūq̄ leſit.dn̄m nr̄m ipſe ſignauit. q̄ goliath dia
bolū cū eo in deſerto bellādo trib⁹ lapidib⁹.i.
ſcripture autoritate deuicit: ſʒ poſtea in cruce
ſua gladio proprio ſcʒ malicie goliath diabolū
interemit. Nā diabol⁹ malicia ſua induxit iu-
deos ad xp̄m occidendū exiſtimans ſe eum et
alios in inferno detēturū.ſed per hanc maliciā
innocēter occiſus eū occidit: ⁊ vires ſuas pro-
ſtrauit:⁊ ppl'm dei de opprobrio illi⁹ liberauit
Prophete cꝫ ceteri vt Eſaias. Hiere. Ezech.
Daniel cū aliis tanq̄ ſtelle exēpla ſue cōuerſa-
tionis ſctē mūdū illuſtrarūt paſſionibus ſuis.
quas primi tres ꝓ reprehēſione vitioꝝ ⁊ predi
catiōe ꝟitatis ꝑtulerūt xp̄i paſſionē preſignan
tes: ⁊ apta teſtimonia de incarnatiōe ⁊ paſſiōe
reddiderūt. Nā Eſaias de incarnatione.c. vii.
ait. Ecce ꝟgo concipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabit
nomē ei⁹ emanuel.qđ Matthe⁹ euāgeliſta in-
terpretat.c.j.nobiſcū de⁹. Sʒ de natiuitate ei⁹
et noīb⁹ inſinuātib⁹ magnitudinē ei⁹.c.ix.inq̄t
Paruul⁹ natus eſt nobis ⁊ fili⁹ dat⁹ eſt nobis
⁊c. De paſſione ei⁹ ita apte loquit.precipue in
c.liij.ꝑ totū.vt videat tanq̄ euāgeliſta hiſtoriā
texere magis q̄ futura predicere. Hiere. quoq̄
c.xxxj. Nouū faciet dn̄s ſuꝑ terrā / femina cir-
cūdabit virū. Ezech.in.xliiij.ca.de porta in tē-
plo dn̄i clauſa.ꝑ quā vir nō ꝑtranſibit: ſed dn̄s
de⁹ igredietꝑ eā:⁊ clauſa erit principi. Daniel
tp̄s ipſum prefixit future incarnatiōis in. lxx.

hebdomadis annorū a tp̄e licētie date a Cyro
rege pſarū de reedificatiōe ciuitatis hieruſalē:
et mortē ei⁹ ac deſtructionē hier'lm factā ꝑ Ti
tū et veſpaſianū:vt patet Dan.ix. Hi oēs p̄riar
che ⁊ ꝓphete non ſolū noctē mūdi illuſtrarunt
vite ſcīmonia:⁊ ſolē chriſtū oriturū prenūcia-
uerunt verbis et figuris: ſed etiā eccleſiā triū-
phantē credētes:⁊ ad eā anhelantes nobis eā
oſtenderūt. Cōfitentes enim q̄r hoſpites ſunt
et peregrini ſuꝑ terrā: in eo ꝙ habitabāt in ta
bernaculis. ſignificant ſe patriā inquirere me
liorē.i.celeſtē.ait apoſtol⁹ ad Heb.xj. ¶ Poſt
oēs prefatas ſtellas appropinquāte die quaſi
Johan ſtella matutina ⁊ ſplēdida ort⁹ eſt Johānes ba
nes ba ptiſta patriarcha diſcipulorū xp̄i.et anachori-
ptiſta. tarꝫ ꝓpheta ⁊ pluſq̄ ꝓpheta. q̄ eni ſctitate con
ſpicuus tanq̄ lucerna ſuꝑ candelabrū venit pa
rare dn̄o plebē perfectā dicēs iudeis. Ego vox
clamantis in deſerto parate viā dn̄i. ſicut dixit
Eſa.ſcʒ.c.xl. Aptiſſime ergo de Johanne bap.
intelligit dictū pš.cxxxj. Paraui lucernā xp̄o
meo:ex cui⁹ teſtimonio q̄n ſcʒ q̄ſierunt ab eo ſi
erat xp̄s:inimici ei⁹ induti ſunt ꝯfuſiōe in ip̄m
nō credētes. Ipſe eū figurauit in cōceptiōe mi
raculoſa q̄r de ſterili ⁊ in natiuitate gaudioſa:in
annūciatiōe pri⁹ per gabrielē ſtuporoſa.in ꝑdi
catione gratioſa.in baptizatione ſerioſa.in paſ
ſione ignominioſa. Deniq̄ ab illo ſunt ꝓ̄pta
Jo. preconia per quē factū eſt celū/ creata ſunt
elemēta. Ait eni de eo ſaluator.Mat.xj. Inter
natos mu.non ſur.ma. Jo. bap. Ex eo ꝙ dicit.
inter natos/excludit ꝟgo Maria maior eo:q̄r
nata fuit nō natus id eſt femina nō maſculus.
Et cū ſubdit/mulierū.qđ nomen ꝓprie impor
tat mulierē a viro cognitā excludit xp̄s:q̄ non
fuit nat⁹ mulieris:ſed ꝟginis.q̄ vtiq̄ xp̄s ſine
cōparatiōe maior iohāne. vn̄ ſubdit. Qui mi-
nor eſt in regno celoꝝ maior eſt illo. ſ. iohanne
minor in regno eccl'ie:ſ.ſic xp̄s ſc̄m opi. iudeorū
Nā miſerūt ad illū tanq̄ ad meſſiā: ſed ſc̄m rei
ꝟitatē maior eſt xp̄s. Uel loq̄t de āgelis: quoꝝ
minim⁹ eſt maior in dignitate Jo.bap.dū erat
viator. Qđ aūt q̄dā exponūt de.b. Fran. q̄ fuit
minor.i.ordinis minoꝝ inſtitutor ſed maior io
hāne:extorta nimis videt hec expoſitio ⁊ teme
raria in faciendo Frā. ꝑfectiorē vel glorioſiorē
Sermo Jo.ba. An⁹ eſt inq̄t Ber. in ſer.de Joh. bap.et
de iohā ſc̄d'm nō hʒ.ſ. ſibi ſimilē. q̄ vniuerſitatis hūane
ne bap. trāſcēdit aſcēſum. Et de hoc ſingulariter intel
ligit:paraui lucernā xp̄o meo. Lucerna q̄dem
format ex terra vel ferro qđ nō incōgruit Joh.
bap. Nā terre⁹ fuit ꝑ ꝓfundā humilitatē:dū re
putat⁹ meſſias a doctorib⁹ ſe vocē nūciauit q̄ ꝑ
ſe nō ſubſiſtit:ſʒ ꝓlata imediate deficit.ferre⁹
ꝑ cōſtātē mortē ꝓ ꝟitate nūciāda ſuſtinēs: ſed
parat lucerna vt luceat per oleū lychinū ⁊ ignē

Sic Joh.fuit ꝑparat⁹ Oleo gratioſitatis. Ly=
chino albo puritatis. Igne ardētis charitatis.

¶ Primū oſtendit nomen ſuū §.I.

Nā iohānes interpretatꝛ in quo eſt grā.ſ. ꝑ ex=
cellētiā: vnde de eo fuit dictū ꝑ gabrielē patri.
Spūſctō replebitꝛ ex vtero matris ſue. Luce.j.
Grā oīs ꝟtutis fuit in eo. Vñ Chryſ. in quadā
homel. inq̄t. Johes ſchola virtutū: magiſteriū
vite: ſctitatis forma: norma iuſticie: ꝟginitatis
ſpeculū: pudicitie titulus: caſtitatis exēplū: pe
nitētie via: pctōꝝ venia: fidei diſciplina: maioꝛ
hoīe: par angelis: legis ſūma: euāgelij ſanctio:
aplōꝝ vox: ſilentiū ꝓphetarū: lucerna mūdi: ꝑ=
curſoꝛ iudicis: xp̄i mediatoꝛ/dñi teſtis/et toti⁹
medius trinitatis. Et hic tantus datꝛ inceſtui:
traditꝛ adultere: adījcitꝛ ſaltatrici. Hec ille. Itē
Pe. damianus in ſer. q̄dā. Johes humanoꝝ li
mes eſt meritoꝛū. Quātūcūq; eñ aplici ſenat⁹
excellat autoꝛitas: quātūcūq; eñi vel pꝛiarcha=
rū fides in diuina agnitiōe ꝓficiat: vel oꝛacula
ꝓphārū ad referēda arcana cōualeſcāt: quātū=
libet cumuletur triūphātiū glia martyꝝ: q̄uis
exfloꝛeat vernās pudicitia virginū/vel in ꝟbis
vite ſe exerceat lingua doctoꝝ: citra metā Jo=
hānis oīa cohibentꝛ: nichil pfectiōis vltra ꝓgre
ditꝛ. huius incōparabilis vite ſeriē nō hiſtoꝛio=
graphus quiſpiā poſt ei⁹ obitū: ſed archāgelus
ille ꝑcipuus anteq̄ ɔcept⁹ eſſet ſicut ⁊ deū: ſic ⁊
hm̄oi operāda mirāda narrauit. Felix partus
quē illa excipit q̄ illuminat oēm hoiem venien
tē in hūc mūdū. Noluit eñ maria ab elizabeth
diſcedere donec grādeue puerpere miniſteriū
ſedulitatis impēderet. ſ. in partu: ille ſolū lau=
dabilioꝛ eſt iohāne: q̄ a cūctis celeſtib⁹ ⁊ terre=
nis laudatꝛ ⁊ bñdicitꝛ creaturis. ſ. chꝛiſtus. oīm
itaq; ſctōꝝ particeps fact⁹ eſt choꝛis: qꝛ nulla
ſibi virtus deficit ſanctitatis: immo tāto inter
oēs inſignis emicat: quāto autoꝛi oīm per me=
ritū ſublimius appꝛopiquat. Perpēdite q̄ an=
gelica vita erat eius qui cū nullius ſignū vir=
tutis oſtenderet: xp̄m tamē eſſe illū oīs popu=
lus eſtimaret. Hec oīa Pe. damianus.

¶ De puritate ei⁹ deſignata §.II.

per lichinū albū: qꝛ de bombice leuiſſima canit
eccleſia in hymno ſuo, O nimis felix meriti q̄
celſi neſciēs labē niuei pudoꝛis ⁊c̄. Et Chryſ.
dicit q̄ vita Joh. faciebat oīm ſctōꝝ vitā appa=
rere culpabilē. Et ponit exēplū. ſicut ſi q̄s pone
ret iuxta pānū albū ⁊ mūdū alia nō mūda dice=
ret illud valde mūdū: ſed ſi poneret iuxta niuē
cōparatiōe ei⁹ diceret illū pānū albū imūdū: ita
vita ſctōꝝ etſi in ſe mūda ⁊ pura fuerit: in cōpa
ratione Jo. videtꝛ q̄ſi imūda. Vñ ⁊ ſaluatoꝛ vo=
cat eū angelū. di. hic eſt de quo ſcriptū eſt. Ecce
ego mitto āgelū meū ⁊c̄. Malach. iij. Ad modū
eñ angeli vixit quinimo ⁊ officia oīm angeloꝝ
videtꝛ exercuiſſe. Angeloꝝ. ſ. dū minima nūcia=
uit annūciās ⁊ exhoꝛtās ppl̄m ad penitētiā. Et
gaudiū eſt angelis dei ſuꝑ vno pctōꝛe penitētiā
agēte. Luc̄. xv. Archāgeloꝝ dū maioꝛa imo ma
xima nūciauit xp̄m digito oſtendēs quē nūcia=
bat dicēs. Ecce agn⁹ dei. Jo. j. Virtutū faciēdo
miracula: nā nat⁹ pr̄i muto loq̄laꝫ reſtituit ⁊ in
vtero mr̄is exiſtēs xp̄m agnoſcēs ɔceptū/ ideo
a ꝟgine elizabeth matrē viſitāte adoꝛās exul=
tauit. Luc̄. ij. Officiū ptātis exhibuit arcendo
demones a mentib⁹ coꝝ: q̄ cōpūcti ad doctrinā
ei⁹ ⁊ ɔfitētes pctā ſua accedebāt ad baptiſmū.
Officiū ꝑncipatuū q̄ docēt nos ꝑlatos revereri
vñ de xp̄o loquēs ait Luc̄. ij. Qui de celo venit
ſuꝑ oēs eſt. et nō ſū dign⁹ coꝛrigiā calciamētoꝝ
eius ſoluere. Dñationū q̄ docēt erga ſubditos
rectū dñiuꝫ gerere: qꝛ a ſubditis vt a diſcipulis
habebatꝛ in magno honoꝛe ⁊ amoꝛe: apud ma=
gnates vt ſcribas ⁊ pꝛīcipes ſacerdotū in timo
re eos dure arguēs: ⁊ cūctis vitijs ⁊ paſſionib⁹
pfecte i ſe dñabatꝛ. Officio vſus eſt thꝛonoꝝ in
q̄bus de⁹ reſidet ⁊ iudicia ſua exercet. Et iohes
arguebat herodē de adulterio q̄ſi iudicās eū/⁊
in mēte ei⁹ dñs pfecte quieſcebat. Cherubin q̄
interpr̄tatꝛ plenitudo ſciētie. qꝛ Joh. habuit ple=
nā cognitionē de xp̄o. Nā et lucifer vocatꝛ. Job
xxxviij. Nūq̄d ꝓduces luciferū in tp̄e ſuo. De=
mū et ardoꝛē habuit ſeraphicū. venit eñ in ſpū
et ꝟtute Helie. vt dꝛ Luc̄. j. et de Helia ſcribitꝛ
Eccli. xlviij. Surrexit Helias q̄ſi ignis et ꝟba
ei⁹ vt facula ardebāt. Et q̄uis eſſet ita purus:
et in vtero ſctificat⁹: ex quo moꝛtalr̄ peccare nō
poterat: tñ de ſe nō ɔfidēs antra deſerti tenerꝭ
ſub annis ciuiū turmas fugiēs petiſti; canit ec=
cleſia: ne leui ſaltē maculare vitā famie poſſes.
Ignē charitatꝭ fuiſſe i hac lucerna oſtēdit xp̄s
dicēs de eo Joh. v. Ille erat lucerna ardēs. Nā
vt ait Ber. Lucere ꝑ exēplū vel doctrinā ⁊ non
ardere ꝑ charitatē vanū eſt: qꝛ ē ſicut es ſonās
et cimbalū tinniens. Sicut aūt tāto vnuſq̄ſq; a
ſupno amoꝛe diſiungitꝛ quotiēs in infimis dele
ctatꝛ ſm̄ Greg. in homel. pēte. ita ecōuerſo q̄to
q̄s magis abſtrahitꝛ a delectatiōib⁹ mūdi: tāto
fit capacioꝛ ⁊ aptioꝛ ad dilectionem dei. Quis
aūt ſctūs magis fuit abſtract⁹ ab affectiōe tere=
noꝝ ⁊ vſu q̄ Johes ab infantia parētes nobi
les ⁊ antiq̄s deſerens: deſerta penetrās veſtitū
habēs de pilis cameloꝛū: ꝓ cibo ⁊ potu habuit
locuſtas. i. radices herbarū ſm̄ vnā expoſitionē
et mel ſilueſtre: aquā purā bibēs: ꝓ lecto terrā
nudā: nec credendū eſt q̄ vacaret ocio: ſed cōti
nue ɔtēplationi diuinoꝝ vñ incēdebatꝛ mēs ei⁹
in deū. ſm̄ illud ꝑs. xxxviij. In meditatiōe mea
exardeſcet ignis. ſ. diuini amoꝛis: vñ ⁊ pater eſt
ac magiſter anachoꝛitarū ſeu ſolitarioꝝ: q̄ vita

Officia āgeloꝝ Johes exercuit.

ſeu ſtatus cũ debite exercet .ſ. totaliter vacans
ɔtẽplationi pfectioꝛ eſt ſtatu cenobitarũ ⁊ acti=
Johes non ſeq̃batur chriſtũ.
uorũ. Et q̃uis Johes qꝛ optime nouerat dñm
ieſum: ⁊ frater ei⁹ erat ɔſobꝛinus ex parte mr̃is
ſequẽdo ipſuʒ xp̃m vt apl̃i: audiendo doctrinã:
vidẽdo miracula ⁊ exempla habuiſſet maximã
ɔſolationẽ ſpũalẽ: tñ ɔformãs ſe diuine volun=
tati intelligẽs vocationẽ ſuã a deo fore in deſer
to manere vel iuxta ioꝛdanẽ: ibi fixus pmanẽs
nec xp̃m ſecut⁹ eſt ad horã qñ tranſeuntẽ iuxta
ioꝛdanẽ vidit/ſtabat Johãnes. dicit euãgeliſta
iuxta ioꝛdanẽ et videns xp̃m tranſeuntẽ dixit.
Ecce agnus dei. et duo diſcipuli q̃ erãt cũ eo .ſ.
Andreas ⁊ alij ſecuti ſunt xp̃m: ipſe xo ad ioꝛ=
danẽ remanſit. Sed aduerte quia quẽ ɔſolatio
ꝓpꝛia ſpũalis nõ potuit mouere a ſtatu ad quẽ
dñs elegerat: zel⁹ diuine offenſe ardẽs et amoꝛ
ſalutis ꝓximi eũ traxit de deſerto vel loco ioꝛ=
danis ad arguendũ Herodẽ de adulterio ꝓfi=
ciſcens. Non inuidebat ipſe glie xp̃i ſuã gloꝛiã
querẽs: ſed augere conabat̃ diſcipulis ſuis ad
eũ deſtinatis vt ei adhererẽt. Non eñ ex igno
rãtia vl̃ dubitatiõe miſit duos diſcipulos ſuos
Johes mittit diſcipulos ad ieſum.
ipſe Johes incarceratus ad xp̃m interrogare.
tu es q̃ vẽturus es an aliũ expectam⁹. Mat. xj.
ſed ex dilectione vera ad xp̃m et ad diſcipulos
ſuos quõcũq; illud exponat̃. nã quadruplicater
exponitur. Chꝛyſ. ſup Matth. dicit q; miſit in=
terrogare xp̃m nõ ꝓ ſe tanq̃ dubitaret: ſed pro
diſcipulis dubitantibus ⁊ ex nimis affectione
quã habebãt ad magr̃m ſuũ Joh. maioꝛẽ xp̃m
eſſe vix credebant: ſed putabãt ip̃m ex humili=
tate ſic loqui. Miſit ergo diſcipulos ex pte ſua
interrogãtes vt audita doctrina ſua ⁊ miracu
lis viſis in eũ crederent ⁊ ei adhererẽt. Unde ⁊
xp̃s hoc cognoſcẽs aduenientib⁹ diſcipulis nõ
dixit. Ego ſum meſſias q̃ vẽturus eſt in mũdo/
ne videret̃ quaſi ſe iactare: ſed fecit multa mi=
racula q̃ predixerat Eſaias meſſiã facturũ que
alij nõ fecerũt prioꝛes: vt p hec ſigna poſſent eũ
cognoſcere aduenientes. Dicit̃ eñ Eſa. xxxv.
Dñs veniet ⁊ ſaluabit nos: ⁊ tũc aperient̃ oculi
cecoꝝ ⁊ aures ſurdoꝝ patebũt: tũc ſaliet quaſi
ceruus claudus ⁊ aperta erit ligua mutoꝝ ⁊c̃.
Faciens igit̃ xp̃s iſta miracula corã eis voluit
quaſi dicere. Ex his poteſtis pcipere ſi ſuʒ meſ
ſias venturus. Ite ergo et nũciate Johãni que
audiſtis ⁊ vidiſtis: ⁊ ipſe vobis declarabit q; ꝓ
Amb.
vobis ⁊ nõ pro ſe ipſe queſiuit. Ambro. aũt di=
cit q; p verba Joh. nõ in fide ſed ex pietate du=
bitauit .i. admodũ dubitãtiũ locutus eſt. quaſi
diceret. cũ dignatus ſis ꝓ hominib⁹ incarnari:
q; etiã venias ad patiendũ crucẽ ⁊ moꝛtẽ: non
cõuenit dignitati tue ⁊ tãte innocẽtie. Sed re=
ſpondẽs chꝛiſtus poſt miracula relata ſubdit.
Beatus q̃ non fuerit ſcandalizatus in me. q. d.
Ego non ſolũ facere miracula veni ꝓ ſalute ho
minũ: ſed etiã pati: ſed tãta erit cecitas ⁊ ingra
titudo hoim q; multi ſcandalizabuntur de mea
moꝛte. vnde magis deberẽt diligere ⁊ gratias
agere. Greg. in homel. ait q; Johãnes miſit ad Grego.
inquirendũ ex illis verbis Tu es ⁊c̃. nõ ſi eſſet
meſſias vel ſi eſſet ꝓ humano genere paſſurus:
quia ⁊ hoc ſciens alijs manifeſtauerat di. Ecce
agnus dei. innuens ipſum imolandũ ꝓ libera=
tione hoim: vt figuratũ fuit in agno paſchali: ſʒ
vt ſciret ſi moꝛiens dignaret̃ etiã deſcẽdere ad
inferna .i. limbũ patrũ: ⁊ venire quo ipſe de ꝓ=
ximo erat acceſſurus p decapitationẽ: vel aliũ
miſſurus angelũ vel aliũ ad educenduʒ eos de
tenebris: vt ſicut fuerat pcurſoꝛ ſuus in mũdo:
ita fieret in limbo illis nũciando. Sed in reſpõ
ſione ſua oſtendit xp̃s q; p ſe deſcenderet: nã ſi=
cut coꝛpoꝛaliter per ſe illos ſanauerat ab illis
infirmitatib⁹: ita et aías ab illis infirmitatib⁹
ſpũalibus p ſe ſanaturus eſt illuminando ceci=
tatẽ mẽtis ⁊ claudicationẽ affectus ⁊ hmõi: et
ſic ipſe de inferno p ſe educit ⁊ liberat: vnde et
illos p ſe liberaret. Hilarius xo de hac inqui= Hilari⁹.
ſitione facit duas partes. vt pꝛima ſit aſſertiua
ſcʒ Tu es qui venturus es. ſcd̃a interrogatiua
tacendo/negãdo: ſcʒ an aliũ expectamus. q. d.
Nullo mõ aliũ expectamus/nec expectare de=
bemus: qꝛ tu es ille ꝓmiſſus ⁊ expectatus a pa
tribus. Et ex iſto teſtimonio iohãnis qð tanq̃
lucerna phibet de lumine xp̃o induunt̃ inimici
xp̃i cõfuſione ſcʒ iudei: dũ tantã opinionẽ habe
rent de iohãne ⁊ eius teſtimonio nõ credunt q;
ipſe xp̃s fuerit qui venturus eſt/ ſed aliũ expe=
ctant antichꝛiſtũ: qð xp̃s ɔfirmat vt credãt Jo
hãni: cũ ipſe faceret quedã miracula q̃ predixe
rũt ꝓphete eũ facturũ q̃ antichꝛiſtus nõ faciet
niſi quedã ſigna fallaciter. Erat ergo Johãnes
lucerna ardẽs charitate ⁊ lucẽs manifeſta ve=
ritate: vnde nõ ſolũ ꝓpheta ſed pluſq̃ ꝓpheta
dicit̃ a xp̃o Matth. xj. qui predicabãt veritatẽ.
Et ſic iſta lucerna fuit parata chꝛiſto ad mani=
feſtandũ ipſum. Unde ꝓphete antiquitus dice
bant̃ videntes qꝛ ſcʒ illuminati a deo videbant
que alij nõ videbãt: ⁊ illa cõmuniter manifeſta
bãt populis. Quis ergo Johãnes ſit ꝓpheta:
videdũ eſt aliqd de ꝓphetia cũ de ſtatu beatoꝝ Pro=
prophetarũ loquamur. De ꝓphetia datur du= phetie
plex diuiſio: vna eſt Hiero. in glo. ſup Matth. diuiſio
videlʒ q; prophetia alia preſcientie q̃ ſemp im= et eius
pletur: alia cõminationis que nõ ſemp implet̃. ſpecies
Secũda diuiſio eſt Augu. ſup Geñ. ad litterã:
videlʒ q; viſionũ ꝓpheticarũ triplex eſt genus.
Unũ quod fit per ſenſus exterioꝛes coꝛpoꝛis.
Aliud qð fit per ſpecies imaginarias. Tertia
eſt que fit per intuitũ mẽtis vel ſpecies intelli=
gibiles. Tertia eſt Iſid. in lib. etymol. qui di=

cit ꝙ ꝓphetiarū ſeptē ſunt genera. Primū eſt
extaſis qḋ eſt veritatis exceſſus. ſicut Actu.x.
Petrus vidit linteū de celo ſubmitti aialibus
plenū immūdis. Scḋm dicit̄ viſio ſicut Eſa.di-
cit ſe vidiſſe dn̄m ſup ſolium excelſum ⁊ eleua-
tum ⁊c̄. Eſa.vj. Tertiū eſt ſomniū: ſicut Jacob
vidit in ſomnijs ſcalam de celo ad terrā. Gene.
xxviij. Quartū eſt p nubē. ſicut ad Moyſen lo-
cutus eſt dn̄s. Exo.xix. Quintū eſt vox de celo
ſicut ad Abraā intonuit vox dicēs. Ne immittas
manū tuā in puerū ⁊c̄. Gen.xxij. Sextū eſt cum
accepta parabola fit. ſicut legit̄ de balaam Nu
meri.xxij. Septimū ⁊ vltimū genus prophetie
eſt repletio ſpūſſancti: ſicut pene apud oēs ꝓ-
phetas. Tho.ij.ij.q.clxxiiij. ſic declarat ⁊ cōcor-
dat has diuiſiones. Prima diuiſio eſt ſm ob-
iectū ꝓphetie. Scḋa ⁊ tertia ſm modū ꝓphe-
tizandi. Et tertia comprehenditur ſub ſecūda.
Obiectū igit̄ ꝓphetie eſt id quod eſt in cogni-
tione diuina ſupra humanā facultatē exiſtens
reuelatū homini. Scḋm ergo horū differentiā
diſtinguit̄ ꝓphetia in ſpecies diuerſas ſm pri-
mā diuiſionē. Qḋ enim futurū eſt in diuina co-
gnitione poteſt dupliciter cōſiderari. Uno mo-
do ꝓut cognoſcit de⁹ aliqua ꝓut ſunt i ſeipſis:
vel vt fienda ab ipſo: ⁊ horū eſt ꝓphetia ꝑſcien-
tie q̄ falli non pōt: ⁊ ideo ſemꝑ implet̄: ſub qua
cōprehēditur ꝓphetia ꝑdeſtinationis q̄ eſt tm̄
de bonis reb⁹. vt illud. Ecce virgo cōcipiet. nā
preſcientia ꝓprie eſt precognitio tam bonoꝝ ꝙ̄
maloꝝ. Sed cū diſtinguit̄ cōtra ꝑdeſtinationē:
tūc accipitur preſcientia de malis. Alio modo
precognoſcit aliqua ꝓut ſunt in cauſis ſuis: vt
cū prenūciat̄ vel reuelat̄ ꝓphetis aliqḋ ſm hūc
ordinē / ſcȝ cauſe ad effectū. ſicut dicit̄ ꝓphetia
cōminationis q̄ nō ſemꝑ implet̄: qꝛ alijs cauſis
ſupueniētib⁹ impedit̄ ꝙ nō ſequat̄ talis effe-
ctus: ſicut in ꝓphetia niniue: q̄ ſcȝ fuit prenun-
ciata a Jona ꝓpheta ſubuerti: ſm ꝓphetiā cō-
minatiōis nō fuit impleta. illud eñi fuit prenū-
ciatū ſm ꝙ illa ſubuerſio ꝓcedebat a pctis eoꝝ
que illud merebant̄: ſed qꝛ fuit cauſa ſubtracta
ſcȝ malicia illoꝝ p penitentiā / fuit mutatus ſeu
ſublatus talis effect⁹: ⁊ ſic de hm̄oi. Et ſub ꝓ-
phetia cōminationis includit̄ ꝓphetia ꝓmiſ-
ſionis que etiā mutat̄: vt patet de peni. diſt. j. §.
predixerat. cū. §. ſeq. Scḋa diuiſio q̄ eſt ſm mo-
dū ꝓphetizandi poteſt diſtingui ſm potentias
cognitiuas: ⁊ ſm hoc fit ſcḋa diuiſio. Nā cogni-
tio in hoīe eſt p ſenſum imaginationē et intel-
lectū. Uel poteſt diſtingui modus ꝓphetizādi
ſm differentiā prophetici influxus: ⁊ ſic ſumit̄
diuiſio Jſiḋ. Et quātū ad impreſſionē formarū
imaginabiliū ponit Jſiḋ. tria ꝑtinētia ad viſiō-
nē imaginariā ꝓpheticā. ſ. ſomniū qḋ ponit. ſ.
Jſido. in tertio loco ſue diuiſionis. viſionē q̄ ſcȝ
fit vigilando reſpectu quorūcunq₃ cōmuniū qḋ
ponit in ſcḋo loco: et extaſim q̄ fit p eleuationē
mētis in aliqua altiora: qḋ ponit in primo loco
Quantū vō ad ſenſibilia q̄ pertinēt ad viſionē
ſenſibilē ponit Jſiḋ. alia tria. qꝛ ſenſibile ſignū
aut eſt aliqua res corporea exterius apparens
viſui: ſicut nubes qḋ ponit in quarto loco. aut
eſt vox exterius formata ad auditū hoīs dela-
ta quā ponit in qnto loco. aut vox p hoīem for-
mata cū ſimilitudine alicui⁹ rei / qḋ ꝑtinet ad pa-
rabolam qḋ ponit in ſexto loco. aut fit talis in-
fluxus p illuſtrationē intellectus qḋ ꝑtinet ad
id qḋ ponit i ſeptimo loco qḋ vocat repletionē
ſpūſſancti. et hoc ꝑtinet ad viſionē intellectua-
lē qḋ eſt tertiū genus viſionis ꝓphetice. Et qꝛ
modus intelligēdi noſter in via eſt p fantaſma-
ta: nec iſte mod⁹ ꝓphetice viſionis qualis fuit
ꝑmaxime in ꝑs. dd. eſt ſine imaginationib⁹ in-
tellectui ꝓphete repreſentatis. Sed in hoc eſt
differētia ſm Tho. inter viſionē imaginariā et
intellectiuā: qꝛ in viſione imaginaria fantaſ-
mata in tali viſione diuinitus ꝓcreant̄ ⁊ ꝓcu-
rant̄. in itellectuali quoq₃ ſufficiūt fantaſmata q̄
cōi modo a ſenſib⁹ abſtrahunt̄: ⁊ iſte eſt altior ⁊
ꝑfectior: qꝛ manifeſtatio veritatis diuine q̄ eſt in
ꝓphetia q̄ eſt ſm nudā ꝯtēplationē veritatis:
eſt ꝑfectior ꝙ̄ illa q̄ eſt ſub ſimilitudine imaginū
corporaliū: qꝛ magis appropinquat ad viſionē
patrie: ſicut etiā diſcipulus eſt melioris ingenij
et intellectus q̄ ſine exēplis intelligit doctrinā
magiſtri ꝙ̄ ille q̄ cū exēplis: et talis fuit ꝓphe-
tia Johānis. Johānes igit̄ baptiſta fuit ꝓphe- Quō Johānes fuit ꝓpheta.
ta: quia habuit viſionē intellectualē de chriſto
cognoſcēs dei illuſtratione illū hoīem eſſe deū.
Ipſe habuit omne genus viſionis prophetice.
Senſibilē cū ſcȝ vidit ſpūſctm̄ in ſpecie colūbe
ſup chriſtū: et audiuit vocem patris dicentis.
Hic eſt filius me⁹ dilectus. Imaginariā quan-
do ſibi fuit dictū interius. ſuper quem videris
ſpm̄ dei deſcendentem ⁊ manentē ſup eum. hic
eſt q̄ baptizat ſcȝ interius peccata relaxando.
Joh. j. Intellectualē quādo dixit. medius ve-
ſtrum ſtetit quem vos neſcitis. qui ante me fa-
ctus eſt ⁊c̄. Joh. j. Et cū prophetia ſit de prete-
rito / preſenti ⁊ futuro ſm oīe tempus ipſe ꝓ-
phetizauit. De preterito cum dixit de ſe quod
ꝑdixerat Eſaias. Uox clamātis in deſerto ⁊c̄.
De futuro cum dixit. Illum oportet creſcere ⁊
me autem minui. quod impletū fuit et non ſo-
lū quo ad famā ⁊ opi. quia Johānes qui qua-
ſi eſtimat⁹ eſt chriſtus: poſtea eſtimatus eſt pu-
rus homo. et chriſtus qui dicebat̄ a iudeis pu-
rus homo: cognitus eſt ⁊ habitus de⁹ ⁊ homo.
Sed etiam prophetauit de modo mortis: quia
chriſtus quaſi creuit exaltatus in cruce: et di-
minutus Johānes: quia truncatus capite. De

p̄ſenti ꝓphetauit occulto q̄n dixit Ecce agnus dei. Joh.j. Sed plus etiā q̄ ꝓpheta Johannes q꞉ non ſolū ꝓphetauit ipſe de aliis/ ſed etiā de ſe fuit ꝓphetatū꞉ qđ non reperit᷑ de aliis ꝓphetis꞉ ſcꝫ per Eſaiā Vox clamātis. per Malachiā Ecce ego mitto angelū meū ꝛc. figurat⁹ in Helia. Plus q̄ ꝓpheta extitit꞉ q꞉ non ſolū prenūciauit/ ſed digito demunſtrauit qđ alii prenūciauerūt. Plus q̄ ꝓpheta extitit꞉ q꞉ parentes ꝓphetas fecit Elizabeth: cuꝫ dixit Unde michi hoc vt mater dn̄i mei veniat ad me. hoc eñi cognouit꞉ q꞉ vt dixit Exultauit infans in vtero meo. Lu.j.c. Zacharias etiā cū ſcripſit Johes eſt nomē eius ꝓphetauit dicēs꞉ Bn̄dictus dn̄s de⁹ iſrael꞉ q꞉ viſitauit ꝛc. Pl⁹ q̄ ꝓpheta eſt꞉ q꞉ cepit in vtero matris ꝓphetare : cū ad aduētū xp̄i in vtero v̄ginis exiſtēti exultauit i gaudio.

De apl'is quō ſunt principes eccleſie꞉ ꝛ quō ſignificati ſunt a xp̄o. Cap.viij.

Principes populoꝝ congregati ſunt cū deo Abraā꞉ q̄m dii fortes terre vehementer eleuati ſunt. p̄s.xlvj. Ex primoribus eccl'ie tam militātis q̄ triumphātis cenſent᷑ apl'i. Nam ad Ephe.iiij. ponit apl's narrādo dona collecta a xp̄o in edificationē corporis ſui.i.eccl'ie. Prio ponit apl'os꞉ deinde ꝓphetas et euangeliſtas. ꝛ in.c.ij. eiuſdē de fidelibus oībus loquēs ait Eſtis ciues ſanctoꝝ ꝛ domeſtici dei ſuperedificati ſup̱ fundamentū apl'oꝝ ꝛ ꝓphetaꝝ ipſo ſummo angulari lapide xp̄o Jeſu꞉ ſcꝫ doctrinā eorū. vtrunqꝫ ſiue teſtamentū ſiue populum iudeorū et gentiliū complectit᷑ xp̄s lapis angularis dictus꞉ q꞉ vtrūqꝫ in ſe cōiungit. Ratio autē que mouit ad agendū prius de ꝓphetis eſt꞉ q꞉ tēpore preceſſerūt apl'os. Et Apoca.vlti. dicit᷑ q̄ murus ciuitatis.ſ. ſup̱ne hierl'm eſt habens xij. fundamēta꞉ ꝛ in eis.xij. nomina apl'orum et agni. ꝛ poſt cherubin ꝛ ſeraphin inceſſabili voce clamantia Sanctus ꝛc. dn̄m laudat in celis glorioſus apl'orū chorus. Apl's autē qđ grecū

Apl's dicitur idem q̄ miſſus.

eſt interpretat᷑ miſſus. Quis ergo omnes q̄ mittunt᷑ ad predicādum legitime poſſunt dici ſc̄m nominis interpretationē apl'i. Unde et Barnabam eccleſia nominat apl'm. Et Grego. dicitur apl's anglorū/ q꞉ eos traxit ad fidem꞉ nō ꝓpria predicatiōe/ ſed ordinatiōe: illuc mittēdo predicatores ꝛ eos inſtruēdo꞉ tn̄ per excellētiam ꝛ vſitatius.xij. a xp̄o electi et miſſi ad predicādū ab eo dicunt᷑ apl'i. In locum tn̄ Jude ꝓditoris ſubſtitutus eſt Matthias per ſortem ab apl'is miſſam inter eū et Barſabā que cecidit ſuper Matthiā꞉ vnde annumeratus eſt cū vndecim. Actuū.j. Non excludit᷑ a numero apl'oꝝ Paulus qui plus oībus laborauit vniuerſum mūdum predicatione ꝛ epl'is docēs. Nā etſi nō ſit de numero duodenario꞉ tn̄ vocatus eſt a xp̄o de celo ad apoſtolatū corporaliter in ꝓpria perſona ſibi apparenti in aere. quod ꝓbat Tho. ex eo q̄.j. Coꝛ.xv. narrans apparitiōes factas a xp̄o poſt reſurrectionē in ꝓprio corpore diuerſis perſonis ꝛ vicibus ſubdit. Nouiſſime tanq̄ abortiuo apparuit michi. Ego enim ſum minimus apoſtolorū ꝛc. Si ergo non eſſet facta apparitio a xp̄o in ꝓpria perſona/ non eſſet ad ꝓpoſitum. Hi ergo duodecim cū Paulo ſunt principes populorū qui cōgregati ſunt ꝛc. Ubi tria poſſunt conſiderari.

Primo eoꝝ dignitas veneranda. ibi. Principes populorum.

Secundo ipſorū ſingularitas admiranda. ibi. Congregati ſunt cum deo Abraam.

Tertio malignorū prauitas deteſtanda. ibi Quoniā dii fortes terre.

Quantū ad primū apl'os §.I.

principes eſſe : vnde etiā dignitas oſtendit᷑ venerāda decantat eccleſia dicēs Eccleſiarū principes belli triūphales duces celeſtis aule milites꞉ ꝛ vera mūdi lumina. Et in p̄s. Cōſtitues eos prin. ſup̱ om. ter. Quilibet habuit principatū ſibi a deo decretū magne ꝓuincie vel regni. Nā Andreas fuit princeps populi achaieſis in grecia. Jacobus maior princeps populi hiſpanie꞉ ꝛ qđ ſibi defuit honoris in mundo꞉ q꞉ in capite anni a paſſione xp̄i in iudea decapitatus eſt꞉ hoc de⁹ ſuppleuit poſt mortē : q꞉ in maiori veneratiōe eſt corpus eius q̄ alicui⁹ apl'i. Thomas princeps indiani populi꞉ quē cōuertit Jacobus minor hieroſolymorū populū regens꞉ primus ibi archiep̄s fuit꞉ ꝛ primus miſſam cantauit ſeu legit. Philippus ſyriā ſeu ſcithiā ſpecialiter gubernauit. Bartholome⁹ armeniā et lycaoniā. Mattheus ethiopiā nigrā cādidā doctrina fidei effecit. Symon pri⁹ meſopotamiā. Thadeus ei⁹ germanus egyptum ſimul ambo perſidā illuſtrarūt. Matthias iudeā in ſortē accepit. Johannes euāgeliſta aſiā cuius ſeptē eccleſiis Apoca. ſcripſit. et a quibuſdā viuus adhuc opinate credit᷑ in paradiſum terreſtrē tranſlatus꞉ vt cū Enoch et Helia cōtra antixp̄m predicet꞉ vt de ſtatu legis euangelice habeat᷑ teſtis Johānes꞉ ſicut de ſtatu legis nature Enoch꞉ et de lege moyſaica Helias habent᷑ : qđ tenens dn̄s Joh. dn̄ici in quodam ſuo dialogo imperfecto ſcribit꞉ lꝫ cōmuni⁹ credatur in patria cū ceteris in corpore et aīa / q꞉ corpus eius non inuenit᷑꞉ vel in aīa tm̄ exponētes illud : ſic eum volo manere donec veniam. Joh. vlti. q꞉ non ad aduētum ad iudiciū refert᷑ ſed ad aduentū in regno eccleſie iam p̱ orbem

diffuſo ipſe veniet:pro eo ſine martyrio in pace
migraturus. Paulus princeps fuit toti⁹ pene
orbis p̄dicando:ſ3 petrus nō ſolū pōti:galacie:
et cappadocie: antiochie vbi p̄dicauit ꝛ rome:
ſed abſolute princeps fuit totius eccl̄ie autori
tate:et iuriſditione plenaria ſibi tradita:nō ab
ap̄lis ceteris vel cōciliis / ſed a dn̄o ieſu xp̄o: cū
ei dixit Jo.vlt. Paſce oues meas. vt dicit diſ.
xxij.oēs.Vn̄ ꝛ eccleſia canit. Tu es paſtor ouiū
p̄ceps ap̄loꝝ. et Anaclet⁹ dicit:ꝙ ceteri ap̄li
cū petro pari cōſortio honorē ꝛ poteſtatē acce-
perūt.ſ.quo ad ordinē:q2 oēs ep̄i: ip̄mq3 prin-
cipē eoꝝ eſſe voluerunt. diſt.xxj.in nouo.et hoc
quo ad iuriſditionē que eſt pleniſſima in petro
nō ꝙ ipſi eā petro dederint: ſed a xp̄o ſibi datā
acceperūt. Et cōiter hi duo.ſ. Pe.ꝛ Pau.ſolēt
dici principes ap̄loꝝ:q̄ meritis ꝛ gl̄ia credunt
equales ꝛ alios ap̄los p̄cellere. Vnde Amb.b.
Pe.ꝛ Pau.eminēt inter vniuerſos ap̄los. Et
peculiari quadā prerogatiua p̄cellūt: verū in-
ter ipſos q̄s cui p̄ponat incertū eſt:puto em̄ il-
los equales eſſe meritis q̄ equales ſunt paſſione:
et ſimili eos fidei deuotione vixiſſe quos ſimul
videmus ad martyrij gloriā p̄ueniſſe. Non em̄
ſine cauſa factū putam⁹ ꝙ vno die:vno in loco:
ſub vno p̄ſecutore paſſi ſūt. Vno die:vt ad xp̄m
pariter p̄uenirent. Vno in loco:ne alteri roma
deeſſet: ſub vno p̄ſecutore vt equalis crudeli-
tas vtrūq3 ꝯſtringeret. Dies ergo ꝓ merito:lo
cus ꝓ gl̄ia:p̄ſecutor ꝓ virtute decretus eſt. Et
in roma martyriū ptulerūt q̄ principiū ꝛ caput
obtinet nationū:vt vbi gentiliū principes habi
tabāt:ibi eccleſiarū principes morerentur.hec
ille.ij.q.vij.c.beati. Jdē Leo pa.i ſer. ¶ Prin-
cipes ergo ap̄li fuerūt eccleſiarū ꝛ p̄p̄loꝝ facti
a dn̄o ieſu xp̄o vt eccl̄ias gubernarēt ꝛ ordina-
rent. Circa diuinū cultū p̄p̄los meritis ꝛ virtu
tū exēplis ad ſalutē traherēt:debellādo hoſtes
interiores vitioꝝ. Doctrina ꝛ miraculis orbē
illuſtrarēt. Quo ad p̄mū inquit Bern. Tales
decebat humani generis paſtores cōſtitui q̄ et
dulces eſſent ꝛ potētes ꝛ ſapientes. Dulces vt
me blāde ꝛ miſericorditer ſuſciperēt. Poten-
tes vt me fortiter ꝓtegerent. Sapientes vt ad
viā ꝛ per viā me p̄ducerent q̄ ducit ad ciuitatē.
hec ille. Que xp̄s tradidit nobis implicite et
ſubſtantialiter poſtmodū ap̄li a ſp̄ūſctō edocti
in ſacramētis ꝛ cerimoniis in eccleſiis ſtatuen
tes. Quo ad ſecūdū dixerat eis xp̄s Matth.v.
in ſermone i monte. Vos eſtis ſal terre.p quos
aliī.ſ.cōdiendi ſunt ꝛ a fetoribus vitioꝝ preſer
uandi:ꝛ ſic luceat lux veſtra corā hoībus vt vi-
deāt opera veſtra bona ꝛc̄. vnde Chryſ. Miſit
de⁹ ap̄los ſuos ſicut ſol radios ſuos quaſi roſa
ſuauitatī ſue odorē: quaſi ignis ſcintillas ſuas
diſperſit. vt ſicut ſol i radiis ſuis apparet: ſicut

Petr⁹ ꝛ Pau.ali os p̄cellunt.

Ap̄li cerimonias in ecclīa inſtituerunt.

roſa in odorib⁹ ſuis ſentitur:ſicut ignis in ſcin
tillis ſuis inſpicitur:ſic illoꝝ virtutib⁹ xp̄i po-
tentia cognoſcatur. Quāuis ipſi ap̄li a princi
pio ſue vocationis habuerint ſp̄m̄ſctm̄: tamen
in die penthecoſtes ita fuerunt eo repleti ꝛ fir-
mati ꝙ non poterāt peccare mortaliter. de ve-
nialibus autē dicit Joh.in canonica.j.c.j.de ſe
et ſociis. Si dixerimus q2 pctm̄ non habemus
ipſi nos ſeducimus. Vnde ꝛ Petrus peccauit
venialiter nimis ꝯdeſcendēdo iudeis cōuerſis
inducendo gētiles cōuerſos ad obſeruandū le
galia vt dicit Tho. poſt Aug. Fuerūt ipſi ap̄li
p̄fectiores ſancti ꝙ̄ habuerit eccl̄ia. Vnde glo.
ſup illud ad Rom.viij. Noſipſi ingemiſcimus
primitias ſp̄ūs habentes. dicit ꝙ ſicut ap̄li fue
rūt priores tp̄e/ita abūdātia gratie pleniores:
quāto em̄ aliqd̄ receptiuū eſt ꝓpinquius prin-
cipio influenti: tanto magis recipit de influen
tia:ꝛ ideo q2 xp̄o magis ꝓpinqui plus recepe-
rūt. Quo ad tertiū ait xp̄s Matth.v. Vos eſtis
lux mūdi. Hinc Aug. Ex abiectiſſimis/impe-
ritiſſimis/pauciſſimis/ſc3 ap̄lis/nobilitantur/
illuminant/multiplicant dulciſſima eloquia/
p̄clariſſima ingenia/copioſiſſima agmina acu-
toꝝ/facūdoꝝ/aſtutoꝝ/ac doctoꝝ: ꝛ ſubiugant
xp̄o.et ad illuminanduz orbē de neceſſariis ad
credendū ediderūt ſymbolū fidei in quo quilī-
bet poſuit partē ſuā. Dicit em̄ Tho.iij.ſen.diſt.
xxiij.arti.ij. ꝙ articuloꝝ Pe. princeps ap̄loꝝ
tres in vnū cōplexus eſt: ſc3 de vnitate eſſentie
diuine: ſcd̄m de p̄ſona patris ꝛ oīpotētia eius:
tertiū de creatione rerū. Vnde dixit. Credo in
deū patrē om.crea.celi ꝛ terre. Opus em̄ crea-
tionis patri adiungit ꝓpter oīpotentiā q̄ patri
attribuit: q2 eſt fons totius diuinitatis:ꝛ ideo
cōpetit Petro qui eſt caput ap̄loꝝ ſicut pater
trinitatis:ꝛ quia habet plenitudinē poteſtatis
petrus in eccl̄ia. Quartū ergo articulū poſuit
Jo.de p̄ſona filij dei dicens.et in ieſum xp̄m fi-
liū eius vnicū. et apte ſibi cōueniebat hic arti-
culus q̄ altius ceteris de generatione filij dei
eterna ꝛ eius diuinitate locutus eſt in euāge
lio ſuo a quo et incepit inquiens. Jn principio
erat verbū. ¶ Articulū quintū poſuit Jacob⁹
maior frater eius carnalis: vt filius zebedei q̄
cōceptionē ꝛ natiuitatē tp̄alē xp̄i filij dei com-
prehendit dicēs. Qui cōceptus eſt de ſp̄ūſctō/
nat⁹ ex maria virgine.et ſatis apte ex quo fra-
ter ei⁹ expreſſerat de natiuitate eterna filij dei:
ipſe imediate ſubderet de natiuitate tp̄ali: cū
vtraq3 natiuitas ſit in vna p̄ſona filij dei: cuius
ſc̄m humanitatē fuerūt cōſobrini. ¶ Sextū arti
culū de paſſione poſuit Andreas dicens. Paſ-
ſus ſub pontio pylato crucifixus mortuus ꝛ ſe-
pultus.ex abūdantia cordis os loquit: q2 igit
habebat p̄maxime crucē in corde philocaptus

De cōpoſitione ſymboli per ap̄los.

ex ea: vnde cū ductus ad crucē fuit: ſalutauit eā
cū gaudio magno di. Salue crux ſancta ſecur⁹
et gaudēs venio ad te: vt tu libenter ſuſcipias
me diſcipulū eius qui pependit in te magiſter
me⁹ xp̄s. ¶ Septimū articuluʒ de deſcenſu ad
inferos poſuit Philippus dicēs. Deſcēdit ad
inferos. et cōgrue q: ibi xp̄s primo oſtēdit pa-
tribus qui erāt in limbo gloriā ſue diuinitatis
et p̄ris quaʒ Philippus poſtulauerat di. Dñe
oſtēde nobis patrē ⁊ ſufficit nobis. ¶ Octauū
de reſurrectione expreſſit Tho. dicens. Tertia
die reſurrexit a mortuis. et cui aptius cōuenie-
bat hunc articulū ꝓponere ꝙ Thome. ipſe qui
prius de ea dubitauerat certificatus p̄ cōtactū
vulneris xp̄i reſuſcitati efficacius ⁊ pleni⁹ po-
terat de reſurrectiōe teſtimoniū p̄hibere. Bar
tholomeus ꝟo nonū adiecit articulū de aſcen-
ſione di. Aſcēdit ad celos. Multū eñ tenebat
mentē fixā in celū. Nā centies orabat in die et
centies in nocte: ⁊ ideo decuit vt de aſcenſione
in celuʒ ipſe referret. ¶ De decimo articulo. ſ.
aduētu ad iudiciū Mattheus egit dicēs. Inde
ven. eſt iudi. vi. ⁊ mor. De quo aduētu plenius
tractauerat ꝙ alij euangeliſte quō faciet diſce-
ptationē de ouibus ⁊ hedis: ⁊ ſentētia ferenda
per eū ꝯtra vtroſq. ¶ Undecimū articulū ꝯti-
nentē in ſe de p̄ſona ſpūſſcti ꝓmulgauit Jaco.
alphei di. Credo in ſpm̄ſctm̄. Ipſe pre ceteris
ſctificatus ex vtero m̄ris. vt q̄dā dicūt: ⁊ ꝓpter
eminentē famā ſctitatis appellatus iuſtus: de-
buit de ſpūſctō ſctificationē narrare. ¶ Duode
cimū arti. cōtinentē effectū gr̄e et gl̄ie: quātū
ad effectū gr̄e diuiſerūt inter ſe illi duo germa-
ni. Symon ⁊ Thadeus vt boni fr̄es. Nā ſymō
in ſymbolo poſuit bolū quo ad cōſecutionē bo-
ni quā habemus p̄ gr̄am dicēs. Sanctā eccle-
ſiaʒ catholicā: ſctōꝝ cōiōnē. Qui eñ in eccleſia
eſt numero ⁊ merito: hi ſunt ſoli q̄ habēt gr̄aʒ
gratū facientē. Hi cōicant ſctis. i. partē habent
oīm bonoꝝ ſpūaliū q̄ h̄nt in eccl̄ia. Thade⁹ ꝟo
qui ⁊ iudas dr̄ apposuit aliā partē effectus gr̄e
di. Pctōꝝ remiſſionē. Hec autē remiſſio pctōꝝ
habet p̄ deuotā ſuſceptionē ſacramētoꝝ eccl̄ie
actu vel habitu. Sunt eñ ſacramēta ipſa cōten
tiua gr̄e: vt medicine expurgantes malos hu-
mores pctōꝝ. Demū Matthias q̄ fuit vltimus
inter ap̄los. xij. cōnumeratus ſuccedēs iude ſe
ſuſpendenti ac deſperanti: ⁊ iude ad infernum
damnato poſuit vltimū finē noſtrū q̄ eſt gloria
corporis ⁊ aīe. vnde dicit. Carnis reſurrectio-
nē. et hoc quo ad oēs bonos ⁊ malos. vitā eter
nā quo ad bonos reſeruatā ⁊ cōferendā. et ecō-
tra mortē ſempiternā malis et pctōribus infe-
rendā. Alij t\ñ aliter iſtos articulos aſſignant
cuilibet attribuendo vnū: ſed in hoc nō eſt ma-
gna vis quōcunq̄ eis applicent. Hi duodecim

articuli figurant per. xij. panes ꝓpoſitionis: et j. Reg. xxi.
per. xij. lapides quos Joſue fecit de fluuio ior- Joſue. iiij.
danis tollere a. xij. principib⁹ ppl̄i iſrael. de flu
uio eñ aque ſcripture ſacre aſſumpti ſunt per
xij. ap̄los principes populi chriſtiani in muni-
mentū ⁊ firmitatē chriſtiane fidei: quos quili-
bet chriſtianus baptizādus debet fateri ⁊ cre-
dere: ⁊ baptizatus firmiter tenere.

¶ Quantū ad ſecundū mi- §. II.
randū ⁊ ſingulare donū certe fuit: ꝙ ex tot mi-
libus hominib⁹ mūdi deus elegerat illos. xij.
ap̄los. Non vos me elegiſtis: ait ipſe: ſed ego
elegi vos. Joh. xv. ad talē ſcholā collegiū ⁊ con
gregationē ſuā cōgregati ſunt iſti p̄icipes po-
puloꝝ cū deo abraā incarnato: cui ſpecialis de
hoc fuit facta ꝓmiſſio et in figurā oſtenſio: ſiue
in ſacrificio vacce capree ⁊ arietis triēnij. Gen.
xv. Siue cum tres vidit ⁊ vnū adorauit. Gen.
xviij. Magna certe gr̄a fuit iſta ⁊ inenarrabile
donū dulcedo mirabilis cōuerſari cū deo incar
nato: videre faciē eius plenā oīm gratiarū: opa
eius p̄fectiſſima intueri: vt fecerūt ap̄li cōgre-
gati cū ipſo deo: quē ſingulariter fide Abraam
coluit. et ideo deo Abraā dicto: fuit iſta quaſi
vna fruitio / vna btitudo. vnde ⁊ ipſe ait. Beati
oculi qui vident q̄ vos videtis: et audiūt q̄ vos
auditis. multi enim ꝓphete et reges voluerūt
videre ⁊c. Luc. x. Cōgregati aūt ſunt primo cū
ſunt vocati ad ap̄latū. Unde dicit Matth. v. ꝙ
aſcendit ieſus in montē ⁊ elegit quos voluit et
fecit ꝙ eſſent ap̄li ponēs noīa ſinguloꝝ quibus
fecit ſermonē in monte quē deſcribit Matthe⁹
in tribus cōtinuis cap̄lis / a quinto ſcʒ vſq̄ ad
octauū excluſiue: docens eos perfecte viuere ⁊
exemplariter: ⁊ que alios inſtruerent ab oībus
obſeruāda: a beatitudinib⁹ inchoans ſermonē
vt promiſſione eius qd̄ naturaliter appetit: ad
implendū cūcta alliceret. ¶ Quare autē in eo Quare
numero ap̄los elegerit Ratio non neceſſitatis xij. ap̄li
que nulla fuit: ſed congruitatis poteſt iſta aſſi-
gnari ad denotandū ſuperabūdantē virtutē et
p̄fectionē eorū. Nā numerus duodenarius eſt
ſup̄abūdans. Dicit aūt numerus ſup̄abundās
cuius partes aliquote recollecte excedūt ipſuʒ
totū. Et dicit pars aliquota ille numerus pars
totius qui in ſe multiplicat⁹ cōſtituit ipſuʒ to-
tū. Uerbi gr̄a. Numeri partis duodenarij qui
in ſe multiplicati cōſtituūt ip̄m totū duodena-
riū ſunt iſti. vnū: quia vnū duodecies multipli-
catū cōſtituit duodecim. duo: q: p̄ ſex multipli-
cata faciūt duodecim. Tria que per quattuor
multiplicata cōſtituunt duodecim. Quattuor
quia per tria multiplicata faciunt duodecim.
Iſti ergo numeri qui dicūtur partes aliquote
duodenarij ſimul collecti, ſ. vnū duo tria quat-

tnor et ſex:ſimul cōiuncta cōſtituūt duodecim.
et ſic ſuperexcedit ad duodenariū. ideo igit̃ con-
gruū fuit in numero.xij.congregari vt notaret̃
abundās: imo ⁊ exuberās ꝑfectio eoꝝ in alios
deriuanda. Quare aūt in hoc numero elegerit
petrū magis q̃ nathanael: et andreā magis q̃
barnabā: ⁊ ſic de alijs.nō poteſt aſſignari ratio
niſi poſita a marco euāgeliſta ſupra/ cum dixit
Elegit quos voluit: q꞉ igit̃ ſic voluit ſic elegit.
Figurāt ¶ Figurati ſunt aūt iſti.xij.apl̄i per.xij.patri-
tur.xij. archas filios iacob:q꞉ ſicut ex illis deſcendit:⁊
apl̄i. generatus eſt totus ppl̄s fidelis veteris teſta-
mēti:ita ab his genit⁹ ſpūaliter eſt totus ppl̄s
chriſtianus.Deſignant̃ ⁊ ꝑ duodecim explora-
tores terre ꝓmiſſiōis q̄ ea luſtrata portauerūt
in vecte vitē cū uuis ⁊ malogranata illi⁹ terre.
Numeri.xiij. Sic duodecim apl̄i mēte illuſtra
ta ſuꝑna patria nobis ꝓmiſſa ⁊ bene intellecta
et guſtata magnitudine ⁊ ſuauitate ei⁹ depor-
tant in cruce vitē xp̄m predicantes xp̄m cruci-
fixum ſuauiſſimū fructū ⁊ alia bona ſuꝑne feli-
citatis annūciantes. Hi ſunt.xij. lapides pre-
cioſi quos ſummus ſacerdos xp̄s in ornamēto
ſuo qḋ eſt eccl̄ia vt lucētia ⁊ pulcherrima obti-
net.Exo.xxviij.Figurant̃ etiā per.xij.ꝑncipes
tribuū iſrael qui cōducebāt ppl̄m ꝑ deſertū col
locantes ſe cū ppl̄is et tribub⁹ ſuis circa arcā.
Alij ad orientē:alij ad meridiē: alij ad aquilo-
nē:qui ⁊ obtulerūt magna ſacrificia in ſctificā-
tione tabernaculi: vt patet Nūeri.vij.Sic.xij.
apl̄i per diuerſas partes mūdi circa xp̄m col-
locati ſunt ⁊ magna ſacrificia oꝛonū ⁊ meritoꝝ
obtulerūt. Secūdo cōgregati ſunt apl̄i cū deo
abraā incarnato qñ miſit ad ꝑdicandū.nā dicit
Matthe⁹ euāgel.c.x.Cōuocatis.xij. apl̄is de-
dit eis ꝑtātē ſpirituū imundoꝝ vt eijcerēt eos:
et oēm languorē curarēt ⁊ poſuit noīa ſingulo-
rū ⁊ miſit eos ad ꝑdicandū predicēs ꝑſecutio-
nes quas haberent / ad ꝯſtantiā ⁊ ꝑſeuerantiā
exhortans etiā cōfortans eos:etſi illitterati nō
dubitarent: q꞉ ſpūſſanctus loqueret̃ per eos:⁊
cōfunderet aduerſarios:⁊ ita accidit precipue
poſt aduentū ſpūſſancti. nam etſi ſcientias ſeu
artes humanas habitualiter nō haberent ſm
Tho.ij.ij.q.lxxvj.ar.j.ad primū. tamē qñ expe
diebat in diſputatione vel ꝑdicatione ſpūſſan-
ctus ꝑ eos loquēs in quacūq꞉ facultate inſtrue
bat eos ꝓut erat expediēs ad cōuincendū eos.
Vñ ⁊ Hiero. dicit ꝙ quicq̄d alijs cōfert quoti-
diana in lege dn̄i meditatio:hoc illis ſuggere-
bat ſpūſſct̄us. Et dedit xp̄s formā exterioꝛis cō
uerſationis di. Nolite portare ſacculū:nec pe-
rā:nec pecuniā:nec calciamēta:nec duas tuni-
cas habeatis. gratis accepiſtis/gratis date et
hmōi: inducens eos ad paupertatē et auſteri-
tatē vite, iſta enim multū edificant auditores,

Ubi diligēter notandū ꝙ modus viuēdi quem Mod⁹
tenuit xp̄s ſimul cū apl̄is quo ad pauꝑtatē fuit viuēdi
iſte:vt nullus eoꝝ haberet aliq̄d ꝓpriū:ſed oīa xp̄i et
haberēt in cōi et mobilia tm̄ nō imobilia. Non apl̄oꝝ.
eñi poſſeſſiones habebāt domū nec agrū vel ali
q̄d hmōi.vnde ipſe dn̄s ieſus ait Matth.viij.et
Luc.ix.Uulpes foueas habent ⁊ volucres celi
nidos:filius aūt hoīs non habet vbi caput ſuū
reclinet.habebāt ergo in cōi pecunias que eis
elemoſinaliter dabant̃ quas tenebat ⁊ ferebat
Judas ſca.in loculis vt ⁊ neceſſitatib⁹ eoꝝ ꝓui
deret:⁊ vt pauperib⁹ etiā ſubueniret:et cū xp̄s
dicit iude. Qḋ facis fac citius Johā.xiij.dicit
euāgeliſta ꝙ apl̄i nō intellexerūt verbū:ſed eſti
mauerunt ꝙ diceret inde ꝙ emeret neceſſaria
ad paſcha faciendū:vel vt daret illud egenis.
Et cū xp̄s applicuit ad puteū in ſichar vbi ſer-
monē fecit ad ſamaritanā.Dicit euangeliſta ꝙ
interea diſcipuli ierāt ad ciuitatē vt emerēt ci
bos.Joh.iiij.et hoc ex pecunijs quas in cōi ſer
uabāt. Unde ait Aug.xij.q.j.habebat. Habe-
bat dn̄s loculos a fidelib⁹ oblata cōſeruans:et
ſuoꝝ neceſſitatib⁹ ⁊ alijs indigentibus tribue-
bat ⁊c̄.Idē.e.q.c.exemplū. Exemplū dn̄i acci-
pite ꝯuerſantis in terra:quare loculos habuit
cui angeli miniſtrabāt:niſi q꞉ eccl̄ia ipſius lo-
culos habitura erat.Itē.e.q.dilectiſſimis.Cla
ret ꝙ apl̄i tenebāt vitā cōem cū xp̄icolis primi
tiue eccleſie. de q̄bus actuū apl̄oꝝ.iiij.dr ꝙ ha
bebāt oīa in cōi. Et q̄uis pauꝑtas illa qua ni-
chil habet̃ etiā in cōi imobile: vt poſſeſſiones:
vel mobile vt pecuniā ⁊ victualia:niſi certa vtē
ſilia ad vſus neceſſaria:ſed dietim vict⁹ querit̃
ꝑ queſtū: ſit artioꝛ illa q̄ fit ꝑ regulā minoꝝ ea
paupertate qua in cōi habent̃ tm̄ mobilia pro
decenti tēpoꝛe: non tamen diſcretioꝛ. Diſcre-
tio autem eſt mater virtutū.j.q.v.preſentium.
Habet enim talis extrema paupertas multū
de anxietate et ſollicitudine. nec ſequitur ꝙ ſi
beatus Franciſcus: vel etiā beat⁹ Johēs bap.
vixit in maioꝛi paupertate vel auſteritate vite
q̃ chriſtus: quia venit Johānes nō mādu cans
panē nec bibens vinū:⁊ veſtimentū habens de
pilis camelorū: ergo fuerūt chriſto ꝑfectiores.
Abſit hoc a ſeculoꝛ blaſphemū eſt hoc dicere:
non eñi ꝑfectio vite conſiſtit in paupertate:ſed
in charitate.ſm illud Col.iij. Suꝑ oīa chari
tatē habete qḋ eſt vinculū perfectionis. Pau-
pertas aūt vel auſteritas nō notant ꝑfectionē:
ſed ſunt inſtrumenta iuuantia ad perfectionē.
ſm Tho.ij.ij. quod expreſſe dicit Johā.caſſia- Hereſis
nus in colla.j.abbatis moyſi. ¶ Sciendū igit̃ fratri-
ꝙ circa pauꝑtatē chriſti oꝛta eſt hereſis fratri- cellorū.
cellorū tempoꝛe Joh.xxij. circa annos dn̄i.M.
cccxij. aſſerentibus quibuſdā ⁊ pertinaciter di
centib⁹ xp̄m cū apoſtolis nichil habuiſſe in cōi

nec in particulari mobile vel immobile. Et qꝛ
ex hoc ſequebatꝰ abſurditas.ſ.qꝛ vel euangeliū
non videbatꝰ vbi dicitꝰ ꝙ apli cū habebāt locu=
los: vel dicere oportebat: ꝙ ſi non habebat illa
in cōmuni ꝗtū ad ius/ ꝛ nō dominiū ꝓut illi di
cebant ꝙ haberet nudū vſum illiꝰ pecunie: et ꝑ
cōſequēs illicitū/ cū vſus in illis rebus que vſu
cōſumuntꝰ vt victualia: vel diſtrahuntꝰ vt pecu=
nia: ſi poſſit vſus ſeparari ab ipſa re: ſed qui hꝫ
ius in vſu/ hꝫ in re ꝛ dominiū ꝛ ꝓprietatē. Ad
tollendū igitꝰ abſurditatē ꝛ alia incōuenientia
que per illos dicebantꝰ: decreuit et determina=
uit predictus Joh.xxij.ꝑ extrauagan. ad cōdi=
torē. ꝛ aliā. ita quorundā. ꝙ qui ꝑtinaciter aſſe
reret xp̄m cū aplis nō habuiſſe aliquid in cōi/
hereticus cenſeretꝰ: quā opinionē hereticā ſecu
tus eſt Aluarus in li. de plan. ec. et multū diffu
ſe defendit eā: ſed qꝛ ſubijcit ſe ꝛ opi. ſuā corre=
ctioni eccl̄ie ꝛ determinatiōi quā circa hoc fa=
ceret ipſe Joh.xxij. ideo excuſatꝰ ab hereſi. ad=
huc forte non erat determinatū illud ꝑ eccleſiā
vel nō emanauerat illa extrauagās: ita quorū=
dam. Vñ aut licuit opinari ꝓ ꝛ cōtra ſine incur
ſione hereſis. Nō plus hic agitur de iſta mate
ria cauſa breuitatis: alibi dn̄o cōcedente diffu
ſius tractabitꝰ. Ad ea autē que xp̄s ꝑcepit apo
ſtolis vt non portarēt pecuniā et hmōi: de qui=
bus dictuꝫ eſt. ſ. Reſpondetꝰ multipliciter: ſcꝫ
vel qꝛ non fuerūt illa precepta ſed ordinata: vt
cerimonialia religioſorū ad cōponendū mores
eorū: aliqñ eñ preceptū large ſumitur ꝓ quaſ=
cunqꝫ ordinatiōe. Vel ſi fuerūt precepta ſtricto
modo fuerūt data ad tēpus vt inſtrumēta eos
dirigētia ad perfectionē in quibus exercerentꝰ
vt impfecti: ſuꝑ quibus eos diſpēſauit ſeu rela
xauit in vltima cena qñ dixit Luce.xxij. Nunc
qui hꝫ ſacculū tollat ſimiliter et perā. Et hoc tum
ratiōe neceſſitatis: qꝛ tēpore paſſiōis occultan
tes ſe ꝓpter perſecutionē nō inueniſſent q̄ eis
dediſſent neceſſaria. Tum ratiōe perfectionis
ad quā erant ꝑducendi de ꝓpinquo per aduē=
tum ſpūſſancti: cū non indigerent inſtrumētis
talibus ex quo iam perfectionē cōſecuti erant.
Vel pōt dici ꝙ ex omībus illis mandatis hoc
xp̄s intēdebat: ꝙ nec ipſi nec futuri predicato=
res ꝓpter iſta tēporalia mouerentꝰ ad predicā
dum: ꝛ timore defectus eoꝝ a predicatiōe ceſ=
ſarēt: aut nimis ſollicitarentꝰ circa iſta queren
da: ita ꝙ retardarentꝰ vel impedirentꝰ a predi=
catiōe. ¶ Cōgregati ſunt tertio cū deo Abraā
ſcꝫ tēpore paſſionis qñ cum facta eſſet hora ſcꝫ
vltime cene diſcubuit Jeſus et duodecim apli
cū eo quibus dixit Deſiderio deſideraui man=
ducare hoc paſcha vobiſcū anteꝙ patiar. Luc.
xxij. Et tunc fecit eos principes maximos dan
do eis poteſtatē conficiendi corpus ꝛ ſanguinē
ſuū/ et ligandi atqꝫ ſoluēdi: tunc eos ordinauit
dando eis ſacrū ordinem ſine ſacramēto exte=
riori: tūc eos eꝑauit cū dixit Hoc facite in meā
cōmemorationē: vt dicit glo. diſt.xxj. in nouo.
Tunc poſt lotionē pedū fecit ꝓlixum ſermonē
quem refert Joh. euāgel. in.xiij.c. incipiendo
vſqꝫ ad.xvij. incluſiue. ꝑmaxime ad charitateꝫ
exhortās ꝛ illam precipiēs/ et de diuinis mul=
ta eis reuelādo: vt amicis optimis. Demū cō=
gregati ſunt cū deo Abraā per paſſiones eūdo
ad celum ad fruendū deo. Et princeps aplorū Paſſio aplorū.
Petrus ꝑgrauius martyriū ſuſtinuit. Nā cru
cifixus eſt capite deorſum. Paulus decapita=
tus fuit: ſimiliter ꝛ Jacobus. Andreas crucifixꝰ
nō cruci cōfixus: ſed funibus in ea ligatꝰ. Tho
mas tranſfixus. Jacobus minor a pulpito ꝓie
ctus: partica fullonis excerebratus eſt. Phi=
lippus etiā crucifixus. Bartholomeꝰ excoria=
tus: poſtea decapitatꝰ fuit. Mattheꝰ gladio ꝑ
latera trāſuerberatꝰ eſt. Simon ꝛ Thadeus a
pontificibus idoloꝝ trucidati ſunt: ſolꝰ Johan
nes euāgeliſta etſi rome in doliū olei feruentis
fuerit miſſus ex quo illeſus exiuit: vitā tñ poſt
omnes alios aplos in pace finiuit: lꝫ aliqui (vt
ſ. dictū eſt) opinentꝰ eum adhuc viuere in para
diſo terreſtri: ꝛ per antixp̄m cum Enoch et He
lia decapitandū. Cum autē in die iudicij cōgre
gabuntꝰ omnes gentes vt iudicentꝰ: ꝛ cōgrega=
buntꝰ cum deo Abraā ſcꝫ xp̄o non iudicādi: ſed
vt aſſeſſores cum xp̄o iudicaturi. Hoc eñ xp̄s
eis ꝓmiſit dicēs. Vos q̄ ſecuti eſtis me in rege
neratiōe cū ſederit filius hoīs in ſede maieſta
tis ſue: ſedebitis et vos ſuper duodecim thro=
nos iudicantes duodecim tribus iſrael. Mat.
xix. Sicut autē nomine duodecim tribuū intel
liguntꝰ omnes fideles/ ſic ꝛ ſub duodecim thro
nis omnes qui ꝑfecte contempſerūt mundū vt
viri aplici: vnde ꝛ Paulꝰ nō excluditꝰ ab hoc.

¶ Malignoꝝ prauitas ter= §.III.

tio inſinuatꝰ: cū dicitꝰ Qm̄ dij for. ter. vehe. ele=
uati ſunt. Iſti dij ſunt falſi dij ſiue demones.
De quibus ps.xcv. Omēs dij gentiū demōia.
Siue imperatores ꝛ alij reges ꝛ dn̄i tēporales
ſiue pontifices idoloꝝ. Hi eñ videntes ꝑcipue
demones ꝙ apli per predicatiōes et miracula
multos cōuertebāt: et de manibus diaboli ex=
trahebant: ꝛ cultus falſoꝝ deoꝝ euacuabatur.
Hi dij fortes per maliciā et potentiā naturalē
vel tēporalē dij terre non celi: dediti ſcꝫ terre=
nis vel deputati terre infernali eleuati ſunt in
iram/ indignationē/ furorē/ vel ſuperbiā cōtra
predictos principes eſtimātes ſe ꝑ mortē eoꝝ
deſtruere principatū eoꝝ ꝛ cultū xp̄ianoꝝ. Mi
rabiles (inquit) elatiōes maris. i. mūdanoꝝ tu
mentiū ſuperbia cōtra deum: ſed mirabilis in.

altis dñis ad deijciendū et exterminādum. ſm illud ps. Deiecisti eos dum alleuarent. Sicut em̄ in figurā Exo.j.c. quanto plus opprimebā tur filij israel a Pharaone: tanto plus cresce bant τ multiplicabant. Ita populus xp̄ianorū quanto maiores persecutiões sustinuit a tyrā nis: tanto plus augebatur numero et merito. Eleuati sunt ergo ad modicū τ nō sustinent: vt scribitur Job.xxiiij. q2 igit dij fortes terre de mones eleuati sunt in supbiam contra princi pes populorū: ideo congregati sunt ipsi princi pes per martyriū cū deo Abraam collocati cū principibus populi sui.i.angelis.

De martyribus τ multiplici marty rio: τ vtilitate eius. Cap.ix.

Propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisiõis ps.xliij. Post apl'os τ pphetas do minū deū martyriū candidatus lau dat exercit⁹. Vñ Jo. Apoc.vij.c. di cit se vidisse turbā magnā in ecclesia triumphā te: quā dinumerare nemo poterat ex oībus gē tibus τ populis/τ tribubus/τ linguis stantes ante thronū: τ in cōspectu agni amicti stolis al bis τ palme in manibus eorū: τ clamabāt voce magna dicētes. Salus deo nostro q̄ sedet sup thronū τ agno: τ oēs angeli stabant in circuitu throni laudantes deū. Et cū interrogatus esset Johānes ipse ab vno seniorū qui erat in circui tu throni q̄ essent illi amicti stolis albis cū pal mis in manibus. Respondit se nescire q̄ essent vel vnde venirēt. dixit illi senior. Hi sunt q̄ ve nerūt ex magna tribulatione τ lauerunt stolas suas: τ dealbauerunt eas in sanguine agni. Et ideo sunt ante thronū τ seruiūt ei die ac nocte: τ q̄ sedet in throno habitabit sup eos: τ nō esu rient amplius nec sitiēt τc. Ista turba innume rabilis est sanctorū martyrū: ideo innumerabi lis/q2 valde copiosa. Dicit Hiero. φ omni die excepto die kalen. Januarij posset fieri festum quinq₃ miliū martyrū: cum etiam post Hiero. transierūt mille anni τ vltra: quibus etiā mul ta milia hoim martyrio coronati sunt. Et hec multitudo collecta est ex multis natiõibus mū di. Stole albe sunt gloria aiarum quā acquisierūt ex martyrio. Vñ aia ab omni macula peccator purificat: etiā quo ad penā. τ ideo dicit φ deal bauerūt eas i sanguine agni.i.in passiõe in qua imitati sunt agnū. Agnus em̄ immaculat⁹ est dñs Jesus ſm humanitatē: nā q̄ sedet in thro no est diuina maiestas: palme in manibus eorum est victoria quā habuerūt ptra mūdū in suis pe nis: sicut em̄ palma sp hyeme τ estate retinet τ cōseruat suā viriditatē/ita nec calore pmissio num rerū mūdanarū: nec frigore cōminationū vel passionū defecerūt a viriditate τ constantia virtutis. vnde et cū palma martyres pingunt. Hi ergo seruiunt deo cōtinue et seruire deo re gnare est: et dominū laudant cū angelo magna voce: amplo.s.affectu charitatis cum angelis sanctis. Et certi sunt φ nullis miserijs vite pre sentis subijci possunt. vñ apte dicere valent p psenti statu Propter te mortificamur τc. p pter magnas tribulatiões τ martyria hic pers pessa. Ubi tria circa martyriū cōsiderāda sunt.

Primo: vt assit causa rationabilis. ibi. Pro pter te sc₃ deum.

Secūdo: vt subsit pena exitiabilis. ibi. Mor tificamur τc.

Tertio: vt nō desit constantia infatigabilis. ibi. Estimati sumus τc.

Quantū ad primū dicit §.I.

Aug. φ pena sc₃ p se nō facit martyrē: sed cau sa cū est ratiõabilis pter deum: pter te ait. Et cum martyriū importet mortē violenter il latā: sic sumendo large martyriū potest dici φ est quadruplex seu ex quadruplici causa. Qua druplex martyrium.

Primo: ex delicti punitione.

Secundo: ex glorie adeptione.

Tertio: ex perfidie obstinatione.

Quarto: ex vera dilectione.

Primū est qñ quis pter furtū/homicidiū/ vel aliud maleficiū decapitat: suspendit: cōbu rit et hmōi. Et q2 istud nō est pter te.i. pter deū/non est pprie martyriū: et si mors violen ta/saluat quidē talis si penitet ipm: et mors il la violēta patienter ferēdo diminuit sibi de pe na debita p peccatis: non tñ aureola martyrij coronat. vnde τ latro cū xp̄o crucifixus etsi p pter maximā sui contritionē subito post mortē cum xp̄o fuit in paradiso.i. dei clara visione: nō tñ martyr. Unde qđ Hiero. ait de peni.di.j.im portuna. Xp̄s de cruce in paradisū latronem tulit: et ne quis aliquādo seram putaret cõuer sionē/fecit homicidā pena martyrū. Hec Hie rony. Intelligēdum est hoc non quo ad aureo lam/sed quo ad aureā: idest sicut per martyriū pprie quis subito consequit gloriā/ita ille la tro: hoc ex magna cõpunctione. Non est autē laudabile istud martyriū: q2 non pter deum. Unde Pe. Nemo vestrū patiatur quasi homi cida/aut fur/aut maledicus/aut alienorū appe titor: si aūt vt xp̄ianus.i. pter xp̄m/nō erube scat: glorificet autē deū sub isto noīe.j. Pe.iiij. Siliter si quis occidat pter inimicitias/par tialitates/rixas: pter pecunias suas haben das/vel dominiū et hmōi/non dicit martyr: q2 non est pter deū. Secundo exponit quis se morti τ sustinet mortē pter glorie ac quisitionē: sicut narrat Ualerius maximus de

Curtio nobili romano: qui armat⁹ ꝓiecit ſe in
magnũ hiatũ in vrbe factũ data rñſióe a diíſ ꝙ
nõ clauderet᷑ talis aptura terrer niſi fortiſſim⁹
miles ſe in eã iniſceret: que ꝑ Curtiũ clauſa eſt
⁊ multi aliJ ꝓpter laudẽ cõſequendã expoſue-
rũt et exponũt ſe morti: ſed qꝛ nõ eſt ꝓpter te.ſ.
dñm/martyriũ hoc eſt inutile: qđ notat Hiero.
di. Uide quantũ bonũ eſt charitas: ſi ita feceri-
mus martyriũ vt velimus noſtras ab hoib⁹ re
liquias venerari: et ſi opinionẽ vulgi ſectantes
intrepidi fuderimus ſanguinẽ/ huic operi non
tam premiũ ꝙ̃ pena debet᷑: ⁊ ꝑfidie magis tor-
mẽta ſunt ꝙ̃ corona victorie. Hec Hiero.j.q.j.
vide. ℭ Tertio mortificat᷑ quis et mortẽ ſuſti-
net violentã ad defendẽdũ ſuã hereſim/ falſam
opinionẽ/ ſciſma ⁊ hmõi: ſicut fecerũt aliqui pħ
di ⁊ heretici: et hoc martyriũ eſt nõ ſolũ inutile
ſed etiã in augmentũ damnatiõis ꝓpter obſti-
nationeꝫ malicie. Cypria. Secũ xp̃m eſſe arbi-
trant᷑ hi ꝗ extra eccl'iaꝫ xp̃i colligũt᷑: tales etiã
ſi occiſi in confeſſione noĩs xp̃i fuerint/ macula
iſta nec ſanguine abluit᷑. Inexpiabilis ei ⁊ gra
uis eſt culpa diſcordie: nec paſſione purgat᷑. di.
xc.c.neq;. Ubi innuit᷑ ꝙ etiam ſi ſit fidelis xp̃ia
nus: ⁊ ne abneget fidẽ martyriũ ſuſtineat odiũ
in corde habẽs contra aliquẽ/ talis etiã nõ ſal-
uat᷑: qꝛ nõ hꝫ charitatẽ. Et ap'ſ ait.j.Cor.xiij.
c. Si tradidero corpus meũ vt ardeã.ſ. ꝓ xp̃o/
charitatẽ autẽ nõ habeam: nichil michi ꝓdeſt.
Qđ intelligendũ eſt ſm Aug. quo ad regnũ ce
loꝝ obtinendũ: illud.ſ.martyriũ non illi ꝓdeſt/
ſed ꝓdeſt ad tolerabilius iudiciũ ſubeũdũ. Et
ponit exẽplũ di. Si quis nõ habẽs charitatem
que ꝑtinet ad vnitatẽ ſpũs ⁊ vinculũ pacis quo
eccl'ia cõnectit᷑ in aliquo ſciſmate cõſtitut⁹ ne
xp̃m neget patit᷑ tribulatiões/ anguſtias/ famẽ
ſitim/ nuditatẽ/ ꝑſecutiões/ pericula/ carceres/
vincula/ tormenta/ gladiũ/ beſtias/ vel flãmas/
vel ipaꝫ crucẽ timore gehẽne ⁊ ignis eterni: nõ
eſt culpãda/ ſed laudãda in iſto patiẽtia. de pe.
di.iij. ſi quis nõ habẽs. Declarãs ſubſequẽter
ꝙ hoc nõ ꝓdeſt ei ad gl'iam cõſequendã: ſed qꝛ
minus puniet᷑ ex quo nõ negauit: ſed qꝛ nõ ꝓ-
pter te.i.deũ eſt morti addict⁹.i. ꝓpter amorẽ
dei quẽ nõ habebat/ ſed ꝓpter timorẽ gehẽne:
nõ coronat᷑/ ſed damnat᷑. ℭ Quarto ſuſtinetur
martyriũ ꝓpter amorẽ dei: ⁊ hic glorioſe coro-
nat᷑. ſm illud ps.xx. Poſuiſti dñe ſuper ca.ei⁹
co. de la.ꝑcio. Et canit eccl'ia. que vox que po-
terit lingua retexere: que tu martyrib⁹ mune-
ra preparas: rubri nã fluido ſanguine laureis
ditant᷑ bene fulgidis. Martyr eſt grecũ: et lati-
h.ij.q. ne interpretat᷑ teſtis. ꝑ excellẽtiam aũt dicunt᷑
cxxiiij. martyres.i. teſtes ꝗ ꝓpter deũ ſuſtinent mortẽ
arti.v. violentã: qꝛ non põt eſſe efficacius teſtimoniũ
eius qđ dicit quis vel fatur/ ꝙ̃ ꝓ cõfirmãdo ꝙ

ſit verũ vel iuſtũ ſuſtinere mortẽ ſibi illatam pa
tienter. Sũt ergo martyres teſtes xp̃i ꝑ excellẽ
tiã. et ap'ſ xp̃i Heb.xj.c. Poſt mira et magna
facta ob virtutem et teſtimoniũ fidei ſubdit de
martyribus. AliJ diſtẽti ſunt nõ ſuſcipiẽtes re
dẽptionẽ.i. liberationẽ a ſuis tormẽtis vt me-
liorem inuenirẽt reſurrectionẽ. AliJ ludibria ⁊
verbera experti/ inſuꝑ ⁊ vincula ⁊ carceres: lapi
dati ſunt: ſecti ſunt: tẽtati ſunt: in occiſiõe gla-
dij mortui ſunt ⁊c. Et hi oẽs teſtimonio fidei
ꝓbati inuẽti ſunt.ſ. fideles: vel qꝛ (vt dicit Hie
ro.xj.q.iij. eſtimãt.) Xp̃s ſapientia eſt: iuſtitia
eſt: veritas eſt: ſanctitas: fortitudo. Martyr vero
⁊ ꝓprie eſt nõ ſolũ ꝗ mortẽ ſuſtinet violẽtã ꝓ te
ſtificatiõe fidei xp̃iane/ ſꝫ etiã ꝓ aliJs opib⁹ vir
tutũ: cũ ꝗa mortẽ ſuſtineat magis ꝙ̃ aſſentiat
cõtra illa agere/ corona martyrij decorat᷑. Nã ⁊
Joh. bap. martyr dicit᷑: qꝛ mortẽ ſuſtinuit nõ ꝓ
cõfeſſiõe fidei/ ſed ꝓ reprehẽſione adulterij. Et
illa mulier venerabilis cum ſeptẽ filiJs morteꝫ
cũ variJs tormẽtis perpeſſi ſunt: quorũ marty-
riũ ſolennizat eccleſia: ⁊ ſolũ inter ſanctos oẽs
veteris teſtamẽti: qꝛ noluerunt comedere car-
nes porcinas eis ꝓhibitas tunc per legẽ moy
ſaicã: vt habetur.ij. Mach.vij. ⁊ ſic de aliJs.

ℭ Secundũ quod requiritur §.II.

ad martyriũ eſt pena mortis.ſ. violẽte: mortifi
camur inquit tota die. Notatur aũt a doctori-
bus Berñ. et aliJs eſſe triplex genus martyrij Triplices
ſumendo large iſtud nomen martyrium. martyres.
ℭ Primũ eſt martyriũ occiſiõis tñ corpalis.
ℭ Secũdũ eſt martyriũ affectiõis internalis.
ℭ Tertium eſt martyriũ affectionis ⁊ operis.
ℭ Primũ martyriũ.ſ. operis tñ fuit ſctõꝝ in-
nocẽtũ qui paſſi ſunt ꝓ xp̃o ab Herode: in ꝗb⁹
eñi quodãmodo fuit xp̃s occiſus: ideo eñi oẽs
illos occidit vt xp̃m inueniret. fuit ergo eorum
martyriũ opere tñ: nõ eñi adhuc habebãt vſuꝫ
ratiõis cũ eſſent a bimatu ⁊ infra.i. circa duos
annos a natiuitate eorũ: ſꝫ qꝛ ꝓ xp̃o occiſi ſunt
merito paſſiõis xp̃i coronã acceperũt. Unde di
cit᷑ Apoca.xiiij. Hi empti ſunt de terra ex omni-
